

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS,
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGEN-
TER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS
OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUGTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTI-
BUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM
MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS
CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTI-
CAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATI-
STICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITUR-
GICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM
DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS. ALTERO SCILICET **RENUM**, QUO CONSULTO, QUIDQUID
NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSE,
IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO **SCRIPTURÆ
SACRÆ**, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM
SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERBUS, A PRIMO
GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS,
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTAN-
TIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILIC SPARSORUM,
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ
AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA.
LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA
STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA
DUPplici EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLE-
CTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM
TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA
DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE
LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EM-
PTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272
PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-
TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRÆ ET SEORSIM
COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EANDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL
PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CV.

NICETAS DAVID PAPHLAGO. NICETAS BYZANTINUS. THEOGNOSTUS MONACHUS.
S. JOSEPHUS HYMNOGRAPHUS. ANONYMUS.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUCE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIINA.

ΝΙΚΗΤΑ

ΤΟΥ ΠΑΦΛΑΓΟΝΟΣ, ΤΟΥ ΚΑΙ ΔΑΒΙΔ,

ΝΙΚΗΤΑ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

NICETÆ PAPHLAGONIS,

QUI ET DAVID,

NICETÆ BYZANTINI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

ACCEDIT EDITORUM DISSERTATIO IN QUA DE AMBORUM ÆTATE ET SCRIPTIS INQUIBITUR.

TOMUM ABSOLVUNT

S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI, THEOGNOSTI MONACHI, ANONYMI,

SCRIPTA QUÆ SUPERSUNT;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 11 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDÉBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISIINA.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CV CONTINENTUR.

NICETAS DAVID PAPHLAGO.

Orationes Laudatoriæ aliæque nonnullæ festivæ.	col. 15
Vita S. Ignatii archiepiscopi Constantinopolitani.	487
Fragmenta Expositionis in Lucæ Evāgelium.	575
Exegesis carminum arcanorum S. Gregorii Theologi.	578

NICETAS BYZANTINUS.

<i>Editorum Patrologiæ Dissertatio de ætate et scriptis Nicetæ Byzantini, in qua etiam de Niceta Davide.</i>	583
Nicetæ Refutatio epistolæ regis Armeniæ.	587
Confutatio dogmatum Mahomedis.	670

THEOGNOSTUS MONACHUS.

Encomium in omnes sanctos.	850
Libellus ad Nicolaum Papam in causa Ignatii archiepiscopi Constantinopolitani.	855

ANONYMUS.

Vita S. Nicolai Studitæ.	863
--------------------------	-----

S. JOSEPHUS HYMNOGRAPHUS.

<i>Vita S. Josephi auctore Joanne diacono CP., ex Actis sanctorum Bollandianis.</i>	931
Mariale S. Josephi.	978

(E regione Latini textus, olim ab Hippolyto Maraccio editi, Græca posuimus ex Menæis et aliis Græcorum libris liturgicis descripta.)

Canon in terræ motus periculo.	1415
Laudatio in S. Bartholomæum apostolum.	1422

NICETAS DAVID

PAPHLAGO

NOTITIA HISTORICA ET LITTERARIA.

(Leo ALLATIUS, *Diatriba de Nicetis*, ap. *Mat. Biblioth. nov.*, VI, part. II, p. 5.)

Inter varia cognomina et dignitatum titulos unum Nicetam latitantem, sed propter eadem incommode in plures variosque atque immaniter divisum, si fieri potest, suis partibus integrum in medium adducamus. Fuit is Byzantinus et Paphlago dictus. Joannes Scylitza in proœmio suæ historiæ: 'Ο γὰρ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγῶν, Ἰωσήφ Γενέσιος, καὶ Μανουὴλ οἱ Βυζάντιοι, Νικηφόρος διάκονος Φρύξ, καὶ τὰ ἑξῆς. Namque *Theodorus Daphnopates, Nicetas Paphlago, Josephus Genesis, et Manuel Byzantini, Nicephorus diaconus Phryx*, etc. Ex Scylitza sua hausit Cedrenus. Consentit hisce Nicephorus Callistus *Hist. eccl.* lib. XIV, 28. Sed Paphlago, cognomenne fuerit, an episcopatus titulus, quis extricet? Plane in multis manuscriptis legitur *Νικήτας Παφλαγονίας, Nicetas Paphlagoniæ*, ut in codice Vaticano 1246, et ante Vitam Ignatii patriarchæ. Et potuit quoque esse ex Paphlagonia, sed Byzantina civitate donatus: neque id probatione eget: sunt enim omnes omnium scriptorum chartæ de alienis in cives proprios ascitis a civitatibus plenæ. Et episcopatus Paphlagoniæ nullus apparet. Fuit is quoque binominis: namque et Davidis appellatione insignitur. Hinc sæpius *Νικήτα τοῦ καὶ Δαυὶδ, Nicetæ qui et David*; et absolute a nonnullis *Nicetas David* appellatur. Et videant qui *David* hoc cognomentum fuisse tradunt, quo se fulciant fundamento. In aliquibus codicibus adnectitur loco *Davidis et Paphlagonis, Δαδύβρων, Dadybrorum*, qui erat episcopatus sub Gangrensi Paphlagoniæ. Hinc arguo non male Dadybrensem episcopum, dictum etiam Paphlagonem, qui nempe possideret in Paphlagonia episcopatum. Huic additur quoque nomen *philosophi, Νικήτα τοῦ καὶ Δαυὶδ τοῦ φιλοσόφου. Nicetæ, qui et David, philosophi*, ut clare videtur in codicibus manuscriptis Vaticanis 344, 365 et 679. Et in aliis, nullo alio addito, *Νικήτα τοῦ φιλοσόφου, Nicetæ philosophi*, non quod tantum institutum monachorum professus, sed quod inter alia potissimum sibi philosophiæ munus ascriberet, quales plerique eo ævo fuere, et primus inter eos ὑπάτου τῶν φιλοσόφων titulo cohonestabatur. Quare hic fuerit Nicetas, qui et alio nomine David vocabatur, Byzantinus, dignitate philosophus, Dadybrorum in Paphlagonia sub Gangrensi episcopus: et omnia, quæ sub Nicetæ nomine diversis hisce titulis ad varios referuntur, huic soli vindicantur (a).

Floruit circa Leonis et Constantini tempora, ut colligitur ex proœmio Vitæ sancti Ignatii patriarchæ, quam ille neque indocte neque ineleganter concinnavit: Εἰ δὲ καὶ πρὸς τοῖς ἐσχάτοις, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς τούτοις ἐγγίζοντες τύχοιεν καιροῖς, πολλῶ μᾶλλον ἀξιομνημονευτότατοι ἂν εἶεν ἀπάντων, καὶ ἀξιωματικοί, ὡς πολὺ πλέον οἰκοδομεῖν τῇ ἐγγύτητι δυνάμενοι τὴν Ἐκκλησίαν· τὸ γὰρ ἀρχαῖον καὶ πάνπολι κατὰ χρόνον διεπτῶς, εἰ καὶ πιστεύεται τῇ ἀξιοπιστίᾳ τῆς Γραφῆς, ἀλλὰ καὶ θάττον ἂν τοῖς πολλοῖς πρὸς τὴν μίμησιν ἀπογινώσκοιτο, λογιζομένοις ὡς κρείττον, ἢ κατὰ τὴν παρούσαν, τῶν πρεσβυτέρων ἐκείνων δυναμένων κατορθοῦν γενεάν· ὅσα δ' ἂν τοῖς καθ' ἡμᾶς κατορθοῦσθαι πιστεύοιτο καιροῖς, μᾶλλον ἂν οἶμαι ταῦτα παρακνίζειν τοὺς εὐσεβεστέρους, καὶ πρὸς τὸν ἴσον τῆς ἀρετῆς διερεθίζειν ζῆλον· διὰ ταῦτά μοι τοῦτον ἐνοστήσασθαι νῦν τῷ λόγῳ τὸν ἀγῶνα· καὶ μοι σφοδρὸς πόθος κατακάρδιος ἀληθινοῖς διηγήμασι καὶ πάσης προλήψεως ἀπηλλαγμένοις ψεύδους, τὸν μέγαν ἱεράρχην, καὶ ποιμένα τῆς βασιλείας Ἰγνάτιον ὑπὸ γε Θεοῦ πνεύματι τῆς ἀληθείας ὑφηγητῇ, καὶ συλλήπτορι τοῖς ἀγνοοῦσι, ὁποῖός τις ἦν, ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν πολιτείας

(a) Hactenus notitiam de hoc Niceta nos ex Allatio edideramus in *Script. vet.* t. IX, præf. p. XIX; quem tamen diversum esse a Niceta Serrarum episcopo, infra constabit. A. M.

ἀπεδείξει· Ἰγνάτιον, φημί, τοῦτον τὸν ὑστερον μὲν τῷ χρόνῳ καὶ πρὸ τῆς καθ' ἡμᾶς ταύτης ἀναδειχθέντα γενεᾶς, οὐδενὸς δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ τιμῶν ἱεραρχῶν τὴν πίστιν καὶ τὴν ὁμολογίαν ἀπολειπόμενον· *Quod si autem eosdem ad extremam et nostram ætatem propius accedere contingat, tum vero multo maxime præ cunctis memorandi, omnique laude prædicandi sunt, ut qui propter temporum vicinitatem multo magis Ecclesiæ prodesse possint. Quod enim pervetustum est, longisque temporum intervallis remotum, etsi fidem propter scribentis auctoritatem mereatur, desperatur tamen a plerisque studium imitandi, ut qui putent illis majorum nostrorum sæculis multo promptius fuisse, quam nostris cum virtute vivere. Quæ vero nostra memoria recte facta creduntur, illa multo acrius, opinor, piorum mentes ad virtutis decus æmulandum inflammant. Quapropter ingens me desiderium animi impulit ad causam hanc sive certamen oratione persequendum, duceque et adjutore Deo spiritu veritatis, ostendendum nescientibus, qui vir Ignatius qualisque et quantus hic antistes, et regię pastor urbis, (in vitæ suæ ratione fuerit. Ignatium, inquam eum, qui ævo quidem posterior et ante hanc nostram generationem floruit, prioribus tamen illis venerandis pontificibus nihil vel de fide, vel confessione concessit.)* Quid sit γενεά, vel ætas, antequam vixisse fertur Ignatius, docent laudatissimi quique grammatici. Quare nulli dubium fuerit, sub jam dictis imperatoribus Nicetam hunc floruisse.

Scrīpsit *Historiam*, ut Scylitza atque Cedrenus tradunt, et Nicephorus Callistus loco dicto, quod divus Cyrillus per visionem divinam nomen Joannis suscepit, conceptumque antea odium in Chrysostomum, Dei Genitricis hortatu deposuerit: *Ἐν ἀποκρύφῳ ἱστορίᾳ εὐρῶν Νικήτα φιλοσόφου τοῦ καὶ Δαυὶδ, καὶ ἄλλων, καὶ αὐτὸς δεῖν ἔγνω ἐν τῇ παρούσῃ ἱστορίᾳ ἐντάξαι, ὡς ἂν μὴ τινι ἀμφιβάλλειν γένοιτο, πῶς οἱ τοσοῦτοι φωστῆρες δι' ἔχθρας ἀλλήλοις ἰόντες ἀγιωσύνης καὶ ἀμφῶ εἰς ἄκρον ἦγον, καὶ τῆς Ἐκκλησίας θεμέλιοι ἐχρημάτισαν, μηδαμῶς τὸ τῆς ἔχθρας μέγα τὴν κρατοῦσαν δόξαν λυμήνασθαι δυναθείσης·* *In arcana Nicetæ philosophi, qui et David dictus est, historia, et apud alios item cum invenerim, operi huic meo inserendum esse quoque duxi, ne cui ambigue in mentem veniat quomodo tanta luminaria, inimicitias mutuas exercentia, ambo ad summam sanctitatem pervenerint, et Ecclesiæ fundamenta exstiterint, inimicitias hujusmodi nullum illorum gloriæ detrimentum afferentibus.*

Vitam sancti Ignatii, Michaelis Trauli (Balbi) imperatoris Constantinopolitani F. et patriarchæ Constantinopolitani, quo exacto Photius ex senatore et laico factus est patriarcha. Eam in Latinum a se versam edidit Græce et latine Matthæus Raderus ante concilium octavum generale, in-4, Ingolstadii. Postmodum in nova Conciliorum generalium et particularium editione Romæ, Colonix, et Parisiis publicata est. Eam quoque e Græco vertisse Federicum Metium scribit Possevinus in Apparatu. Legitur etiam nunc manuscripta in bibliotheca Vaticana cod. 1452, collegii Græcorum, regia Sancti-Laurentii, et alibi.

Orationes varias in laudes sanctorum, Quas ipse legi sunt:

1. *In sanctum Joannem evangelistam. P.: Ὁ τὸν μέγαν τῆς βροντῆς γόνον προτρεπόμενος ἐπαινεῖν. Sub Nicetæ rhetoris et sancti viri titulo servatur in bibliotheca Barberina.*
2. *In sanctos martyres Cerycum (sic) et Julittam. P.: Ὅσπερ οὐκ ἔστι συνεχόμενον τῷ Κυρίῳ Ἰουδαῖον.*
3. *In sanctum Pantaleemonem. P.: Θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἀγίοις αὐτοῦ, φησὶν ὁ μέγας.*
4. *In sanctum Bartholomæum apostolum. P.: Θερμὸς ὁ πόθος, ἀλλ' ἀβρανῆς] ὁ νοῦς, ζέων δ' ἔρωσ.*
5. *In sanctum Marcum evangelistam. P.: Ὅσπερ οὐχ ὅμοιαι τῶν σωμάτων πάντων αἱ μορφαί.*
6. *In sanctum Jacobum Zebedæi filium. P.: Πρώην μὲν ἡμᾶς ἡ ζωσα τῆς ἀληθινῆς θεολογίας πηγή.*
7. *In Petrum et Paulum apostolorum principes. P.: Τίς ὁ τερπνὸς οὗτος ἦχος; τίς ὁ τῶν ἐορταζόντων, κτλ.*
8. *In sanctos duodecim apostolos. P.: Τί καλὴ τῆς Ἐκκλησίας ἡ τάξις! τί τερπνὴ τῶν ἐπ' αὐτῆς, κτλ.*

Hæ omnes sub eodem rhetoris titulo leguntur in Barberina.

9. *De certamine, et inventione, et translatione reliquiarum sancti protomartyris et archidiaconi Stephani. P.: Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Σωτὴρ πάντων τῶν ἐλπίζόντων ἐπ' αὐτόν. Sub eodem titulo in Barberina, et sub Nicetæ philosophi in Vaticanis, codicibus 679 et 819. Possevinus in Apparatu putat Nicetæ Byzantini esse, qui in Vaticana bibliotheca sub nomine Nicetæ philosophi asservatur Græce manuscriptus sermo, de martyrio, inventione, et translatione venerandarum reliquiarum protomartyris sancti Stephani. Alii codices tribuunt Michaeli Psello, notantque ex improviso dictum.*

10. Sub Nicetæ Paphlagoniæ habetur *Laudatio in sanctum martyrem Theodorum. P.: Τί λαμπρὰ καὶ διαυγὴς ἡ τῆς ἡμέρας χάρις! In Vaticana, cod. 1246. In Barberina expressius: Νικήτα ἐπισκόπου Παφλαγονίας, Nicetæ episcopi Paphlagoniæ. Cod. 247.*

11. Chii etiam legeram: Νικήτα ῥήτορος τοῦ Παφλαγόνοσ ἐγκώμιον εἰς τὸν μέγαν Νικόλαον τὸν Μυροβλότην καὶ θαυματουργὸν ἀρχιεπίσκοπον Μύρων τῆς Λυκίας: *Nicetæ rhetoris Paphlagonis laudatio in*

sanctum Nicolaum Myroblytam, et mirandorum effectorem archiepiscopum Myrogum Lyciæ. P. : Ὁ μὲν θεοπάτωρ Δαυὶδ τὸ ἀειθαλὲς καὶ μετάρσιον.

12. *Laudatio in sanctos anargyros Cosmam et Damianum.* P. : Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου, Κύριε τῶν δυνάμεων ! Sub Nicetæ philosophi nomine in Vaticana cod. 808. Eademque habetur in meo manuscripto, nullo præfixo auctoris nomine. Eam cum nonnullis aliis Monachium misi doctissimo Simoni Wagnereckio, qui nunc de sanctissimis his Anargyris commentationem meditatur, quam jam bene inchoatam melius conficiet. Quid enim est, quod ille calamus amplissime non perfecerit?

Scriptis præterea *expositionem* in aliqua carmina Gregorii Nazianzeni.

1. In sepulcralia, quæ ille in defunctum Basilium composuit. Conservatur in bibliotheca Vaticana cod. 496 et 949, sub nomine Νικήτα φιλοσόφου τοῦ Παφλαγόνοσ, *Nicetæ philosophi Paphlagonis* :

2. In gnomas seu sententias ejusdem, quas ille acrostichide illa complexus est. Γνωμαὶ Γρηγορίου δίστιχος εὐεπίη, ἐσθλὸν ἄθυρμα νέοις, etc. Sub nomine Νικήτα τοῦ καὶ Δαυὶδ τοῦ φιλοσόφου, *Nicetæ, qui et David, philosophi.* Cod. 344 et 365. Et in Augustana inter theologicos cod. 44. In Altempsiana sub nomine Νικήτα φιλοσόφου ἐπισκόπου Δαδύβρων, *Nicetæ philosophi Dadybrorum episcopi.* Et absque episcopi dictione inter rhetoricos Augustanæ cod. 17. Quæ Venetiis edita sunt in 4, anno 1563. Ἑρμηνεῖα εἰς τὰ τετράστιχα τοῦ μεγάλου Πατρὸσ Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ εἰς τὰ μονόστιχα, εἰς τὰ ἐπιγράμματα τὰ εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον παράφρασις. Vindicantur Nicetæ, qui et David, editæ quoque paraphrases carminum Gregorii Nazianzeni de principiis, ex bibliotheca reipublicæ Augustanæ, Lugduni Batavorum in officina Plantiniana anno 1591, in 8, quam etiam arbitratur David Hoeschelius esse Nicetæ. Verumtamen cum ipse rem penitius examinarem, reperi paraphrases has, sive expositiones, editas tum Venetiis tum Lugduni Batavorum, nullo modo Nicetæ esse; idque ex codice satis antiquo bibliothecæ S. Andreæ Vallensis, codicibus Vaticanis, Lutetianis, et aliis. Et ut veram in carmina Nazianzeni expositionem Nicetæ habeas, non gravabor ex eodem Santandreano codice titulos carminum, et paraphraseon principia, ut ibi sunt, digerere.

Τοῦ φιλοσόφου κυροῦ Νικήτα ἐπισκόπου Δαδύβρων ἐξήγησις τῶν ἐπῶν τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου (α). *Philosophi domini Nicetæ Dadybrorum episcopi expositio carminum magni Gregorii Theologi.* Proœmii principium : Οἱ μὲν παρ' Ἑλλήσι φιλοσοφώτατοι εἶναι δόξαντες. Alterius proœmii P. : Οἱ τῆσ κοσμικῆσ σοφίασ τὴν ἀκροτάτην καταλαβεῖν.

Περὶ ἀρχῶν λόγος α'. *De principiis oratio prima.* P. : Οἶδα μὲν, φησὶν ἡ θεόληπτος τοῦ λόγου φωνή.

Περὶ Υἱοῦ λόγος β'. *De Filio oratio secunda.* P. : Ἐκθέμενος περὶ ἀρχῶν, ἡ ἀρχῆσ · ταυτὸν δὲ εἰπεῖν.

Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγος γ'. *De Spiritu sancto oratio tertia.* P. : Θεολογήσασ ὁ θεοληπτότατος περὶ Πατρὸσ καὶ Υἱοῦ.

Περὶ κόσμου λόγος δ'. *De mundo oratio quarta.* P. : Ἰκανῶσ διὰ τῶν προειληφθέντων ἐπῶν.

Περὶ Προνοίας λόγος ε'. *De Providentia oratio quinta.* P. : Φιλοσοφῆσασ περὶ τῶν δύο κόσμων, πρώτου, φημί.

Περὶ νοερῶν οὐσιῶν λόγος ς'. *De intellectualibus substantiis oratio sexta.* P. : Διεληφῶσ περὶ διττοῦ κόσμου, νοητοῦ λέγω καὶ αἰσθητοῦ.

Περὶ ψυχῆσ λόγος ζ'. *De anima oratio septima.* P. : Ἐπομένωσ μετὰ τὴν τῶν οὐρανίων καὶ λογικῶν.

Περὶ διαθηκῶν, καὶ ἐπιφανείασ Χριστοῦ λόγος η'. *De testamentis, et apparitione Christi, oratio octava.* P. : Συντελέσασ τοὺσ δογματικοὺσ λόγουσ ἑπτὰ.

Περὶ ἀρετῆσ ἀνθρωπίνησ λόγος θ'. *De virtute humana oratio nona.* P. : Θεολογικώτατον καὶ φιλοσοφώτατον.

Περὶ φύσεωσ ἀνθρωπίνησ λόγος ι'. *De natura humana oratio decima.* P. : Φιλοσοφῆσασ ὁ θεοσοφώτατος περὶ τῆσ ἀνθρωπίνησ ἀρετῆσ.

Περὶ εὐτελείασ τοῦ ἐκτὸσ ἀνθρώπου, καὶ τῆσ τῶν παρόντων ματαιότητοσ λόγος ια'. *De contemptione exterioris hominis, et rerum præsentium vanitate oratio undecima.* P. : Περὶ τῆσ ἀνθρωπίνησ φύσεωσ.

Περὶ τῶν φθασάντων μακαρισμοὶ καὶ ὄροι πνευματικοῦ βίου λόγος ιβ'. *De beatitudinibus et finitionibus vitæ spiritualis oratio duodecima.* P. : Ταλανίσασ καὶ κατασμηκρόνας τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τὰ τοῦ αἰῶνοσ τούτου.

Γνωμολογία δίστιχος, ἧσ ἡ ἀκροστιχὶσ αὕτη. *Sententiæ distichis expositæ, quarum hæc est acrostichis.* Γνωμαὶ Γρηγορίου, etc.

Γνωμολογία τετράστιχος. *Sententiæ tetrasichis expressæ.* Γρηγορίου πόνοσ εἰμί, etc. P. : Ἐβουλόμην μακροτέρασ λόγων πραγματείας. Et hanc suam expositionem non ultra Nicetam extendisse, colligitur ex fine hujus postremæ expositionis, ubi hæc habet : Ἐβουλόμην μακροτέρασ λόγων πραγματείας κατα-

τεινόμενος πρὸς ἑκάστην ὑπόθεσιν τῶν ἐμμέτρων ἐπῶν τοῦ Θεολόγου τὴν ἀρμόζουσαν ἐξήγησιν ἀνατάξασθαι, ὁμοῦ μὲν ἑμαυτῷ χαριζόμενος, ἐγκαλλωπιζομένῳ τοῖς τῆς ἐκείνου μεγαλονοίας θεωρήμασιν· καὶ θεολογήμασιν ὁμοῦ δὲ καὶ τοῖς ὀπισθεν ἰουῖσιν ὠφέλειαν ταῖς περὶ τούτων ἀδελεσχίαις προμηθεύμενος· ἄλλης δὲ βασιλικῆς ὑπομνησθεὶς καὶ πατρικῆς ἐντολῆς, *Υἱέ μου, φύλαξαι τοῦ ποιῆσαι βιβλία πολλά, παραγγελλούσης, καὶ τὸ αἴτιον ἐπαγαγούσης, τοῦ μὴ εἶναι περαστὸν ἡ συντέλειαν τῶν συνταγμάτων τῆς ἀπείρου σοφίας τοῦ Θεοῦ, καὶ κόπως μὲν λεγούσης ψυχῆς καὶ σαρκὸς τὴν ἀμετρίαν ὑπάρχειν τῆς μελέτης, τὴν ἀπ' αὐτῆς δὲ ὠφέλειαν, καὶ πάσης θεοπνεύστου Γραφῆς δύναμιν εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ τῆς ἐντολῆς τήρησιν συγκεφαλαιουμένους ἐξεῖναι λαβεῖν· τοιγαροῦν τῆς παραγγελίας ταύτης ἀκροασάμενος, ἐφυλαξάμην ἐπὶ πλείστον τῆς ἐξηγήσεως μετὰ τὴν τῶν ἀποβρήτων ἐπισκεψιν ἰέναι· τελευταίαν δὲ τῶν τετραστίχων τούτων τὴν ὁμολογίαν ἀποχρώντως ἡμᾶς οἰκοδομούσης πρὸς τὴν θεωρίαν καὶ πράξιν ἐξηγησάμενος καταπαύσω·* *Mihi in animo erat diffusiore sermonis ambitu ad argumenta singula carminum Theologi condecentem expositionem apponere, tum mihi morem gerens, qui illius gravium et amplissimarum sententiarum speculationibus, et acuminibus theologicis mihi complaceo, tum posteris emolumentum circa ea magis comparans. Verum alterius consilii memoriam recolens, et regii ac paterni præcepti, « Fili mi, cave ne multos libros conscripseris, » sedulo admonentis, et causam proferentis, quod nullus sit finis aut terminus compositionem infinitæ numinis sapientiæ, et laborem asserentis animæ et corporis immoderatam rei meditationem esse; utilitatem vero, quæ inde consequitur, et totius divinitus inspiratæ Scripturæ facultatem in Dei timorem, et præcepti observantiam, veluti in unum caput referentes, usurpare licere. Quapropter monitum hoc audiens, cavi ne ultra expositionem post ineffabilem considerationem protraherem. Postremum vero tetra-stichorum horum sententiis, quæ satis abundeque tum ad speculationem tum ad actionem ædificant, enarratis, dicendi finem faciam. Has interpretationes maxima ex parte Billius in suam Nazianzeni editionem Latine parum cautus sub Cyri nomine transfudit. Et in epistola ad cardinalem Sirletum: Reliqua etiam opuscula, quæ Cyrus explanavit, versibus item reddidi. Sed cyrus (id est dominus) ante nomina positum quid sit, fusius in aliis diximus.*

ΝΙΚΗΤΑ ΤΟΥ ΠΑΦΛΑΓΟΝΟΣ

ΤΩΝ ΠΛΗΥ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ ΕΓΚΩΜΙΑΣΤΙΚΟΙ ΛΟΓΟΙ

ΑΛΛΟΙ ΤΕ ΤΙΝΕΣ ΕΟΡΤΑΣΤΙΚΟΙ.

NICETÆ PAPHLAGONIS

SUMMORUM APOSTOLORUM ORATIONES LAUDATORIA

ALIAEQUE QUÆDAM FESTIVÆ.

(Ex Franc. Combefisii *Auctario ad Bibl. Patr.*, tom. I, p. 327.)

ORATIO I.

A

ΛΟΓΟΣ Α'.

In diem natalem sanctissimæ Dei Genitricis.

Εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου (1).

Exultationis dies lætitiæque exordium. Depo-
namus inæstítiam, ac splendorem induamus. Lo-
quamur potentias Domini, auditas faciamus omnes
laudes ejus in portis siliæ Sion¹. Exsulemus in
salutari ejus. Etenim erexit nobis hodie cornu sa-

Αγαλλιάσεως ἡμέρα καὶ εὐφροσύνης ἀρχή. Ἄπα
θώμεθα τὴν κατήφειαν, καὶ τὴν λαμπρότητα περι-
θώμεθα. Εἰπωμεν τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου, ἀκαι-
στάς ποιήσωμεν πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ ἐν ταῖς
πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών. Ἀγαλλιασώμεθα ἐπὶ τῇ

¹ Psal. cv, 2.

(1) Ex cl. v. Raph. Dufrene cod. nunc Regio. Tit.: Τοῦ λαμπροτάτου φιλοσόφου καὶ ῥήτορος Νικήτα, το
καὶ Δαβὶδ.

σωτηρίῳ αὐτοῦ. Καὶ γὰρ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῖν σήμερον, ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ· καὶ καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων προφητῶν αὐτοῦ, ἀνέστησεν ἡμῖν φυτὸν εἰρήνης, τὴν ῥίζαν τοῦ Ἰεσσαί, ἐξ ἧς ἡ ῥάβδος ἡ τὸ ἀμάραντον ἄνθος ἀναδοῦσα Χριστόν. Τίς οὐκ ἀγαλλιᾶται τῇ καρδίᾳ; Τίς οὐκ εὐφραίνεται πνεύματι; Τίς οὐ μυστικῶς κατατέρπεται; Τίς οὐ πανηγυρίζει πνευματικῶς, τὴν ἐν τῷ Θεῷ προωρισμένην, καὶ διὰ στομάτων προφητικῶν προηγγελμένην σωτηρίαν, εἰς ἔχθασιν ἄρτι σαφῆ προλοῦσαν καθορῶν;

Πᾶσα ἡ κτίσις χορευέτω· πᾶσα ἡ γῆ μετ' εὐφροσύνης βοάτω καὶ σιριτάτω, ὅτι τὸ τῆς ἀρχεγόνου λύπης ἀναιρετικὸν φάρμακον ἐβλάστησεν ἄρτι· ὅτι τῆς προγονικῆς ἀρᾶς, ἡ πᾶν τε βρότειον ὑποπεπτῶκει γένος, διὰ τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας περὶ ἡμῶν, ἡ ἀφάνισις πάρεστι· καὶ τοιαύτη σήμερον ἡμῖν ἀνωθεν ἐπιδραβεύεται δωρεά, ὡς μὴ μόντην ἐκείνην ἐξαναιρεῖσθαι τὴν ἀρὰν, ἀλλὰ καὶ σύμπασαν ἡμῖν εὐλογεῖσθαι τὴν φύσιν· καὶ καταργεῖσθαι μὲν τὸ τῆς παλαιᾶς ἔχθρας μεσότοιχον, ἀγάπην δὲ μεταξὺ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων καὶ εἰρήνην ἐξανίσχειν.

Ἰερεμίας μὲν ὁ τῶν προφητῶν συμπαθέστατος καὶ θεϊότατος ὕδωρ αἰτεῖ τῇ κεφαλῇ, καὶ πηγὴν δακρύων τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὥστε κατ' ἀξίαν θρηνησαι δυστυχοῦντα τὸν Ἰσραὴλ. Ἐμοὶ δὲ τίς δώσει τῇ καρδίᾳ πηγὴν ἐννοιῶν θεῶν, καὶ τοῖς λόγοις ποταμῶν εὐροῖαν ἀγαθῆν, ὥστε τὸ μέγα κλέος ἐξαγγεῖλαι τῆς παρουσίας χαρᾶς, καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς θείας μεγαλοδωρεᾶς αἰνέσαι; οὐ κατ' ἀξίαν (ἀνέφικτον γὰρ οὕτως ὕμνεῖν), ἀλλ' ὅσον εἰπεῖν ἐμοὶ τε θεμιτόν, καὶ τοῖς ἀκούουσι χωρητόν. Γενέθλια ἡ πανήγυρις, ὦ φίλοι· γενέσια Μαρίας, τῆς τὸν Χριστόν ἡμῖν μετὰ ταῦτα τὸν Θεὸν γεννησαμένης· τῆς ἀσπόριος, ἀχράντως τὸν ὑπερούσιον Λόγον καὶ ἀπερίληπτον καὶ ἀσίωματον, τῇ σωματικῇ καὶ ἡμετέρα καταμιξάσης μορφῇ. Ταύτης τὴν γέννησιν σήμερον εορτάσαι συνήλθομεν, ἵνα τῶν μεγαλείων αὐτῆς αἰνέσωμεν τὴν ἀρχὴν, ὣν εὐδόκησε ποιεῖν ὁ δυνατὸς ἐν αὐτῇ.

Πολλῶν γὰρ καὶ ἀπείρων, οὐμενοῦν ὅσον εἰπεῖν δυνατὸν, ἀποκαλυπτομένων μεγαλοουργιῶν ἐν αὐτῇ, τοῦτο πρῶτον καὶ θαυμασιώτατον, τὸν ὑπερφουὸς τῆς γεννήσεως τρόπον ὑπερφουῶς προκατεβάλλετο. Ἄνωθεν γὰρ ἡ σοφία πρὸ αἰώνων τὰς τῶν γινομένων ἐχύσεις προορῶσα, ἀναλόγως τοῖς τέλεσιν ὑποβάλλει καὶ τὰς ἀρχάς. Ἐπειδὴ οὖν ἐμελλεν οὐ μήτηρ μόνον χρηματίσαι Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ θυγάτηρ κατὰ πνεῦμα υιοθεσίας, ἀλλὰ καὶ βασίλισσα καὶ κυρία τῶν ὅλων ἀναβρῆθησθαι, διὰ τῆς ὑπεραγνώστου πρὸς τὸν Υἱὸν ὑψώσεως καὶ ἀναγωγῆς, διὰ τοῦτο καὶ ἡ σύλληψις εὐθύς ξένη, καὶ ἡ πρὸς τὸν βίον αὐτῆς εἰσόδος καινοπρεπής· διὰ τῶν ἠττόνων πρὸς τὴν τῶν μειζόνων αὐτῇ ὁδοποιούσα πίστιν. Ἐδαί γὰρ οἴκοθεν ἔχουσα τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμει, τὰ ὑποδείγματα, καὶ

luis in domo David pueri sui ¹, ac, sicut locutus est per os sanctorum prophetarum suorum, pacis nobis arborem suscitavit, radicem Jesse, ex qua virga, quæ Christum florem immarcescibilem produxit ². Quis non animo exsulet? Quis spiritu non lætetur? Quis non mystice congaudeat ac jucundetur? Quis non festis gaudiis celebret, dum salutem in Deo prædestinatam, ac per ora prophetarum prænuntiatam, in apertum jam eventum procedere conspiciat?

Omnis creatura choros agat. Omnis terra cum lætitia clamet et exsulet, quod jam pharmacum germinarit, quo sublata est originalis tristitia: quod præsto est, quo magna Dei erga nos providentia aboleatur primorum parentum maledictio illa, cui obnoxium factum fuerat universum genus mortalium: taleque nobis hodie cœlitus donum prærogatur, ut nedum maledictio illa exstinguatur, sed et omnis nobis natura benedicatur, destruatque veteris inimicitie medius paries, ac dilectio Deum inter et homines paxque oriatur.

Jeremias quidem prophetarum miserantissimus ac divinissimus, aquam capiti petit, atque oculis fontem lacrymarum, ut pro meritis infelicem lugeat Israel ³; mihi verò quis dabit cordi divinorum fontem conceptum atque sensorum, verbisque facili lenique vena defluentium fluminum copiam, ut præsentis gaudii magnam decus enuntiare, divinique magni doni excellentiam laudare valeam? non ex dignitate (nec enim sic laudare concessum est), sed quantum tum mihi laudare licet, tum auditores capere possunt. Dies natalis est, amici! quam celebriatam agimus, Mariæ natale, ex qua nobis postea Christus Deus nascetur; ejus nimirum, quæ sine semine, intemerate omni majus substantia Verbum incomprehensumque et incorporeum, corporeæ nostræque ac humanæ formæ ut coalesceret, fecit. Hujus natale celebraturi hodie convenimus, ut ejus magnalium exordium laudemus, quæ in ea, qui potens est ⁴, propensa voluntate facere voluit.

Cum enim multa et infinita, ac quæ nullus referre possit, in ea detecta sint magnifica opera atque munera, primum istud mirabilissimumque, eum, qui naturam omnem excedit, divinumque altiore supra naturam modo diviniusque præstruebat nativitatibus modum. Sapientia enim, jam tum a principio ante sæcula, eorum quæ fiunt eventus prævidens, pro finium ratione congrue principia subdit. Quod igitur futurum erat, ut nedum Dei Mater audiret, sed et filia secundum spiritum adoptionis filiorum, sed et regina atque domina universorum celebraretur, per ignotissimam ex Filii rationibus exaltationem celsamque elevationem, idcirco etiam conceptio statim nova, ejustque in vitam ingressus mira extra usum ratione: quo nimirum ex mior-

¹ Luc. i, 69. ² Isa. ii, 10. ³ Jerem. ix, 1. ⁴ Luc. i 49.

ribus ad majorum ei fidem viam sterneret. Decebat enim ut quæ a se divinæ haberet potentia exempli, atque ad matris, qua suscepta esset, sterilitatem respiceret, nec cujus nuntius illi afferebatur, virginitati fidem abnueret. Verum videamus, qui ejus secundum carnem fuerint parentes, quantaque fulti virtute, et quomodo speciem Jacob, quam Deus dilexit, ipsi meruerint gignere ac suscipere⁶.

Quis igitur nescit Joachim et Annam, qui divinæ infantis parentes existant, par illud venerabile ac religiosum? Quis ita tardus, quis in divinis Litteris sic peregrinus, ut non teneat, ter beatos illos omnis pietatis ac justitiæ, per eam, qua vixerunt ætatem, summum verticem adeptos esse? Atque id manifestum, nedum ex fructu, quem non magis precum instantia, quam natura scæta germinarunt, verum etiam ex illorum historia, quæ inculpatos eis mores, vitamque Deo placitam ac sanctam, ascribit; cum genus in Davidem ac Indam referrent, morumque ingenuitate atque indolis probitate, nec non mandatorum Dei custodia, omnem Israellem nobilitarent.

Hi nimirum, cum virtutis censu (uti dictum est) divites essent, quin et terrenis bonis affluerent; nempe gregibus, armentisque, ac reliqua omni substantia fulti essent, uno hoc solum a perfecta felicitate se abesse existimabant, quod nempe absque liberis consenuerant: erantque omnia doloris plena, ac mœstilia cuncta oppleverat, quod haud secus ac vetustæ Saræ, menstrua Annæ fieri desiderant⁷; nec Joachimo eratsuccessor, nec cernebatur qui familiæ scintilla foret. Accedebat et irritans vicinorum exprobratio, ac quantum nec dici potest ægræ mentis doloris sensum succendebat. Ac quidem Joachim duplicia dona Domino offerebat; cum his forte Deum propitiaret, ac orbitatis probrum a se depelli posse cogitaret. Nihilominus tamen sic quoque in iisdem infecunditatis probriis manebat, donec tandem vir justus extremum jam animi anxius et humiliatus, carnalibus despectis hostiis, et quibus imperfecti imperfecte obsequi se et indulgere existimant, iisque ut quæ non admodum placeant, spretis, sacrificium Deo spiritum contribulatum et cor contritum ac humiliatum offerendum operæ pretium duxit⁸, creditque per continentiam et orationem apprehensurum se, cujus æger animi desiderio erat.

Qui enim sanctissimi Spiritus sanctissimum pignus ac sacrarium esset geniturus, decebat ejusdem primum Spiritus divinis affatibus repletum, sacro spiritalique desiderio ad conceptum confoveri. Quoniam igitur modo rem præstat? Communicat quidem uxori divinum animo assumptum consilium. Communis enim ambobus, uti sterilitas, sic et cura suscipiendæ prolis; monetque aliorum omnium curas posthabere, jejuniisque et confessioni atque precibus assiduum esse, donec, inquit, a nobis Deus

πρὸς τὴν στειρωτικὴν τῆς μητρὸς γέννησιν ὀρώσας, μηδὲ τὴν εὐαγγελιζομένην ὑστερον αὐτῇ παρθενίαν ἀπιστεῖν. Ἄλλ' ἴδωμεν τίνες αὐτῆς οἱ κατὰ σάρκα τοκεῖς, καὶ ὅποιοι τὴν ἀρετὴν, καὶ ὅπως τὴν τοῦ Ἰακώβ καλλονὴν, ἣν ἠγάπησεν ὁ Κύριος, αὐτοὶ κατηξιώθησαν ἐκτεκεῖν.

Deus dilexit, ipsi meruerint gignere ac suscipere.

Τίς οὐκ οἶδεν Ἰωακείμ καὶ Ἄνναν, γεννήτορας ὄντας τῆς θεόπαιδος, τὴν τιμίαν ξυνορίδα καὶ θεοφιλή; καὶ τίς οὕτω βραδύς, τίς οὕτω τῶν θείων Γραφῶν ἀνεπίσκεπτος, ὥστ' ἀγνοεῖν ὅτι πάσης εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης κατὰ τὴν ἑαυτῶν γενεάν τὸ ἀκρότατον οἱ τρισμάκαρες ἀπηνέγκαντο; Καὶ τοῦτο δῆλον, οὐκ ἐκ τοῦ καρποῦ μόνον, ὃν οὐχ ἤττον διὰ προσευχῆς ἢ φύσεως ἐβλάστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς περὶ αὐτῶν ἱστορίας, ἀμεμπτον πολιτείαν καὶ εὐάρεστον τῷ Θεῷ βίον βιοῦν αὐτοῖς ἀναγραφούσης· εἰς Δαβὶδ μὲν καὶ Ἰούδαν τὸ γένος ἀναφέροντας, εὐγενεῖα δὲ τρόπων καὶ ἠθῶν καλοκαγαθία, καὶ τῶν προσταγμάτων τοῦ Θεοῦ φυλακῆ, ὅλον ἐξευγενίζοντας τὸν Ἰσραὴλ.

Οὗτοι τὸν πλοῦτον, ὡς εἶρηται, πλουτοῦντες τῆς ἀρετῆς, βρίθοντες δὲ καὶ τοῖς ἀπὸ γῆς ἀγαθοῖς, ποιμνίοις καὶ βουκόλοις καὶ πᾶσιν ἄλλοις αὐταρχοῦμενοι περιουσιασμοῖς, ἐν τούτῳ μόνῳ τῆς τελείας μακαριωσύνης ὑπόπτειον ἀστοχεῖν· ἀτεκνοὶ γὰρ τὸν βίον κατεγήρων· καὶ πάντα λύπης μεστὰ ἦν, καὶ ἀθυμίας αὐτοῖς τὰ πάντα πεπλήρωτο· ὅτι τῇ Ἄννᾳ μὲν κατὰ τὴν παλαιὰν Σάρραν ἐξέλιπον τὰ γυναικεῖα· τῷ δὲ διάδοχος οὐκ ἦν, καὶ ὁ τοῦ γένους οὐχ ὤρατο σπινθήρ. Καὶ πρὸς τούτοις ὁ ἐκ γειτόνων ὑποσμύχων ὄνειδισμὸς, οὐκ ἔστιν ὅσον εἰπεῖν ὑπεξέκαιε τὴν δυσθυμίαν. Καὶ προσέφερε μὲν Ἰωακείμ Κυρίῳ τὰ δῶρα διπλά· τούτοις τυχὸν δεξιούμενος, καὶ τὸ τῆς ἀπαιδίας ὄνειδος ὑπολογιζόμενος φυγεῖν· ἔμενε δὲ καὶ οὕτως οὐδὲν ἤττον ἐν τοῖς ὁμοίοις τῆς ἀκαρπίας ὄνειδισμοῖς, ἕως εἰς τέλος ὁ δίκαιος ἀπορούμενος καὶ ταπεινούμενος, τῶν μὲν σαρκικῶν θυσιῶν, καὶ οἷς οἱ ἀτελεῖς ἀτελῶς χαρίζεσθαι νομίζουσιν, ἀμελεῖ, καὶ ὡς οὐ πάνυ θελητῶν ὄντων ὑπερορᾷ· θυσίαν δὲ τῷ Θεῷ, πνεῦμα συντετριμμένον καὶ καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην διεγνώκει καρποφορεῖν· καὶ δι' ἐγκρατείας καὶ προσευχῆς τοῦ παθουμένου πιστεύει καταδράττεσθαι.

Τὸν γὰρ τοῦ παναγίου Πνεύματος μέλλοντα τὸ ἀγιώτατον κειμήλιον ἐκτεκεῖν, εἶδει τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ πρῶτον τῶν θείων πληρούμενον ἐνεργειῶν, ἐξ ἱερᾶς τε καὶ πνευματικῆς πρὸς τὴν κύησιν διαθερμανθῆναι προθυμίας. Πῶς οὖν τοῦτο ποιεῖ; Ἀνακοινοῦται μὲν τῇ συζύγῳ τὸν ἔνθεον λογισμόν· κοινή γὰρ ἀμφοῖν, ὡσπερ ἡ στειρώσις, οὕτω καὶ τῆς παιδογονίας ἢ φροντίς· καὶ πάντων ἀμελεῖν τῶν ἄλλων παρεγγυᾷ· νηστεία δὲ καὶ ἐξομολογήσει καὶ προσευχῇ προσκαρτερεῖν, ἀχρις ἂν ἐξ ἡμῶν, φησὶ, περιέλῃ

⁶ Psal. XLVI, 5. Gen. XVIII, 14. ⁷ Psal. L, 19.

τὴν ἀτεχνίαν ὁ Θεός. Ἐαυτῷ μὲν ὁ μακάριος ὑπόδειγμα προθέμενος Ἀβραάμ· τῇ συνεύχῃ δὲ πρὸς τὴν ὁμώνυμον Ἄνναν συνταξάμενος ἀφορᾶν, καὶ ἐφ' ὁμοίοις ἐκελευθῆναι πρὸς τὸν Ἐψίστον ἀδιατρέπτως βοᾶν, αὐτὸς ἄλλοι καὶ ἔρημον κατελήφει σπουδῆν, ὅπου δὴ πλείοσιν ἡμέραις τῶν βιωτικῶν ἐνοχλήσεων ἀνακαθηράμενος τὸν νοῦν, καὶ καθ' ἡσυχίαν ἑαυτῷ μόνῳ συγγινόμενος καὶ Θεῷ ὧδε· Κύριε Σαβαώθ, ἐθέτα, Κύριος ὁ Θεός τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ ποιῶν μεγάλα καὶ ἀνεξιχνίαστα, ἐνδοξία τε καὶ ἐξέλιξια, ὧν, κατὰ τὴν Γραφήν, οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς. Ὁ ἐντειλάμενος ταῖς πέτραις, καὶ ὑδάτων ἐξέβλυσαν ποταμοί, Ἰαμα δὲ ψῆς, τῷ ἐν ἐρήμῳ δεδιψήκῃ λαῷ· καὶ ἐντειλάμενος τῇ ράβδῳ, καὶ ἀνθήσασα ἐξήνεγκε κάρυα, σφραγίδα ἱερωσύνης καὶ πιστώσιν τῷ Ἀαρῶν· Κύριε ὁ Θεός μου, ὁ Θεός τοῦ Ἀβραάμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· ὁ παρ' ἡλικίαν ἐκεῖ πρῶτον γόνιμον τὴν Σάρραν ἀπεργασάμενος· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῇ Ῥεβέκκα· μετ' αὐτὴν, καὶ τῇ Ῥαχήλ στειρευούσαις ὡς ἠθέλησας καρπὸν δεδωκόως· ἐπίδε, Κύριε· πρόσχεε, Κύριε, ἐξ ὕψους ἁγίου σου, καὶ καταρόησον τὸν ἡμέτερον θλιμμόν· καὶ ἐντεilai τῇ φύσει καρπὸν ἐνεργεῖν, ὁ ἐντελλόμενος τὰς σωτηρίας Ἰακώβ. Εὐδόκησον, ὁ Θεός, τῇ δυνάμει σου ἀναστῆσαι κάρυα σπέρμα ἐν τῷ Ἰσραὴλ· καὶ ἔσται ὁ καρπὸς σοὶ καὶ τῷ οἴκῳ σου τῷ ἁγίῳ ἀφιερωμένος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἰωακείμ μὲν οὕτως.

Ἄννα δὲ καὶ αὐτὴ, τὸ τῆς εὐσεβείας ὑπόδειγμα, τὸ τῆς σωφροσύνης τέμενος, τὸ πάσης ἀρετῆς καταγωγίον, τὸ πάσης ἀγιότητος ὄχημα. Ἄννα, ἡ χάρις, οὐ τῷ ὀνόματι μόνον, πολὺ δὲ μᾶλλον τῷ πράγματι, καὶ πάσης Θεοῦ χάριτος ταμιεῖον, ὡς τὴν πηγὴν τῶν χαρίτων ἀναβλύσασα· καὶ χειμάρρους μὲν ἐν αὐτῇ τῆς κακίας ἀναστείλασα, εὐωδίας δὲ ποταμούς ἐπὶ πᾶσαν πλημμυροῦσα τὴν γῆν. Ἄννα, πάσης θηλείας σεμνολόγημα καὶ καλλώπισμα καὶ ἡδυσμα· καὶ αὐτὴ τοίνυν νηστείασι οἴκοι σχολάζουσα, καὶ τὴν σάρκα ἐκτέχουσα· προσευχαῖς δὲ διηνεκέσει τὴν διάνοιαν εἰς οὐρανοὺς ἀνατείνασα, καὶ ὄλον αὐτῆς τὸν νοῦν παρισταύουσα τῷ Θεῷ τοιοῖσδε λόγοις τὴν ὑπερέπειρον ἀγαθωσύνην ἐκδυσώπει.

Ἐπὶ σοὶ, Κύριε, εὐσπλαγγχε, μακρόθυμε καὶ οἰκτιρμον, δίκαιε καὶ ἀληθινὲ, ὄλην ἐμαυτὴν ἀποδοῦσα, πρὸς σὲ μόνον τὸ ὄμμα τῆς ἐμῆς ἐρείδω ψυχῆς· πρὸς μόνην τὴν σὴν ῥοπήν ἰθύνω τὸν λογισμόν. « Ὡς ὀφθαλμοὶ δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν· ὡς ὀφθαλμοὶ παιδίσκης εἰς χεῖρας τῆς κυρίας αὐτῆς, οὕτως οἰδοφθαλμοὶ μου πρὸς σὲ, Κύριε Θεός μου, ἕως ἂν οἰκτειρήσῃς με, » καὶ περιέληε ἀπ' ἐμοῦ ὄνειδος, καὶ στειρώσεως ἐξουδένησιν· ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις, ἣν ἐποίησας, καρποφορεῖ ἐναντίον σου, Κύριε· καὶ πᾶν ζῶον γεννᾷ τι ὅμοιον αὐτῷ· καὶ πᾶσα φύσις φυτῶν τὸν οἰκεῖον προβάλλει καρπὸν. Ἐγὼ δὲ πάντων ἐνώπιόν σου λογισθεῖσα ὡς ξύλον ἀκαρπον, ταμιεύομαι τῷ πυρὶ. Ἄλλ' οὐκ ἀπαγγώσομαι, οὐδὲ

A auferat, quod orbi liberis sumus⁹. Sibi ipse quidem vir beatus Abraham exemplo proponit; conjugem vero jubet ad ejus ipsius nominis matronam Annam respicere, inque iisdem ac illa ad Altissimum immota animi constantia clamare. Ipse cito montem ac desertum petit, ubi complures dies a secularis vitæ molestiis ac curis animo depurgatus, sibi que soli ac Deo silentio otioque vacans, in hunc modum clamabat: *Domine Sabaoth, Dominus Deus Israel*¹⁰, qui facis magna et non vestigabilia, gloriosaque ac magnifica, quorum, juxta Scripturam, non est numerus. Qui mandasti petris, manaruntque aquarum fluvii, sitis solatium, populo ea laboranti in eremo. Qui jussisti virgæ, germinansque nuces edidit ac amygdalas, sacerdotii signaculum, Aaronisque illo assertum principatum. *Domine Deus meus, Deus Abraham et Isaac et Jacob: qui illic primum effeta ætate Saram secundam reddidisti: nec modo illi, sed et Rebeccæ deinde, ac tum Racheli, cum steriles essent, ut placuit, fructum dedisti*¹¹, respice, Domine, attende, Domine, de excelso sancto tuo, et intellige tribulationem nostram; mandaque nature ut fructum ferat, qui mandasti salutes Jacob. Placeat, Deus, potentie tue, ut et mihi suscite semen in Israel; et erit fructus tibi tueque sanctæ domui consecratum in sæcula¹². Sic quidem Joachim.

Anna vero ipsa quoque, pietatis exemplum, castitatis delubrum, virtutis omnis domicilium, omnis sanctitatis vehiculum. Anna, gratia, non solum nomine, sed longe magis re, omnisque Dei gratiæ promptuarium, ut quæ gratiarum fontem secunda vena ediderit; ac quidem in seipsa malitiæ vitii que torrentes stiterit, suavis autem fragantiæ fluvios in omnem terram inundaverit. Anna, feminei omnis sexus decus magnificentum et gloriatio ac suavitas. Et hæc igitur jejuniis domi vacans, ac carnem mace-rans, jugique precum instantia· mentem in cœlos intendens, ejusque omnem vim Deo coram adhibens, verbis ejusmodi supra quam infinitam bonitatem obsecrabit:

Tibi, Domine, misericordiæ visceribus longe patiens et clemens, juste et verax, me solam adhibens, in te solum mentis meæ oculum figo. *Solum nutum tuum animi rationem ac cogitatum arigo.* « Sicut oculi servorum in manibus domini suorum; et sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ; ita oculi mei ad te, Domine Deus, donec miserearis mei¹³, » et auferas a me opprobrium ac sterilitatis contemptum; quoniam omnis creatura, quam condidisti, fructificat coram te, Domine mi, Domine: omneque animal gignit sibi simile, omnisque natura plantarum ac stirpium producit fructum suum. At ego una omnium in conspectu tuo reputata ut arbor infructuosa, igni reservabor. Haud tamen spem omnem abjiciam, aut infinitæ misericordiæ immemor ero. Non enim me

⁹ II Reg. i, 11. ¹⁰ Job. ix, 10. ¹¹ Exod. xvii, 6; Num. xx, 8; Num. xvii, 5; Gen. xviii, 20; xxv, 21; xxx, 22. ¹² Psal. cxli, 5. ¹³ Psal. cxlii, 2.

lutet, etiam aliis ante me perinde laborantibus, fortiterque invocantibus, placide attendisse, ac statim secundas reddidisse. Scio et Annam alteram sterilitatis dedecus evasisse, hoc solum quod ad te clamaverit. Et nunc, Domine Deus meus, « Tu idem ipse es, et anni tui non deficient¹⁴, » et misericordiae tuae non imminuentur, prompteque per quam bona dona tua digne petentibus praestantur. Ipse quoque quod liberis orba sum, meam aufer sterilitatem, ut et in me clarificeris. Non enim mihi erit, qui nascetur infans, sed tuo nomini tuaeque sanctae domui sacrum donarium sistetur¹⁵.

Ac illi quidem in his erant, quid vero qui totus misericors est, Dominus? qui facit omnia et transmutat in melius? qui sanctorum suorum petitiones et cogitata superabundanter facit¹⁶? Num justorum supplicationem sprexit? Aut attendit quidem clamori, donum tamen in tempus donans distulit? Aut statim quidem donat, ejusmodi tamen donum, quale petebant tribuit? Haudquaquam; sed respondet quidem statim angeli sancti voce, ac oraculo edicit, fore ut Dei puella concipiatur atque nascatur: edicit et clari nominis futuram in omnes fines terrae. O fidei fortitudinem! o Altissimi donum magnificentum! Illi quidem desperata natura, ea petunt quae naturam excedunt; is vero gratiam tribuit, emendantem quod illis inerat vitium. Ac quidem illi prolem simpliciter petunt, et ut id illis opprobrium auferatur, quod illa orbi sunt; is autem suam illis largitur Matrem; non quae parentum duntaxat afflictionem sanet, sed quae universum humanum genus spiritali veroque gaudio impleat.

Haec nimirum divinae potius promissionis verbo, quam naturae ratione in sterili concepta atque gestata utero, vel ut luna plena hodie ex materno exoritur thalamo. Clare hodie videre est juxta Prophetæ oraculum, oriri veritatem de terra, ac justitiam de caelo prospicere¹⁷. Etenim Dominus ostendens de caelo digne petentibus justitiam suam, dedit benignitatem, divinae promissionis verbo oraculo edito; Anna vero illo fide suscepto, ex vulva sua, velut ex terra, oraculo promissam veritatem in lucem ducit, eamque cunctis mortalibus animatum atque viventem fructum producit. Hodie quae Mater Dei secundum carnem, ejus vero filia secundum spiritum sanctificationis, naturalem suscipit ortum, hominisque filia, quae Regis magni filia sit, noscitur: ac quae a dextris summi omnium regis in caelis regina astitura est, in terra jam partu editur, obstetricante manu suscipitur, aquis abluitur, pannis involvitur, ac infantibus debita cura fovetur: et quae virginali sinu amplexura expectatur, ipsum qui caelum continet ac Deum, senilibus ulnis nunc stringitur; seniliaque jam ac materna fugit ubera, quae posthac divina quadam ratione cum qui cunctis animalibus escam praebet, lactavit.

A τῆς ἀμέτρου φιλιανθρωπίας ἐπιλήσομαι· οἶδα γὰρ ὅτι καὶ ἄλλαις πρὸ ἐμοῦ τὰ ἴσα παθούσαις, καὶ ἰσχυρῶς ἐπικαλεσαμέναις, εὐμενὲς προσέσχες, καὶ καρποφόρους ἀπέδειξας παραυτά. Οἶδα καὶ ἄλλην Ἄνναν ὄνειδισμόν ἀτεκνίας δραπέτευσασαν, ἵνα μόνον βοήσῃ πρὸς σέ. Καὶ νῦν, Κύριε ὁ Θεός μου, « Σὺ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐλλείπουσι, καὶ τὰ ἐλέησου οὐκ ἐλαττοῦσι, καὶ τὰ πανάγαθά σου δῶρα τοῖς ἀξίως αἰτοῦσιν ἐτόλμως ἐπιχορηγοῦνται· αὐτὸς καὶ τὴν ἐμὴν ἀτεκνίαν, τὴν ἐμὴν περίελε στείρωσιν, ἵνα καὶ ἐν ἐμοὶ δοξασθῆς. Οὐ γὰρ ἐμοὶ τὸ τικτόμενον, ἀλλὰ τῷ σὺ ὀνόματι καὶ τῷ ἁγίῳ σου οἴκῳ προσαναθήσομαι τούτῳ δοτόν.

B Οἱ μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν, τί δὲ ὁ πανοικτίρμων, Κύριος, ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετασκευάζων ἐπὶ τὸ βέλτιον, ὁ ὑπερεκπερισσοῦ τὰ αἰτήματα τῶν ἁγίων αὐτοῦ καὶ τὰ νοήματα ποιῶν; ἄρα παρῆδε τῶν δικαίων τὴν ἱκετηρίαν; ἢ προσέσχε μὲν τῇ κραυγῇ, ὑπερέθετο δὲ εἰς χρόνους τὴν δωρεάν; ἢ δωρεῖται μὲν εὐθύς, τοιαύτην δὲ οἶαν ἤτοῦντα δόσιν ἐπεδράβουσεν; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ χρηματίζει μὲν αὐτίκα δι' ἀγγέλου φωνῆς ἁγίου, τῆς θεόπαιδος τὴν σύλληψιν καὶ τὴν ἀπότηξιν· χρηματίζει δὲ αὐτὴν ὀνομαστὴν γενήσεσθαι ἄχρι τερμάτων τῆς γῆς. Ὡ τῆς ἰσχύος τῆς πίστεως! Ὡ τῆς Ἰψίστου μεγαλοδωρεᾶς! οἱ μὲν ἀπογνόντες τῆς φύσεως, τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐξαιτοῦνται· ὁ δὲ δίδωσι χάριν, τὸ ἐκείνοισ ἐλλεῖμα διορθουμένην. Καὶ οἱ μὲν τέκνον ἀπλῶς αἰτοῦσι, τὸ τῆς ἀπαιδίας ὄνειδος ἀφαιρούμενον· ὁ δὲ τὴν ἰδίαν αὐτοῖς χαρίζεται Μητέρα· οὐ τῶν τεκόντων μόνον τὴν θλίψιν ἰωμένην, ἀλλ' ὅλην τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν πνευματικῆς καὶ ἀληθοῦς πληροῦσαν χαρᾶς.

Αὕτη τῷ ῥήματι τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ μᾶλλον, ἢ τῷ λόγῳ τῆς φύσεως ἐν τῇ στείρωτικῇ συλληφθεῖσα καὶ κυοφορηθεῖσα γαστρί, σήμερον οἶα σελήνη πλησιφαῆς, τῶν θαλάμων ἐξανατέλλει τῶν μητρικῶν. Σήμερον ἐναργῶς ἔστιν ὄραν, κατὰ τὴν προφητικὴν θεηγορίαν, ἀλήθειαν μὲν ἀνατέλλουσαν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ δὲ τὴν δικαιοσύνην διακύπτουσαν. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος ἄνωθεν τὴν αὐτοῦ δικαιοσύνην ἐπιδεικνύμενος τοῖς ἀξίως αἰτήσασιν, ἔδωκε χρηστότητα, τὸ ῥῆμα τῆς θείας ἐπαγγελίας χρηματίζων· Ἄννα δὲ πίστει τοῦτο καταδεξαμένη, ὡς περ ἐκ γῆς τῆς οἰκείας μητρὸς τὴν χρησαμφοδοθεῖσαν ἀλήθειαν ἀνίσχει, καὶ ταύτην πᾶσιν ἀνθρώποις ἔμψυχον καὶ ζῶντα προβάλλει καρπὸν. Σήμερον ἡ Μητὴρ μὲν Θεοῦ κατὰ σάρκα, θυγάτηρ δὲ κατὰ πνεῦμα ἀγιωσύνης ἐσομένη, τὴν κατὰ φύσιν προσίεται γέννησιν, καὶ θυγάτηρ ἀνθρώπου γνωρίζεται ἢ θυγάτηρ τοῦ Βασιλέως τοῦ μεγάλου· καὶ ἡ ἐκ δεξιῶν τοῦ Παμβασιλέως ἐν τοῖς οὐρανοῖς στήσεσθαι μέλλουσα βασίλισσα, ἐπὶ γῆς ἄρτι λοχεύεται, μαιεύεται· ὕδασι σμήχεται, ῥάκει σπαργανούται· καὶ τῆς προστηκούσης νηπίως ἐπιμελείας ἀξιοῦται, καὶ ἡ παρθενικαῖς ἀγκάλαις τὸν τοῦ οὐρανοῦ συνοχέα καὶ Θεὸν ἐναγκαλίσασθαι προσδοκωμένη, γηραλέαις ὠλέναις περιλαμβάνεται.

¹⁴ Reg. i. 11 seqq. ¹⁵ Psal. cii, 23. ¹⁶ Eph. iii, 20.

¹⁷ Psal. lxxxiv, 12.

νῦν· καὶ πρεσβυτικὴν ἄρτι θηλὴν καὶ μητρικὴν ἐκμυζᾷ, ἢ τὸν τρέφοντα πᾶν ζῶον, ὑπερφυῶς μετὰ ταῦτα γαλακτοτροφήσασα.

Καὶ ἐπὶ ταῦτοις χαίρει μὲν Ἄννα, καὶ τέρπεται Ἀσφόδρα, καὶ ἐναγκαλίζεται τῷ γεννήματι, καὶ τῷ καινῷ τόκῳ ἐγκαλλωπίζεται· συγκαλεῖ δὲ νεάνιδας, καὶ πρεσβύτιδας μεταστέλλεται· καὶ ταῖς ὁμοφύλοις πάσαις συγχαίρειν παρακαλεῖ καὶ συνήδεσθαι, καὶ πᾶσιν εἰς ἡδονὴν καὶ θαῦμα κινεῖ τοῖς προσανέχουσιν αὐτῇ· χαριστηρίοις μὲν τὸν εὐεργέτην ἀμοιβομένη· καὶ, *Τίς εἰμι, λέγουσα, Κύριέ μου, Κύριε, ὅτι τῆς ἐμῆς οὕτω δεήσεως ἐπακήκοας· ὅτι περιεῖλες τὸν ὄνειδισμόν μου ὃν ὑπώπτεισα· ὅτι πλεῖον ἢ κατὰ τὴν ἐμὴν αἰτησίαν παρέσχες; Τέκνον γὰρ ἀπλῶς ἠτησάμην ἐγὼ, σὺ δὲ μοι πρὸς τοῦτο καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἐδώρησά με τῷ Ἰσραὴλ. Ὅρῳ γὰρ ὡς ἐν τεκμηρίοις τὸ μέλλον· ὡς ἐν ἀνιγμάσι, ταῖς ἐνθεωρουμέναις τῇ θυγατρὶ χάρισι, τὴν σωτηρίῳ σου κατολλίγον προανυλάσσομαι χάριν, καὶ μοι τεκμηριοῦσαν δι' αὐτῆς ἐκφανθήσεται τὸν τοῖς προφήταις προκηρυττόμενον. Καὶ τίς εἰμι ἐγὼ τοσαύτης ἀγαθοδωρίας ἀναφανῆναι ῥίζα, τοσαύτης χάριτος μήτηρ, καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν χρηματίσαι πηγὴ; Ἄλλ' οὐ νοσφίζομαι τὸ σὸν· οὐ κρύψω παρ' ἐμαυτῆς, ὧ Δέσποτα, τὸ δῶρον τὸ σὸν. Ἀπογαλακτισθὲν δὲ, τῷ ἀγιάσματι σου προσανόσω, καὶ τοῖς τῶν ἀγίων ἄγλοις ἀφιερῶσομαι δωρεάν. Καὶ ἡ μὲν ταῦτα.*

Ἰωακείμ δὲ καὶ αὐτὸς τοῖς οἰκειοῖς συγχαίρων, τοῖς φυλέταις συνεορτάζων, καὶ τῇ γερουσίᾳ μὲν τὰς φιλοτιμίας, τοῖς ἱερεῦσι δὲ τὰ ὀφειλόμενα μετὰ πλείονος προσαγόμενος ἀφθονίας καὶ φιλοτιμίας, χαρμονικῶς ἀπεδίδου τῷ Σωτῆρι τὴν εὐχαριστίαν, Κύριε, λέγων, ὁ Θεός μου, ὑμνήσω σε, δοξάσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστά πράγματα, βουλήν ἀρχαίαν, ἀληθινήν, καὶ ἠξίωσας ἐφ' ἡμῖν ἀληθεύοντα δεῖξαι τὸν ἱερόν σου προφήτην Ἠσαΐαν· καὶ ἔστιν ὄρῳ ἄρτι στείραν τὴν οὐχὶ τίκτουσαν, εὐφραινομένην· καὶ τὴν οὐκ ὠδίνουσαν, ἐπὶ τέκνῳ βουῶσαν καὶ ἀγαλλιωμένην. Καὶ τίς ὁ ὕμνος, τίς ὁ αἶνος, τίς ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἡ μεγαλοπρεπὴς εὐχαριστία; Οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος, οὐδὲ σύνθεσις, τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας καὶ τῆς Δεσποτικῆς δωρεᾶς τὸ τέλειον ἀνέσσει. Οὐ γὰρ κατὰ φύσιν μόνον ἡ τοῦ τέκνου ὁδός ἡμῖν· οὐ κατὰ φύσιν τῆς καλλιπιδος ἡ γέννησις· πολλῶν δὲ μᾶλλον ἐκ δυνάμεως ῥήματος Θεοῦ. Διὸ καὶ τὸ δῶρημα, τέλειον καὶ ἀξίεραστον, ὡς ἀνωθεν ἐφ' ἡμῖν ἦκεν ἐκ σοῦ τοῦ τῶν φῶτων Πατρός, καὶ ὡς ἠρέμα δηλοῦν τὴν ὑστέρων ἐν αὐτῷ φανερωθησομένην δόξαν. Ἡ γὰρ [ἐπὶ] τὸ βέλτιον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως καιροτομία, ἔργον ὁμολογουμένως οὐσα τῆς παρτοδυνάμου χειρὸς, μέγα τι καὶ ἀγαθὸν ὄλον, ἐν ᾧ γίνεται προαγορεύει.

Οὕτω μὲν οἱ πανόλβιοι τῆς Θεόπαιδος γονεῖς, καὶ μετὰ τοιαύτης αὐτὴν πίστεως ἐκτεκόντες καὶ σπουδῆς, μετὰ πλείονος καὶ θερμότερας ἀνέτρεφον τῆς

Ac in his quidem gaudet Anna, et valde lætatur, prolemque in ulnas suscipit, ac novo magnifice partu gloriatur. Convocat vero puellas, accersitque velulas, ac cunctis tribulibus congratulari jubet ac congaudere; cunctis denique in eam attendentibus animum, gaudium ac admirationem facit; ac quidem gratiarum actionis munera munerum largitori reppendit. Et, *Quænam ego, Domine mi, Domine, inquit, sum, quod meam sic petitionem audisti? quod opprobrium meum, quod suspicata eram, abstulisti? quod majora quam petieram tribuisti? Etenim ego solummodo prolem petebam, tu vero præterea etiam spem salutis Israël dedisti. Video enim velut certis omnino indicis quod futurum est: velut in ænigmatibus, in iis, quas in puella intueor, gratis, salutarem tuam paulatim prælucentem gratiam, certaque dantem indicia, fore ut per eam manifestetur, quem olim prophetarum oracula prædicaverunt. Ecquænam ego sum, quæ tam munifici doni radix extiterim, tantæ gratiæ parens, ut tantorum donorum fons audierim? Haud tamen mihi quod tuum est usurpo. Non penes me occulto, Domine, donum tuum; sed ubi ubi clatavero, sanctuario tuo offeram, et Sanctis sanctorum munus consecrabo*¹⁸. Hactenus Anna.

Joachim vero et ipse cum necessariis gratulans, festum cum tribulibus agitans, ac quidem senibus honoratis magnifica dona, sacerdotibus vero majori cumulo debita stipendia præbens atque munera, gaudio exultans gratiarum actionem Salvatori reddebat, dicens: *Domine Deus meus, laudabo te; glorificabo nomen sanctum tuum, quia fecisti res mirabiles, consilium antiquum, verum*¹⁹; *et dignatus es in nobis veracem ostendere sanctum tuum prophetam Isaiam; ac videre est sterilem, quæ non parit, lætantem; et quæ non parturit, filii causa clamantem ac exultantem*²⁰. Ac, quodnam canticum, quæ laus, quæ magnifica gratiarum actio ob ea quæ in præsentem sunt? Nullus enim nobis est sermo aut intelligentia, ut beneficii magnitudinem ac doni Domini perfectionem laudemus. Non enim ex natura solum data nobis filia est; non ex ejus legibus præclaræ infantis natiuitas; sed multo magis ex verbo virtutis Dei. Quapropter etiam donum perfectum est ac digne amore prosequendum, quæ ratione in nos desursum venit a te, Patre luminum, utque sensim manifestandam postea in eo claritatem ostendit. Natura enim meliore statu novata, quæ sit explore dexteræ omnipotentis opus, magnum quid ac ezimie bonum prætagit, in quibus occurrit²¹.

Sic quidem beatissimi divinæ puellæ parentes, tantaque fide et opera ea suscepta, majori ferventiorique educabant propensæ voluntatis diligentia, do-

¹⁸ Psal. cxviii, 39. ¹⁹ Isa. xxv, 1. ²⁰ Isa. liv, 1.

²¹ Jac. i, 17.

ὁ μερισμὸς αὐτοῖς ἐνήργητο τῶν γλωσσῶν, ὡς τῇ
κοινωνίᾳ τοῦ λόγου μᾶλλον, ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν θαύ-
μασι τῶν ἀτιθάσων ἡμερουμένων ψυχῶν. Τῷ ταυτῷ
τοίνυν τοῦ φθέγματος, τὸ ἀγαθοειδὲς τοῦ τρόπου
μιγνύς, καὶ ἤπιον, καὶ πραῦ, καὶ τὸ τραχὺ τούτων
καὶ ἀγριον ἐν τούτοις καταμαλάσσων καὶ ἀπηνές,
κατ' ὀλίγον αὐτοὺς ὑπεποιεῖτο.

Εἶτα, φίλιον ἑαυτῷ καὶ προσήγορον τῇ συντηθεῖσιν
τὸ δυσμενὲς καταστησάμενος, οὕτως εὐκαίρως πρὸς
ἐπίγνωσιν ὠδήγει Θεοῦ. Καὶ γὰρ τὸ ἐξαίφνης ἄφα-
σθαι τῆς ὑψηλῆς θεολογίας, οὐ μόνον οὐκ ὦνησεν ἀν-
τοὺς ἀφρονάς· καὶ παχεῖς, ἀλλὰ καὶ ὀργῆς πολλάκις
καὶ κακίας μείζονος ἀνήψε πυρκαϊάν. Τὸ δὲ ταῖς
κοιναῖς ὁμιλίαις πρότερον τοῖς ἀσεβέσιν ἐθιζόμενον,
καὶ ὁμοιότητι τούτοις ἀνομοίῳ φιλιούμενον, φυσικοῖς
τε καὶ συντρόφοις ὑποδείγμασι χρώμενον, οὕτω κατὰ
μικρὸν συμβιδάξιν πρὸς εὐσέθειαν, ἀρίστην εἶναι
τάξιν διδασκαλίας καὶ ἔργον ἀποστολικῆς οἰμαι φρε-
νός.

Οὕτως ὁ μέγας ἀπόστολος, τὰ πλευρὰ τοῦ Βορρᾶ
μετιῶν, ὄρη κατέστησε Σιών. Καὶ γὰρ ὅσοις ἔχνος
εὐθύτητος μετῆν, ὅσοις μοῖρα λογικῆς φρενός καὶ
διανοίας, ἀνθρωπον ὀρῶντες, τῇ τε τοῦ λόγου λαμ-
πρότητι, τῇ τε τοῦ βίου τελειότητι κατὰ τοσοῦτον
ἐκείνους ὑπεραίροντα, καθ' ὅσον αὐτοὶ τῶν θηρίων
καὶ τῶν κτηνῶν ὑπερέχειν ὑπελάμβανον, καὶ τούτου
παντάπασιν ἠττώμενοι τῆς ἀρετῆς, ὑπεκατέκλινον
μὲν τῇ διανοίᾳ, προήεσαν δὲ τῷ δι' αὐτοῦ κηρυτ-
τομένῳ φωτί· καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος φωτι-
ζόμενοι, καὶ τῷ τῆς ἀναγεννήσεως ὕδατι καθαι-
ρόμενοι, καὶ τῷ τῆς υἰοθεσίας Πνεύματι τελειώ-
μενοι, εἰς Ἐκκλησίας ἁγίας τῷ Ὑπεραγίῳ κατ-
ηριζόντο.

sævitiæque ac feritas illustrior atque notior, tanto
virtutis tuæ magnificentia, ac justitiæ claritas, ex-
cellentior atque altior.

Novit enim, inquit, Dominus qui sunt ejus⁸⁵ at-
que ad singula quæque ministeria idoneos cogno-
scens, illisque a prima statim formatione inaspecta-
bili ratione suum eis auxilium benignissime præ-
bens, unumquemque ad eam, quæ ex illius ratio-
nibus est, perfectionem dirigit. Ille una comes ad
eos profectus, qui longe alienissimi ac caliginosissi-
mi erant, spiritales eis fulgores immisit. Tanquam
enim nube lucida (nube scilicet levī ac mystica)
tua invectus mente, obscuratisque illis gentibus
adveniens, moderatum, ac quantum licebat, divinæ
cognitionis ac fidei radium, te auctore, illis manife-
stavit⁸⁶.

At quisnam modus, quo vir humanissimus cum
immanissimis congregiebatur? Primum quidem ejus-
dem sermonis usu, ferocem auditum ad se attra-
hebat. Sic enim natura comparatum, ut simile si-
mili proclive adducatur. Idcirco etiam Spiritus in
specie linguarum apostolis advenit, ejusque afflatu,
ante alia signa, divisis linguis impartiti sunt; quod
nimirum sermonis potius communionem, quam ullis
aliis miraculis, agrestes animi et indomiti mansue-
scent ac cicurentur. Illi itaque pariter eloquii vi, bo-
nitatem commiscens et lenitatem et mansuetudinem,
hisque qua horrebant, morum asperitatem et fero-
ciam ac sævitiam subigens, eos paulatim alliciebat.

Deinde cum amicos ac colloquio faciles infensos
alioqui animos consuetudine ipsa reddidisset, sic op-
portune ad Dei notitiam fidemque adducebat. Quod
enim quis repente sublimem theologiam aggrediatur,
nedum nihil insipientes crassioreque ingenio homi-
nes juverit, verum etiam non raro iræ majorisque
nequitiae flammam accenderit. Communibus autem
colloquiis prius impiis consuescentem, dissimilique
similitudine eorum ineuntem gratiam, atque ex
natura petitis familiaribusque exemplis utentem, sibi
paulatim pietati aptare ac componere, eum demum
optimum docendi ordinem ac apostolicæ mentis fa-
cinus existimo.

Eum in modum magnus Apostolus latera aquilo-
nis incessens, montes effecit Sionis⁸⁷. Quodquod
enim rectitudinis vestigium inerat; quotquot sen-
sus animi ratione utentis mentisque particulam
ullam retinebant, hominem contuentes, tum ratio-
nis splendore, tum vitæ perfectione, tam ipsis emi-
nere, quam illi bestiis atque jumentis præstarent,
arbitrabantur: illiusque omnino se virtuti impares
agnoscentes, ei animum submittebant, atque ad
eam, quam prædicabat, lucem accedebant: verbo-
que gratiæ illustrati atque regenerationis aqua
emundati, nec non adoptionis Spiritu consummati,
in Ecclesias sanctas, ei qui omnem sanctitatem ex-
cedit componebantur.

⁸⁵ II Tim. II, 19. ⁸⁶ Isa. XIX, 1. ⁸⁷ Psal. XLVII, 3.

Nec absque cruore magnum fidei illis constabi-
liebatur mysterium : sed sicut Magister ac Dominus
proprio sanguine testamentum suum obsignavit,
sic quoque par erat ut probatissimus discipulus non
nudis solum verbis salutare Dei annuntiaret, sed
ut etiam proprio sanguine disciplinam sanciret.
Quia igitur fieri non poterat, ut omnes penitus ve-
ritati assensum præberent; quemadmodum Judæi
prius adversus Jesum manum extulerant, sic ad-
versus Andream instructi Scytharum animi; regum
ira præceps, cædem spirans præsidum impetus at-
que judicium, populorum fera coitio : hinc carceres
atque verbera, distracta membra ac dilacerata :
quin et ligna et lapides et gladii, quidquid deni-
que cruentis hominibus in manus venisset, armo-
rum loco venerandum caput impetebant. Prompta
victima, ut pro immolantibus prompte sacrificaretur;
ac ceu debitum, ipsius causa prius immolato,
suum ipse libaret cruorem; atque (o Dei imitatio-
nem) ! pro neci tradentibus sacrificium offerret.

Quid vero magnus ille pontifex? Libentissime qui-
dem habet victimam, volentisque animi perfectio-
nem odoratur odorem suavitatis⁸⁸, perfectam tamen
atque integram victimam rursus restituit, majori-
bus coronis atque præliis reservans. In eum modum
Andreas adversarios superabat; atque Christo con-
fixus cruci, per eum qui dilexerat, potiore in om-
nibus victoria gaudebat⁸⁹.

Omnes igitur aquilonis oras, omnemque Ponti
maritimam, in virtute sermonis sapientiæ ac intel-
ligentiæ, in virtute signorum et prodigiorum, Evan-
gelii complexus prædicatione; ubique erectis aris,
sacerdotibusque ac episcopis ubique fidelibus præ-
positis, ad illustre hoc Byzantium accessit. Huc vir
admirabilis obiter veniens, exstructaque in arce Dei
Matri æde; eleganti quidem illa schemate, cujus
tamen moles pro fidelium tunc paucitate angustiis
suis responderet; dignoque Ecclesiæ pastore magno
Stachy assignato, uberes postmodum hac in urbe

⁸⁸ Gen. viii, 11. ⁸⁹ Gal. ii, 19.

(10) Ὁραῖον μὲν τὴν κατασκευὴν. Exstabat forte
vestigium aliquod sic elegantis ædiculæ ac sacelli,
vel a majoribus traditum Nicetas acceperat, cum
ipsa moles exigua esset, ac pro eorum paucitate
qui Byzantii nomen Christo dederant, per breve
illud tempus, quo Andreas ille prædicavit. Ipsum
oppidum ac urbem, πολίχνιον adhuc tunc vocat
Metaph. sive quisquis auctor est Commentarii in
Andream apostolum, a me representati Latine ex
cod. card. Mazar. et quod Græcorum Menæa inte-
grum in ejus die festo habent. Quod vero Andreas
ipse eam fundavit Ecclesiam, eique Stachyn unum
e Septuaginta, ut Græcorum traditio est, præfecit,
nihil apostolicam Ecclesiam facit, aut admodum
celebrem, ante translata eo imperii sedem, qua
Byzantio novæ Romæ illata dignitas, sæculari
primum fastu, postmodumque etiam sacerdotio;
quanquam diu obluctante Romana sede; cui mole-
stum videretur sæculari eo ambitu convelli Eccle-
siarum privilegia, viamque schismati præstrui,
et ut a matre discederet, quæ jure vel injuria re-
liquis præter eam, eique secunda jam tum præ esse

Καὶ οὐ χωρὶς αἵματος τούτοις τὸ μέγα τῆς πίστεως
ἐκρατύνετο μυστήριον· ὡσπερ δὲ τὸν Διδάκταλον
καὶ Κύριον τῷ ἰδίῳ αἵματι τὴν αὐτοῦ σφραγίσαι
διαθήκην, οὕτως ἔδει καὶ τὸν δοκιμώτατον μαθητὴν
οὐ φιλοῖς λόγοις μόνον τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον εὐαγγε-
λίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ οἰκείῳ αἵματι τὴν αὐτοῦ βεβαιώ-
σαι διδαχὴν. Ἐπειδὴ οὖν πάντας ἄρδην οὐκ ἦν τῇ
ἀληθείᾳ συγκαταθέσθαι· ὡσπερ Ἰουδαϊκῆ κατὰ τοῦ
Ἰησοῦ πρότερον ἐπῆρτο χεῖρ, οὕτως κατὰ τοῦ Ἀν-
δρέου παρσκευάστο Σκυθικῆ· καὶ θυμὸς βασιλέων
προπετής, καὶ φονίῳ ἀρχόντων ὄρμη, καὶ θηριώ-
δης ἐπισύστασις λαῶν· καὶ εἰρκταί, καὶ μάστιγες
ἐντεῦθεν, ἔλκυσμοί τε καὶ μελῶν σπαραγμοί. Ναὶ δὴ
καὶ ξύλα καὶ λίθοι καὶ μάχαιραι, καὶ πᾶν τὸ ἐπιτυ-
χὸν ταῖς μαιφόνοις χερσίν, ὄπλον κατὰ τῆς τιμίας
ἐφέρετο κεφαλῆς. Καὶ τὸ θῦμα πρόθυμον, προθύμως
ὑπὲρ τῶν θυομένων αὐτὸν ἱερουργούμενον· καὶ ὡς
ὄφελλημα τῷ ὑπὲρ αὐτοῦ τεθυμένῳ πρότερον τὸ οἰ-
κτεῖον ἐπισπένδον αἷμα· καὶ (ὦ τῆς θεομιμησίας!)
ὑπὲρ τῶν ἀναιρούντων προσάγον εἰς ἐξίλασμα.

Καὶ τί ὁ Ἀρχιερεὺς ὁ μέγας; Προσιέμενος μὲν
τὴν θυσίαν ἀσμενέστατα, καὶ ὁσμὴν εὐωδίας τὴν
τελειότητα τῆς προθέσεως ὀσφρώμενος· ἄρτιον δὲ
καὶ ὑλόκληρον αὐθις τὸ λογικὸν ἱερεῖον ἀποκαθιστῶν,
καὶ ἐπὶ μείζοσι τοῦτο δόξαις καὶ ἀγωνίσμασι τα-
μιευόμενος. Οὕτως ὁ μέγας Ἀνδρέας, τῶν ἀντιτεταγ-
μένων περιῆν, καὶ οὕτως συσταυρούμενος τῷ Χριστῷ,
ἐν πᾶσιν ὑπερνήκα διὰ τοῦ ἡγαπηκότος αὐτόν.

Πάντα τοιγαροῦν τὰ κλίματα τοῦ βορρᾶ, καὶ πᾶ-
σαν τοῦ Πόντου τὴν παράλιον, ἐν δυνάμει λόγου σο-
φίας καὶ συνέσεως, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτιων
τῷ Εὐαγγελίῳ περιλαβῶν· πανταχοῦ τε θυσιαστή-
ρια, ἱερεῖς τε καὶ ἱεράρχας τοῖς πιστεύουσι καθ-
ιστῶν πανταχοῦ, τούτῳ δὴ τῷ περιωνύμῳ Βυζαντίῳ
προσεπέλασεν. Ἐνταῦθα κατὰ πάροδον ὁ θαυμάσιος
γεγονώς, καὶ ναὶν παρά τῇ ἀκροπόλει τῇ Θεομήτορι
δαιμάμενος, ναὶν ὠραῖον μὲν τὴν κατασκευὴν (10)·
ἀναλογοῦντα δὲ τὸ μέγεθος τῇ τῶν ἐν ἀρχῇ τότε πε-
πιστευκότων ὀλιγότητι· καὶ ποιμένα δὲ ἄξιον τῆς

vellet : ac quæ postmodum errorem affinxit, ut
ejus ipsius jugum excuteret; unaque audiret Ec-
clesia Catholica, omnium ipsa προεδρία, nulla jam
illi veteris Romæ τῆς προεδρίας dignitate ac po-
tentia. Quæ prima Photii strues, tumque cæularii
ab eoque reliquorum eam sedem non ornantium,
sed sæde stuprantium; cæca sane temeritate, quasi
non Christi hæc in Petro institutio, sed regum au-
toritas atque jus in palpone incubatore, vel etiam
in tyranno, ἀντάρτη tum imperii tum Ecclesiæ;
quo utroque rubros calceos ambiisset, ac quorum in
ipsa Ecclesia repulsa, qui æqualis Romano antistiti
esse nequiverat, diabolica superbia, illi se superio-
rem ac summum Ecclesiæ πρόεδρον præfecit. Qua
de re in Historia Byzant. ex monumentis quæ apud
me exstant, omni majora exceptione, ad utriusque
tyranni ac schismatis inceptoris tempora; jamque
prelo parata sunt, si quando regia Lupara, aliis
plene superfluis fatigata, ad ejus Historiæ absolu-
tionem convalescat, eaque sibi, regique Christia-
nissimo semper Augusto atque victori, gloriæ camu-
lum quærat.

Ἐκκλησίας τὴν μέγαν Στάχυν ἐγκεκληρωκῶς, ἔδει-
ξεν τὴν εἰς ὕστερον ἐν τῇ πόλει ταύτῃ φανησομένην
δαψιλῆ τοῦ Πνεύματος καρπογονίαν. Οὐα γὰρ σῖτος
κόκκου ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος Στάχυς πεσὼν ἐν αὐτῇ, καὶ
ταῖς οὐρανίαις ἀρδαίαις ὀροσούμενος· καὶ τῇ ἐπιτη-
δειότητι τῶν ὑποκειμένων αὐτῷ ψυχῶν καὶ διανοιῶν
ἐμπλατυνόμενος καὶ αὐξανόμενος, ἑκατονταπλασίω

καρπὸν.
Διὰ τοῦ Βυζαντίου δὲ Θράκην ὁ θειότατος ἀνὴρ
ἐπιὼν, ἵνα τὰ μεταξὺ συντέμω, διὰ Μακεδονίας καὶ
Θεσσαλονίκης τοῖς Πελοποννησίοις, καὶ τελευταῖον
ταῖς Πάτραις τῆς Ἀχαΐας προσχωρεῖ· ὅπου δὴ γενό-
μενος, καὶ ἱερῶς τοὺς ἐγγίζοντας ὁ θεόσοφος ἐκκλη-
σιαζόμενος· Ἄρατε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, ὦ ἀν-
δρες Ἀχαιοί, παρεκάλει, πρὸς οὐρανόν· ἠλιὸν τε
καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας, καὶ πᾶσαν τῶν νοου-
μένων κτίσιν διδασκαλιῶν οὖσαν τοῦ Κεῖσαντος
ἐπίγνωτε. Ὅς, αἰεὶ ὢν ὁμοίως ἀναρχος καὶ ἀθάνα-
τος, ἀπειρος καὶ ἀσώματος, ἀληπτος καὶ ἀπρόσ-
ιτος, πρῶτον μὲν νοερὸν κόσμον καὶ ἄλλοι, καὶ
οἰκίον ἑαυτῷ εἰς δόξαν ὑπεστήσατο· δευτέρον
δὲ τὸν αἰσθητὸν τοῦτον καὶ φθαρτὸν καὶ σωμα-
τικόν, τὸν ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς συνεστῶτα, καὶ
πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς, κατασκευάσατο. Ἰδίαις
δὲ τὸν ἀνθρώπου μόνον τῶν ζῶων διαπλάσας
χερσὶ, καὶ λόγῳ τοῦτον τετιμηκῶς, καὶ νοῦ καὶ
σοφίας ἤξιωκῶς, τῆς οἰκείας εἰκόνα μεγαλειότη-
τος εἰργάσατο.

Τοῦτον ἐν παραδείσῳ θέμενος κατ' ἀρχῆς, τῶν
ἐπὶ τῆς γῆς ἐπέταξεν πάντων ἡγεμονεῖν. Φθόνῳ
δὲ τοῦ διαβόλου καὶ ἀπροσεξία ἰδίᾳ τὴν ἐντολὴν
τοῦ Θεοῦ παραβάς, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ παραδείσου
πεσὼν, καὶ τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις παρασυμ-
βληθεὶς καὶ ὁμοιωθεὶς, αὐτοῦ μὲν ἤκεν εἰς λήθην
ὀλοτελῆ· τῇ κτίσει δὲ λοιπὸν καὶ τοῖς ὀρωμένοις
ἐταπερείδων τὸν νοῦν, καὶ γὰρ τὸ καλὸν τοῖς
ὀφθαλμοῖς νομισθὲν ἀθέως θεοποιῶν, τοῦ ὄντως
ὄντος ἀπολισθαίνει Θεοῦ· καὶ οὕτως ἀνθρώποις
αὐτοῖς ὁ νοῦς, τοῦ ἐνὸς καὶ ἀληθοῦς τῆς φιλίας
ἀποβραβεῖς, μυρταῖς ὄσαις εἰδώλων καὶ πλάνης
περιηρέχθη συμφοραῖς.

Διὰ τοῦτο Θεὸς ἀνθρώπος γίνεται· Θεὸς αἰώ-
νιος, ἢ ὑπεραιώνιος· Θεὸς ἀπροσδεῆς, τέλειος,
μόνος τὴν φύσιν ἀγαθὸς καὶ ὑπεράγαθος· μόνος
δυνατὸς τὴν ἰσχὺν καὶ ὑπερδύναμος. Οὗτος
ὀλίγω χρησάμενος, τὸν μονογενῆ, τὸν ἰσοσθενῆ
καὶ συνἀναρχον αὐτοῦ Λόγον, εὐδόκησε δοῦναι
τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἱλαστήριον, ἕς Παρθένον ἀγίαν
ἀπειρόγαμον ὑποδύς, καὶ Θεὸς καὶ ἀνθρώπος
ὑπερουσίως ὁ αὐτὸς ἡμῖν γεννηθεὶς· ἔπειτα μετὰ
λαμπρᾶς καὶ θεοπρεποῦς τῆς ἐκ λόγων καὶ ἔργων
μαρτυρίας ἀναδειχθεὶς· ἔπειτα τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν
σώτηρίοις πιθήμασι, καὶ τῷ θείῳ σταυρῷ προσ-
ωμιληκῶς, καὶ ἐκ τῶν νεκρῶν τριήμερος ἀναστὰς,
καὶ ἐμπροσθεν ἡμῶν ἀναληφθεὶς εἰς τὸν οὐρανόν,

A futuros Spiritus fructus ostendit⁹⁰. Velut enim tri-
tici granum sacer ille Stachys in terram cadens,
coelestique rore irriguus, ac subjectarum illis ani-
marum mentiumque aptitudine dilatatus ad sanctus-
que, centuplum etiamnum sanctæ fidei fructum inte-
gra segete edit.

τὸν τῆς ἀγίας τελεσφορεῖ πίστειως ἄχρι καὶ τήμερον

Byzantio autem vir divinissimus Thraciam in-
grediens (ut quæ media sunt perstringam) per Ma-
cedoniam et Thessalonicam, Peloponnesios aggre-
ditur; ac ad extremum Patras Achaïæ venit. Ubi
constitutus sancteque eos qui accederent divinus
magister pro concione cogens: *Tollite, quæso, aie-
bat, viri Achæi, in cælum lumina; solemque et lunam
et stellas, omnemque earum rerum, quæ mente intel-
liguntur, creaturam, ejus qui creavit ac condidit ad-
discendi ludum apertum agnoscite. Is, cum semper
nihil dissimilis, æternus et immortalis, infinitusque
et incorporeus, incomprehensusque sit et inaccessus,
primum quidem animorum mundum atque mentium,
nec existentem in materia, velutque sibi familiarem,
in gloria condidit (16); tumque alterum, hunc nimirum
sensibus objectum ac corruptioni obnoxium corpo-
reumque, ex cælo et terra constantem, cunctisque quæ
in eis sunt, fabricatus est: solum autem ex animan-
tibus hominem propriis formatum manibus, et ratione
atque sermone ornatum menteque ac sapientia instru-
ctum, suæ simulacrum majestatis fecit.*

Hunc in paradiso ab initio positum, universis quæ
in terra essent, præesse constituit. Diaboli autem in-
vidia suaque ipsius socordia Dei mandatum transgres-
sus eamque ob rem e paradiso prolapsus, ac jumentis
insipientibus comparatus illisque similis effectus, in
ejus plenam oblivionem venit⁹¹: jamque creaturæ ac
rebus in aspectum cadentibus adhibens animum, im-
pieque quod pulchrum oculis visum esset in Deum
consecrans, a vero excidit Deo: sicque mens humana,
ab unius verique amore abscissa, innumerabilibus se
simulacrorum errorisque ærumnis ac malis inseruit.

Eam ob rem Deus homo fit. Deus æternus, sive
æterno major. Deus nullius egens, perfectus, solus
natura bonus ac supra quam bonus: solus fortis ac
potens omnemque potentiam excedens. Placuit huic
miseratione uso, ut unigenitum, ejusdem secum
naturæ ejusdem potentia ac coæternum Verbum
suum peccatoribus propitiationem daret. Isque (Dei
scilicet sermo) sanctam Virginem rei maritalis
expertem subiens, Deusque ac homo idem nobis super-
substantialiter natus, tumque magnifico divinoque
verbis operibusque testimonio declaratus atque pro-
ditus; ac deinde salutaribus nostri causa passio-
nibus divinaque cruce perfunctus, atque ex mortuis
triduanus suscitatus, nobisque coram in cælum re-

⁹⁰ Joan. XII. 4. ⁹¹ Psal. XLVIII, 13.

(11) Cf. Greg. Theol. orat. in Christi natalem.

ceptus, in Dei dextera consedit. Qui et sanctum Spiritum suum in nos postea abunde effudit, cujus virtute ac invocatione, uti videtis, daemones ab obsessis pelluntur corporibus, morbi fugiunt, caeci visum recipiunt, surdi auditum, claudorum bases consolidantur, resurgunt mortui, ægrique omnes animorum corporumque affectus insanabiles, solo Christi nomine convelluntur.

Igitur denuntiamus vobis, viri sapientissimi, ac adhortamur, ne verbum salutis hujus, quod per nos vobis annuntiat, repudietis: sed variis istis virtutibus confirmati, credite uni Deo vivo ejusque Unigenito, qui pro nobis homo factus est et crucifixus et resurrexit, ascenditque in cælos, ac rursus cum gloria e cælis venturus est, ut vivorum ac mortuorum Judex sedeat, singulisque pro eo ac gesserunt reddat. Huic credentes, baptizamini in ejus nomine; sanctique Spiritus suscepto dono, illuminamini animo, illuminamini mente, inque eum modum ab impura emundati dæmonum religione ac cultu, hæredes efficiamini vitæ æternæ in Christo Jesu.

φωτισθητε νοῦν, καὶ οὕτως τῆς ἐνυγοῦς τῶν γενήσεσθε ζωῆς αἰωνίου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Ejusmodi semper doctrinis tantaque prodigiorum vi, totam vir summe admirandus nimium quantum Achaïæ provinciam in stuporem agens, ab idolorum paulatim errore subducebat, virosque simul ac mulieres, senes, pueros, nobiles, privatos, sapientes et rudes, divites ac pauperes veritati admovebat. Adeoque prorexit prædicatio et invaluit, ut et Maximilia proconsulis uxor et Stratocles illius frater, Deo vero crediderint; susceptoque baptizate, in doctrina Apostoli perseverarent. Sic Græcorum ac Barbarorum detritus omnis simulacrorum cultus; sicque dæmonum omne supercilium, Jesu in Andrea virtute detractum atque convulsum: sic denique Domini Ecclesiæ quotidie exaltatæ ac fide roboratæ.

Quia igitur eum in modum vir beatissimus in

(11) Μαξιμίλλαν ἀνθυπάτου τὴν γαμετὴν. Etiam Græci in Synaxario, fusiusque illis Metaphr. sive cujuscunque alius antiquis Actis, in quibus et illud de ea habetur, Reverso Roma proconsule ac viro, noluisse maritali copula illi commisceri, eo quod Christiana jam fide imbuta nollet cum homine nesciente Christum consuescere; sed cum Davide, qui Deum odissent, odisset: quod forte disciplina Christianæ non satis consentiat, nulla tali fideli conjugii licentia, nisi ubi infidelis illi commanere non sustinet absque Salvatoris injuria: exstant tamen in Actis Clementis Romani de Theodora Sisinii uxore pene similia, aliisque non paucis, quæ omnia durum dicere Manichæorum fuligine aspersa. Forte eam ipsam ducebant piæ mulieres Salvatoris injuriam, quod mariti obstinatius infideles manebant, et ut proclive est, sibi suæque superstitioni uxores addicere studebant: aut studere videri poterant. Quæ August. refert ac suggillat ex Actis Andreae, l. De fide contra Manch., c. 58, plane Manichæica sunt, vereque digna Leucio Manichæo auctore; quod ipsa nolens viro debitum

ἐν δεξιᾷ κακάθικε τοῦ Θεοῦ· ὅς καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον, μετὰ ταῦτα πλουσίως ἐξέχευεν ἐφ' ἡμᾶς, οὗ τῆ δυνάμει καὶ τῆ ἐπικλήσει, καθὼς ὁράτε, δαίμονες τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ἐξελαύνονται, νόσοι δραπετεύουσι, τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, κωφοὶ ἀκούουσι· καὶ ἀναρρώνονται μὲν χωλοὶ, ἀνίσταται δὲ νεκροὶ, καὶ πάθη πάντα ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνίατα, μόνῳ καταργεῖται τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ.

Τοῖνον παραγγέλλομεν ὑμῖν, ὧ ἄνδρες σοφώτατοι, καὶ παραινόμεν, μὴ ἀποστραφῆναι τὸν λόγον τῆς ζωῆς ταύτης, τὸν δι' ἡμῶν ἐν ὑμῖν καταγγελλόμενον· ἀλλὰ ταῖς ποικίλαις ταύταις βεβαιούμενοι δυνάμεσι, πιστεύσατε ἐντὶ Θεῷ ζῶντι, καὶ τῷ τούτου Μονογενεῖ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀνθρωπισθέντι καὶ σταυρωθέντι καὶ ἀναστάντι, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνελθόντι, καὶ ἐρχομένῳ πάλιν μετὰ δόξης ἐκ τῶν οὐρανῶν, κρίσιν ποιήσασθαι ζώντων καὶ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀποδοῦναι ἐκάστῳ κατὰ τὴν πράξιν αὐτοῦ. Τούτῳ πιστεύοντες, βαπτισθητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· καὶ τὴν δωρεάν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαμβάνοντες, φωτισθητε ψυχὴν, δαιμόνων ἀποκαθαίρονται τελειῆς, κληρονόμοι

Τοιαύταις αἰεὶ διδασκαίς, τηλικούτοις δὲ τέρασιν πᾶσαν ἐπὶ πολὺ τὴν Ἀχαΐδα γῆν, ὁ θαυμασιώτατος ἐξιστῶν, ὑπεξῆγε μὲν τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης κατὰ μικρὸν· προσήγετο δὲ τῆ ἀληθείᾳ, ἄνδρας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας, γέροντας, νῆπια, ἄρχοντας, ἰδιώτας, σεφούς τε καὶ ἀμαθεῖς, πλουσίους καὶ πένητας. Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ τὸν λόγον ἀξέανεσθαι καὶ κραταιοῦσθαι, ὥστε καὶ Μαξιμίλλαν ἀνθυπάτου τὴν γαμετὴν (11), καὶ Στρατοκλέα δὲ τὸν αὐτοῦ σύγγονον, τῷ τῆς ἀληθείας καταθέσθαι Θεῷ· καὶ βαπτισθέντας, τῆ τοῦ Ἀποστόλου προσηκροῦν διδασχῆ. Οὕτως εἰδωλολατρεῖα πᾶσα τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων· καὶ δαιμόνων ὕψους οὕτω πᾶσα, διὰ τῆς ἐν τῷ Ἀνδρέᾳ τοῦ Ἰησοῦ δυνάμεως ἐμειοῦτο καταργούμενα· καὶ οὕτως αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Κυρίου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ὑψοῦντο, τῆ πίστει στερεούμεναι.

Ἐπεὶ δὲ τοῦτον ἐπὶ πολὺ τὸν τρόπον ὁ μακαριώ-

reddere, supposuerit marito ancillam suam Eucliam nomine, exornans eam, etc., aliaque plane putida, quibus nihil commune cum his quæ versamus, præter nimiam forte illam religionem castitatis servandæ, aut etiam viri infidelis consuetudinis vitandæ. Quæ exstat de Andreae Passione Achaïæ presbyterorum Epistola, Maximillam Egetis uxorem non habet, sed senatoriam mulierem ac prænobilem, quæ martyris corpus et apostoli religiose sepeliverit, cujus ille rei nomine ad imperatorem delaturus esset, non ausus, qua fulgebat nobilitate, ordinaria quasi potestate in eam manus injicere, seu etiam civium, qui plures Christiani essent ab Andrea conversi, majorem stragem edere: sive alias Maximilla ejus uxor erat, sive non. Non enim hæc pugnant: quod ejus tanta nobilitas, et quod uxor proconsulis esset. Nicetas ubique cautior, oratorisque licentia, uxorem Egetis dixit, reliqua tacuit, aut certe subobscurius dixit; cum et ipse crucis Andreae causam tradit, quod Egeatis γυναικὸς ἡστόχει καὶ ἀδελφοῦ, uxorem fratremque quasi amittebat, auscultantes fidei quam Andreas prædicabat.

τατος βεβιωχώς, τὸ ἔργον τετελείωκε τοῦ Χριστοῦ· καὶ αὐτὸς μὲν ἐσχάτῳ γήρει τὸ σῶμα πεπονηχώς ἐπόθει τὴν ἀνάλυσιν, ἐκάλει δὲ τοῦτον ἕνωθεν ὁ ὑπερουράνιος Νυμφίος πρὸς ἑαυτὸν· καὶ ὁ Πατήρ δὲ ὁ ὑπέρθος (12), τὰς ἀγκάλας ὑψηπλωχώς, εἰς τοὺς γάμους προσεδέχετο τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὠδοποιεῖ τούτῳ τὴν ἀνοδὸν καὶ κατίθυνα· ὃ τε νυμφῶν αὐτῷ ὡς πανάγνη παγκάλως διηνέφκτο, καὶ οἱ Σεραφεῖμ μὲν κύκλωθεν ἐστῶτες τὴν τρισάγιον αἴνεσιν ἠρμύζοντο· οἱ Χερουβείμ δὲ, τῷ ἐπὶ τοῦ θρόνου τὴν δόξαν εὐλογημένην ἀνεβάλλοντο, καὶ οἱ θρόνοι πρὸς ὑποδοχὴν, καὶ πᾶσαι δὲ τῶν οὐρανίων αἰ δυνάμεις τῷ τιμιωτάτῳ τοῦ Θεοῦ παιδὶ πρὸς δεξιῶσιν παρεσκευάζοντο· καὶ οἱ μὲν τῶν ἱερῶν νόων ἐπ' αὐτὸν οὐρανῶθεν ἐκεῖ καταβαίνοντες, οἱ δὲ ἀναβαίνοντες, λείαν αὐτῷ καὶ ἄγαν εὐπορον τὴν ἀνάβασιν ἠτοιμάζοντο, ἔδει λοιπὸν αὐτὸν κάτω τὸ τοῦ σώματος ἔλυτρον ἀφέντα, πρὸς τὸν ὑπερούσιον ἀσωμάτως ἀναπτήναι· καὶ τοῦ τῆς σαρκὸς πάχους βαγέντα, γυμνῷ τῷ Πνεύματι πρὸς τὸ Πνεῦμα καθαρῶς ἐνδημεῖν. Ἔδει μείναι τὴν γῆν ἐπὶ γῆς, εἰς ἀγιασμὸν ἐσομένην τῇ γῆ, καὶ τῆς αὐτοῦ πίστεως ἐνέχυρον, τὸ ἱερὸν σκήνος καταλιπεῖν τοῖς πιστοῖς, αὐτὸν δὲ κούφον ἀρθῆναι πρὸς οὐρανὸν, τῷ ὑπερουρανίῳ συνεσόμενον.

Ἄλλὰ τί τὸ τῆς ἀναλύσεως ὄργανον; Σταυρὸς, τὸ σημεῖον τοῦ ἐσταυρωμένου, τὸ σκῆπτρον τοῦ Παμβασιλέως, ἡ δόξα τοῦ Χριστοῦ, τὸ ἄθραυστον πάντων τῶν ἁγίων ὄπλον. Σταυρὸς, ὡσπερ ὄργανον μὲν πρότερον θανατικὸν τῷ Ἰησοῦ πρὸς τῶν Ἰουδαίων κατασκευασθεῖς, σύμβολον δὲ ζωῆς παρ' αὐτοῦ τοῖς ἁγίοις πᾶσι δοθεῖς· οὕτω καὶ τῷ πιστοτάτῳ τοῦ ἐσταυρωμένου Χριστοῦ μαθητῆ, τοῦ θανάτου μὲν ὄργανον πρὸς τοῦ Αἰγυπτίου καταπηχθεῖς, καὶ τὸ αἰτιον, ὅτι εἴη γυναικὸς ἠστόχει καὶ ἀδελφοῦ, τῆς Ἀνδρέου πίστεως καὶ θεηγορίας ἠρτημένων· ζωῆς δὲ ξύλον, οὐ Μαξιμίλλη, καὶ τῷ Στρατοκλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαις ὁμοῦ ταῖς Πάτραις, καὶ τῇ Ἀχαΐᾳ σωτηρίας ὑπόθεσις γεγονώς.

Καὶ γὰρ ὑψωθεὶς ὁ πρεσβύτατος ἐπὶ τοῦ ξύλου· καὶ οὐ προσηλωμένος, ἀλλ' ἐφ' ἡμέραις αὐτῷ προσδεδεμένος τρισὶν, ὡσπερ ἀπὸ σκοπιῆς τινος ἢ ἀκρωρείας τοὺς παρεστῶτας αὐτῷ λαοὺς ἐφορῶν, καὶ τὰ τῆς μυσταγωγίας ῥήματα παρατιθεῖς, σαρκὸς μὲν παρῆνει παραμελεῖν· ἠδονῆς τε σώματος ἠττάσθαι μηδεμιᾶς, μηδέ τι τῶν ὀρωμένων ἢ λυομένων ἄξιον ἠγεῖσθαι σπουδῆς· μόνης δὲ ψυχῆς καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἐνεργείας, τῆς κατὰ πίστιν ἀληθείας φημί, τῆς πρὸς τὸ τῶν ἐφετῶν ἀκρότατον ἐκστατικῆς ἀναγωγῆς, καὶ κοινωνικῆς ὁμοιότητος καὶ συναφείας θεολογικῆς, πάση σπουδῇ, πάση μηχανῇ καὶ παντὶ σθένει χρεῶν ἔλεγεν ὁ θεόληπτος ἐπιμελεῖσθαι.

⁹¹ Joan. xvii, 4. ⁹² Phil. i, 23. ⁹³ Isa. vi, 3. ⁹⁴ Ezech. iii, 12.

(12) Ὁ ὑπέρθος. Quasi supra quam Deus; longe excedens quidquid deum de Deo concipiamus; sive deitas intelligatur, ut in creatis dicitur, et participatione, sive etiam ut in Deo, sic a nobis affirmate

A longos annos protracta vita, Christi opus peregerat⁹¹; ac quidem ipse extrema senectute defesso corpusculo, solvere cupiebat⁹²; supercœlestis vero Sponsus, e cœlis ad se vocabat; omnique major deitate Pater, passis ulnis ad Unigeniti nuptias exspectabat; sed et Spiritus sanctus ascensum prospere muniebat iterque dirigebat; thalamusque, velut omni castitate ornato, decore omni patebat; ac Seraphim quidem in circuitu stantes trinæ laudationis canticum aptabant⁹³, Cherubim vero sedenti super thronum benedictam gloriam repetitis vocibus personabant⁹⁴; Thronique susceptionis ergo, ac cœlestes omnes Potestates, ad nobilissimum Dei famulum triumpho accipiendum paratæ erant; atque aliæ quidem sacrarum mentium ad eum illuc e cœlis descendentes, aliæ vero ascendentes, planum valdeque expeditum ascensum muniebant; jam necesse erat ut relicto in terra corporis involucro, ad substantia omni majorem corporis expers evolaret; abruptaque carnis mole ac crassitie, nudo spiritu ad Spiritum pure emigraret. Necesse erat ut terra in terra manente, futuraque illa terræ in sanctificationem, illiusque pignus fidei, sacræ exsuviae fidelibus cederent, ipseque levis in cœlum tolleretur, cum eo versaturus, qui excelsior cœlo est.

Quodnam vero sic emigrandi atque solvendi organum fuit? Nimirum crux, signum crucifixi, sceptrum universorum Regis, Christi gloria, sanctorum omnium inviolabilis armatura. Crux, sicut prius a Judæis Jesu structa velut mortis organum, cunctisque ab eo sanctis data tanquam vitæ signum; sic et fidelissimo Christi cruci affixi discipulo, mortis organum ab Ægeate fixa (ea scilicet ratione quod uxore fratereque frustraretur, ab Andreæ pendentibus fide ejusque divinis sermonibus) quæ tamen nedum Maximillæ et Stratocli, sed et cunctis Patrarum civibus, omnique Achaïæ salutis causa exstiterit.

Sublatus enim in crucem provecctæ ætatis senex, nec illi confixus, sed tridui spatio alligatus, velut e specula montisque vertice astantes populos intuens, sacratorisque doctrinæ verba proponens, hortabatur carnem despiciere, nulli corporis voluptati ac libidini cedere, nihilque eorum quæ cerni oculis possunt aut intereunt, studii dignum ducere; animæ duntaxat ejusque operationis (veritatis scilicet fidei) exstatici ad supremum eorum, quæ desiderari possunt, animi ascensus, sociæque similitudinis ac conjunctionis theologicæ, omni diligentia, arteque ac robore, vir Deo plenus aiebat curam habendam esse.

ex creatis, et ut illorum auctor est, intellecto: cujusmodi plura in l. *De Mystica Theologia*: non ὑπέρθος, quasi aliis personis magis Deus, aut illis superior existat; quod esset Arianici fursuris.

Hujus unius quam maxime assumendam sollicitudinem, quippe cum Dei opus sit⁹⁴; inque eo primitus laborandum; omnes autem terrenas possessiones, ceu fluxas, spernendas esse: bonam corporis habitudinem, ut quæ ipsa fragilis sit, contemnendam; animoque virtutis causa laborante connitendum fortiter admonebat, nec laboribus fatiscendum. Unam scire mortem qui sit philosophus, peccatum scilicet ac impietatem. Veram hanc mortem esse veram nimirum vitam ignorare, animique oculos claudere, ne Christi fidei radiis collustrentur. Hanc tremendam acerbamque aiebat mortem; quam autem infideles inferant, cunctis suaviorem deliciis, vitæque causam existimandam esse, ut quæ ipsi Vitæ, ipsi Luci atque luminum Patri (omnis scilicet pulchritudinis auctori omnisque bonitatis parenti) admoveat,

Ne igitur, filii, eorum causa indignemini qui interimunt. Nam et inviti vitam conciliant; et cum lædere arbitrentur, beneficium præstant: putantes honori detrudere, honorem accumulantes: existimantes affligere atque ærumnæ auctores esse, ad verum ac nunquam diffluens gaudium transmittunt. Non igitur mihi mæroris causa et tristitiæ animique doloris, injusta hæc existimata sententia. Esset mihi plane valde molesta ac tristis, ac vere mortis causa, siquidem justa esset. Si deprehensi essemus facinoris rei; si nos Ægeati morte dignos exhibuissemus. Nunc autem veram vitam, vitam stabilem, ineffabilem, intemeratam, quam oculis vidimus, manibus contrectavimus⁹⁵; cujus ipso rei periculo virtutem cognovimus, cum annuntiemus, cunctosque (quod nostrarum partium est) boni socios assumere studeamus, ejusque rei gratia in talia incidamus, non delicti pœnas luimus, sed clarescimus; non punimur, sed servamur; nec (ut quis putaverit) morte afficimur, sed vita donamur⁹⁶. Quid enim vir fortissimus virtutis causa injuria affici ac cruciari, philosophi sensu existimaret, quam justificari ac coronari? Quid vero Jesu causa in crucem agi ac interimi, quam vita ac deitate augeri; ac sicut supplicii mortisque similitudine, sic claritatis societate ei copulari, ac cum eo in æternum regnare.

Atque hæc quidem ad plebem: sibi vero vir re ipsa sapientissimus incumbens, atque ad eum, quem in se manentem habebat, sermonem convertens, *Gratias, inquit, ago tibi, mea voluptas ac gloriatio, mea exsultatio ac exaltatio, mea lux, mea potestas, mea corona, mea substantia, mea claritas, mea gratia, nomen desiderabile, divinumque nomen.*

Gratias tibi, Jesu, vitæ meæ, meæ respirationi, alto cordis mei sensui, mentis meæ gloriationi, quem Dei amore amo quo frui liceat æterna voluptate; quem habeo, quem sitio, cui vivo, ac cui sum alligatus, et ad quem urgeor provehorque, ac contente contendo.

A Τούτου μόνου φροντίζειν ἐτι μάλιστα δεῖν, ὡς ἔργου καθεστῶτος Θεοῦ, καὶ περὶ τοῦτο προσηυμένως πονεῖν· κτήσεως δὲ γῆϊνης πάσης, ὡς βροῦσης, ὑπερορᾶν· εὐπαθείας σώματος, ὡς οὐ μενούσης, ὑπερφρονεῖν· καὶ ψυχῆς δὲ ὑπὲρ ἀρετῆς πονούσης, ἀνδρίζεσθαι παρήγγελλε, καὶ μὴ ἐκκακεῖν· θάνατον δὲ μόνον εἰδέναι φιλόσοφον, τὴν ἁμαρτίαν καὶ ἀσέβειαν. Θάνατον τοῦτον ἀληθῆ, τὴν ἀληθῆ ζωὴν ἀγνοεῖν, καὶ μυωπάζειν τοὺς τῆς καρδίας ὀφθαλμοὺς, ὡς μὴ ταῖς ἀκτίσι τῆς πίστεως καταυγασθῆναι Χριστοῦ. Τοῦτο θάνατον ἔφασκεν εἶναι φρικτὸν καὶ πικρὸν· τὸν παρὰ τῶν ἀπίστων δὲ ἐπαγόμενον, πάσης ἡδύω τροφῆς καὶ ζωῆς αἴτιον ἡγεῖσθαι, ὡς αὐτῇ προσάγοντα τῇ αὐτοζωῇ, τῷ αὐτοφωτῇ, καὶ τῷ φῶτων Πατρὶ· τῷ πάσης καλλοποιῷ καλλονῆς, τῷ πάσης ἀγαθότητος ἀγαθοποιῷ.

Μὴ οὖν ἐπὶ τοῖς ἀναιρουῦσιν, ὧ τέκνα, δυσχεραίνειν. Ἄκοιτες γὰρ ζωοποιούσι· καὶ κακοῦν νομιζοῦτες, εὐεργετοῦσι· καὶ ἀτιμοῦν οἰόμενοι, τιμῶσι· καὶ θλίβειν ἡγούμενοι, εἰρὸς τὴν ἀληθινὴν καὶ ἄρρευστον παραπέμπουσι χαρὰν. Οὐκ οὖν ἐμοὶ δυσθυμίας, οὐκ ἀνίας, οὐδὲ λύπης αἰτία, ἢ ἄδικος αὐτῆ νομιζομένη κρίσις. Ἦν ἄν μοι, φησὶν, σφόδρα λυπηρὰ, καὶ ἐν τῷ θανάτῳ πρόξενος· εἴπερ ἐνδικος ἦν· εἰ κακοεργούντες ἐάλωμεν· εἰ ἀέλους ἑαυτοὺς θανάτου τῷ Αἰτεῶντι παρεστήσαμεν· νῦν δὲ ζωὴν ἀληθῆ, ζωὴν μένουσαν ἄρρητον, ἦν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐώρακαμεν, ταῖς χερσὶν ἐψηλαφήσαμεν· ἧς διὰ πείρας ἐγνώκαμεν τὴν δύναμιν, ταύτην εὐαγγελιζόμενοι, καὶ βουλόμενοι πάντας ὅσον ἐφ' ἡμῖν, τοῦ ἀγαθοῦ λαβεῖν κοινωνοὺς, καὶ τοιοῦτοις περιπλιπτοῦτες δι' αὐτὴν, οὐ τιμωρούμεθα, δοξαζόμεθα δέ· οὐ κολαζόμεθα, σωζόμεθα δέ· οὐδ' ὡς ἄν τις ὑπολάβοι, θανατούμεθα, ζωούμεθα δέ. Τί γὰρ τὸ ὑπὲρ ἀρετῆς ἀδικεῖσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι ὁ ἀνδρειότατος ἐφιλοσόφει, ἀλλ' ἢ δικαιοῦσθαι καὶ στεφανοῦσθαι; Τί δὲ τὸ ὑπὲρ τῆς Ἰησοῦ δόξης σταυροῦσθαι καὶ νεκροῦσθαι, ἀλλ' ἢ ζωοποιεῖσθαι καὶ θεοῦσθαι· καὶ ὡς περ τῆ ὁμοιότητι τοῦ πάθους, οὕτω καὶ τῆ κοινωνίᾳ τῆς δόξης συμφύεσθαι, καὶ συμβασιλεύειν αὐτῷ εἰς τοὺς αἰῶνας;

D Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὸ πλῆθος· ἑαυτοῦ δὲ πάλιν ὁ τῷ ὄντι φιλοσοφώτατος γινόμενος, καὶ πρὸς τὸν ἐν αὐτῷ μένοντα τὸν λόγον ποιούμενος, *Εὐχαριστῶ σοι, φησὶ, τὸ ἐμὸν ἐντρέφημα καὶ καλλώπισμα, τὸ ἐμὸν ἀγαλλίαμα καὶ ὑψωμα, τὸ ἐμὸν φῶς, τὸ ἐμὸν κράτος, τὸ στεφάνωμα τὸ ἐμὸν, ἢ ἐμοῦ περιουσία, ἢ ἐμὴ δόξα, ἢ χάρις ἢ ἐμὴ, τὸ ἐπιπόθητον ὄνομα, τὸ θεάρχιον ὄνομα.*

Εὐχαριστῶ σοι, Ἰησοῦ, τῇ ζωῇ μου, τῇ ἀνυπνοῇ μου, τῷ γαυριάματι τῆς καρδίας μου, τῷ κινυχήματι τῆς διαβολῆς μου, οὗ ἐρῶ Θεοῦ ἔρωτι, οὗ ὀνείμηρ αἰωνίῳ τροφῇ, ἐν ἔχω, ἐν διεψῶ, ᾧ ζῶ, καὶ ᾧ δέδεμαι, καὶ πρὸς ἐν ἐπέλωμαι καὶ ἀνίγωμαι, καὶ συντεταμένως ἀνυτείνωμαι.

Εὐχαριστῶ σοι, Χριστέ, τῷ Κυρίῳ μου καὶ Θεῷ A μου καὶ Βασιλεῖ μου, ὅτι με πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ τῇ κοινῶν τειλίμῃ σου πάθους· ὅτι με τὸν δρόμον τελῶσαι καλῶς, τὸν ἀγῶνα νομίμως ἀγωνίσασθαι, καὶ τὴν πίστιν ἐνίσχυσας βεβαίως τηρῆσαι. Καὶ νῦν διὰ τοῦ σταυροῦ τούτου ὑψούμενον, πρὸς σέ χαρμοσύνως ὑπόλαβε, φιλοφρόνως δεξιῶσαι, πατρικῶς ἐναγκάλισαι καὶ γὰρ παρὰ σοὶ μένειν, ἐν σοὶ ζῆν, ἀγαλλιῶσθαι δι' αἰῶνος ἐν σοὶ, κατατέρπεσθαι καταξίωσον ἐν σοὶ, καὶ τῆς σῆς ὠραιότητος, τῆς σῆς βασιλείας κατατρυσᾶν, ἧς οὐδὲν μοι τῶν ἐπὶ γῆς κατ' οὐδὲν προτετιμῆσθαι καιρόν.

Ἄλλὰ καὶ τὰς τῶν ἐκκλησιῶν ἀπαρχὰς, τὰς συναγωγὰς τῶν πιστῶν, τὰ τῶν ἐμῶν ἀκροθήνια πόνων, τὰ δράγματα τῆς γεωργίας τῆς ἐμῆς, ἀ τῷ σῷ περιπεποίημαι Πνεύματι, φύλασσέ μοι, Χρι- B στέ, καὶ τήρει, καὶ σκέπε τῆς βασκαρίας τοῦ ποτηροῦ. Μεγάλυνόν σου τὸ ποίμνιον, ἀγαθὲ, κραταίωσον, ἰσχυρὲ· σθένωσον, πολλαπλασίσσον, ὥστε πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τῆς ἀπάτης ἐλευθερουμένην τοῦ δυσμενοῦς, πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου καθορμισθῆναι· ὥστε τῆς σῆς κλησθῆναι τὴν γῆν.

Τοιούτοις ῥήμασι, καὶ ἔτι πολλῷ πλεονεξίᾳ καὶ κρείττοσιν, ὧ τρισμακαριώτατε μαθητὰ, τῷ διδασκάλῳ καθομιλῶν, καὶ ὅλος ἐν τῷ Θεῷ ἐξεστῶς, εἶδες μὲν ἀνεφύγους σοὶ κρυφίως τοὺς οὐρανοὺς· εἶδες δὲ καὶ τὸν Βασιλέα τῶν οὐρανῶν, ὡς ὑπέσχετο, μυστικῶς ἐμφανισθέντα σοι, καὶ νοερωτάτοις καρδίας ὀφθαλμοῖς ὑψηλῶς καὶ θεοπρεπῶς αὐτῷ προσθαλῶν, καὶ ἀρρήτων C τινὶ καὶ μυστικῇ θυμηδίᾳ καὶ τερπνότητι συνδεόμενος καὶ ἐφεπόμενος, συνανελήφθης μετὰ παρρησίας καὶ ἀγαλλιᾶσεως εἰς τοὺς οὐρανοὺς· καὶ οἶα χιτῶνα τὸ ἱερώτατον σκῆνος τῷ ξύλῳ καταδεδεμένον ἀφείς, αὐτὸς ἐπήρθης τῷ πνεύματι, καὶ σύμμορφος ἕντως ὤφθης ἐν ὑψίστοις, τῷ σώματι τῆς δόξης Χριστοῦ.

Χαίρε μοι τοιγαροῦν, ὧ πρωτόκλητε καὶ προβάθμιε (13) τῶν ἀποστόλων καὶ ἀρχηγέ· ὁ μετὰ τὸν σύγγονον μὲν τὴν τάξιν εὐθύς, τὴν κλήσιν δὲ πρὸ αὐτοῦ· τῆς εἰς τὸν Σωτῆρα δὲ πίστεως καὶ μαθητείας, οὐ τῷ Πέτρῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὄλοις γενόμενος ἀπαρχὴ μαθηταῖς.

Χαίρε, ὅτι τῷ προδρόμῳ λύχνῳ προκαταυγασθεὶς, δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐχειραγωγῆθης· ὅτι πρῶτος τὸν Ἄμνόν τοῦ Θεοῦ καὶ καλὸν D Ποιμένα τῶν προβάτων ἐπεγνωκῶς, ὡς ἀρνίον ἀκακόν, ἄχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, τούτῳ σαφῶς ἐπηκολούθησας· διὸ καὶ πρὸς τὸν οὐράνιον γεννήτορα συνυψούμενος, καὶ εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος συνεισιῶν, τοῦ ὑπερτάτου πάντων ὀνόματος κατηξιώθης.

Χαίρε, ὅτι τὸν ἀληθῆ τῶν ψυχῶν Νυμφίον, πρῶ-

Gratias tibi, Christe, Domino meo et Deo meo ac Regi meo, quod præter alia, etiam tuæ me socium passionis honoraveris⁹⁶; quod ut cursum probe consummarem, certamen legitime certarem⁹⁷, ac firmam servarem fidem, vires roburque præbueris⁹⁷. Nunc itaque per hanc elevatum crucem, ad te gaudio suscipe, amanter benigneque accipe, paterne amplectere; ac vero apud te manere, in te vivere, in æternum in te exsultare, in te delectari concede; tuoque decore ac regno potiri, cui nihil terrenorum usquam velim anteire.

Sed et Ecclesiarum primitias, fidei cœtus meorum laborum manubias, culturæ meæ manipulos, quos tuo acquisivi Spiritu, mihi, Christe, custodi, servaque, ac a nequissimi invidia protege. Adauge gregem tuum, qui bonus es; confirma ac roborâ, qui fortis es; consorta, multiplica, quo omnis hominis anima, inimici errore liberata, tuto se portu ad Evangelii veritatem recipiat; ut quam cito tui agnitione et gloria repleatur universa terra.

ἐπιγνώσεως καὶ δόξης σύμπασαν, ὡς τάχιστα,

Istiusmodi verbis, longeque iis pluribus ac potioribus, ter beatissime discipule, magistro collocutus, totusque Deo excedens, vidisti cœlos tibi occulte apertos, vidisti et cœlorum Regem, ut erat pollicitus, mystice apparentem, perspicacissimisque animi oculis sublimiter ac divine illi incumbens, arcanaque quadam ac mystica animi jucunditate et oblectatione ipsi devinctus ac comes, cum favore et exultatione pari triumpho in cœlos receptus es: sacratissimumque tabernaculum tunicæ instar e ligno vinctum relinquens, ipse spiritu elatus, verique in excelsis conformis factus corpori claritatis Christi es⁹⁷.

Salve igitur mihi sis, primo in apostolis vocate graduque eorum prime et antesignane: ordine quidem dignitatis secunde statim a fratre, at prior illo vocatione: fide autem in Salvatorem discipulorumque matricula, nedum Petro, sed et discipulis omnibus facte primitiæ.

Salve, quod præcurrente lucerna primum illustratus, per illam ad Solem justitiæ adductus es: quod cum Agnum Dei bonumque illum ovium Pastorem cunctis prior ipse agnovisses, velut ovis innocens, ad mortem usque, idque mortem crucis, eum palam secutus es: quamobrem etiam ad cœlestem Patrem una sublimatus, inque interiora velaminis pariter ingressus, supremum omnium nomen consecutus es⁹⁸.

Salve, quod verum animorum Sponsum, cum

⁹⁶ Joan. xx, 28. ⁹⁷ II Tim. iv, 7. ⁹⁷ II Tim. ii, 4.

⁹⁷ Philipp. iii, 10. ⁹⁸ Hebr. vi, 19.

(13) Καὶ προβάθμιε. Novi hoc tituli sola vocatione, fideique in Christum explicatæ primitiis, intelligendum est; cum alioqui Petrus, ipse junior, omnibus Andræ præeat, unus ipse coryphæus ac gregis dux, princepsque apostolorum ac Christi

singularis vicarius, in quo fundata Ecclesiæ unitas, non in Andrea, ullove alio discipulorum: qui proinde absolute προβάθμιος, apostolorum primitiæ ac primas electus a Domino est.

primus promui testimonio didicisses, totusque statim charitatis modis vulneratus esses, ac ejus prorsus captus dulcedine, cervique in modum siti maxima te illi adjunxisses, ac vitali latice affatim potatus atque inebriatus esses, ex ejus in te pinguedinis abundantia plures inebriasti, torrensque voluptatis gentibus multis exstitisti⁹⁹, quibus velut aquam multam operientem maria Christi notitiam ubertim eructasti^{99*}.

Salve, quod ipsam Jesu faciem videre meruisti, ipsoque governatore tum spiritali, tum quod sensu percipitur, enavigato mari, atque ad crudivoras gentes profectus, non ab eis devoratus es, sed eos Christo venatu cepisti; nec ab eis consumptus es, sed et latitantem in eis draconem peremisti: mirandisque operibus in stuporem agens, cogensque ad Domini fidem, Ecclesias Christo crexisti.

Salve sis, crucifixi crucifixe, benedicti benedictate, dilectissimi dilectissime, discipule et præco, et apostole ministerque divinissime; angelorum decus, apostolorum firma basis, sanctorum fulcimentum, Ecclesiæ fundamentum et gloria.

Salve, et exsulta valde in Christo Jesu, qui velut in curru Chérubico in te requiescit; ac tanquam nostræ gentis apostolus, patriæque tutelaris ac curator, clementer rogo et miseranter nostræ quoque humilitatis miserere; benignissimumque Patrem tuum ac Deum exorans, ad ipsum nobis viam dirige, ut ex ejus doctrina exque judiciorum justitiæ rationibus inculcate super terram conversati, omnium Regi Christo, te intercessore, cum gloria præsentari mereamur; quem decet omnis gloria, honor, adoratio, una cum Patre et Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum Amen.

ORATIO V.

Laudatio sancti et celebratissimi apostoli Jacobi Zebedæi.

Haud ita pridem vivus nos veræ Theologiæ fons, mysticum Paracleti tonitruum, concinna ac suave

⁹⁹ Psal. xxxv, 9 ^{99*} Isa. xi, 9.

(14) Sunt quædam ex Evangelio, exque libro Actuum apostolicorum de Jacobo explorata, quædam vero de illius rebus gestis ante passionem ambigua: de adventu scilicet in Hispaniam, deque prædicatione, num solis Judæis prædicaverit, an etiam gentibus. Ill. annal. pater in notis, vix tandem acquiescens dicentibus venisse in Hispaniam, nec rem adeo absurdam videri, ut non decoqui possit, modo ne etiam gentibus Christum annuntiasse existimetur, sed solummodo Judæis; putat tunc potuisse venire, cum facta est magna illa Hierosolymis persecutio Stephani cæde, quando et dispersi omnes discipuli per Samariam et Galilæam, exceptis apostolis, qui ut gregis arietes ac reliquis fortiores illic remanserant, ut sic dispersam Ecclesiam denuo congregarent. Nihil enim vetat etiam aliquos apostolos discessisse, qui ipsi sic dispersis solatio

Ατος τοῦ νυμφαγωγῦ ταῖς μαρτυρίαις ἐπεγνώκως, καὶ τοῖς τῆς ἀγάπης μέτροις εὐθὺς ὄλος κατατρωθεὶς, καὶ κατακράτος τῆς αὐτοῦ γλυκύτητος ἤστηθεὶς, καὶ αὐτῷ τρόπον ἐλάφου διψητικώτατα προσδραμῶν, καὶ τῶν ζωηρῶν ναμάτων ἀναπλησθεὶς τε καὶ μεθυσθεὶς, ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς ἐν σοὶ πιότητος ἐμέθυσας πολλοὺς· καὶ χειμάρρους τρυφῆς ἔθνασι γέγονας πολλοῖς, οἷς ὡσπερ ὕδωρ πολὺ κατακαλύπτον θαλάσσης, τὴν γνῶσιν κατακέρως ἐναπηρεύξω Χριστοῦ.

Καίρει, ὅτι τῆς αὐτοπροσώπου θέας τοῦ Ἰησοῦ καταξιώθεὶς, τὴν τε νοητὴν θάλασσαν, καὶ τὴν αἰσθητὴν ὑπ' αὐτῷ κυβερνήτῃ διαπλεῖς, καὶ τοῖς ὡμοφάγοις τῶν ἀνθρώπων ἐπιδημῶν, οὐ κατεβρώθης ὑπ' αὐτῶν, ἀλλ' ἐζώγησας τῷ Χριστῷ· οὐ κατηναλώθης, τὸν ἐμφωλεύοντα δὲ τούτοις δράκοντα ἀνεῖλες· αὐτοὺς δὲ, θαυμασίοις ἔργοις ἐκστήσας, καὶ τῷ Κυρίῳ πιστεύειν ἀναγκάσας, ἐκκλησίας ἀνεστήσω Χριστῷ.

Καίρὲ μοι, ἐσταυρωμένε τοῦ ἐσταυρωμένου· εὐλογημένε τοῦ εὐλογημένου· ἡγαπημένε τοῦ ἡγαπημένου, μαθητὰ καὶ κήρυξ καὶ ἀπόστολε, καὶ θεϊότατε λειτουργέ· τὸ τῶν ἀγγέλων ὠραῖσμα, τὸ τῶν ἀποστόλων ἱερόμα, τῶν ἀγίων στήριγμα, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐδραῖωμα καὶ καλλῶπισμα.

Καίρει καὶ ἀγαλλία σφόδρα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῷ ὡσπερ ἐν ἄρματι Χερουβεὶμ ἐπαναπαυομένῳ ἐν σοὶ· καὶ ὡς τοῦ καθ' ἡμᾶς ἔθνους ἀπόστολος, καὶ προγονικὸς ὑπερασπιστής, καὶ ὡς πατρικὸς ἀντιλήπτιωρ καὶ κηδεμῶν, εὐσπλάγχχνως δέομαί σου καὶ οἰκτιρμόνως καὶ τῆς ἡμετέρας ταπεινότητος μέμνησο, καὶ τὸν ἀγαθόν σου Πατέρα καὶ Θεὸν δυσωπῶν, κατεύθυνον ἡμῖν τὴν ὁδὸν πρὸς αὐτὸν, ἵνα κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης ἀμύμως ἐπὶ τῆς γῆς πολιτευσάμενοι, καταξιώθωμεν τῷ παρθεσιλεῖ διὰ σοῦ προσενεχθῆναι μετὰ δόξης, Χριστῷ· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Ε'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ παρεύφημον ἀπόστολον Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου (14).

Πρώην μὲν ἡμᾶς ἡ ζῶσα τῆς ἀληθινῆς θεολογίας πηγὴ, ἡ μυστικὴ τοῦ Παρακλήτου βροντὴ, ἡ ἐναρ-

D essent, ac per eam etiam occasionem aliis locis Christum evangelizarent; velut etiam Ananias Damasci, alique aliis locis. Verum sive tunc eaque occasione, sive postea atque alia non satis nobis nota, nihil vetat sanctissimum apostolum adisse Hispaniam, ut ejus Ecclesiæ suadent monumenta; eodem fere instinctu quo Paulus postea; ut nempe Judæis, quorum ingens turba ex priori dispersione per Hispanias disseminata erat, Evangelii lucem inferret. Id certe primo satagebant apostoli, antequam in gentes dividerentur, eisque ex instituto (relictis Judæis ut pervicacibus atque indignis Christi munere) Christum prædicarent; ut scilicet antea in illis, quasi Christi mandato, operam probarent; neque id solum intra angustos Judææ limites, sed et ubique gentium, ubi celebriores erant ac numerosiores Judæorum cœtus, sive alias legis cul-

μόνιος λύρα καὶ εὐρηγος τῶν οὐρανίων φωνῶν ὁ τῆς A
τοῦ Θεοῦ χάριτος ἐπώνυμος, Ἰωάννης, ὁ μέγας καὶ

torum : per quam ipsam occasionem factum est ut et Græcis Christi Evangelium, ante etiam Jacobi necem, a viris Cypriis aliisque Antiochiæ annuntiaretur, Act. xi. Quod si hoc a discipulis vix secundi ordinis, quidni ab apostolis, et inter apostolos fere principe, Jacobo ? Potuit ergo interim in Hispania versari, et quidquid est apostolici muneris præstare, ac, quod postea Paulus, obduratis Judæis et viam Domini bonam blasphemantibus, ad gentes converti, vel certe illarum explorasse animos, num ad fidem aptiores essent, deque illis relaturus (velut etiam factum est Antiochiæ) Hierosolymam ad Petrum et apostolos reliquos ascendisse ; per quas moras Herodes Agrippa ante festum Paschæ cervicem illi amputavit. Ac forte simile aliquid in Jacobo præcessit, quod postea in Paulo Actuum apostolicorum historia nobis manifestavit. Nempe delatæ quædam querelæ, sive perlatus Hierosolymam rumor, ab iis Judæis quos vel in Hispania, vel aliis locis inviserat, tanquam et ipse discessionem prædicaret a lege, et gentibus Evangelii ostium aperiret ; vel non omnem œconomiam quam Joannes illius frater, vel etiam reliqui Hierosolymis apostoli et Jacobus loci episcopus servaret. Certe peculiare aliquid fuit, ut sic Herodes Agrippa legis æmulatione, ac putans se obsequium præstare Deo, non Petrum, non Joannem, non quemquam aliorum invaserit, sed potissimum Jacobum, ac reliquorum primum, cujus cæde in Petri necem exarserit. Hæc tota mens, quam ipse nobis Nicetas insinuavit, quibus sic loquitur, τὴν ἔρημον δὲ τέως Ἑκκλησίαν συσσεύσασα τῶν ἐθνῶν, quasi Jacobi prima omnium prædicatio sic concusserit desertam hactenus gentium Ecclesiam, sensumque Evangelii sensim illi indiderit : quod vel maxime in Hispania factum sit. Vellem pro Hispanis testes antiquiores, et probatæ magis fidei, quam quos habent. Isidorus plura habet consuta mendaciis, ut bene Baron. Proinde non verus Isidorus : Flavius Dexter, auctor supposititius ; Beda ipse non satis vetustus, et forte interpolatus : Callixtus, alique pontifices, possunt ipsi pium sensum suum de Jacobo ejusque in Hispania apostolatu et miraculis aperire, et etiam libris ecclesiasticis inserere ; sed historicam fidem, nisi ex probatis monumentis, non possunt certam præstare. Utque in Jacobo sic in aliis, in quibus nulla pietatis jactura, licet post etiam diplomata pontificia, vel instituta publica auctoritate sanctorum veneratione officia, a viris doctis et studiosis certius aliquid inquiri. Quod recudendis Romæ nuper fastis ecclesiasticis diligenter præstitum audio, et summopere laudo ; quippe nullum majus ad pietatem sumentum, quam certa veritatis assertio. Græcis prorsus ignotus Jacobi hic in partes occidentales adventus. Nicetas, in Judæa et Samaria prædicasse habet, ab illa dispersione, quæ facta est sub Stephano, tumque reversum ut inviseret Hierosolymorum Ecclesiam, sic ab Herode captum et occisum. Hippolytus adhuc parcius, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ κηρύσσων, cum prædicaret in Judæa : nec aliter Menæa Græcorum. Abdias Babylonius, cujuscunque fidei auctor, Samariam adjungit ; quæ ipsa vicina Judææ est, ac procul abest a transmarina illa Hispanica profectio. Euseb. l. ii, c. 9, ejus duntaxat meminit, quod ex Actibus habuit : solumque refert ex Clem. Alexandr., eum qui iudicio obtulerat, εὐσταγῶν εἰς δίκαστήριον, visa Jacobi martyrii constantia, veniam a Jacobo petiisse, quem Jacobus imprecando pacem osculatus sit, fratremque vocaverit. Docet Henric. Vales. illam vocem potius de delatore seu accusatore intelligendam, qui ipse in iudicium adducere dicitur, quam de apparitore seu milite ; cum vox Græca utrumque ferat ; quod sic ille veniam a Jacobo petierit, quod magis, inquit,

sonans cœlestium vocum lyra ; qui a gratia nactus appellationem est, Joannes, magnus ille primusque

convenit accusatori, quam militi. Quippe accusator qui innocentem calumniatur, sciens ac volens peccat : atque idcirco veniam petere potest ab eo quem affecit injuria. Miles vero qui iudici exhibet noxium, cum imperio iudicis obsequatur, omni culpa videtur vacare. Quæ certe ratio, pace tanti viri, non prorsus satisfacit. Quoties enim legimus in Actis martyrum et confessorum apparitores, cornicularios, carcerarios, veniam petiisse, ac culpam agnovisse, cum omnes iudici obsequerentur, cui proinde obedire, non omni semper culpa vacare videri potest ; tunc nimirum, cum contra Dei legem obeditur, nec reus adducitur, sed sanctus et Dei servus, eo ipso nomine quod Dei servus, uti res se tunc in martyrum et confessorum iudiciis pœnisque habebat. Cum itaque vox εὐσταγῶν, ut exstat in Clem. nullis alijs vestita, non magis apparitorem sonet et militem, quam delatorem vel calumniatorem (qui forte nullus peculiaris erat, sed communis rumor prædicationis Jacobi, quovis tandem modo illa impingere videretur Mosis legi), liberum erit quo quis potius sensu accipere velit. Si qua tamen fides Abdiæ, fuit hic unus ex scribis Pharisæorum, Josias nomine, qui Jacobo concionem habente, cum essent duo centuriones, qui eum essent adducturi, Lysias et Theocritus, ipse quasi majoris zeli, in ejus collum funem injecerit : quasi nimirum legis vindex, quam in Jacobo putaret violari ; donec miraculo curati paralytici ad fidem illuminatus, sic veniam suæ temeritatis petiit, et ejus, quod cæco zelo atque ignorans, in Jacobum et Christum patraverat, delicti. Quæ narratio plenior est illa Clementis, et forte ad veritatem expressior. Potuit visus Jacobus μαρτυρήσας, vel ut alii codd. μαρτυρήσων, ipsa scilicet martyrii constantia, cogere ad fidem Josiæ animum æfulgente illi Christi gratia ; pronius tamen est ut existimetur id factum aliquo miraculo, cujusmodi istud paralytici Abdiæ relatum : in quo nihil novum, aut non prius Christo sapius, tumque Petro et Joanni, Christi Deitatis argumento exhibitum, uti partim sacris Evangeliiis, partim Actuum libro habemus expressum. Sic in Stephano, ut Saulus converteretur, non satis fuit ejus exemplum constantiæ, vel etiam oratio, sed opus fuit divino vocationis miraculo : sic in Jacobo videatur, cum pene pares Josias et Saulus in Jacobo et Stephano videantur, eademque instincti æmulatione, præcipui amborum necis auctores exstiterint. Sunt in Abdiæ, quæ probata videri possint, sintque bonis auctoribus consentientia, multumque eis ac historiæ lucis afferant ; quod tamen in eo carbones auro commisti merito censeantur, caute legenda et probanda, quæ assert ; velut etiam est illa tanta narratio de Phileta et Hermogene magis, quos nihil vetat, sic a Jacobo conversos, a fide postea defecisse, ut testatur Paulus ; sicque pene in illis se rem habuisse ac in Simone Mago. Multos ejusmodi ad fidem conversos, fidem facit Actuum liber, qui et libros suæ artis tanto pretio combusserint.

Joannes Tamayo Salazar in suo Martyrologio, Hispanico, tom. IV, sancti Jacobi genealogiam texens, seu historiam referens, in hæc verba orditur : *Jacobus Zebedæi ex Maria sorore Matris Dei, Filia Salome, de Anna, et frater Joannis Evangelistæ, filius.* Ubi primum ipsa quæsitæ constructio, mire obtundit. Quam enim longe posita vox, *filius* ! Sententia ejus est fuisse tres Annæ filias, omnes dictas Marias ; Mariam matrem Jacobi, filiam Salome et Annæ : ita ut Salome illi vir sit unus ex maribus sanctæ Annæ, quos plures habuerit. At abhorrent hæc a traditione relata a Niceph. l. ii, c. 3, ex Hippolyto Portuensi, singularis proles sanctæ Annæ ex Joachim, quam confirmat card. Baron. in appar., n. 41. Idem tamen totis velis in eam sententiam vide-

Dei Verbi Theologus, ad suorum mirabilium laudationem humanissime colligens, laudatissimam

tur ire in notis Jul. 25, ubi et Maii 25, majori commento Mariam Jacobi, hujus matrem interpretatur, quæ sic in Italiam venerit in dispersione illa sub Stephano, et Verulis in Hernicis sancto sine quieverit: putatque se habere ex illius Ecclesiæ monumentis; quæ certe vir doctus probare debuit, vel probanda repræsentare lectori. Mihi certe monstro simile, quæ in Evangelio legitur Maria Jacobi, matrem intelligi Jacobi Zebedæi aut etiam Joannis. Undenam vero orta Maria hæc, ac quidni æque Joannis dicta, qui ipse etsi junior fratre ætate, cunctis tamen reliquis celebrior fuit, ut etiam auctor est Chrysostomus, etc. Certe Maria Jacobi, ipsi Baronio, et illis qui ejus sententiæ sunt de duobus ex duodecim Jacobis, Maria Alphæi est (scilicet uxor) non Zebedæi: ita alios, ne illius quidem, sed Jacobi, cujus se fratrem Judas nominat, qui etiam Jacobus *μικρός*, *Parvus seu minor*, ὁμωνυμίας vitandæ causa a Marco dicitur, undecunque hoc illi cognomen hæserit, sive quia fratrum minimus, quanquam meritis ita conspicuus, sive quia hujus ipsius Jacobi nepos sit ex Symeone. Hanc sic dictam Mariam Jacobi, quasi evangelica phrasi habeant Verulenses, illa gaudeant: non illa invicta, ex nescio quibus monumentis, Mariam Jacobi, quasi uxorem Zebedæi (quæ nec Maria quidem) nobis obtrudant. Sanius certe idem ill. annalium pater in Appar. 61, non jam ex stramineis ac subdititiis monumentis, sed ex puris evangelicis fontibus censens, Matthæumque Marco componens, *Quam alter matrem filiorum Zebedæi astantem cruci ponit, alter Salomen dicit: nec usquam aliter dictam, aut vocatam Mariam, probatus ullus auctor insinuavit. Nec bene, qui nuper (id est Clem. VIII pontifice) Rom. tabulas auxerunt, nec satis ex tacti pontificis mente zeloque emendarant, dum ita xi Kal. Novembr. illis ascripserunt: Hierosolymis sanctæ Mariæ Salome, quæ in Evangelio legitur circa Domini sepulturam sollicita. Ubi Bar.: De ipsa Matthæi Evangelium xv et xvi. Agunt de ea hac die Beda, Usuardus et alii recentiores. Matth. xv et xvi, ne Salome quidem nominatur, sed solum mater filiorum Zebedæi pro filiis sollicita, et rogans pro illis; etsi id non Matth. xv aut xvi, sed xx. Beda: Item beatæ Salomæ, quæ in Evangelio legitur cum reliquis sanctis seminis circa Domini sepulturam sollicita; nec aliter Ado. Quid hoc ad illud novarum ejusmodi tabularum, ut quasi ex illo videatur exscriptum? Vetus quoque Rom. Hieron.: Item Salome, quæ in Evangelio legitur circa, etc. Quomodo Maria Salome Hierosolymis, si Maria Jacobi, quæ ipsa Maria Salome, auctorum sensu, quos exagito, Verulis in Italia? Rom. item Rosveid.: Et Salome, quæ in Evangelio legitur. Corbeien. ipsum antiquissimum, Salomen non habet, at nec Mariam Magdal.: quod mirum, et contra ac reliqua omnia, etsi ita in indice ascriptum vulgatoris προλήψαι, *Maria Magdalena xiv Kal. Febr., 19 Jan.*, ubi tamen ipsæ tabulæ, *Hierosolymæ, Marthæ et Mariæ sororum Lazari*. Certe ad eum diem nullæ veterum tabulæ, nulli fasti Magdalenam ascriptam habent: sed omnes 22 Julii, et quidem simplicissime, ascripto duntaxat illius nomine, *Sanctæ Mariæ Magdalensæ*; exceptis duntaxat novis Rom. tabulis, in quibus explicatur adventus ejus in Provinciam, et quidquid est traditionis illius provincię. Corbeienses illæ unæ tabulæ, cur desiderent Magdalenæ nomen et memoriam, nescio. Num quod illarum auctor in Asia defunctam ad se minus spectare existimavit; an quia ipsam Mariam sororem Marthæ putavit, et cum sorore honorare voluit? Sic certe Dacherius suo indice repræsentavit: sed re ancipiti, probare debuit, ejusque suæ opinionis momenta aperire, quibus forte suasurus aliquid erat, non quasi imponere. Græcos certe video*

A πρώτος τοῦ Θεοῦ Λόγου Θεολόγος, πρὸς ὕμνησιν τῶν αὐτοῦ θαυμασίων ἀγαθοπρεπῶς ξεναγαγῶν, πολυ-

Magdalenam colere dicta illa Julii 22, Mariam vero et Martham die 4 Junii; Basilianum Menol. altero die, *Natalis sanctæ Mariæ Magdalensæ*, altero, *et sanctarum mulierum Marthæ et Mariæ*. Sed hæc alterius operæ.

B Ad Jacobi matrem Salomen quod spectat, Græci in Menæis 8 Maii laudato Sophron. Ἰστέον ὅτι ὁ πατήρ τοῦ Θεολόγου ὁ Ζεβεδαῖος ἦν· ἡ δὲ μήτηρ, Σαλώμη, θυγάτηρ Ἰωσήφ τοῦ μνηστευσαμένου τὴν Θεοτόκον. Ὁ δὲ Ἰωσήφ υἱοὺς ἔσχε τέσσαρας, Ἰακώβον, Συμεῶν, Ἰούδαν καὶ Ἰωσήφ· καὶ θυγατέρας τρεῖς· τὴν τε Ἑσθήρ, τὴν Μάρθαν καὶ τὴν Σαλώμην, ἡ τις ἦν γυνὴ Ζεβεδαίου. Ἐντεῦθεν ὁ Σωτήρ, θεῖος ἦν Ἰωάννου, ὡς ἀδελφός Σαλώμης τῆς θυγατρὸς Ἰωσήφ. Hæc quidem de Joanne; sed eadem ratio de Jacobo, qui ejus germanus erat. *Fuit Zebedæus Theologi pater: mater vero, Salome, filia Joseph, qui Deiparam sponsam accepit. Porro Joseph quatuor masculos habuit, Jacobum, Simeonem, Judam et Josetem: feminas tres, Estherem et Martham et Salomen, quæ fuit uxor Zebedæi. Itaque Salvator Joannis avunculus erat, velut Salomes frater filię Josephi. Paulo aliter Niceph. ex Hippol. l. ii, c. 3, duas assignans Josepho filias ex Salome Zacharię filię, patris Joannis Baptistę, Estherem et Thamar. Epiphan. hæc. 78, ipse quoque duas filias dicit, καὶ δύο θυγατέρας, Μαρία, καὶ ἡ Σαλώμη καλουμένη. Filię duæ, Maria et Salome. Fuit in feminis istud nomen vulgatissimum: Salome enim mater Machabæorum, soror Herodis, obstetrix Bethlehemitica, ipsaque hæc uxor Zebedæi, et plures alię: mirumque sic potuisse in virum mutari per apocryphorum somnia, ex quo et Anna Maria mater filiorum Zebedæi suscepta sit, ut in Anna idem Tamayo belle describit.*

C Unum alterumve notabo, ne nimius sim, quod Stephanum Jacobi hujus diaconum faciunt. Julian. in Chron. n. 16, fol. 3, quod, ait Tamayo, *multum honoris Apostolo nostro conciliat*. Auctorem laudant Ignatium epist. ad Tralien. Verba Ignatii sunt, in ea epistola, inter eas quæ interpolatæ censentur, cum nec purius exemplar Florentinum habeat, nec veteres versiones Latinæ: *Τί δὲ διάκονοι, ἀλλ' ἡ μιμηταὶ τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων, λειτουργοῦντες αὐτῷ λειτουργίαν καθάραν καὶ ἁμωμον; ὡς Στέφανος ὁ ἄγιος Ἰακώβω τῷ μακαρίῳ, καὶ Τιμόθεος καὶ Λίνος Παύλῳ, καὶ Ἀνέγκλητος καὶ Κλήμης Πέτρῳ. Quid vero diaconi? nisi imitatores angelicarum potestatum, præstantes episcopo ministerium mundum et immaculatum; quomodo sanctus. Stephanus beato Jacobo, et Timotheus et Linus Paulo, et Anencletus et Clemens Petro.* Hæc quidem interpolator, nullius proinde frugis, ut existimentur veri Ignatii. Ac vel si Ignatii, quid hæc ad Jacobum Zebedæi; aut cur ejus potius diaconus Stephanus, seu minister quam Petri, vel etiam Andreæ, aut Joannis? Fuerit Jacobus Hierosolymis, at cum reliquis apostolis fuit, nec in eis princeps, aut etiam peculiaris Ecclesię illius sacerdos, cui addictum foret Hierosolymis ministerium Stephani; cum præcipue, si aliquid demus Hispaniarum illi traditioni, Jacobi ad eam apostolatus, minus omnibus Hierosolymis moratus sit, nec ut faceret missas, ac diacono in eis uteretur, sed ut Christum prædicaret. Nec forte ulla alia potiori ratione delatus Jacobo ἀδελφοθέῳ Hierosolymorum episcopatus, non ulli ex duodecim peculiaris usurpatus, ne quid ejus functio obstaret prædicationi, quam præcipuum atque proprium suum munus duodecim noverant a Christo sibi constitutum, et ad quod primitiis Spiritus donati erant: licebatque sacerdotes facere et episcopos, non sic facile apostolos, ac apostolico vere spiritu præditos. Hæc sic straminea, ac curiose adeo accersita, ipsam elevant pię traditionis apostolatus

τελῆ μὲν ἡμῖν τράπεζαν σεπτῶν ἐννοιῶν · ἠδεδίαν δὲ ἄφθόνου καὶ ζωηρᾶς κατατρυφῶντες ἐστιατορίας, καὶ τῆ δαφιλείᾳ τῆς χάριτος πληρούμενοι καὶ θερμαινόμενοι, οἷά τινα μικρὰν ἐκ καρδίας τῶν λόγων αὐτῷ προσενηγάκαμεν ἐρυγὴν · τῆς μὲν εὐεργεσίας ἄξιον προσενεγκεῖν ἔχοντες οὐδέν · ὡς ἂν δὲ μὴ ἀχαριστίας δεινὴν ἀποισώμεθα γραφὴν, κατὰ δύναμιν τὸν ἐπαινον εἰσενεγκόντες.

Νυνὶ δὲ μετ' αὐτὸν, ἄλλη μυστικὴ διαδέδεχται πρᾶπεζα, καὶ ἄλλος ἡμῖν ζωηρῶτος πόματος μεμεστωμένος προσεβήθη κρατῆρ · καὶ ὁ ἐστιάτωρ ὡς φιλότιμος τε καὶ δαφιλῆς, οὐδὲν ἐκείνου τῆς μεγαλοπρεπείας λειπόμενος · πάντα δὲ τρόπον ἐξισούμενος, ἀδελφὸς τὴν φύσιν, ἀδελφὸς τὴν πίστιν. Ἐνὸς γὰρ ἑκάτεροι πατρὸς, ὡσπερ τοῦ Ζεβεδαίου κάτω, οὕτως ἄνω τοῦ Θεοῦ · ὀνόμασι μόνοις Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος διενηνόχασι, μικροῦ τοῖς πράγμασι συναπτόμενοι · ἴσοι τὴν γνώμην, ἴσοι τὴν χάριν, ἴσοι τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν πρὸς Θεὸν οἰκειώσιν. Ὡν ἀληθῶς Κύριος εἷς, ὁμοίως ὁρώμενός τε καὶ πιστευόμενος, ὁμοίως προσκυνούμενός τε καὶ λατρευόμενος · μία κλῆσις, μία πρόθεσις, ἐλπίς μία, ὡσπερ καὶ βάπτισμα ἓν.

Ὁμότιμοι τὴν ἐν γράμματι λατρείαν, ὁμότιμοι τὴν πρὸς τὸ πνεῦμα μετάθεσιν. Ὁμόφρονες τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Πατρὸς, ὁμόφρονες τὴν εἰς τὸν Μονογενῆ καὶ ἀγάπησιν · οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος συγκατάθεσιν καὶ ὑποταγὴν οἱ αὐτοί. Διδὸν καὶ Βοανεργῆς, ὁ ἐστὶν υἱὸς βροντῆς, ἄμφω πρὸς αὐτῆς κέκληνται τῆς ἀληθείας, ὡς ἐνὶ καὶ τῷ αὐτῷ Πνεύματι πρὸς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου μεγαλοφωρίαν καταρτιζόμενοι καὶ χροτούμενοι · ὀφθαλμοὶ δὲ τῆς ἀγιοπρεπείας Ἰησοῦ, τὴν ἀνωτάτω τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος κατέχοντες σκαπιάν · καὶ πρῶτοι τῶν θεαρχικῶν ἀκτίων ὁμοίως, ὡς ἀπλοὶ καὶ διειδεῖς καὶ φωτοφανεῖς ἀποπληρούμενοι · καὶ ἀγαθοπρεπῶς ὄλον δι' ἑαυτῶν καταλάμποντες τὸ σῶμα. Κορυφαῖοι τὴν τάξιν ὡσαύτως, ὡς τῆ κορυφαία τῶν ἀρετῶν ἀγάπη πάντων μᾶλλον τῷ Θεοῦ προσωκειωμένοι ἀγαπητῷ. Διδὸν καὶ πρωτόθρονος, καὶ ἰσότημοι καὶ πάντων μικροῦ φάναι πρόκριτοι, ὡς τῆς ἰσῆς καὶ πρώτης παρὰ τῷ Παμβασίλει κατηξιωμένοι τιμῆς.

Τοῦτον οἱ τῆς βροντῆς υἱοὶ τὸν τρόπον ἐνοούμενοι καὶ ταυτιζόμενοι, πῶς οὐ τὸν αὐτὸν τῆς εὐφημίας προσοίσονται λόγον; Ὡν γὰρ οἱ ἀγῶνας ἴσοι, καὶ αἱ ἀναβρῆσεις αἱ αὐταί · Ὡν δὲ κοινὴ τῆς ἀρετῆς ἡ κτήσις, κοινὸν δὴλον ὅτι οἱ στέφανοι. Τίς οὖν τὰ ἀδαιρέτα διελεῖν, καὶ τὰ κατὰ φύσιν καὶ γνώμην ἠνω-

¹ Ephes. iv, 5. ² Matth. iii, 17.

Jacobi in Hispaniam fidem. Porro interpolator ipse insulsus, qui præter Stephanum Jacobi Hierosolymorum antistitis vere diaconum, et in hoc præcipue ab apostolis creatum, inter diaconos numeret, qui omnes episcopi fuerunt, et quidem apostolorum quasi suffraganei, quos vocant; partes scilicet et

A nobis venerabilium sententiarum sensorumque mensam, ac quam maxime suave convivium paravit: ejus copiosis vitalibusque delectati epulis, nec non abundantia gratiæ repleti accensique, quasi exiguam quamdam ex corde sermonum eructationem ei dependimus: quibus suppeteret quidem nihil, quod pro munere dignum offerretur; sed qui tamen, quanta facultas erat, ad depellendam ingrati animi tetram labem ac crimen, laudatione in eum defuncti simus.

Nunc vero post illum alia nobis mystica successit mensa: alius nobis mellito plenus nectare crater propositus est; mensæque structor ac convivator, quasi splendidus largusque opum ac magnificus, nihil illi impar ambitioso cultu et magnificentia, sed omnimode æqualis: natura germanus, ac fide germanus: uno enim prolati patre, uti in terris Zebedæo, ita in cœlis Deo. Solis discreti nominibus Joannes atque Jacobus, propemodum rebus concreti ac copulati: pares animo, pares gratia, pares virtute ac cum Deo necessitudine: quorum revera unus Dominus, quem similiter viderent, et una vocatio, unum mentis propositum, una spes, uti et baptisma unum¹.

Pari honore, quod attinet ad cultum legalem; pari, quod ad translationem ad spiritum. Pari animi sensu ac concordia, in Patris agnitione, pari propensa in Unigenitum voluntate et dilectione. Neque id modo, sed et consensu in Spiritum ejusque subjectione, iidem. Quamobrem etiam Boanerges (quod est, Filii tonitru) ab ipsa ambo nuncupati sunt veritate, velut quos unus idemque Spiritus ad magnificam Evangelii prædicationem concinnasset atque conflasset². Gemini oculi sanctissimi decoris Jesu, Dominici corporis supremam tenentes speculam; primi scilicet divinæ lucis radiis, ceu simplices atque limpidi lucidique pariter repleti, benignissimeque totum corpus fulgoribus suis collustrantes. Perinde ordine principes, tanquam charitate quæ princeps virtutum est omnium maxime Dei dilecto devincti ac familiares. Quamobrem etiam primis sublimes sedibus, parique honore ac cunctis propemodum prælati, tanquam videlicet parem primumque apud summum universorum Regem consecuti honorem.

In hunc modum conjuncti tonitru Filii unaque velut ratione coaliti, quomodo non eundem laudationis ac præconi sermonem admiserint? Quorum enim certamina paria, eadem etiam existant præconia. Quorum commune virtutis decus, communes nimirum etiam coronæ. Quis igitur quæ sunt indi-

munia et episcopalia præstantes, dum apostoli majora magisque propria ex officio tentarent; ipsi κατ' ἐξοχὴν coryphæi et principes, eminentiusque quidquid episcoporum est, ac velut prima sub Christo fundamenta atque ostia habentes.

visa tentet dividere; ac quæ natura ac voluntate copulata, dispescere? Quonam vero modo ex propositis alteri seorsim contexti laudatio queat? quæ enim quis de altero dixerit hæc forsitan etiam alteri convenient. Num vero, cum aliis quidem, uti dictum est, cocant; modo tamen quo ad Christum emigrarunt, abunde distinguantur; illorum quidem ratione, communis amborum laudatio; horum vero merito cuique propria ac distincta sit?

Etenim cum primum eandem humano satu natiuitatem ac educationem nacti essent; iisdemque moribus et disciplinis instituti fuissent, ac paternæ piscatoriæ arti operam posuissent; magnam vitæ partem in mari versati, qui hamum mitterent, sagenam laxarent, ac rursus retia emundarent, eandem postea divinissimi Jesu vocationem consecuti; ac tanquam eodem animo duplicique corpore uterentur, eodem ambo divinæ scientiæ e cœlo coruscante, cuncti qui attentis animis sint, uno ejus fulgore atque micatu pariter irradiantur: sic et illi Dominica vocatione donati, quæ sequi illos præciperet, atque hominum piscatore facturum polliceretur, nihil verbi novitate dissidentia acti sunt: nulla vocationem dubietate repulerunt; nec sicut Paulum Athenienses in crastinum distulerunt³: sed simul atque sermone illabente collustrati animo sunt, ac velut incendio paratiore materia, mentis rectitudine cœlestem ignem susceperunt, sui ipsorum confestim obliti sunt, ac patre cum navi relicto, spretaque propinquorum necessitudine ac consueta institutione posthabita, cunctisque deliciis ac carnis voluptatibus contemptis, uni se Jesu aperi addixerunt.

καὶ πάσης τέρψεως καὶ πάσης σαρκίνης παραμελήσαντες ἡδονῆς, μόνου γεγένητο τοῦ ἔρωτος τοῦ Ἰησοῦ.

Terrenorum omnem jucunditatem, una hac sublimi cupiditate commutarunt: neque duntaxat naturalem corporis libidinem animi magnitudine supergressi, Legis tamen litteræ ac Mosaicis traditionibus justo amplius addicti, segniores ad Spiritum accedebant; neque fervore quidem ac fide accedentes, novum tamen legislatorem spernebant; aut ei quidem honorem habebant, at qualem Mosi, seu cuidam alii prophetarum: quinimo omnium a sæculo sanctorum Deum ac Dominum, Deique viventis Filium⁴, ac prophetam olim Scripturis prænuntiatum Christumque venturum Jesum credentes, sic ardore fidei ipsum sequebantur⁵; non subjecta oculis specie offendentes, sed qui ad ea quæ mente intelligebantur spiritus ratione dirigerentur. Non enim lapis eis offensionis, velut his qui essent prava mente, nec petra scandali positus erat⁶, sed lapis electus, angularis, pretiosus in fundamentis Sionis collocatus⁷.

Hunc Jacobus atque Joannes lapidem suam in spiritu effodientes mentem ac cor alte scindentes

ἄ μένα πειράσαιτο διαστῆν; Ἡὼς δὲ τῶν προκειμένων ἡμῖν ἑκατέρῳ τὸν αἶνον ἰδίᾳ διαπλέκοιμεν; ἀ γὰρ ἔν τις εἴποι περὶ τοῦ ἑνὸς, ταῦτά γε τυχὸν καὶ τῷ ἑτέρῳ ἐφαρμόσειεν. Ἡ, τὰ μὲν ἄλλα, καθάπερ εἴρηται, ταυτιζομένους, τῷ τρόπῳ δὲ τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν διαφορουμένου ἀναλύσεως· κοινοποιητέον μὲν κατ' ἑκεῖνα· διαιρετέον δὲ τὸν λόγον κατὰ ταῦτα.

Καὶ γὰρ τὴν ἐξ ἀνθρώπων γέννησιν πρῶτον καὶ ἀνατροφὴν λαχόντες τὴν αὐτὴν, καὶ ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς ἡθεσι καὶ μαθήμασι παιδοτριβοῦμενοι, καὶ τῆ πατρικῆ τέχνῃ τῆς ἀλείας προσασχολούμενοι, καὶ τὰ πολλά τῆ θαλάσῃ προσέχοντες, καὶ ἀγχιστρον καθιέντες, καὶ δίκτυον χαλῶντες, καὶ αὐθις ἀνακαθαίροντες· μετὰ ταῦτα δὲ τῆς αὐτῆς ὁμοίως πρὸς τοῦ θεαρχικωτάτου κλήσεως ἀξιωθέντες· ὡσπερ μιᾷ μὲν ψυχῇ, δυοῖ δὲ σώμασι χρώμενοι, μίαν ἀμφοτέροι τὴν τῆς θεογνωσίας περιελάμφθησαν ἀκτίνα. Καὶ καθάπερ ἀστραπῆς ἀνωθεν διαλαμφάσης, μίαν τὴν ἀπ' αὐτῆς αὐγὴν πάντες ὁμοίως οἱ προσέχοντες ἐναπαστράπτονται, οὕτω δὲ καὶ οὗτοι τῆς δεσποτικῆς κλήσεως ἡξιωμένοι, ἐπεσθαι μὲν αὐτῷ παρεγγυώσης· ἀνθρώπων δὲ ἀλιεῖς πείθειν ὑπισχνουμένης, οὐκ ἐνεδύλασαν τῷ ξενίζοντι τοῦ ῥήματος, οὐκ ἀπορία τὴν κλήσιν διεκρούσαντο, οὐδ' ὡσπερ Ἀθηναῖοι τὸν Παῦλον εἰς τὴν ἐξῆς ὑπερετίθεοντο· ὁμοῦ δὲ τῷ λόγῳ περιαστραφθέντες τὸν νοῦν, καὶ ὡσπερ ὕλης ἐπιτηδειότητι, τῆ τῆς διανοίας εὐθύτητι τὸ οὐράνιον καταδεξάμενοι πῦρ, ἐπελάθοντο μὲν εὐθύς ἑαυτῶν· ἐπελάθοντο δὲ οἰκειότητος φυσικῆς· καὶ τὸν πατέρα μετὰ τοῦ πλοίου καταλιπόντες, καὶ συγγενείας ὑπεριδόντες, καὶ τῆς συνήθους διαγωγῆς ἐκστάντες,

Μιᾷ ταύτης ἀγίας καὶ ὑψηλῆς ἐπιθυμίας, πᾶσαν ἠλλάξαντο τὴν ἀπόλαυσιν τῶν γεηρῶν· καὶ οὐ τῆς κατὰ τὸ σῶμα φυσικῆς σχέσεως μόνον μεγαλοφυῆ φρονήματος ὑπερανέβησαν, τῷ γράμματι δὲ τοῦ νόμου καὶ ταῖς Μωσαϊκαῖς παραδόσεσι πλέον ἢ εἶδει κρατούμενοι, πρὸς τὸ πνεῦμα νωθέστερον ἐχώρουν· οὐδὲ συντόμως μὲν καὶ πιστῶς προσέεισαν τῷ πνεύματι, τοῦ καινοῦ δὲ ὑπερεφρόνου νομοθέτου· ἢ ἐτίμων μὲν, Ἰσα δὲ Μωσέως, ἢ τινος ἄλλου τῶν προφητῶν· πάντων δὲ τῶν ἐξ αἰῶνος ἀγίων Θεῶν καὶ Κύριον καὶ Υἱὸν Θεοῦ ζῶντος, καὶ τὸν προκατηγεγυμένον προφήτην ταῖς Γραφαῖς, καὶ Χριστὸν εἶναι τὸν ἐρχόμενον πεπιστευχότες τὸν Ἰησοῦν, οὕτως αὐτῷ θερμότητι πίστεως ἐπηκολούθουν, οὐ τῷ ὀρωμένῳ προσκόποντες, ἀλλὰ τῷ νοουμένῳ κατευθυνόμενοι τοῦ Πνεύματος. Οὐ γὰρ λίθος αὐτοῖς προσκόμματος, ὡσπερ τοῖς τὸν νοῦν σχολιοῖς, οὐδὲ πέτρα τέθειται σκανδάλου, ἀλλὰ λίθος ἐκλεκτός, ἀκρογωνιαίος, ἐντιμος, τοῖς θεμελίοις ὑποβεβλημένος Σιών.

Τοῦτον τὸν λίθον Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, τὴν τῶν ἐν τῷ πνεύματι σκάψαντες διάνοιαν καὶ τὴν καρδίαν

³ Act. xvii, 22. ⁴ Matth. xvi, 16. ⁵ Deut. xviii, 15. ⁶ I Petr. ii, 8. ⁷ Isa. xxviii, 16.

βαθύναντες, καὶ τὸν νοῦν μεταλλεύσαντες καὶ εὐρη-
κότες, καὶ ἐν αὐτῷ τῆς αὐτῶν πίστεως τὰ θεμέλια
καταπηξάμενοι, κραταίολοι τινες καὶ ἀνένδοτοι πρὸς
τε τοὺς νοουμένους ὁμοίως καὶ τοὺς ὀρωμένους γε-
γέννητο πειρασμούς· ὅθεν τῆς κορυφαίας ἅμα τῷ
μεγάλῳ Πέτρῳ καὶ ἀκροτάτῃ παρ' αὐτῷ καταξιοῦν-
ται τιμῆς, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ θεαρχικοῦ σώματος ἐπὶ
τοῦ ὄρους ἀστράψασαν, ὡς πιστοτάτοις παραδεικνύει
μορφῆν. Τούτοις καὶ τὴν κατὰ τὸ πάθος τῆς ἀνθρω-
πίνης ἐν αὐτῷ φύσεως ἀγωνίαν καὶ ἀδημονίαν, ὡς
οικειοτάτοις ἀνατίθησιν· καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον εὐ-
θύς, συλλήπτορα; αὐτοὺς παρειλήφει τῆς προσευ-
χῆς· εἰ καὶ τὸ πολὺ τῆς λύπης ἀπέκλαιε, καὶ ὕπνω
τούτοις κατενάρχα τὸν λογισμόν.

Καὶ κατὰ πᾶσαν δὲ τῶν δύο τούτων τοῦ Θεοῦ παλ-
δων τὴν μετὰ τοῦ Κυρίου τὴν συναναστροφῆν, καὶ B
τοῦ ζήλου τὴν θερμότητα, καὶ τῆς πίστεως τὴν δο-
κιμότητα, καὶ τῆς ἀγάπης τὴν τελειότητα· ναὶ δὴ
καὶ κατὰ τὴν τοῦ Πνεύματος ἀνωθεν ἐπέλευσιν καὶ
τὸν τῶν γλωσσῶν μερισμὸν καὶ τὴν διανομὴν τῶν
δώρεων, οὐδὲν ἕτερον ἠγοῦμαι τοῦ ἑτέρου διενεργεῖν.
Ὅθεν εἰς ἀμφοτέρων καὶ κοινῶς ἄχρι τούτων αὐ-
τοῖς ὁ αἶνος, μετὰ Χριστοῦ μεμορφωμένοις μορφῇ,
καὶ ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, τὸν ἴσον τρόπον κατηρ-
τισμένοις καὶ χαρακτηριζομένοις. Ἐπεὶ δὲ ἴδιος
ἐκατέρῳ τῆς μεταστάσεως ὁ τε χρόνος ὑπάρχει καὶ
ὁ τρόπος, ἴδια λοιπὸν καὶ τὸν λόγον τῶν ἐγκωμίων
ἀποδῶμεν.

Ἐγὼ μὲν οὖν Εὐαγγελιστῆ πρότερον ἀφωσίστα κατὰ
δύναμιν ἢ αἴνεσις· καὶ πνευματικῶς αὐτοῦ τῆς με- C
γάλης κατατροφῶντες ἀρετῆς, καθὼς οἳαί τε ἡμεν,
ἀπειτίσαμεν μετρίως τὴν ὀφειλήν. Νῦν δέ μοι, ὡ
ἄριστε καὶ δοκιμώτατε Χριστοῦ μαθητά, δεῦρα καὶ
σὺ σήμερον, Ἰάκωβε, ὁ τῶν ὑψηλῶν τοῦ Θεοῦ Λόγου
θεατῆς καὶ ποιητῆς ἔργων· καὶ τῶν ἀπορρήτων μύ-
στης καὶ μυσταγωγὸς λόγων. Ἡ κινύρα τοῦ Πνεύ-
ματος, ἡ ἠδύφωνος καὶ καλλίφωνος· ἡ εὐμελῆ καὶ
εὐάρμοστον τοῖς εὐθέσι τὸν νοῦν, τὴν τῆς θεολογίας
ἀνακρουομένη φωνήν· ἡ μεγάλη τοῦ Θεοῦ Λόγου
βροντή, ἡ ὑψηλόφωνος, ἡ μεγαληγόρων τὴν ἀνάστασιν
τοῦ Ἰησοῦ, ταῖς Ἰουδαϊκαῖς διανοαῖς ἐνηχῆσασα,
καὶ τὴν σκληρότητα τῆς αὐτῶν καρδίης καταθραύ-
σασα· τὴν ἔρημον δὲ πᾶσι ἐκκλησίαν συσσεύσασα
τῶν ἐθνῶν, καὶ ἡρέμα πρὸς αἴσθησιν τοῦ κηρυττο-
μένου Λόγου προσάγουσα, καὶ τῇ ἀποβολῇ τῆς ἀγνώ- D
μονος Συναγωγῆς τὴν εὐγνώμονα μνηστευομένη
Χριστῷ.

Δεῦρό μοι, μακαριώτατε Ἰάκωβε, ὁ τῷ ἀπλάστῳ
τοῦ ἡθους καὶ ἀγαθοειδεῖ καὶ μονοτρόπῳ, τῷ ἐνὶ καὶ
ἀγαθῷ μόνῳ τὴν φύσιν ἀγαπηθεῖς, καὶ τῶν πατρι-
κῶν εὐλογιῶν κληρονόμος ἀποδειχθεῖς, καὶ ταύτη
τὸν πρὸ γεννήσεως μεμισημένον Ἰσααὶ ἐπετρικῶς
καὶ παρευδοκιμητικῶς, ὡς τῶν πρωτοτοκίων τῆς κατὰ
πνεῦμα γεννήσεως ἡξίωμένος. Ὁ τῷ ἀληθινῷ Ἰσαακ,
τὴν ἀληθῶς φιλίαν αὐτῷ τῆς πίστεως προσισεγεγά-
μενος τροφήν, καὶ διὰ τοῦτο κατέναντι τοῦ πατρὸς
εὐηρεστηκῶς, καὶ διὰ τοῦτο τελῶς εὐλογηθεῖς· καὶ

A animumque, curiosius investigantes, cum offendis-
sent, atque in eo sumæ fidei fundamenta fixissent,
firmi ac constantes adversus spirituales pariter et
que oculis subjiciantur, tentationes exstitere;
unde primo atque principe supremoque una cum
magno Petro apud eum honore donantur; iisque
seu fidelissimis effulgentem divini corporis formam
in monte ostendit. Ad eos quoque tanquam summe
necessarios, humanæ in ipso naturæ anxium mor-
tis timorem ac mœstitiam, sub ipsum tempus pas-
sionis refert; moxque a cœna, orationis socios
adhibuit; quanquam nimia tristitiæ vis exulce-
rabat, ac torpentem eorum animum somno degra-
vabat.

Quantum denique ad omnem amborum horum
B Dei puerorum cum Domino conversationem, atque
æmulationis fervorem, probatamque fidem ac dile-
ctionis perfectionem; sed et quantum ad Spiritus
e cœlo illapsum, linguarumque dispartitionem ac
donorum divisionem, nihil quidquam alterum ab
altero existimo differre. Quamobrem una hactenus
ac communis erit eorum laudatio, qui una Christi
forma imbuti, unoque ac eodem pariter Spiritu
perfecti fuerint ac configurati. Quod vero propria
cuique migrationis tum tempus, tum modus existi-
terint, seorsim etiam, qua eis defungimur, lauda-
tionem reddemus.

Prius itaque pro virili nostra laudationis in
evangelistam partibus functi sumus, ejusque summa
virtute spiritualiter delectati, quod per facultatem
licuit, vel modice debitum dependimus. Nunc au-
tem, optime Christique discipulorum probatissime
Jacobe, tu quoque mihi adesto hodie; nempe su-
blimum Dei Verbi spectator factorque operum,
arcanorumque discipule ac magister sermonum:
dulcisona ac pulchrissona Spiritus cinyra, modula-
tam concinnamque his qui recto animo sint pul-
sans theologię vocem: magnum Dei Verbi toni-
truum, sublimi magnoque fragore Jesu resurrectio-
nem Judæorum mentibus insonans, atque eorum
cordis frangens duritiam: hactenusque desertam
concutiens gentium Ecclesiam, eique sensim Verbi
evangelici sensum ingerens, atque improbæ Syna-
D gogæ repudio probam gratamque sponsam Christo
adhibens *.

Ades dum, beatissime Jacobe, morum simplici-
tate et bonitate et uniformitate, ei qui unus solus-
que natura bonus est, dilectus, paternarumque
benedictionum hæres effecte¹, ac qui ea ratione
Esau ante ortum nativitatis odio habitum supplan-
taveris, ac gloria superaveris, velut nimirum qui
spiritualis nativitatis primitiva nactus sis². Qui vero
Isaac, vere illi acceptos fidei cibos intuleris, eam-
que ob rem coram Patre placueris, ac propterea
perfectam benedictionem consecutus sis; frumenti-

* Psal. cxviii, 5, 8. ¹ Gen. xxv, 25, 27. ² Rom. ix, 11; Malach. i, 2.

que ac vini loco, Unigeniti corpore et sanguine constabilitus, Dominusque et iudex contribulium ab eo constitutus *.

Adesdum; os deiloquium admove, excelsam vocem ac deisonum immittens eloquium, aspira verbum fidele ac verum; nempe verbum vestra apostolici muneris functione, sive certamine dignum. Nefas enim ea aggredi, quæ majora quam pro tenui mea facultate sunt. Mortalis enim temere natal sermonibus, ut divina Scriptura loquitur: *status autem omnium conservatoris, inquit, ipse docet nos* **.

Jam enim divinissimo Verbo, uti semper deitate, sed et anima sua intelligente et quæ simul Deus existat, omnia implere satagente: ac cum inferna quidem, suo illuc per crucem descensu impleret ad seque summa colligeret; ac rursus cælestia, sua in cælos exaltatione, majestate sua impleret: cumque adeo congeneo Spiritu, vehementis flatus instar e cælo in discipulos veniente, omnemque eis sensum ac corporis membrum, omnemque motum ac operationem ad pietatem complente: quando visus quidem linguis igneis collucens circumfulgebatur; auditus vero, divini sonitus fragore sanctificabatur: atque olfactus quidem mysticis gratiæ radiis, tanquam unguenta perspirantibus suavissimæque fragrantia odoribus, efflorebat; linguæ vero his eximie afflatæ, potiorique theologia excitæ, sic Spiritus vi ad omnem nationum sermonis vim ac proprietatem componebantur, ut et temulentia profani rem ascriberent: per omnem autem tactum, omnemque rationis ac intelligentiæ vim, divina pervadens gratia, totosque illos vere undequaque adimplens; extraque seipsos ac mundum omnem constituens (o beatum et exoptandum excessum! o laudabilem illam immutationem!), intra Deum esse fecerat: quando nimirum, eorum, quæ ad eos primum dicta a Christo, obscure acceperant, quæ tunc gerebantur ac præsentia, clara evictio erant: ac quorum obscuris vestigiis fidei umbras animo effingebant, eorum ibi tunc dilucida ac perspicua adimpletione oculis obversante, rationumque ac cogitationum missa dubietate metuque deposito: omni denique ignavia, omnique animi labe deterisa, cælestis jam vitæ gustum faciebant: quando plane præmagnificum re vera maximæ perfectionis arrhabonem nacti, certissimam inde spem divinissimamque arripuerant.

Tunc sane, tunc rursus æmulatio nihil priore minor, insolentem populum invasit; ignisque adversarios vorans, adversariam Deique inimicam factionem, adversus apostolicam (divinam scilicet) fidem ac consilium accendebat *. Quemadmodum autem initio scelestissimus ille, suam Jesu apparitione convellendam tyrannidem sentiens, Judam quidem ut proditor esset, suscitaverat; omnemque incompositam plebem cogens, ad deditionem turbasque

ἀντὶ σίτου καὶ οἴνου, τῷ σώματι καὶ αἵματι τοῦ Μονογενοῦς στήριχθεις· καὶ κύριος καὶ κριτὴς τῶν ὁμογενῶν ὑπ' αὐτοῦ καταστάς.

Δεῦρό μοι, πρόσσαγε τὸ θεηγόρον στόμα, ὑψηγόρον φθέγμα, καὶ θεόφθογον ἐνείεις λαλίαν, ἐμπνευσον ῥῆμα πιστὸν καὶ ἀληθινὸν, ῥῆμα τῆς ὑμετέρας ἀποστολῆς, εἴτ' οὖν ἀθλήσεως ἄξιον· οὐ γάρ μοι θέμις ἐγχειρεῖν τοῖς ὑπὲρ ἐμέ· Βροτὸς [Sixt. Ἄνθρωπος] γὰρ ἄλλως κήχεται λόγοις, κατὰ τὴν Γραφήν· προὴ δὲ, φησὶν, παντοκράτορος ἢ διδάσκουσά μιν. Ἄρτι γὰρ τοῦ θεαρχικωτάτου Λόγου, ὡσπερ αἰετὴ τῆ θεότητι, οὕτω καὶ κατὰ τὴν νοερὰν αὐτοῦ ψυχὴν καὶ ὁμόθεον, τὰ πάντα πληροῦν ἐπειγομένου· καὶ τὰ ὑποχθόνια κατὰ τὴν ἐκείσε διὰ τοῦ σταυροῦ κάθουδον αὐτοῦ τε πληροῦντος, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀνακεφαλαιοῦντος· τὰ ἐπουράνια δὲ αὐθις, διὰ τῆς ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὑψώσεως, τῆς οἰκείας ἐμπιπλῶντος δόξης, τοῦ συμφυοῦς δὲ Πνεύματος ἔνωθεν, ὡσπερ βιαίας πνοῆς ἐπὶ τοὺς μαθητὰς ἰόντος, καὶ πᾶσαν αὐτοῖς ἀλθῆσιν, πᾶν τε μέλος τοῦ σώματος καὶ πᾶσαν κίνησιν, καὶ πᾶσαν ἐνέργειαν κατορθοῦντος πρὸς εὐσέθειαν· ἦνίκα τούτοις ὄρασις μὲν ταῖς πυρίναις γλώσσαις λαμπρυνομένη κατηστράπτετο· ἀκοή δὲ τῷ ῥοιζήματι τῆς θείας ἤχῆς καθηγιάζετο· καὶ ὁσφρησις μὲν, ταῖς μυστικαῖς ἀκτίσι τῆς χάριτος, οἷα μυριπνόοις ἀνέθαλλε εὐωδιστάτοις ὀσμάσι· γλῶσσαι δὲ τούτοις ὑπερφυῶς θεοφορούμεναι καὶ κρείττονος ἐμφορούμεναι θεολογίας, οὕτω πρὸς πᾶσαν ἔθνῶν διάλεκτον μεθηρομόζοντο τῷ πνεύματι, ὥστε καὶ μέθην τοῖς ἀμύστοις αὐτῶν καταγινώσκεισθαι· δι' ἀφῆς δὲ πάσης, καὶ πάσης λογικῆς δυνάμεως καὶ νοερᾶς ἢ θεῖα καταδεδωκυῖα χάρις, καὶ ἔλους δι' ὅλου τούτους ἀκραιφνῶς πληροῦσα· καὶ ἔξω μὲν ἑαυτῶν, ἔξω δὲ τοῦ κόσμου καθιστώσα παντός· (Ὁ μακαρίας ἐκστάσεως καὶ ζηλωτῆς! ὦ τῆς ἐπαινετῆς ἐκείνης ἀλλοιώσεως, ἐντὸς καθίστη Θεοῦ!) ἦνίκα τῶν ὑπὸ Χριστοῦ πρώτον πρὸς αὐτοὺς εἰρημένων καὶ ἀμυδρῶς ἀκουομένων, ἔλεγχος ἦν τὰ παρόντα σαφῆς· καὶ ὧν ἀμαυροῖς ἔχνεσι πίστεως ἐν λογισμοῖς ἐνετύπουν τὴν σκισμαγραφίαν, τούτων ἐκεῖ τότε φανῆν τε καὶ εὐδῆλον καταθεασάμενοι τὴν πληρωσιν, καὶ τῶν λογισμῶν τὴν διάκρισιν ἀποβαλόντες καὶ τὴν διψυχίαν ἀφέντες, καὶ τὸν φόβον ἀποσκευασάμενοι, καὶ πᾶσαν δειλίαν καὶ πᾶν πάθος ἀποκαθηράμενοι τῆς ψυχῆς, τῆς οὐρανίας λοιπὸν ἦσαν ἐν συναισθήσει ζωῆς· ὅτε δὴ λαμπρὸν ὄντι μάλιστα τὸν ἀβραδῶνα δεξάμενοι τῆς τελειότητος, ἀξιολογωτάτης ἐντεῦθεν ἐλπίδος καὶ θεοτελεστάτης κατεδράξαντο.

Τότε δὲ, τότε ζῆλος μὲν πάλιν οὐχ ἦστον τοῦ πρώτου, τὸν ἀπαίδευτον εἰλήφει λαόν· πῦρ δὲ τοὺς ὑπεναντίους κατεσθλόν, εἰς ἀντίπαλον καὶ θεομάχον μοῖραν, κατὰ τῆς ἀποστολικῆς ἤτοι θεαρχικῆς ἐξῆπτε πίστεως καὶ βουλής. ὡσπερ δὲ τὴν ἀρχὴν ὁ δυσμενῆς καθαιρουμένην αὐτοῦ τὴν τυραννίδα διὰ τῆς ἐπιφανείας αἰσθόμενος τοῦ Ἰησοῦ, Ἰουδαίαν μὲν ἤγειρεν εἰς προδοσίαν· πάντα δὲ τὸν ἀσύνθετον ὄχλαγωγῆσας δῆμον, εἰς ἐπισύστασιν ἐξέμηγεν· ἀρχιερεῖς τε

* Gen. xxvii, 27. ** Job xxxii, 8. * Isa. xxvi, 11.

καὶ γραμματεῖς πάντας ἐξήπτε πρὸς θεοκτονίαν· καὶ ὁ Πιλάτος τὸν ἄθωον ἐξεδίδου, καὶ οἱ στρατιῶται κατέπαιζον· καὶ ὁ σταυρὸς ὕψωτο, καὶ ὁ δίκαιος τοῖς ἀνόμοις συνεσταύρωτο· κἀντεῦθεν ἐδόκει μὲν τὸ χρῆμα κατὰ νοῦν τοῖς ἀσεβέσι χωρεῖν, καὶ τεθνάναι τὸν Ἰησοῦν, καὶ τὴν αὐτοῦ καταπαύσασθαι διδασχὴν, καὶ διεσκορπίσθαι τοὺς μαθητάς· ἐλάνθανον δὲ διὰ τῆς αὐτῶν κακουργίας, δόξαν μὲν ὁδοποιούντες Χριστῷ· αἰσχύνην δὲ καὶ δλεθρον αἰώνιον ἑαυτοῖς περιποιούμενοι.

Ὡςπερ οὖν πρὸ τοῦ Πνεύματος ταῦτα, οὕτω καὶ μετὰ τὸ Πνεῦμα, ἐπειδὴ τὸ ἔργον Ἰησοῦ πάλιν ἐν τοῖς ἀποστόλοις διὰ τοῦ Πνεύματος ἀνενεοῦτο, καὶ ὁ τῆς χάριτος λόγος ἐπαρρήσιαζέτο, καὶ τὸ μέγα θαῦμα τῆς ἀναστάσεως μεγαλοπρεπῶς ἀνεκηρύττετο. Οἱ πρὸ μικροῦ δὲ φυγάδες καὶ δεδιότες καὶ τρέμοντες, σὺν μεγάλῃ παρρησιαζόμενοι δυνάμει τὸ μαρτύριον ἀπεδίδουν τῷ Θεῷ· καὶ ὁ ἐπὶ τῇ Ἰερῶν πύλῃ καθήμενος ἀνῶρθωτο χωλῆς, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀνίστατο Ταβυθά, καὶ πᾶσα νόσος καὶ πᾶσα μαλακία οὐ προσευχῇ μόνον, καὶ χειρὸς ὄσας ἀφῆ, ἀλλὰ καὶ τῇ σκιᾷ μόνῃ τῶν μαθητῶν ἐθεραπεύετο· καὶ πάντα συνόλως φάναι τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, καὶ μείζονα ὧν ἐκεῖνος πεποίηκεν, ὡς ἡ ἐπαγγελία, τῷ ὀνόματι τοῦ διδασκάλου κατειργάζοντο. Ἐπειδὴ οὖν ταῦτα τοῦτον ὥρᾶτο γινόμενα τὸν τρόπον, ἐκμαίνεται μὲν αὐθις ὁ τῶν φόνων πατήρ· ἐκμαίνεται δὲ καὶ πᾶσα ἡ ὑπὲρ ἐκείνῃ στρατηγουμένη Συναγωγὴ· καὶ ἡ μάχαιρα στυλοῦται, καὶ τείνεται τὸ τόξον, καὶ ῥομφαία καὶ πόλεμος ἐρρηπίζετο κατὰ τῆς Ἐκκλησίας.

Πρῶτον μὲν οὖν, παραγγελίαις, ἀπειλαῖς, φυλακαῖς, πληγαῖς, τοὺς ἱεροὺς τοῦ Λόγου θεολόγους ολιμένη φοβεῖν, ἀναστῆλιν αὐτῶν (ὦ τῆς ἀσεβείας! ὦ τῆς σκαιότητος!) ἐπειράτο τὴν θεολογίαν. Ἐπεὶ δὲ τούτοις εἰς μάτην ἤσθάνετο πονοῦσα· οὐ γὰρ μανίαις ἀφρόνων τὸ θεῖον περιτρέπεται· οὐδὲ οἱ ἀληθεῖς τούτου ῥᾶον ὑπέικουσι συνήγοροι· οἷα δὲ ἄργυρος τῇ πυρώσει καθαιρόμενοι, εὐφωνατέραν τῆς πίστεως οἶδασιν ἀποδιδόναι τὴν φθογγήν· διὰ τοῦτο τὴν συνήθη λοιπὸν εἰς ὑπόμνησιν εἴληφε μαιφονίαν· καὶ δὴ ζήλῳ προφητοκτόνῳ διαθερμανθεῖσα, πρῶτον μὲν λίθοις κατέλευσε τὸν Στέφανον, οἷα δεκτὸν καλλιέρημα τοῦτον μαιφόνους ἱεουργοῦσα χερσίν, τὴν ὑπὲρ τῶν θυομένων χριστοπρεπῶς ἀναφέροντα προσευχῆν.

Γευσαμένη δὲ τοῦ ἀποστολικοῦ αἵματος ἡ ἐναγής, καὶ ἠσθεῖσα κομιδῇ, οἷα ἐκείνη ἀεὶ τοῖς τοιοῦτοις ἐπιτερομένη, ἐμελέτα μὲν πάντας, εἴ γε δυνατόν, ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι διαχειρίσασθαι Στεφάνου, οὐκ εἶχεν δὲ ὅπως τὴν αὐτῆς μελέτην συντελέσαι, ὁρῶσα μὴ καθ' ἓνα τῷ λόγῳ τοὺς πιστεύοντας προστιθεμένους, ἀλλὰ κατὰ χιλίους τε καὶ μυρίους τὴν Ἐκκλησίαν διὰ τῶν προστατῶν τοῦ λόγου συγκροτούμενην καὶ πληθυνομένην.

Τί οὖν ποιεῖ; ἄρα γὰρ ἠτήθη τῆς τῶν σημείων θεοπρεπότητος; ἄρ' ἔδεισε τὸν ὑπερηφάνους ἀντιτασσόμενον, ταπεινοῖς δὲ χάριν ἐπιμετροῦντα; τὸν

consciverat; pontificesque ac scribas omnes ac deicidii scelus animaverat: tradebatque Pilatus innoxium, ac milites illudebant: exaltata denique cruce, justus cum sceleratis illi confixus fuerat: hincque adeo res ex animo impiis cedere videbatur, extincto Jesu, ejus abrogata doctrina, dispersis discipulis. At imprudentes nequitia sua pravisque consiliis Christi gloriæ viam perstruebant, sibi que ipsis probrum ac exitium æternum arcesebant.

Quemadmodum igitur hæc ante Spiritum, sic et post Spiritum. Quod namque Jesu opus Spiritus munere in apostolis rursum instaurabatur, magnumque resurrectionis miraculum magnifice prædicabatur. Qui paulo ante profugi, pavidī, tremētes erant, cum magna virtute palam loquentes testimonium Deo reddebant¹⁰. Qui ad portam Speciosam templi claudus sedebat, erectus; Tabitha a mortuis suscitata^{10*}: morbus omnis et languor, nedum precibus ac sanctæ manus contactu, sed et sola discipulorum umbra curabatur. Atque ut summa dicam, cuncta Christi opera, quin et majora quam ille operatus erat (pro eo ac fuerat pollicitus) in magistri nomine fiebant^{10**}. Quod itaque hæc eum in modum fieri cernebantur, furore rursus incenditur cædium auctor; accenditur et illi succenturiata omnis Synagoga. Vibratur gladius, arcus tenditur; romphæa suscitatur ac bellum adversus Ecclesiam conflatur.

Primum igitur, præceptis, minis, carceribus, plagis, sacros Verbi theologos se illa territoriam existimans; ipsorum (o impietatem! o consilii malignitatem!) divinam inlibere doctrinam nitebatur. Ubi autem frustra se conari sensisset (non enim Dei consilium insipientium furore evertitur, nec facile cedant, qui illius veri patroni ac defensores existunt: sed sicut argentum igne depurgatum, sonoram magis fidei vocem reddere sueverunt). Idcirco consuetam animo repetit cædium vim ac sævitiam: atque adeo æmulatione, qua prophetas occiderat succensa, primum quidem lapidibus obruit Stephanum, tanquam scilicet placabilem hostiam cruentis manibus illum immolans, qui Christi exemplo pro immolantibus preces offerebat¹¹.

Gustu percepto apostolici sanguinis, scelestissima, eoque plurimum delectata, ut quæ cædibus semper gavisæ esset, ad serio cogitabat, ut si liceret, pari cum Stephano nece cunctos tolleret. Cum vero consilium implere non posset: quippe non singulos ad fidem ac doctrinam amplectendum accedere; sed millenis denisque millibus per verbi præsules pariter adjunctis, Ecclesiam conflari ac multiplicari videbat.

Quid ergo facit? Num divinis signis victa concessit? operum novitate? splendore sermonum? Num eum timuit, qui superbis resistit et humilibus gra-

¹⁰ Act. iv, 33; ix, 36.^{10*} Act. iii, 7; v, 15.^{10**} Joan. xiv, 10.¹¹ Act. vi, 7.

tiam tribuit? Fortem illum in bellis, clarificatum in sanctis, mirabilem in majestate; cujus potentiae documenta multa acceperat; atque a pugna cum Deo destitit? Minime gentium: sed sicut pridem Pilatum adiens, crucem ac mortem, Sodomorum Gomorrhæque clamoribus adversus Dei Verbum poposcerat, sic postea ab Herode ejus apostolorum necem, supplex flagitabat ¹¹.

Nulla. aiebat, nulla, rex optime, genti tuæ salutis spes. Concidimus; perimus: periculo vertitar ne prorsus a facie discipulorum Jesu deficiamus ac intereamus. Non satis fuit, quod ille adhuc vivens post se plebem seduxit: sed qui eo familiariter usi, illius doctrinæ successerunt, nostram dementarunt gentem: duodecim tribus nostras perdiderunt: parum abest quin populum omnem allegerint. Defectionem a Cæsare docent; in majestatem tuam contumeliosi sunt; patriam legem evertunt. Neque id modo, verum etiam in ipsum Deum Patrum impii existunt, qui Jesum illum, qui crucifixus est, faciant Deum. Nisi igitur ocius, regum maxime, justam illis pœnam inflixeris, conspicue rei malus exitus erit.

ποιούντες Ἰησοῦν. Εἶπερ οὖν μὴ θάττον αὐτοῖς τὴν ἀξίαν δίκην, ᾧ μέγιστε βασιλεῦ, ἐπιβαλεῖς εἰς περιόπτον τὸ χρῆμα τοῦτο καταλήξει κακόν.

Quid igitur vero simili conjectura dixisse Herodem putabimus? Quid vero operæ pretium faciamus? Qui autem adversus tantam hominum turbam neci dandam procedentes, non majorem noxam malumque difficilius reddiderimus? At non adversus omnes penitus, aiunt, potentiam vestram exsuscitari hortamur. Nam præterquam quod res difficillima, neque sorte Cæsari grata fore videatur; tantis scilicet cœdibus civitatem pollui ac deformari: sed insignes ejus discipulos (sunt autem illi duodecim numero, quos et plebs omnis erroris magistros habet) hos, si duci jusseris, rex clarissime, tum Deum propitium habebis, tum omni genti pacatam ritam largieris; ejusque nos beneficii memores, gratias quam maximas habentes, debitam vicem rependemus.

Mox igitur Herodes pessimo illo instinctus consilio, injustitiam parturiebat. Porro concipit dolorem, et parit iniquitatem ¹². Mandatum accipiunt milites, positisque cuniculis insidiæ struuntur. Jamque adeo discipulorum turba, ejus vexationis causa quæ sub Stephano facta erat, Hierosolymis relictis, perque alias extra urbes atque oppida alii alio dispersi, veritatis doctrinam secundo conatu prædicabant ¹³. Magnus autem Jacobus, cum per universam Judæam et Galilæam, uti vere tonitruum filius, Dei Evangelium clarius intonuisset, Hierosolymitanam Ecclesiam invisurus iterum reversus est. Repente ergo militari manu corripitur, atque Herodis tribunali sistitur. Cumque atrocius injuriis petitus, probris complutus, verberibus exanimatus, etiam atque etiam juberetur omnino negare Christum; sin illi case morte luendum: *Impossibile*, exclamavit, vi-

κραταιὸν ἐν πόλεμοις; τὸν δεδοξατμένον ἐν ἁγίοις τὸν θαυμαστὸν ἐν δόξαις, οὐ πολλὰ τῆς δυνάμει εἰληφεν ὑποδείγματα, καὶ τοῦ θεομαχεῖν ὑπανεχρήσεν; Οὐδαμῶς ὡσπερ δὲ τῷ Πιλάτῳ προσιοῦσιν πρῶτην, σταυρὸν τε καὶ θάνατον ἐν κραυγαῖς Σοδημῶν καὶ Γομόρρας κατὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου πικρητεῖται οὕτω μετὰ ταῦτα τῷ Ἡρώδῃ προσπίπτουσα, τὴν κατὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ κατελιπάρει σφαγὴν.

Οὐδεμία, λέγουσι, τῷ ἔθνει σου, κράτιστε βασιλεῦ, οὐδεμία σωτηρίας ἐλπίς. Διαπεπτώκιμει ἀπολώλαμεν. Κινδυνεύομεν οὐκ ἐπιβίβησαι τέλει καὶ διαφθορήσεσθαι, ἀπὸ προσώπου τῶν μαθητῶν τοῦ Ἰησοῦ. Οὐκ ἀπέχρησεν ἐκεῖνος εἰς τὸ ὄπισθω αὐτοῦ τὸν λαὸν ὑποπλανῶν· νῦν δὲ τῆ ἐκείνου διδαχῆν οἱ ὠμίληκότες αὐτῷ διαδεξάμενοι, ἐξέστησαν τὸ ἔθνος ἡμῶν· ἀπόλωσαν εἰς δωδεκάφυλον ἡμῶν. Ὀλίγου δεῖν πάντας ἐπισπάσαντο τοὺς λαοὺς. Ἀποστασίαν ἀπὸ Καίσαρος ἐκδιδάσκουσιν. Πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν ἐξυβρίζουσιν, τὸν πατῶρον ἀθετοῦσι νόμοι καὶ οὐμόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὸν τὸν τῶν πατέρων ἀσεβοῦσι Θεόν, τὸν ἐσταυρωμένον ἐκείνον θεοποιούντες.

Τί οὖν διανοηθῶμεν Ἡρώδην, ὡς εἰκός, φάναι; Τί δὲ ποιητέον ἡμῖν; πῶς δὲ κατὰ τοσοῦτον πρὸ σφαγῆς ὄχλου χωροῦντες, οὐ μείζω τὴν βλάβην καὶ ἀργαλιώτερον ἀπεργασαίμεθα τὸ κακόν; Ἀλλ' οὐ κατὰ πάντων ἀρδην, φασί, τὸ ὑμέτερον κράτος διαραστῆραι παραινοῦμεν· καὶ γὰρ πρὸ τῷ δυσχερεῖ τῷ πράγματι, οὐδ' αὐτῷ ἂν ἀρεσται τῷ Καίσαρι τοσοῦτοις αἵμασι τὴν πόλιν μαινεῖν καὶ ἀχρειοῦν· τοῦτ' ἐπισήμους δὲ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν. Δώδεκα δὲ τὸν ἀριθμὸν οὗτο οὗς καὶ ὁ πᾶς ὄχλος ἐπόμενος ἀποπλανᾶται τούτους, ᾧ λαμπρότατε βασιλεῦ, εἰ ἀπαράγοι ἔξεις μὲν τὸν Θεὸν εὐμενῆ· ὁλῶ δὲ τῷ ἔθνει εἰρηναίαν ζωὴν χαρίῃ· καὶ σοι τῆς εὐεργεσίας ταύτης μέγιστην εἰδότες χάριν, ἀξιοχρεῶν εἰς οἴσομεν ἀμοιβήν.

Ἄμα τοίνυν τῇ πονηρᾷ βουλή, καὶ Ἡρώδῃ ὤδινε τὴν ἀδικίαν. Συλλαμβάνει δὲ πόρον, ἀντιμίαν δὲ τίπτει· καὶ οἱ στρατιῶται παρηγγέλλοντες καὶ ὁ λόχος ἤτοιμάζετο, καὶ τὸ ἐνεδρὸν κατεσκευάζετο. Τὸ πλῆθος μὲν οὖν τῶν μαθητῶν, διὰ τὴν ἐπιτῶν Στεφάνῳ θλίψιν, τὴν Ἱερουσαλήμ καταλιπόντες καὶ πρὸς τὰς ἔξω πόλεις καὶ κώμας ἄλλοι διασπαρέντες ἀλλαχοῦ, τὸν λόγον τῆς ἀληθείας ἐπεκρηκεύοντο· Ἰάκωβος δὲ ὁ μέγας, ἐπειδὴ καθ' ὅλην τὴν Ἰουδαίαν τε καὶ Γαλιλαίαν, ὡς βροντῆς υἱὸς ἀληθῶν, τὸ τοῦ Θεοῦ Εὐαγγέλιον ἐμβρόντησας γεγωνόταρον, τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις αὐθις ἐπισκεψόμενον ἐκκλησίαν ἐπανῆγεν· συναρπάζεται μὲν ἐξ ἀπίνης χειρὶ στρατιωτικῇ, τῷ Ἡρώδου δὲ βήματι προσάγεται, καὶ ὑβρεσὶ βαλλόμενος, καὶ ὄνειδος πλυνόμενος, καὶ μάστιγι ἐταξόμενος, καὶ παραγγελλόμενος παραγγεῖλα παντάπασιν ἐξόμνησθαι τὸν Χριστὸν, ἢ θάνα-

¹¹ Gen. xviii, 20. ¹² Psal. vii, 13. ¹³ Act. viii, 1.

ν ἐπηρεῖσθαι τὴν ζῆμίαν, Ἀμήχανον, ἐξεβλή-
ν, ἀνδρα σώφρονος μετέχοντα λογισμοῦ, ἐλέ-
λαι μὲν ἐν συγκρίσει τὸν σκότον ὑπὲρ τὸ φῶς·
ἵνατον δὲ θέσθαι προτιμότερον τῆς ζωῆς. Ἀδυ-
κώτερον δὲ πολλῶ, τὸν ἐν συναισθήσει τῆς
ἡσοῦ τοῦ Χριστοῦ θειότητος καὶ μακαριότητος
νόμον, ἄλλο τι τῶν πάντων ἐκείνου σεβασμώτερον, ἢ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης καὶ πίστεως
ἰοθεώτερον ἠγήσασθαι.

Οὐκ οὖν ὅς γε πεπιστευκεν ἐκ Θεοῦ τε γενέσθαι
δε τὸ πᾶν, καὶ παρ' αὐτοῦ δεδῶσθαι προφήτας
καὶ νόμον ἐν Ἰσραὴλ, τὸν ἀγαπητὸν δύναιτ'
ἀρνείσθαι καὶ συμφυῆ καὶ μονογενῆ, δι' οὗ
ἴντα γέγονεν, ἃ τῆς δόξης πεποίηκε Πατὴρ, καὶ
ᾧ συνέστηκε τὰ πάντα. Τοῦτο μόνον λυπηρὸν,
Β βασιλεῦ, τοῦτο θλίψεως ἡμῖν αἴτιον, δεῖ ἀπαξ
ἴνον, ἀλλ' οὐ μυριάκις ὑπὲρ τῆς Ἰησοῦ θεό-
τος καὶ δόξης ἀποθανεῖν δυνατὸν.

Τούτοις τὸν μιαιφώτατον ἐμβροντηθέντα καὶ μα-
ντα, παρευθὺ κελεῦσαι τοῦτον ἀπαγαγεῖν, καὶ τὴν
νοδλίαν κάραν μαχαίρα τεμεῖν. Οὐ θαυμαστὸν
εἰ ὁ τῆς ἀδικίας πυθμῆν, ὁ ὁδοποιὸς τοῦ Ἀντι-
στοῦ, ὁ τῆς ἀσεβείας πληρωτῆς, οὐ θαυμαστὸν
τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ἐπιβαλὼν, τὸν
ἱδὸν ἀνείλε τῆς Ἐκκλησίας ὀφθαλμόν· ἀλλ' ἐκεῖνο
υμασιώτερον, εἰ μὴ εἰς οἰκοδομὴν τοῦτο μεῖζω,
νίκην αὐτῆς περιφανεστέραν ὠκονόμητο· καὶ
ἐ τοῦτο τοσοῦτῳ θαυμαστὸν, ὅσον εἰ μὴ τοῖς
ιστοῦ διώκταις ἐντεῦθεν ἡ πακωλεθρία ἐπισέσει-
αι.

Ἰάκωβος μὲν οὖν ὁ μακαριώτατος, ὡς ἀρνίον
ικον, ὡς πρόβατον ἀμωμον, ὀπίσω τοῦ ἀμνοῦ τοῦ
ῶ σφαγιασθείς, καὶ διὰ τοῦ ἀρχιερέως τοῦ μεγά-
θυσία ζῶσα, λογικῆ τε καὶ θελητῆ τῷ ζῶντι
ῶ προσενεχθείσα, ἐπρέσθευσε μὲν ὑπὲρ τῶν
ιστόλων, ἐπρέσθευσε δὲ ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας·
ῶ μὲν, τὸ ἔργον εὐδοῦσθαι τῆς ἀποστολῆς· τὴν
τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπαλλάττεσθαι μαιφονίας· καὶ
ῶσθαι μὲν τοὺς τῷ Εὐαγγελίῳ μαχομένους·
ροῦσθαι δὲ τοὺς εὐδοκοῦντας αὐτῷ.

ταύτης ἀποτέλεσμα τῆς ἰκεσίας, ἡ παρ' ἐλπίδα
Πέτρου σωτηρία· τῶν τε δεσμῶν καὶ τῆς εἰρκτῆς
τῆς ἀπαγωγῆς, ἦν αὐτὸν ἐμελλεν Ἡρώδης ἀπι-
γεῖν εὐθὺς μετὰ τὸ Πάσχα, δι' ἀγγέλου χειρὸς
εἰλλαγή. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἡ αὐτοῦ Ἡρώδου
λατος πληγή, δι' ἣν αὐτίκα τοῦ μιαιφῶτος σώματος
ἰληκας ἐξέρψαντος, βιαίως ἀπέρρηξε τὴν ψυχὴν.
τεῦθεν δὲ καὶ ἡ χάρις τὰ ἔθνη μετιοῦσα, τοῖς
ἰδαίοις τὸν οἶκον εἰς ἐρήμωσιν ἔφει.

Ἀλλ', ὦ κήρυξ θερμότετε τῆς ἀληθείας τοῦ
γγελίου! ὁ μετὰ Πέτρου καὶ Ἰωάννου τὴν ἀνω-
ω τάξιν καὶ τὴν κορυφὴν τῆς ἀποστολικῆς κα-
ρας διεκλήχως· χαῖρε, ὡς τὸ ποτήριον Χριστοῦ
; συμμαθηταῖς προπιῶν, καὶ τὸ σωτήριον βᾶ-
σμα, κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν βαπτισθείς· καὶ διπλῶ
φάνω, τῆς ἀποστολῆς καὶ τῆς μαρτυρίας, κατα-
μηθείς.

χαῖρε, ὅτι νήπιος ὢν εἶπεν τὴν πνευματικὴν ἡλι-

tum qui sobria impartitus ratione sit, optione facta,
tenebras luci anteferre; mortemque vita potliorem du-
cere: longe vero amplius abhorret ut sit possibile,
eum, qui Jesu Christi Deitatis ac beatitudinis sensum
fecerit, universorum aliud quidpiam illo sanctius, seu
dilectione fideque in ipsum, dignius arbitrari.

Absit igitur, ut qui rerum hanc universitatem a
Deo conditam credit, atque ab eo datos prophetas ac
legem in Israele, dilectum, ejusdem ac ille naturæ
et Unigenitum, per quem condita omnia, quæ Pater
gloriæ condidit, et in quo constant omnia, unquam
negare possit. Unum nobis, rex, hoc molestum; unum
angit et excruciat, quod semel duntaxat, non millies
pro Jesu Deitate atque gloria mori concessum sit.

Hisce scelestissimus ille attonitus ac furens, con-
festim duci Jacobum jussit, ac beatissimum illius
caput gladio abscindi. Neque id mirum, quod ini-
quidatis sentina imusque gurges, Antichristi præ-
cursor, impietatis artifex; cum in apostolos misisset
manus, dextrum Ecclesiæ sustulerit oculum:
sed illud dignum admiratione, nisi in majorem id
ædificationem ejusque ipsius illustriorem victoriam,
dispensatum esset. Quin ne hoc quidem sic mirum,
quam si hinc quoque Christi persecutoribus confla-
tum non esset exitium.

Beatissimus itaque Jacobus tanquam agnus inno-
cens, tanquam ovis immaculatus, post Agnum Dei
immolatus, et per pontificem magnum hostia vivens,
rationalisque et voluntaria, Deo viventi oblatus,
precibus ad Deum pro apostolis intercessit; inter-
cessit et pro Ecclesia. Pro illis quidem, ut eis pro-
spere cederet apostolica functio; pro hac vero, ut a
Judaica liberaretur sævitia: ac rumperentur qui-
dem Evangelii hostes; malis autem solverentur,
qui lubentes illud haberent.

Hujus effectus supplicationis, Petri illa inexpectata
salus; ejusque a vinculis et carcere et du-
ctione per angelum liberatio, qua statim post Pascha
eum Herodes erat ducturus. Neque id modo, sed et
Herodis ipsius divino numine plaga, qua mox im-
puro corpore ebullientibus vermibus, violenter
animam abruptit. Quin et inde gratia gentes prose-
cuta, Judæis domum in desolationem reliquit.

Sed, o veritatis Evangelii prædicator ferventis-
sime! qui cum Petro et Joanne supremam classem
atque verticem apostolicæ dignitatis tenes: Salve
sis, ut qui Christi calicem ante condiscipulos bibe-
ris ac juxta quod illi pollicitus eras, salutari
baptismo baptizatus sis, duplicique præclare co-
rona condecoratus, apostolici muneris ac suscepti
martyrii ¹⁵.

Salve, quod cum parvulus adhuc esses spiritali

statura et ætate, terreni regni primatum petieris (nec enim fiat unquam ut magnificus animus, rei alicujus tenuis ac vilioris desiderio afficiatur) in virum autem adultus, Regi gloriæ proximam primamque sedem adeptus sis.

Salve, beate Verbi Dei que ipse oculis inspector, quod piscationem piscatione, desiderium desiderio, hæreditatem hæreditate commutans, iis, quæ instabilia sunt, ea quæ manent; iis, quæ in terris et fluxa sunt, cælestia nec unquam peritura consecutus sis.

Gaude, quod sicut nullo medio, cum in corpore versareris, Dei hominis consuetudine in terra prius utebaris, sic nunc eidem immediate spiritu devinctissimus facie ad faciem in cœlis insuescis.

Gaude et lætare in Domino Deo tuo ac Rege tuo, nosque propitius de cœlo intueri: ac vero purum nobis ac immaculatum, apostolorum ter beatissime, et a sæculi malitiæ insidiis liberum servans animum, Domino Christo incontaminatum utinam repræsentes, in gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti, in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VI.

Laudatio sancti ac celebratissimi apostoli et Evangelistæ Joannis Theologi.

Qui magnum tonitruum Filium laudare jubet, ipsum mihi magnum Dei Spiritum laudibus coronare jubere videtur; quo ille compositus ac concinne collisus, orbem terrarum ad suum convertit sonum¹⁶. Id vero tantum sermonis nostri facultatem superat, quantum et humanæ vim comprehensionis excedit. Cum enim sonitum hunc, qui sensu percipitur, haud facile animo intelligamus; quam quis ratione spiritalem assequatur, ac qui omni corporis sensui præcellit? Cumque id tonitruum, quod per naturam in nubibus venti agitatione conflatur, accurate verbis explanare non possimus: quonam modo eximii illius, cujus solus ipse Dominus conflator, ac parens, laudes præsumamus? Quis ita in divinis eruditus, sicque alto animo præditus? Quis ita terrenis superior sese extulit, parique cælestibus celsitudine exasit? Quis adeo seipso excedens, intra Deum comprehensus totusque receptus est, ut vel os aperire, ac linguam movere in Dei discipulorum laudem audeat? Quis sufficiens, ut nedum omnium sigillatim, sed vel unius illorum virtutis magnificentiam pro rei merito, animo informare, ut verbis eloqui possit?

Quænam mens (ut summa dicam), quæve ratio ac oratio, magnificæ Joannis indolis (quinimo animi Deo simillimi mentisque divinissimæ) laudes attigerit, nisi is ipse e cælestibus tantisper adytis descendens, divinæque æmula bonitate humilibus accedens, osque pro theologi munere divinissimum auribus nostris accommodans, suam nobis, quoad

Α κίαν, βασιλείας ἐπιγείου προτίμησιν ἤτησας· οὐδὲ γὰρ ἀνέχεται ποτε ψυχὴ μεγαλοφυῆς, μικροπρεπὲς τι ποθεῖν· εἰς ἄνδρα δὲ τελειούμενος, τῆς ἐγγιστα παρὰ τῷ Βασιλεῖ τῆς δόξης πρωτοκαθεδρίας ἡξιώθης.

Χαῖρε, μάκαρ αὐτόπτα τοῦ Λόγου καὶ θεόπτα, ὅτι τῆς ἀλείας ἀλείαν, τῆς ἐπιθυμίας ἐπιθυμίαν, καὶ τῆς κληρονομίας κληρονομίαν ἀμειψάμενος, τοῖς ἀβεβαίαις τὰ μένοντα, καὶ τοῖς κάτω καὶ βέουσι τὰ οὐράνια κατεκτήσω, καὶ μὴ μεταπίπτοντα.

Χαῖρε, ὡσπερ μετὰ σώματος ἀμέσως τῷ Θεανθρώπῳ προσωμίλεις πρὶν ἐπὶ γῆς, οὕτω νῦν τῷ αὐτῷ προσεχῶς ἐν τῷ πνεύματι συμφυόμενος, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ἐντυγχάνεις ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Χαῖρε καὶ κατευφραίνου ἐν Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου καὶ βασιλεῖ σου· καὶ ἡμᾶς ἐποπτεύοις ἀνωθεν ὕψους· ἄσπιλον δὲ καὶ ἀμωμον ἡμῖν, ὃ τρισμακαριώτατε τῶν ἀποστόλων, καὶ τῆς τοῦ νῦν αἰῶνος κακίας ἀνεπίβουλον [ἀνεπιβούλευτον] διατετηρηκῶς τὴν ψυχὴν, ἀμίαντον παραστήσας τῷ δεσπότῃ Χριστῷ, εἰς δόξαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Γ΄.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ παρεύφημον ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸν Θεολόγον.

Ὁ τὸν μέγαν τῆς βροντῆς γόνον προτραπόμενος ἐπαινεῖν, αὐτό μοι δοκεῖ τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα παραινεῖν ἐπαινεῖν· ὃ ρυθμιζόμενος ἐκεῖνος καὶ ἑναρμονίως κροτούμενος, πρὸς τὸν οἰκεῖον τὴν οἰκουμένην ἐπέστρεψε φθόγγον. Τὸ δὲ τοσοῦτω τοῦ ἡμετέρου λόγου τὴν δύναμιν ὑπερβάλλει, ὅσῳ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπεραίρει κατάληψιν. Εἰ γὰρ τὸν αἰσθήσει ληπτὸν τοῦτον ἦχον, οὐ πρόχειρον κατανοεῖν, πῶς ἂν τις ἐφίκοιτο τοῦ νοουμένου καὶ πᾶσαν σώματος αἰσθησιν ὑπερβαίνοντος; Καὶ εἰ τὴν ἐγγυνομένην τοῖς νέφεσι, τῇ κατὰ φύσιν κινήσει τοῦ πνεύματος βροντῆν, οὐχ οἶοί τέ ἐσμεν ἀκριβεῖ διασαφῆσαι λόγῳ, πῶς ἂν τῆς ὑπερφουῶς, καὶ μόνῳ τῷ Κυρίῳ προσκροτηθείσης ἢ γεννηθείσης, τῶν ὑμνήσεων κατατολμήσαιμεν; Τίς οὕτω τὰ θεῖα πολλὸς, οὕτω τὴν καρδίαν βαθύς; Τίς οὕτω τῶν γηίνων ὑπερανψύχισται, οὕτω τοῖς οὐρανοῖς συνύψωται; Τίς ἐπὶ τοσοῦτον ἑαυτοῦ ἐξω γενόμενος, ἔνδον Θεοῦ κατεἰληπται, ὥστε στόμα διᾶραι τολμᾶν, καὶ γλῶσσαν εἰς ἔπαινον κινεῖν τῶν τοῦ Θεοῦ μαθητῶν; Τίς ἰκανὸς, μὴ ὅτι γε πάντων ὑφ' ἑν, ἐνδὸς γούν αὐτῶν, τὴν τῆς ἀρετῆς μεγαλοπρέπειαν, τυπωθῆναί τε κατ' ἀξίαν τῷ νῷ, καὶ ἐρμηνεῦσαι τῷ λόγῳ δυνηθῆναι;

Ποῶς, ἵνα συνελὼν εἴπω, νοῦς, ποῶς δὲ λόγος τῆς Ἰωάννου μεγαλοφυΐας, μᾶλλον δὲ θεοειδεστατῆς ψυχῆς καὶ διανοίας τοῖς ἐγκωμίαις προσεγγίσει, εἰ μὴ αὐτὸς ἐκεῖνος τῶν οὐρανίων ἀδύτων ὑποκάταβας, καὶ θεομιμήτῳ χρηστότητι τοῖς ταπεινοῖς ἡγγικῶς, καὶ τὸ θεολογικώτατον στόμα τοῖς ἡμετέροις ὡσεὶ παρασκευάσας, τὸν οἰκεῖον ἔπαινον, εἰς τὴν

¹⁶ Marc. iii, 17.

τοῦ Πατρὸς δόξαν, ὡς ἐφικτὸν ἡμῖν, ἐμβροντήσαιεν ἡμῖν; Ἐλθέ τοιγαροῦν, ὦ θεσπέσιε θεολόγε καὶ εὐαγγελιστῆ, ἡ οὐρανια τοῦ Λόγου σάλπιγξ, ἡ εὐχὸς, ἡ ἐναρμόνιος, ἡ τοῖς μελιειδέσι τῆς ἀληθείας φθόγγος, πᾶσαν εἰκαιομυθίαν ἑλληνικὴν κατασιγάσασα· πάντα δὲ ῥητόρων καὶ φιλοσόφων ὄργανα πολυαρμόνια τῷ βροντοφῶνι τῆς θεολογίας σου κατακοιμίσασα· πᾶσαν δὲ ψυχὴν ἀξίαν τοῦ Λόγου πρὸς ἑαυτὴν ἐφελκομένη· καὶ οὐκ ἀνθρώπων μόνων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν, τολμῶ φάναι, τῶν οὐρανίων Δυνάμεων, τὴν ὑπερφουεστάτην ἐπισπωμένη πρὸς ἑαυτὴν ἀκοήν.

Ὁ τοῦ Πατρὸς τῶν φῶτων ἀξιότατος ὑποφήτης καὶ γραμματεὺς· τὸ στόμα τοῦ Χριστοῦ, ἡ γλῶσσα τοῦ Πνεύματος, ἔλθέ μοι τῷ πνεύματι, Πνεῦμα καὶ αὐτὸς θεῖον ὢν, ὡς ἐκ Θεοῦ Πνεύματος γεγεννημένος. Ἴδου κίχρημί σοι καρδίαν πραεῖαν καὶ ἡσύχιον, καὶ οἶα δὴ νερὸν κῆπον καὶ μυστικόν, διάνοιαν ὑπέχω ταπεινὴν τε καὶ ὀμαλῆν. Ἐξεγείρου, βορρᾶ, καὶ ἔρχου, τότε· *διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ρευσάτωσαν ἀρώματά μου.* Προσλαλείτω γάρ σοι καὶ Σολομών· σὺ γὰρ βορρᾶς μὲν, ὡς τοῖς καθαρωτάτοις τῆς θεολογίας φθέγμασιν, οἶα λαμπραῖς καὶ ζωογόνοις ἀναψύχων πνοαῖς· καὶ τὸ τῆς πολυθετίας πνιγός, καὶ τὸν τῶν αἰρέσεων διαχέων φλογμόν· καὶ τὰς πιεζομένας ἐν τούτοις καρδίας ψυχαγωγῶν καὶ ἀναχτώμενος. Νότος δὲ, ὡς τοῖς τῆς ἀγάπης διαθερμαίνων λόγοις, καὶ τοὺς ἀναισθησίᾳ νοῦ καὶ σκληρότητι θείας ἐστερημένους ἐπιρροῆς, ἀγόνους τε διὰ ταῦτα καὶ κατεψυγμένους καθεστῶτας, ἀναθάλπων καὶ ἀναζωπυρῶν, καὶ ζωτικῆς ἰχμάδος πληρῶν καὶ καρποφόρους ἀποτελῶν.

Τοιαύταις πνοαῖς, τοιούτοις ροιζήμασιν ἀεὶ διαπνέων ἡμεῖς, ὦ μακάριε, ὡσπερ τινὰ ποικίλην ἐκ ποικίλων ἀρωμάτων εὐωδίας ὀσμὴν, τὴν ἐκ τῶν λόγων σοι αἶνεσιν παρασκευάσον ἐνεγχεῖν. Πάντως δὲ, οὐδεμιᾶς ἡμῖν μακρηγορίας χρεῶν, τὸν πρῶτον ἐν θεολόγοις προθεμένους ὑμνεῖν. Ὡς γὰρ ἀεὶ τὸ θεῖον ἐν τε τοῖς ἄλλοις πᾶσι, καὶ πολὺ πλεον τοῖς λόγοις, τὸ γοργόν καὶ συντετριμμένον [συντετριμμένον] φιλεῖ· φίλον δὲ τοῦτο, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ θεολογεῖν εἰδόσιν, οὕτω προσήκειν ἡγοῦμαι καὶ τῷ νῦν ἐπαινουμένῳ, ἀπέριττον τε καὶ σύμμετρον, ὡς οἶόν τε, τὸν λόγον καρποφορεῖν. Ὅθεν οὐκ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ γῆθεν αὐτῷ παρεπομένων, γένους, φημί, καὶ πατρίδος, ἢ τινος εὐκληρίας βίου, τὸν οὐράνιον ἄνδρα γνωριούμεν· περιττὴ γὰρ, καὶ οὐχ ὅπως τῷ ὑψηλοτάτῳ τῆς ἀληθείας εὐαγγελιστῇ· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς πολλῶν λειπομένοις τῆς ἀρετῆς ἀγίοις, οἰκεία ἢ θελητῇ, ἢ ἀπὸ τῶν τοιούτων εὐφημία. Ἀλλὰ τὰ ἀπὸ γῆς μὲν τίμια τοῖς ἀπὸ γῆς ἐναθρύνεσθαι παρῶμεν· οἷς δὲ ἡ γέννησις οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος γέγονεν ἄνδρός· ἀλλ' ὁ Πατὴρ μὲν οὐράνιος ἀνωθεν προεγνωκῶς, συμμόρφους κατὰ καιρὸν ἐξελέξατο τῷ Μονογενεῖ· τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ὡς ἀγίοις ἐπαναπαυσάμενον, καὶ καινὸν ἐν αὐτοῖς ἄνθρωπον καὶ θεοειδῆ τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ γεγεννηκῶς, υἱοθετήσατο τῷ Θεῷ, τούτους ἐντεῦθεν

A assequi licet, in Patris gloriam, laudem intonuerit? Veni igitur, divine Theologe et Evangelista, caelestis Verbi tuba, sonora, concinna mellitis veritatis sonis, omnem Græcorum sermonis vanitatem silentio dampnans: omniaque oratorum ac philosophorum multiplici consonantia modulata organa theologiae tuae alto tonitruo sopiens, atque omnem Verbo dignum animum ad se trahens; nec hominum modo, sed et ipsarum (ausim dicere) caelestium Potestatum pereximium auditum sui desiderio illiciens.

Patris luminum dignissime interpret ac scriba, Christi os, lingua Spiritus, veni ad me spiritu, qui et ipse divinus Spiritus sis, tanquam ex Deo Spiritu natus¹⁷. Ecce cor tibi lene et tranquillum mutuo, velutque intelligentem hortum ac mysticam, humilem æquabilemque animum præbeo. Surge, aquilo, et veni, auster; perfla hortum meum, et fluent aromata mea¹⁸. Te enim etiam Salomon alloquatur. Tu namque aquilo, ut limpidissimis scilicet theologiae vocibus, tanquam puris ac vitalibus flatibus refrigerans, supersticiosique numinum cultus algorem atque hæreseon incendia, dissipans; hisque oppressa pectora recreans ac levans. Auster vero, velut charitatis sermonibus calefaciens, mentisque extincto sensu ac duritie, divino omni ditutatos influxu, eaque ratione infecundos atque rigentes refovens ac exsuscitans, vitalique humore replens ac fructiferos præstans.

Ejuscemodi flatibus, istiusmodi stridoribus nos semper perflans, vir beate, præsta, ut velut quamdam ex variis aromatibus odoris suavissimi fragrantiam, quæ sermonibus textitur, laudem tibi offeramus. Omnino enim nihil nobis prolixa opus oratione, quibus incumbat ut primum inter theologos laudemus. Quemadmodum enim Deus, cum in reliquis omnibus, tum potiori longe ratione in sermonibus, id amat quod acre ac breve est; amant vero et qui divina tractare norunt: sic et illi quem laudamus convenire existimo, ut orationem minime superfluum, ac modis suis coercitam, quoad licet, offeramus. Quamobrem a nullo eorum quæ extrinsecus sunt, et terrena quasi appendice sequuntur (prosapia scilicet atque patria ullave sæculi claritate) virum caelestem celebrabimus (superflua eaim, ac nedum celsissimo veritatis evangelistæ, sed neque sanctis ab ejus longe virtute remotis conveniens aut placita, quæ ex talibus laudatio est). Verum terrenis ornamentis superbire eos sinamus et gloriari, qui sunt e terra: quibus autem nativitas atque origo non ex sanguinibus, nec ex voluntate viri obtigit¹⁹; sed Pater quidem caelestis olim præcognitos, pro tempore conformes elegit Unigenito; Spiritus sanctus autem, ut qui in sanctis conquie-

¹⁷ II Cor. iii, 17. ¹⁸ Cant. iv, 16. ¹⁹ Joan. i, 13.

cat³⁰, atque in eis novum hominem ac Deiformem A sermone veritatis gignat, in filios Deo adoptavit^{30*}; ii inde laudentur ac admirationi habeantur, quorum, juxta sacra eloquia, in Domino laudetur animus; quique adeo cum cœlesti Patre jucundissim celebrentur³¹.

Inde cunctis quidem sanctis apta laudatio, velut ex uno Patre luminum prognatis; cum primis vero coryphæis antiquissimisque Verbi theologis; ex quibus Petrus quidem tanquam fidei petra firmissimumque fundamentum honore prælatus est: Jacobus vero, ut qui primus apostolorum, calicis ac baptismatis passionis Christo socius, sanctæque fidei basis sanctis esset futurus. Tu vero, o beate! summa apostolicæ majestatis arce arrepta, ut qui supremam virtutum (charitatem dico) præ cunctis illius consortibus dilexeris, eximieque tibi illa placueris, ac summe eam colueris; inque ea, vere dilecto ac charissimo Deo Verbo Deique Unigenito, necessitudinis devinctus sis. Nempe hoc tibi animi incitationis summique in Deum ascensus initium. Hoc et vestræ nota propria atque insigne beatitudinis, pulcherrimum peculiarissimumque, ac quam maxime singularis gloriatio, velut præ sanctis reliquis magis propria, Jesu nempe dilectio; qua utique suavissimi mentis vestræ decoris, divinæque formæ præstantia elucescit. Quemadmodum enim nihil ad speciem majus, ne subtili quidem cogitatu assumi queat, specioso forma præ filiis hominum^{31*}: sic quem ille singulariter amavit, primas utique animi pulchritudinis laude præ reliquis retulerit. Nec enim adeo dilectus esset, ut et una fere illius nota propriaque distinctio charitas foret ac dilectio, nisi probitatis morumque lenitatis, atque Dei simulacro bonitatis abundantia, maxima cum diligente necessitudine, a se quoque certa quadam ratione ac pro modulo, dilectionem ipse contulisset. Diligere enim eos qui ipsum ament, diserte pronuntiat Dei sapientia³².

Omniem igitur divinam actionem omnemque eximiam contemplationem, velut ex quadam radice, ex Christi in eo dilectione surgere: ac quidquid ageret aut loqueretur, dilectionis fructum esse; qua ille totus excedens ac continue quasi emigrans, semper quidem in ea Deum contuebatur³³; hancque D adeo divinæ legis plenitudinem, Deumque esse ac deificam noverat; cujus scilicet extrema, perfectissima imperturbatione ac mente purissima, nactus esset^{33*}.

Cæterum videamus, unde a principio motus, et qua projectus ac proficiens via, ad perfectionis hanc speculam subvectus sit. Jam enim magna veraque luce iis exorta, qui sedebant in tenebris; ac quidem Patre gloriæ, Filium esse charissimum, eum qui intingebatur, e cœlis intonante³⁴; e terra vero, ipso qui intingebat, Agnum Dei esse testante^{34*}, quin et Spiritu in columbæ specie descendente,

ὕμνευσθαι καὶ θαυμάζεσθαι, ἐν τῷ Κυρίῳ, κατὰ λογίαν, ψυχὴν ἐπαινουμένους, καὶ ὡς ἤδιστα τῷ οὐρανῷ συνδοξαζομένους Πατρί.

Ἐντεῦθεν πᾶσι μὲν ἀγίοις προσήκων ὁ ἔπαινος ὡς ἐξ ἑνὸς τῶν φώτων γεννωμένοις Πατρός· οὐ ἤδιστα δὲ τοῖς κορυφαίοις καὶ πρεσβυτάτοις τοῦ Λόγου θεολόγοις· ὧν Πέτρος μὲν, ὡς τῆς ἱερᾶς πίστεως πέτρα καὶ ἀρραγῆς προετιμήθη κρηπίς· Ἰάκωβος δὲ, ὡς πρῶτος τῶν ἀποστόλων τῷ ποτηρίῳ καὶ τῷ τοῦ πάθους βαπτίσματι κοινωνεῖν μέλλοντος Χριστοῦ, καὶ βάσις ἀγίας ἐλπίδος τοῖς ἀγίοις ἐσόμενος. Σὺ δὲ, ὦ μάκαρ, τὴν ἀκρὰν τῆς ἀποστολικῆς μεγαλοπρεπείας κατέλαβες κορυφὴν, ὡς τὴν ἀκρετάτην τῶν ἀρετῶν, τὴν ἀγάπην δὴ λέγω, παρὰ τοῖς μετόχοις αὐτῆς πάντας ἠγαπηκῶς, καὶ ὑπερβαλλόντως ἠρετικῶς, καὶ ἄκρω κατωρθωκῶς, καὶ ἐν αὐτῷ ὄντως ἀγαπητῷ Θεῷ Λόγῳ καὶ τοῦ Θεοῦ προφκειωμένος Μονογενεῖ. Τοῦτό σοι καὶ ἀρχὴ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ὑπῆρξε κινήσεως καὶ ἀναγωγῆς. Τοῦτο καὶ γνώρισμα τῆς μακαριότητος ὑμῶν κάλλιστόν τε καὶ ἰδιαίτατον, καὶ καύχημα ἐξαιρετόν, οἷον τῶν πάντων μᾶλλον ἀγίων ἀποκληρούμενον, ἡ ἀγάπη τοῦ Ἰησοῦ δι' ἧς ἡ ὑπερβολὴ τῆς νοερᾶς ὑμῶν εὐπρεπείας θεοειδεῶς παραδείκνυται. Ὅσπερ γὰρ οὐδὲν ὠραιότερον τοῦ ὠραίου κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲ τῇ ἐπινοίᾳ δυνατόν λαβεῖν· οὕτω καὶ ὁ ἐξαιρέτως ἐφθλησεν ἐκεῖνος, τὰ πρεσβεῖα δηλαδὴ πρὸς τοὺς ἄλλους τῆς νοερᾶς ἀπολείεται καλλονῆ. Οὐδὲ γὰρ ἀν' ἐπὶ τοσοῦτον ἠγάπητο, ὡς καὶ ἀπ' αὐτῆς μόνῃς σχεδὸν τῆς ἀγάπης χαρακτηρίζεσθαι, μὴ παρουσίᾳ χρηστότητος καὶ θεομιμησίας, οἷκεῖν εἶχε πρὸς τὸν ἀγαπῶντα, καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ φιλιαν ἀναλόγως εἰσηνέγκατο. Τοὺς γὰρ φιλοῦντας αὐτὴν ἀγαπᾶν, ἡ τοῦ Θεοῦ διαβρόχην ἀποφαίνεται σοφία.

Πᾶσαν τοίνυν πρᾶξιν θεοτελῆ καὶ θεωρίαν ὑπερφυᾶ πᾶσαν, καθάπερ ἐκ τίνος βίξεως, τῆς ἐν αὐτῷ βλαστάνειν ἀγάπης Χριστοῦ· καὶ πᾶν τὸ δι' αὐτοῦ γινόμενον ἢ λεγόμενον, ἀγάπης εἶναι καρπὸν, καθ' ἣν ἐκεῖνος ἐξεστῶς ὄλος καὶ διαπαντός ἐκδήμων, ἀεὶ μὲν ἑώρα τὸν Θεὸν ἐν αὐτῇ· ταύτην δὲ ἤδει πλήρωμα νόμου Θεοῦ, καὶ Θεὸν οὔσαν καὶ θεοποιούσαν, τὰ ἔσχατα ταύτης ἀπαθείᾳ τελειοτάτη καὶ νῦν καθαρωτάτῳ κατείληφώς.

Ἄλλ' ἰδῶμεν, ὅθεν τὴν ἀρχὴν κινήθεις, καὶ δι' ἧς ἀναγόμενος καὶ προκόπτων ἑδού, ταύτην ἐπήρθη τῆς τελειότητος τὴν περιωπὴν. Ἄρτι γὰρ τοῦ μεγάλου καὶ ἀληθινοῦ φωτός, τοῖς ἐν σκότει καθημένοις ἀνίσχοντος· καὶ ἀνωθεν μὲν ἐξ οὐρανῶν τοῦ Πατρὸς τῆς δόξης ἀγαπητὸν Υἱὸν εἶναι τὸν βαπτίζομενον ἐμβροντήσαντος· κάτωθεν δὲ τοῦ βαπτίζοντος, Ἀμνὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ τοῦτον μαρτυρήσαντος·

³⁰ Rom. viii, 29. ^{30*} Jac. i, 18. ³¹ Psal. xxxiii, 3. ^{31*} Psal. xliii, 3. ³² Prov. viii, 17. ³² II Cor. v, 14. ^{32*} Rom. xiii, 10; I Joan. iv, 8. ³³ Isa. ix, 21; Matth. iii, 17; Luc. iii, 22. ^{33*} Joan. i, 29.

καὶ τοῦ Πνεύματος δὲ περιστερᾶς εἶδει κατιόντος, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀμφοῖν ἐπισφραγίζοντος, οἷα τις ἠλιακὴ πρὸς τοῖς ἄλλοις τοῦ Λόγου μύσταις, καὶ τοῖς υἱοῖς Ζεβεδαίου προσέπεσε μαρμαρυγὴ· καὶ καθάπερ τινὰ σπινθῆρα γνώσεως ἔλλαμφθέντες τοῦ μαρτυρουμένου, ἐπειδὴ μετ' ἄλιγον αὐτοῦς ὁ θεαρχικώτατος ἐκάλεσε παραστάς, οὐδὲ βραχὺ γούν πρὸς τὴν κλῆσιν ἀνεβάλλοντο· οὐ συνηθείας οἰκείων, οὐ φίλων, οὐχ ὀμηλικῶν, οὐθ' ἕλως συγγενικῆς φιλίας, καὶ ἐταιρίας ἐπεσχέθησαν τοῖς δεσμοῖς· ἀλλὰ καὶ τὰ προσόντα πάντα, καὶ τὴν ἐστίαν τὴν πατρικὴν· ναὶ δὴ καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα μετὰ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς ἀλιευτικῆς ἀφέντες (ὦ τῆς πίστεως!) ἀκολουθοῦσι τῷ Ἰησοῦ· ἐν ἀληθινῇ καὶ γνησίᾳ καρδίᾳ συμφυόμενοι στοργῇ.

Καὶ ταῖς μὲν ἀκτίσι τῶν λόγων τῆς χάριτος τῶν ἐκ τοῦ θεαρχικοῦ στόματος ἐξαλλομένων, περιλαμπόμενοι τε τὸν νοῦν, καὶ εἰς καινὸν ἄνθρωπον καὶ θεοειδῆ μεταμορφούμενοι· τοῖς τῶν ἔργων δὲ θαυμαστοῖς τὴν πίστιν κραταιούμενοι, καὶ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸν τῆς ἀγάπης ἀναζωπυροῦντες πυρσόν· καὶ καθάπερ τὰ τῶν φυτῶν εὐγενέστερα ἢ εὐθαλέστερα, γῆς τε πόνος καὶ καλῆς λαχόντα τῆς ὑποκειμένης· ἱκανῶς δὲ καὶ τῆς παρὰ τῶν φυτοκόμων ἀξιούμενα κομιδῆς· θάπτον τε πρὸς ὕψος ἀναδίδονται, καὶ βαθείας καθιέντα ῥίζας, ἀδρύνεται τε κατὰ τάχος, καὶ πολὺν, ὡς εἰκός, ἀποδίδωσι τὰς καρπῶν· οὕτως οἱ τοῦ Λόγου δοκιμώτατοι μαθηταί, καλῆς ὅτι μάλιστα καὶ ἀγαθῆς ὄντες διανοίας, οἷς μὲν τῶν ἱερῶν τῆς σοφίας ὀργίων κατηξίωοντο, τὴν καρδίαν βαθυνόμοι· οἷς δὲ τῶν ἔργων Χριστοῦ τὴν μεγαλοπρέπειαν κατεθεῶντο, πρὸς οὐράνιον ὕψος πίστεως τὸν νοῦν ἀνατεινόμενοι, εὐγενῆ καὶ ὄριμον τὸν τῆς ἀγάπης ἀπεδίδουν καρπόν.

Ὅθεν αὐτοῖς περὶ τὰ ἥττω φανεῖσαι πιστοῖς, καὶ περὶ τὰ μείζω λογισθῆναι πιστοῖς· καὶ τῶν ἔργων Ἰησοῦ τὴν λαμπρότητα πίστεως ὑποσχόντες τελειότητι, καὶ τῆς ὑπερουραίου θεότητος, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρωπίνῃ κατηξιούοντο φύσει. Καὶ γὰρ οὐ τοῖς πολλοῖς ἑαυτὸν ἐνεπίστευεν ὁ ὑπερούσιος, σαφῶς ἐκάστου τὰ κρύφια τῆς καρδίας καταθεωρῶν· οὐδὲ πᾶσιν ἐξαπίνης τοῖς μαθηταῖς· ἀλλ' οὓς ἀξιώτερος ἦδει, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων πιστοτέρους παραλαβὼν· καὶ τῷ θαυμάσιῳ προσαναγαγῶν, τὴν αὐτοῦ δόξαν ἠρέμα μεταμορφούμενος ὑπέδειξεν.

Τοῦτο μὲν οὖν, οὐ τοῦ Ἰωάννου μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἰακώβου καὶ Πέτρου τῆς πίστεως ἀπόδειξις ἐναργής· τεκμήριον δὲ τῆς κατὰ τὴν ἀγάπην τελειότητος, ἢ κατὰ τὸ μυστικὸν δέλπνον ἐπὶ τὸ ζωαρχικώτατον στήθος ἀνάκλισις τοῦ θεολόγου. Ἐπεὶ γὰρ ἕνα τῶν συνεστιωμένων παραδώσειν αὐτὸν προειρηχέναι, θορύβου μὲν, ὡς εἰκός, τὰς καρδίας τῶν μαθητῶν καὶ λύπης ἀγωνιώσας ὑποπίμπλασθαι· οὐδένα δὲ παρρησίᾳ τολμᾶν ἐρωτᾶν, εἰ μὴ τὸν κατὰ τὴν ἱερὰν ἀγάπην ὑπερβαλλόντως τετελειωμένον, ὃς ἐχόμενα κατακείμενος τῷ διδασκάλῳ· προσαναβὰς δὲ,

atque amborum testimonium obsignante, præter reliquos Verbi discipulos, in Zebedæi quoque filios, velut solis quidam micatus et splendor cecidit; ac quasi scintilla quadam, ejus, cui testimonium perhibebatur, illis coruscante, cum brevi post divinissimus ille fonsque deitatis illos, præsto vocasset, ne momento quidem obsequi distulerunt. Non consuetudinis suorum, non amicorum, non æqualium, neque prorsus cognatorum sodaliumque necessitudinis vinculis inhibiti sunt; sed et omni substantia paternaque domo, quin et ipso patre una cum nave ac navicularia arte relictis (o fidem!) Jesum sequuntur, nedum corpore, sed magis spiritu; vero illi sinceroque cordis amore devincti.

Ac quidem sermonum gratiæ, divino ex ore salientium, radiis animo collustrati, inque novum hominem ac deiformem transformati; admirandisque operibus in fide roborati, ac dilectionis flammam de die in diem suscitantes, velutque nobiliora vegetioraque ac magis virentia germina, pinguique ac opima subjecta humo consita, necnon sedula plantantis diligentia exulta, citius proceritate augescunt, alisque firmata radicibus, tum cito crassescunt, tum fructum, ut par est, longe uberem proferunt; sic probatissimi Verbi discipuli, cum honesta maxime atque optima præstarent mentis indole, qua sacris sapientiæ orgiis initiabantur, alte animo defixi; qua vero operum Christi magnificentiam contuebantur, in cœlestem fidei sublimitatem mente surrecti, nobilem ac maturum dilectionis fructum reddebant.

Hinc nempe adepti, ut cum in minoribus fideles exstitissent, etiam in majoribus fideles haberentur¹⁰; operumque Jesu splendorem perfectioni fidei permittentes, supersubstantialis quoque deitatis, quoad humanæ naturæ concessum est, compotes efficerentur. Non enim vulgo seipsum credebat, qui substantiam omnem excedit, quod cujusque oculta cordis palam intueretur¹¹; nec eunctis repente discipulis; sed illis assumptis quos digniores noverat, ac majori cæteris fide præstantes; subductisque illis ad Thaborii excelsa, suam eis claritatem leniter transformatus ostendit¹².

Id quidem, non Joannis duntaxat, sed et Jacobi et Petri fidei aperta probatio est: perfectæ vero dilectionis certum indicium, theologi in mystica cœna super vitalissimum pectus recubitus¹³. Quod enim discipulorum corda, idcirco quod prædictum erat, fore ut communi mensa cœnantium unus Magistrum traderet, turbationis atque mœtoris, ut par est, anxique timoris plena erant¹⁴: nec ullus palam interrogare audebat, excepto duntaxat qui sacræ dilectionis perfectione excellenter præstabat, cum Magistro proximus discumberet, tantisper ad

¹⁰ Luc. xvi, 40. ¹¹ Joan. ii, 24. ¹² Matth. xvii, 1; Marc. ix, 1; Luc. ix, 17. ¹³ Joan. xiii, 23.

eum ascendens, omnique reverentia pectus suum Dominico admonens, osque illius auribus adhibens (o beatam religiosissimamque audaciam!) ex illo percontatur proditorem, eumque signo intincti panis docetur.

Clarius vero expressiusque in crastinum, deificæ dilectionis necessitudinem seu perfectionem, solus mysteriorum auctor Jesus in cruce quasi ænigmate ostendit; dum Matri prædilectum discipulum tanquam filium commendavit, Matrisque curam corporalem in eum filium retulit; ac velut sui permutationem pretiumque Dei Genitrici traditum, veniori gradu fratrem sibi eum adhibuit ²⁷.

Quia enim reliqui omnes discipuli (absit, ut quod molestum est, totum dicam) irruentem potestatem tenebrarum, Judæque cruentam grassationem, necnon Judæorum rabiem ac sevilitiam, adversusque Salvatorem vesaniam non ferentes, fugam arripuerant: tu vero ex omnibus tanquam firmi ac tolerantissimi animi ut qui majori fortiorique amoris vi Magistro devinctus esses, cunctis illi salutaribus cruciamentis comes, præ illo fere dirius molestis afficiebaris; qui nempe tanquam acutissimis jaculis viscera transverberareris, valdeque acerbis illius causa doloribus animo exureris: condolebas quod verberibus excipiebatur varieque colaphis dehonestato miseratione afficiebaris: sed et cruci affixo solus cum Maria astans, una et ipse quodam modo cruci suffixus eras, qui videlicet clavorum pariter perforationes lanceæque C punctioem, lethales animo ictus exceperas. Idcirco igitur non hos frustra sustinuisti laborum aculeos, sed cum operibus vero amicam prætulisses, alter ille visus es. Hoc veræ amicitiae munus; hoc sacrorum laborum æquale dignumque præmium; qui nempe supra quam summe eximiam Verbi amicitiam (seu potius fratris dignitatem et nomen) cunctis dignius magnificentiusque consecutus sis. Etenim non corporis indulgentiore cultu ac deliciis sed molestia ac tentationibus, probata amicitia, claram erga amicam puramque amoris vim ostentare novit.

Igitur ad vitalem usque passionem ac resurrectionem tentata apostolorum fides, ac qua in eum ferebantur, qui sponte nostri causa morte functus esset, probata affectio; quod offendiculo omni superior, ac Domini tentationibus inviolabilis perstitisset, inde jam ceu divina quædam, veræ illa amicitiae fideique digna præmia, consequitur. Quænam vero illa? Primum quidem ipsum triduanum a mortuis suscitatum Christum vident, illatique cruciatus symbolis, mysterii resurrectionis fide roborantur. Ad hæc Spiritum, partim quidem primum ejus qui suscitatus erat spiraculo ²⁷; perfectius vero illo e terra in cælum recepto, in sono vehementi linguisque igneis e cælo in ipsos venientem suscipiunt ²⁸: cujus et munere accepta in omnes gentes potestate, ac principes constituti super omnem ter-

και τὸ οἰκεῖον στήθος πανευλαβῶς ἐπερείσας τῷ Δεσποτικῷ, καὶ τὸ στόμα παραθεῖς τοῖς ὤσιν, (ὡ μακαρίας καὶ θεοφιλεστάτης τόλμης!) πυνθάνεται μὲν παρ' αὐτοῦ τὸν προδότην· συνθήματι δὲ τοῦτον, τῷ κατὰ τὸν ἄρτον, ἐκδιδάσκεται.

Ἐμφαντικώτερον δὲ τῇ ἐξῆς, τὴν διὰ τῆς θεωτικῆς ἀγάπης οἰκείωσιν ἢ τελείωσιν, ὃ μόνον τελετάρχης ἐπὶ τοῦ σταυροῦ παρενέφηεν Ἰησοῦς· τῇ Μητρὶ μὲν εἰς υἱὸν τὸν ἡγαπημένον παρακατατιθεῖς μαθητὴν· τῷ δὲ τῆς Μητρὸς τὴν κατὰ τὸ σῶμα προμήθειαν ὡς υἱῷ ἀνατιθεῖς· καὶ οἶον ἀντάλλαγμα τῇ Θεοτόκῳ διδοῦς ἑαυτοῦ, καὶ εἰς τάξιν αὐτὸν ἀδελφότητος γνησιωτέρας τιθεῖς.

Ἐπειδὴ γὰρ οἱ μὲν ἄλλοι μαθηταὶ πάντες· ἀπέστειλέ μοι φορτικὸν ἅπαν εἰπεῖν, τὴν ἐπεισπεσοῦσαν τοῦ σκότους ἐξουσίαν, καὶ τὴν Ἰουδα μαιφόνον ἐπίθεσιν, καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν λύτταν καὶ ὕβριν, καὶ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἀπόνοιαν ἐφυγον οὐκ ἐνεγκόντες, σὺ δὲ μόνος ἐκ πάντων, ὡς σταθερᾶς καὶ καρτερικωτάτης διανοίας, ἔτε μείζονι καὶ ἰσχυροτάτῃ συνημμένος τῷ διδασκάλῳ στοργῇ, πᾶσιν αὐτῷ τοῖς σωτηρίοις παθήμασι παρῶν, πλέον ἢ ἐκεῖνος μετείχες τῶν ἀνιαρῶν· οἷα μὲν βολίσιν ὀξείαις τὰ σπλάγχνα τιτρωσκόμενος· ὀδύνας δὲ ἄγαν δριμύταις ὑπὲρ ἐκείνου πυρπολούμενος, καὶ μαστιγούμενῳ συνήλγεις, καὶ συνέπασχες πολυτρόπως χολαφιζομένῳ καὶ σταυρουμένῳ δὲ μόνος ἅμα τῇ Μητρὶ παρεστῶς, τρόπον τινὰ συνεσταυρωθῆς· τὰς τε τῶν ἡλῶν τρήσεις, καὶ τὴν τῆς λόγχης ἐκκέντησιν, καιρίας κατὰ τῆς καρδίας δεδεγμένος βολᾶς. Διὰ ταῦτα τοίνυν, οὐ προῖκα ταύτας ἀνέτλης τῶν πόνων τὰς ἀκίδας· ἔργοις δὲ τὸν ἀληθῆ φίλον ἐπιδειξάμενος, ἄλλος ἐκεῖνος ὦφθης. Τοῦτο γέρας φιλίας ἀληθινῆς, τοῦτο τῶν ἱερῶν πόνων ἄθλον ἀντάξιον· τὴν ὑπερφυεστάτην Λόγου φιλότητα, μᾶλλον δὲ ἀδελφότητα, πάντων ἀξιοπρεπέστερον ἀπενεγχάμενος. Καὶ γὰρ οὐκ εὐπαθεῖα σώματος καὶ τρυφῆ, ἀνία δὲ καὶ πειρασμοῖς ἢ φιλία δοκιμαζομένη, καθαρὰν τὴν πρὸς τὸν φίλον οἶδεν ἐπιδεικνύναι στοργὴν

Μέχρι μὲν οὖν τοῦ ζωαρχικοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῖς ἀποστόλοις ἡ πίστις πειρασθεῖσα, καὶ ἡ πρὸς τὸν ἐκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν παθόντα διάθεσις βασανισθεῖσα· ἐπειδὴ παντὸς ὑπερτέρα προσκόμματος, ἀνάλωτος δὲ τοῖς τοῦ Κυρίου διαμέμενῃκει πειρασμοῖς, ἐντεῦθεν λοιπὸν οἷά τινα θεοπρεπῆ γέρατα, τῆς ἀκραιφνοῦς φιλίας καὶ πίστεως ἄξια κομίζεται. Τίνα δὲ ταῦτα; Πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐκεῖνον τριήμερον ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνιστάμενον ὄρωντες Χριστὸν, καὶ τοῖς συμβόλοις τοῦ πάθους, τὸ μυστήριον βεβαιούμενοι τῆς ἀναστάσεως· ἔπειτα τὸ Πνεῦμα, μερικῶς μὲν πρῶτον τῷ τοῦ ἀναστάντος ἐμφυσήματι· τελειώτερον δὲ μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς γῆς ἀνάληψιν ἐν ἡχῇ βιαίῃ καὶ πυριμόρφοις γλώσσαις οὐρανόθεν ἰδὸν ἐπ' αὐτοῦς ὑποδεχόμενοι· ἧ δὲ καὶ τὴν ἐπὶ πάντων ἐθνῶν ἐξουσίαν εἰληχότες, καὶ ἐπὶ

²⁷ Joan. xix, 26. ²⁸ Joan. xx, 22. ²⁸ Act. ii, 2.

πᾶσαν ἄρχοντες καταστάντες τὴν γῆν · ἄλλοι μὲν ἄλ- A
λου τῆς οἰκουμένης μέρους τὴν ἀποστολικὴν ἀρ-
χὴν διακληρούμενοι, τὴν κατ' αὐτὸν ἕκαστος
ἐπέση

Ἡ μεγάλη δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου βροντὴ, ὁ μεμυστω-
μένος τῆς ἄνω θεολογίας κρατῆρ, ὁ τῶν ἀποστόλων
ὀφθαλμὸς, Ἰωάννης ὁ πᾶνυ, κατακληροῦται τὴν
Ἀσίαν, ὡς δυνατὸς ἐν λόγοις, δυνατὸς ἐν ἔργοις ·
τὴν πόλεσι μὲν ἄγαν καὶ δυναταῖς, λαοῖς δὲ θρασυ-
τάτοις κομῶσαν καὶ πονηροτάτοις· λαοὶ πολλῶ πλού-
τῳ, καὶ δόξαις γαυρουμένοις κεναῖς· καὶ σοφίᾳ μὲν
Ἑλλήνων ὑπεραιρομένοις· τῇ περὶ τοὺς θεοὺς δὲ
πλάνῃ σφοδρότερον ἐνισχημένοις.

Τούτοις ὁ μέγας ἀπόστολος ἐπιδημηκῶς, καὶ
πᾶσαν μὲν τῶν ἀνθρώπων καρδίαν τῷ τῆς δεσποδαι- B
μονίας ζόφῳ πεπαχυμένην ἰδὼν· πᾶσαν δὲ ψυχὴν
ἐζωγρημένην τῷ διαβόλῳ, καὶ πρὸς τὸ αὐτοῦ θέλη-
μα συντεταμένην τῷ πνεύματι κατανενοηκῶς, οὐκ
ἀνεβάλετο τοῦ Πνεύματος τὴν ἐπιταγὴν· οὐ τῷ ἐρ-
γῶδει τοῦ ἐγχειρήματος ἀπεκναίσθη τὸν νοῦν, οὐτ'
οὖν διψυχίας περιπέπτωκε λογισμοῖς. Πρὸς τὸν δὲ ἐν
αὐτῷ μένοντα Χριστὸν ἀφορῶν, οὐ κατὰ τῶν ἀνθρώ-
πων, ἀλλὰ κατὰ τῶν δαιμόνων· οὐδὲ κατὰ τῶν αἰ-
χμαλώτων, ἀλλὰ κατὰ τοῦ τυράννου πρῶτον αὐτοῦ,
τῇ νοητῇ παντευχίᾳ παρατέτακτο τοῦ Πνεύματος

Καὶ τοῦτον ἐν ὁμοιώματι Χριστοῦ καὶ δυνάμει
πρῶτον διανοεῖται δῆσαι· καὶ οὕτω τὴν αὐτοῦ παν-
οπλίαν ἄραι· καὶ οὕτω τὴν αἰχμαλωσίαν αἰχμαλω-
τίσαι· καὶ τῇ ὑραιότητι τοῦ οἴκου Κυρίου, τῇ Ἐκκλη- C
σίᾳ λέγω, διελεσθαι σκῦλα. Ἄρ' οὖν διανενοῦται μὲν
Χριστοπροπῶς οὕτως, ἀγεννέστερον δὲ συνεβράχη
τῷ δυσμενεῖ; ἢ συμπλέκεται μὲν νεανικῶς, εἴτ'
οὖν εὐαγγελικῶς, ἡμιτελῆ δὲ τὸν ἀγῶνα καταλέλοι-
πεν; ἢ τέλειον μὲν, οὐχ ὥστε δὲ παντάπασιν ἀφο-
μοιοῦσθαι τῷ Ἰησοῦ; Ὁσμουν· ὡσπερ δὲ τὸν Χρι-
στὸν οὐκ ἐκ μέρους, ἀλλ' ὅλον ἐν ἑαυτῷ προκα-
ψύχαστο, καὶ διὰ τοῦτο πάσαις ἅμα ταῖς ἐνεργείαις
τοῦ θείου Πνεύματος ἐδορυφορεῖτο καὶ συνεκροτεῖτο,
οὕτω καὶ τὸ τῆς σωτηριώδους διακονίας ἔργον, ἐν
τελείᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητι, τέλειον ἐπληροφό-
ρησε τῷ Θεῷ· καὶ καθάπερ αὐτὸς πρῶτος ὁ τῶν οὐ-
ρανῶν βασιλεὺς, οὔτε περιουσίᾳ δυνάμειος μόνῃ τὸν
ἀρχηγὸν τῆς κακίας χειρώσασθαι βεβούληται, ἀλλὰ
καὶ ἐν σοφίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, ὡς ἅμα τὰ D
πάντα, καὶ δυνατὸς, καὶ δίκαιος, καὶ σοφός· μᾶλλον
δὲ αὐτοσοφία καὶ δικαιοσύνη καὶ δύναμις ὦν· καὶ
ἵνα περιφανῆ μὲν ἑαυτῷ τὴν νίκην· περιφανῆ δὲ καὶ
βεβαιότεραν τὴν πτώσιν τῷ ἀντιπάλῳ κατεργάση-
ται, τὴν αὐτὴν τοῖς ἡδίκημένοις μορφήν εἰληφώς, καὶ
ἐν σοφίᾳ τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐν δικαιοσύνῃ συνανα-
στραφεῖς, ὑπὸ τῆς τοῦ πονηροῦ κακίας μάτην διώκεται,
καὶ εἰς θάνατον ἐπιβουλεύεται. Διὸ καὶ οἷς ἀδίκως
ἐχθρὸς ἐπέθετο, δικαίως περιπαρεῖς, καὶ ἐν τοῖς
ἔργοις τῶν αὐτοῦ χειρῶν συλληφθεὶς ἐάλω· καὶ χι-
τακριθεὶς, οὕτως ἐν χειρὶ Θεοῦ τῆς τυραννίδος
ἐκδέβληται ἀρχῆς. Οὕτως καὶ ὁ ἀγαπητὸς τοῦ Λόγου

ram, alius aliam partem ad apostolici muneris (fun-
ctionem sortiti, ad suam quisque provinciam pro-
ficiscebantur 18.

Magnum vero Dei Verbi tonitruum, plenus ille
supernæ theologiæ crater, apostolorum oculus, præ-
clarus Joannes, Asiam in sortem accipit, tanquam
videlicet vir sermone potens ac operibus: provin-
ciam nimirum multis urbibus iisque potentibus
confertam, ferocioribusque ac nequissimis populis
longe plenam; populis scilicet divitiarum affluentia
inaniumque vento opinionum superbientibus; Græ-
corum quidem sapientia gloriantibus, sed qui deo-
rum arctius errore innexi tenerentur.

Ad hos magnus apostolus cum se contulisset, om-
nesque eorum animos superstitionis caligine obru-
tos cerneret; captosque omnes a diabolo, atque in
ejus intentos voluntatem spiritu animadvertisset,
nihil morandam Spiritus jussionem putavit. Non
aggressionis arduo offensus animo est, neque vero
in dubietatis ac dissidentiae incidit rationes: sed in
Christum in ipso manentem, versis oculis, non
adversus homines, sed dæmones; nec adversus
captivos, sed in ipsum primo tyrannum, ea quæ
mente intelligitur armatura Spiritus instructus est.

Atque hunc primum, Christi tum exemplo, tum
potentia, alligare statuit; sicque ejus arma auferre,
atque ea ratione captivos recipere 19; nec non
decori domus Dei (Ecclesiæ scilicet) spolia divi-
dere 20. Num vero sic quidem Christi exemplo cogi-
tavit ac statuit, segnius vero cum hoste conflixit?
aut congressus quidem strenue est (id est, ex
Evangeliæ norma) certamen tamen inchoatum ac
imperfectum reliquit? aut exhibuit quidem perfe-
ctum, non sic tamen ut omnimodis Jesu similitudi-
nem assecutus sit? Nequaquam; sed sicut Chri-
stum prius, non ex parte, sed totum animi sinu
exceperat, eamque ob rem cunctis simul divini
Spiritus virtutibus stipatus instructusque erat, sic
quoque salutaris ministerii opus, perfecta cum eo
similitudine, perfectum Deo repræsentavit. Ac
sicut ipse primus cœlorum Rex, non sola potentiæ
abundantia parentem malitiæ voluit subjugare,
verum etiam sapientia, verum etiam justitia, ut qui
simul omnia, et potens, et justus, et sapiens esset,
quinimo ipsa vere sapientia et justitia et poten-
tia: atque ut sibi quidem illustrem victoriam, ad-
versario autem illustrem firmioremque ruinam
efficeret, eadem assumpta forma cum illis qui læsi
injuria fuerant, inque sapientia et justitia cum ho-
minibus conversatus, frustra nequissimi malitia
persecutionem sustinet, insidiisque ad mortem appe-
titur. Quamobrem etiam quibus ille inique ingru-
bat, merito transfixus, et in operibus manuum
suarum comprehensus, devictus est, judicioque
damnatus, sic manu Dei tyrannico principatu de-

18. Psal. XLIV, 17. 19. Matth. XII, 29; Marc. III, 27; Luc. XI, 21. 20. Psal. XXV, 8.

jectus est ³⁰. Sic quoque prædilectus Verbi theologus, ad eorum qui eum suscepturi essent, salutem, in Asiam ingressus, atque in unam primum in ea metropoleon maximam scilicet Ephesum veniens, non statim adventu suo et præsentia civitatem turbavit: non civium confestim animos magna Evangelii prædicatione percussit; sed in sapientia cum externis ambulans, ac tempus, quod malum esset, redimens, benigniori indole modestoque gestu atque habitu, et leni alloquio, cunctis ad se accessum facilem placidumque præbebat; vitæ vero disciplina, variaque ac exulta virtute, inaccessus pariter ac mirabilis erat.

Ac ipse quidem continentiae rigore, infracta patientia, jugi precum instantia cum mentis tranquillitate ac lenitate spiritus, Deo serviebat: malitiæ autem princeps, qui externa quidem specie hominem, mente autem angelum videret; tantisper inferius terram contingentem, superius vero mente caelos penetrantem; quique deos omnes ac demonia excuteret, sensimque hactenus ad se adveniens Jesu doctrinam proponeret; acerba confestim æmulatione accensus est, cum inde futuram sibi ruinam prædigere. Tanquam autem ignitis jaculis invidia succensus, varias Christi discipulo tentationes suscitavit: accenditque in eum, primo quidem mulierem zelotypam ac procacem, ea in civitate facile principem habitam, exindeque tum

³⁰ Psal. ix, 17.

(15) *Γυναικάριον ζηλότυπον*. Hactenus inoffenso pede oratio Nicetæ processerat, ea solum exornans Joannis Theologi, quæ libris sacris habentur de illo conscripta, ejusque in Asiam apostolatam, quæ tanta provincia et fere orbis præcipua, pro tanti apostoli apostolico munere videri poterat præstantia ac solertia; in qua jam Paulus prima Evangelii semina jecerat, atque Ephesi Timotheum episcopum ordinaverat. Tacet merito Nicetas, quod tantis Prochorus refert, nec Græci Menæis deesse voluerunt, etsi brevius perstringentes, humano quodam timore recusasse Joannem eo proficisci, cujus rei causa a Petro reprehensus sit, Deique iram, ut naufragio multaretur, incurrerit. Quod Bellarmino non abs re displicet, velut non satis congruum tanto apostolo, estque primum quod nota dignum judicat in Prochoro. Mulier vero hæc sic æmula et procax, quam malus dæmon in Joannem adeo accenderit, ipsa plane est, quam ex eodem Prochoro, Joannem male habentem, cum is illi serviret cum Prochoro, Romanam nomine, eadem Menæa referunt, ex quibus Nicetas habuerit. Mihi certe inter apocrypha perinde numerandum subit, nulliusque fidei et stramineum habendum. Quanquam enim congerunt libri apocryphi non pauca vera, vel traditione majorum accepta, vel ex certioribus aliis monumentis collecta, cujusmodi in Πρωτοεὐαγγελίῳ Jacobi ἀδελφοθέου, in Actis Theclæ, aliisque occurrunt, ex iisdem ipsis nonnumquam fontibus, Patribus laudata: istud tamen cujus fidei, ut tantus apostolus, urbe jam Christianis moribus non parum instituta, et quæ Paulum doctorem ac Timotheum episcopum habuisset, servitutem sic vilem servire debuerit, ut saltem modici panis copiam haberet? Sublatum quidem passionis lalce Timotheum legimus: at nulla tanta Ephesi

A Θεολόγος, ἐν σωτηρίᾳ τῶν ὑποδεχομένων αὐτὸν τὴν Ἀσίαν καταλαβὼν, εἰς μίαν δὲ πρῶτον τῶν ἐν αὐτῇ μητροπόλεων, τὴν μεγίστην Ἐφεσον γενόμενος, οὐκ ἐθορύβησε τῇ παρουσίᾳ παραχρῆμα τὴν πόλιν· οὐ τὰς τῶν πολιτῶν διανοίας εὐθὺς τῷ μεγαλοφρεῖ τοῦ Εὐαγγελίου διετάραξεν· ἀλλ' ἐν σοφίᾳ πρὸς τοὺς ἔξω περιπατῶν, καὶ ὡς πονηρὸν ἐξαγοραζόμενος τὸν καιρὸν, τῷ μὲν ἀγαθοπρεπεῖ τοῦ ἡθους, καὶ τῷ μετρίῳ τοῦ σχήματος, καὶ τῷ προσῆνεῖ τῆς ἐντεύξεως, πᾶσιν ἑαυτὸν εὐπρόσιτον καθίστη καὶ εὐμενῆ, τῷ τρόπῳ δὲ τοῦ βίου, καὶ τῷ ποιικίῳ καὶ ἀπεξεσμένῳ τῆς ἀρετῆς, ἀπρόσιτον ἅμα καὶ θαυμαστόν.

Καὶ αὐτὸς μὲν τῇ ἐπιτεταμένῃ ἐγκρατεῖᾳ, ὑπομονῇ ἀνεκδότῳ, προσευχῇ ἀνεκλείπτῳ, μετὰ ἡσυχίας νοῦς καὶ πραΰτητος πνεύματος ἐλάτρευε τῷ Θεῷ· ὁ ἀρχὼν δὲ τῆς κακίας, ὄρων ἄνθρωπον τὸ φαινόμενον, ἄγγελον τὸ νοούμενον· κάτω μὲν τῇ σαρκὶ μετρίως ἀπτόμενον τῆς γῆς· ἄνω δὲ, τῷ νῷ διαβαίνοντα τοὺς οὐρανοὺς· καὶ θεοὺς μὲν πάντας καὶ δαίμονας ἀποσειόμενον, ἡρέμα δὲ τέως τοῦ Ἰησοῦ τὴν δόξαν τοῖς ἐγγίζουσι παρατιθέμενον· ζήλῳ μὲν ἀνήπτει παραχρῆμα πικρῷ, τὴν οἰκίαν ἐντεῦθεν κατάλυσιν ὑποβλεπόμενος. Οἷα δὲ πυρφόροις βολίαι τῷ φθόνῳ πυρπολούμενος, ἐπεγείρει μὲν ποικίλους τῷ Χριστοῦ μαθητῇ πειρασμούς· ἐξάπτει δὲ κατ' αὐτοῦ, πρῶτον μὲν γυναικάριον ζηλότυπον (15) καὶ θρασὺ, πρῶτον ἐκείνης τῆς πόλεως

C persecutio, quæ omne Christianum semen ea in urbe extinxisset, antequam Joannes ad eam accederet: per quem fere tota Christo addicta est. Majores vero erant coryphæi, et in eis, ὁ Θεολόγος, ὁ Ἱεραπηνέμενος, ὁ Ἐπιστήθιος, ac si quid magnum ac singulare in apostolis est, Joannes noster, ut sic in Asia atque Epheso, provinciam petens jam semicultam ac Ecclesias habentem, desolatus esse potuerit. Obstiterit semina primæ Joannis Ephesi prædicationi (ut est sexus ille organum diabolo accommodatissimum) Deique opus inturbavit, alio tamen modo se res habuerit, quam Prochorus descripsit: ac si habuit Nicetas, non parum nocuit historiæ sacræ, qui non exposuit, sed mulieris duntaxat sic apostolo diabolica suasionem adversantis, meminerit.

D Sanctam Mariam Joanni comitem Ephesum adhæsisse censet Baron. an. 44, n. 29, seu potius ratum habet id Patres Ephesinos epist. synodica ad clerum Constantinopolitanum insinuare ac velle, cum ita refert: *Quare et Nestorius impiæ hæreseos instaurator, in Ephesiorum civitate, quam Joannes Theologus et sacra Deipara Virgo Maria quandoque incoluerunt, constitutus, etc.* Quæ versio est Theodori Pelt. S. J., etsi illius nomine non citat, in qua non satis partes agit fidi interpretis, dum suam conjecturam omni retro traditioni adversam inserit textui. Plane enim assererent Patres, si hæc illorum verba essent. Patrum verba sunt. Ὁθεν καὶ Νεστόριος, ὁ τῆς δυσσεβοῦς αἰρέσεως ἀνακαινιστῆς, φθάσας ἐν τῇ Ἐφεσίῳ, ἐνθα ὁ Θεολόγος Ἰωάννης καὶ ἡ Θεοτόκος ἡ ἅγία Μαρία. In Ephesiorum civitatem veniens, in qua Joannes Theologus et Deipara Virgo. Ubi margini ascriptum, quasi supplendo: *Aliqui subintelligunt, « aliquando habitaverunt; » alii: « ædes habent. »* Qui vel parum in Græcis verò

νομιζόμενον· Ἐπειτα καὶ τῶν ἐκ τοῦ δήμου καὶ τῶν προεχόντων Ἐφέσου τοὺς πονηροτάτους. Καὶ γλώσσαις μὲν ὡς ξυρὸν ἠκονημέναις, γλώσσαις δολίαις θορυβῶν, ὡς ἦτο, καὶ φοβῶν· τραύμασι δὲ καὶ εἰρκταῖς καὶ πληγαῖς ἐχθλίστων καὶ ἀνιῶν· ὡς ἂν, εἴ γε δύναίτο, στερῆσαι καὶ τῆς ζωῆς· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τῶν ἰδίων μετακινήσαι τόπων.

Ἐπειδὴ οὖν τούτοις τὸν δίκαιον ἀδικεῖν ὁ ἀδικὸς ἐπέθετο, καθ' ἑαυτοῦ λοιπὸν τοῦτον ἐξεγείρει· μᾶλλον δὲ, τὴν ἐν αὐτῷ πάνσθενῆ χεῖρα, δελταῖος, κατὰ τῆς ἰδίας ἐξαναστήσας κεφαλῆς· αὐτὸς μὲν ἐκτίλλεται (16), καὶ τῆς τυραννικῆς ἐξουσίας ἐνδίκως καθαιρεῖται· σειραῖς δὲ ταρταρούμενος ζόφου, πρὸς τὸν αὐτοῦ καταβρήγνυται πατέρα. Ἐντεῦθεν κατευθύνεται μὲν ὁ δίκαιος· ὁ δὲ τῶν δικαίων ὑψοῦται· Θεός· καὶ ἀφαιρεῖται μὲν τῶν ἀνθρωπίνων διανοιῶν ἢ ἀχλύς· τὸ μέγα δὲ φῶς ἐξανατείλαν ἐν τῷ Ἰωάννῃ, πᾶσαν εὐθείαν ἐπισπάται ψυχῆν.

Οὕτως ὁ τῆς ἀπωλείας τοῦ ἔθνους ἐπιστατῶν, οὐκ ἐν δυνάμει Θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ σοφίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ τοῦ Ἀποστόλου κατακινήθεις, ἐβρίφη· οἱ δ' ἐπ' αὐτοῦ δὲ πρώην ἀγόμενοι, ἄλλος ἐπ' ἄλλον καθάπερ κυμάτων ἐπανάστασις ἐπεχειρόμενοι· καὶ τῷ τοῦ μεγάλου φωτός Υἱῷ προσερχόμενοι, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας διδάγμασι καθαιρόμενοι καὶ προτελούμενοι, τὸν ζόφον μὲν τῆς ἀπάτης καὶ πλάνης ἀπεδύοντο· τὸ μέγα δὲ φῶς τῆς ἀληθογνωσίας διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας ἐνεδύοντο. Ἐστήκει δὲ κήρυξ διαπρύσιον τοῖς ἔθνεσι καὶ σωτήριον βροντὴν ἐνηχῶν, Ἄνδρες, λέγων, ὅσων τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς καρδίας ἐπελάβετε, δεῦτε πρὸς με, καὶ ἴδετε ἔργα Θεοῦ καὶ ἀληθείας, καὶ τὴν ὄψιν τῆς διαβολῆς καταυγασθητε· ἀκούσατε ρημάτων σοφίας ἀληθινῆς, καὶ τὴν ἀκοὴν φωτιζόμενοι, σύνετε καὶ

²¹ I Petr. II, 4.

versati sunt, subintelligunt nihil (multo minus ausu, sic plagio simili, aliquid quam Græca ipsa habeant, textui ingerunt), sed sic vocatam Patribus ipsam majorem Ephesiorum ecclesiam a suis patronis et tutelaribus, intelligunt, quam ipsam ejusque titulum sibi præsidio adversus Nestorii blasphemiam, hunc ipsum titulum sanctæ Mariæ detrahentem, merito putaverunt. Ita certe ipse Cyrillus auctor est Apologet. ad Theodosium, convenisse totius orbis episcopos, in ecclesiam quæ Sancta Maria dicitur, ut Deiparæ Virginis honorem in ecclesia ejus nomini dedicata, adversus calumniantium hæreticorum furorē tuerentur; item epist. ad clerum populūque Alexandrinum: Ἴστε τοίνυν, ὅτι κατὰ τὴν ὁγδόην καὶ εἰκάδα τοῦ Παυλὶ μηνός, ἡ ἁγία σύνοδος γέγονεν ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς πόλεως, ἧτις καλεῖται Μαρία Θεοτόκος. Itaque scitote sacram synodum in magna Ephesiorum ecclesia, quæ dicitur Deipara Maria, vicesima octava mensis Pauni fuisse celebratam. Ubi etiam non bene Peltanus suæ indulgens conjecturæ, inchoatam reddidit. Quod nec Græca volunt, nec res ipsa subjecta fert; cum de eo conventu sit sermo, in quo gradu motus Nestorius est; non in quo ejus inchoata causa, tametsi schismaticorum factione ac Nestorii fautorum, nundum omnia ad eam synodum spectantia fuerant peracta. Epiph. hæres. 78, n. 11, serio impugnans, qui συνεισάχτους καὶ ἀγαπητάς haberent (sorores scilicet spirituales domi retinerent), seque ea re Joannis exemplo tuerentur,

A plebeculæ tum et procerum Ephesiorum nequissima capita. Ac quidem linguis velut novæulis acutis, linguisque dolosis, ut videbatur, turbabat atque terrebat; vulneribusque et carceribus et plagis exterebat, molestusque ingruebat et affligebat, ut si liceret, ipsam etiam vitam adimeret: sin vero, vel suis eum sedibus deturbaret.

Quandoquidem igitur iniquus ille virum justum hisce lædere satagebat, eum deinceps adversum se suscitavit. Quinimo, potentissimam in eo in caput suum, miser ille exsuscitans dexteram, ipse quidem evellitur, ac tyrannica juste potestate dejicitur; infernique profundo catenis detrusus caliginis ad suum parentem præceps agitur²¹: inde justus dirigitur, ac justorum Deus exaltatur: atque aufertur quidem caligo ab humanis mentibus; lux vero magna in Joanne exorta, rectum omnem attrahit animum.

Sic qui gentis perniciem satagebat atque illius architectus erat, non in Dei virtute solum, verum etiam Apostoli sapientia et justitia excussus, projectus est. Quorum autem ille nuper ductor erat, alius post alium velut in turgentes fluctus concitati, magnæ lucis Filio admoti, ac veritatis doctrinis emundati velutque rudimento imbuti, erroris caliginem exuebant, magnamque veræ scientiæ lucem per lavacrum regenerationis induebant. Stabat vero præco, clarum gentibus ac salutare tonitruum insonans. Viri, aiebat, quotquot Spiritus sanctus corda tetigit; venite ad me, et videte opera Dei ac veritatis. mentisque oculum illuminamini. Audite veræ sapientiæ verba, audituque illustramini: intelligite et scitote eum, qui vere Deus est.

γνώτε τὸν ὄντως ὄντα Θεόν.

qui Domini jussu ad se eam accepisset, factum id tunc κατ' οἰκονομίαν docet, certa quadam dispensatione, sicque tunc Mariam ad se accepisse, ut non amplius apud eum morata sit. Καίτοι γε τοῦ Ἰωάννου περὶ τὴν Ἀσίαν ἐνστειλαμένου τὴν πορείαν καὶ οὐδαμοῦ λέγει, ὅτι ἐπηγάγετο μεθ' ἑαυτοῦ τὴν ἁγίαν Παρθένον. Ac cum Joannes interim in Asiam profectus sit, nusquam tamen beatam Virginem itineris comitem secum habuisse significat. Ad quæ Baron.: Cæterum complura tradita habentur sine scripto. Ita sane; sed hoc nusquam; nisi quantum illi facta fraus per interpretem, quem pene plagii notavi. Græci in Menæis, quos non necesse fuit a Peltano discere sensum verborum epistolæ synodi, 26 Sept., accepisse Joannem in cruce Deiparam in sua, aiunt, illique ministrasse μέχρι τῆς κοιμήσεως, usque ad ejus dormitionem; post quam dicunt sortitum Asiam provinciam: quæ sit ratio cur tardius illam adierit, curaturus Ecclesiam, quam jam Paulus fundaverat, ut est auctor Irenæus, quod forte unus ipse par in apostolis tantæ provinciæ videretur, cujus deinceps princeps foret, eumetasque in ea Ecclesias vel fundaret, vel regeret; janiue Asianam dioccesim quasi exarchi jure peculiarius subditam teneret.

(16) Αὐτὸς μὲν ἐκτίλλεται. Videntur hæc quoque tanta illa respicere Prochoro narrata, de profligatis dæmonibus locisque infestis per Joannem mundatis; quæ in eo ac Menæis videre licet, si cui animus est.

Cognoscite Deum Patrem omnipotentem, invisibilem omnium ac visibilem rerum creatorem. Cognoscite Deum Verbum ante sæcula supra omnem rationem ex illo natum, per quem omnia fecit²¹. Cognoscite Spiritum sanctum ex Patre sine tempore de indivise procedentem, omniumque cum Filio conditorem, ac qui per essentiam cuncta repleat. Intelligite Tria Deum unum, unamque naturam et potentiam et regnum; unumque Dominum in tribus pari dignitate personis adorete. Intelligite, missoque quem a parentibus accepistis, errore, ad veram lucem accedite. Accedite et illuminamini, et facies vestræ non confundentur²². Videte quia Verbum caro factum est, et habitavit in nobis²³. Unigenitus Filius, qui est semper in sinu Patris, vere homo hominum causa ex sancta innuptaque Maria Virgine nascitur, ac per omnia, uno peccato excepto, similis nobis efficitur; concessaque per baptismum remissione peccatorum, ac per crucem ac resurrectionem a morte ac corruptione liberans, Patri reconciliavit. Illic et modo (quod illius opus proprium) posuit in nobis reconciliationis sermonem, hanc vobis salutem annuntiatum nos mittens.

Recedite igitur ab omni dæmonum vanitate. Omnis idolorum cultus, omnis vitii ac improbitatis noxiam consuetudinem procul a vobis abjicite. Fidei lege, quæ est in Christo Jesu; lege Spiritus sanctitatis ejus, si vixeritis, ab iraque de celo superveniet impiis liberabimini, immortalisque gloriæ ac vitæ æternæ compotes efficiemini. Ne vero inanibus verbis a nobis deceptos vos existimetis, adducite mihi qui in vobis labe aliqua vitioque laborant ac curatione egent, ut me non in sermone tantum ad vos venisse, sed longe amplius in virtute appropinquare ad vos regnum Dei, videatis.

Statim ergo illic loci videre erat, solo Theologi verbo dæmonia ab obsessis corporibus fugere; erigi claudos, cæcis lumen, surdis auditum restitui, doceri balbos diserte loqui. Videre erat precibus mortuos exsuscitari, mundari leprosos; omnemque morbum ac omnem corporis labem, solo manus sanctæ contactu sanari: ac quidem omnem præstigiæ magicamque artem, necnon etiam dæmonum omne maleficium astutiamque, per Christi in eo potentiam destrui: omnem denique illuminantem atque purgantem initiationem, omnemque gratiam ac scientiam consecrantem ac desiccantem in fidelium animis præstari. Totum enim Christum per Dominum Spiritum præstantissimus Spiritus dispensator indutus, quæ hosti undequaque inaccessa essent ac impervia gerebat; rectumque omnem animum ac boni forma imbutum per Spiritum obsecrans, ad eam cujus doctor erat atque assertor, doctrinam componebat.

²¹ Hebr. 1, 2. ²² Psal. xxxiii, 6. ²³ Joan. 1, 14.

Γινώτε Θεόν Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ἀοράτων κτισμάτων καὶ ὁρατῶν ποιητήν. Γινώτε Θεόν Λόγον πρὸ τῶν αἰώνων ὑπὲρ λόγον γεννώμενον ἐξ αὐτοῦ, δι' οὗ πεποιήκε τὰ πάντα. Γινώτε Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τοῦ Πατρὸς ἀχρότως ἀνεκφοιτήτως τε προδόν, καὶ τῷ Υἱῷ συνδημιουργοῦν τὰ πάντα, καὶ πάντα κατ' οὐσίαν πληροῦν. Σύνετε Θεόν ἕνα τὰ τρία, καὶ φύσιν μίαν καὶ δύναμιν καὶ βασιλείαν· καὶ τὸν ἕνα Κύριον, ἐν ὁμοτίμοις προσώποις προσκυνεῖτε τρισίν. Σύνετε, καὶ τὴν πατροπαράδοτον πλάνησιν ἀφέντες, προσέλθετε τῷ ἀληθινῷ φωτὶ. Προσέλθετε καὶ φωτισθῆτε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυθῆ. Ἴδετε, ὅτι ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ἐν τοῖς κέλεποις ὢν ἀεὶ τοῦ Πατρὸς, ἄνθρωπος ἀληθῶς ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐξ ἁγίας Παρθένου καὶ ἀπειρογάμου γίνεται Μαρίας, καὶ κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας, ἡμῖν ἐξομοιοῦται· καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ βάπτισματος χαρισάμενος, διὰ σταυροῦ τε καὶ ἀναστάσεως, θανάτου καὶ φθορᾶς λυτρωσάμενος, κατήλλαξε τῷ Πατρὶ. Οὗτος καὶ νῦν ἐν ἡμῖν, τὸ ἴδιον ἔργον, τὸν τῆς καταλλαγῆς λόγον θέμενος, ἀπέστειλεν, τὴν σωτηρίαν ταύτην εὐαγγελιομύνοις ὑμῖν.

Ἀπόστητε τοίνυν πάσης δαιμόνων ματαιώματος, πάσης εἰδωλολατρίας, πάσης κακίας καὶ ἀνομίας τὴν ἐλέθριον ἀπορρίψατε συνήθειαν· τῷ νόμῳ δὲ τῆς πίστεως, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· τῷ νόμῳ τοῦ Πνεύματος τῆς ἀγιότητος αὐτοῦ πολιτευόμενοι, ῥυσθήσεσθε μὲν ἀπὸ τῆς ἐπερχομένης ἐξ οὐρανοῦ τοῖς ἀσεβέσιν ὀργῆς· ἀφάρτου δὲ δόξης καὶ αἰωνίου καταξιώθησεσθε ζωῆς. Ἴνα δὲ μὴ κενοῖς ῥήμασιν ἐξηπατηῆσθαι νομίζητε παρ' ἡμῶν, προσάγετέ μοι τοὺς ἐν ὑμῖν λελωθημένους καὶ θεραπείας ἐπιδεομένους, ἵν' ἴδῃτε, ὡς οὐκ ἐν λόγῳ πρὸς ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει πολὺ μᾶλλον ἢ βασιλεία ἐγγίζει τοῦ Θεοῦ.

Αὐτίκα τοίνυν ἦν ὄρα ἔκει, δαιμόνια λόγῳ τοῦ Θεολόγου μόνῳ τῶν δαιμονίωντων δραπετεύοντα, χωλοὺς ἀνορθομένους, τυφλοὺς φωτιζομένους, κωφοὺς ἀκούοντας, καὶ μυγιάλους τρανώς λαλεῖν παιδευομένους. Ἦν ὄρα δὲ διὰ προσευχῆς ἀνισταμένους νεκροὺς, καθαιρομένους λεπρούς, καὶ πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν σώματος λύθη, ἀφῆ μόνῃ χειρὸς ὁσίας ἰωμένην. Καὶ πᾶσαν μὲν γοητικὴν τέχνην καὶ μαγικὴν, πᾶσαν δὲ κακοτεχνίαν καὶ δαιμονίων κακομηχανίαν, διὰ τῆς ἐναυτῶ τοῦ Χριστοῦ δυνάμει καταργουμένην· πᾶσαν δὲ μυσταγωγίαν φωτιστικὴν καὶ καθαρτικὴν· πᾶσαν δὲ χάριν καὶ γνῶσιν τελετουργικὴν, καὶ θεουργικὴν, ταῖς καρδίαις ἐνεργουμένην τῶν πιστῶν. Ὅλον γὰρ τὸν Χριστὸν διὰ τοῦ Κυρίου Πνεύματος ὁ τοῦ Πνεύματος κράτιστος περιβεβλημένος οἰκονόμος, ἀπρόσιτα μὲν πανταχόθεν καὶ ἀνεπίδητα κατεσκευάζε τῷ ἔχθρῳ· πᾶσαν δὲ ψυχὴν εὐθείαν καὶ ἀγαθοειδῆ διὰ τοῦ Πνεύματος παρακαλῶν, εἰς τὴν δι' αὐτὸν πρεσβευσμένην ἀλήθειαν προσφικεῖτο.

Οὕτως ὁ μέγας Ἥλιος τοῦ Εὐαγγελίου, οὐ τὴν Ἀ προκαθεζομένην τῆς Ἀσίας μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἐφεξῆς χώραν καὶ πόλιν, τὸν εἰρημένον τύπον ἐπιών, κατήργει μὲν πᾶσαν δαιμονίων θυσίαν καὶ τελετὴν · ποιμένας δὲ καὶ ἱερεῖς καθιστῶν, Ἐκκλησίας κατὰ τόπον ἀνίστη Χριστῷ. Κάλιστα μὲν οὖν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ θαυμασιώτατα διακονούμενος · καὶ μεγάλη μὲν λόγων σοφία, μείζονι δὲ ἔργων δυνάμει · καὶ ἔτεσι δὲ πολλοῖς ἤδη τὴν Ἀσίαν πᾶσαν, καὶ πᾶσαν τὴν Ἐφῶν (17) φωτίζων Χριστῷ · καὶ θλίψει μὲν ὑπερβαλλούσαις ὄσαις ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου περιπεσῶν · μυρίας δὲ καὶ ἐπιβουλὰς τοῖς τοῦ ψεύδους ὑπαπισταῖς ὑποσχῶν · ἐπιμήν καὶ ἐξορίαν κατὰ Πάτμον (18) τὴν νῆσον ὑπὸ

(17) Καὶ πᾶσαν τὴν Ἐφῶν. Quod ait Nicetas, B præter Asiam omnem, etiam totum Orientem Christo illuminasse Joannem, favet card. Baronii sent. an. 44, n. 30, qui indubitatum habet ascendisse ad Parthos, ex titulo primæ ejus epistolæ, quæ olim ad Parthos inscripta legebatur. Id tamen rem mihi non conficit. Scripsit Paulus ad Romanos, cum necdum illos invisisset; scripsit et Jacobus Catholicam suam sic dispersis fratribus, quos non adierat, qui Judææ fines non excesserat. Quid ergo vetat Joannem tanti nominis apostolum, Judæis sic trans Euphratem remotis, quos Thomas inviserat, et quorum multos Joannes Jerosolymis viderat, religionis causa eo accedentes, per suos Asianos et Ephesios mercatores scribere, atque ad concordiam mutuamque amorem hortari, ac in fide Jesu veri Messiae et Christi, ex apostolico munere (ex quorum choro unus fere ipse restabat) illos confirmare? Hugo Grotius, cui ratum sit scriptam Joannis epistolam ad Parthos, auctoritate Augustini, quem laudat (cujus tamen locum indicare non potuit), docet eam esse causam, cur illa neque in fronte nomen titulumque apostoli habeat, neque in fine salutationes apostolici moris contineat, quod ad eos scripta, qui non essent Romani imperii, sed Parthorum, quibuscum litterarum illud commercium, si deprehensum esset, quantumvis innocens, poterat grave aliquod damnum creare. Locus Augustini quo meminerit hujus tituli, nullus exstat: solum meminit Possid. in Indiculo, *De epistola Joannis ad Parthos, sermones decem*. At quantum hoc sit singulare, ut verus titulus haberi possit? Videatur potius ea generalitate scripta, qua aliæ Catholicæ Petri et Jacobi. Potuit et nomen reticere beatus Joannes, siquidem in Patmo insula paulo ante excidium Jerosolymitanum scripsit, ne in se magis Domitiani iram accenderet; apud quem jam offenderat, et in insulam deportatus erat. Porro argumentum perinde Palestinis Judæis congruit ac Parthiis, sive aliis remotioribus, apud quos Joannes plurimum poterat: quod erga illos, et quoad legalia fere iis indulgentior erat, ut sic Christo eos adjungeret; ut patet ex illis, quæ ritus pene Judaici in Asia diu viguerunt ex illius traditione, extra Petri Paulique Romæ ἀκρίβειαν. Joannis apostolatium ad Parthos aliasque remotiores nationes, nulli veterum agnoverunt, nec ipsi apocryphi, et qui adeo liberales sunt apostolorum περιόδοις. Nec inventa nuper Patribus Societatis monumenta, *ulteriores Orientis partes et ad Indos usque penetrasse, et Basso Christiana fide imbuisse*, facile nobis persuadeant, qui paulo duriores simus ad fidem, quam ill. annalium pater, et quos non lateat serio probanda istiusmodi monumenta, quod sic prona hominum ingenia, ut suas origines tam alte arcessant. Potuerunt eo penetrare aliqui Joannis discipuli, ac magistri inferre monumenta, quæ ipse indigenis

In eum modum magnus Evangelii Soli, nedum urbem Asiæ principem, sed et omnem deinceps provinciam urbesque omnes et oppida, ex ejus, quam dicebam, normæ ratione, obiens, dæmonum sacrificia omnia ritusque abrogabat; pastoresque ac sacerdotes constituens, Ecclesias per loca Christo erigebat. Cum igitur optime eaque, quæ miraculum omne vinceret, sedulitate, Spiritui ministraret, ac magna quidem sermonum sapientia, majorique operum virtute: sed et annis jam multis Asiam omnem, omnemque orientem Christi cognitione imbueret, inque ærumnas nimium quantas Evangelii causa incidisset, innumerasque ab erroris antistitibus insidias sustinuisset, ad hæc etiam in

creditus sit posuisse, dum vel sibi blandiuntur, vel per alium illis obrepit, quod sic existimant: velut fere Galliis nostris idem beatissimus apostolus per suos suppetias ivit, vel etiam per discipulorum suorum discipulos, qui præcipui nobis apostoli fuerunt. Mirum quanta hic quoque novi βιογράφοι, quorum deberet esse major diligentia, inepte congerant et laudent; quibus certe pro scribendis exercendus illis stylus, non augendus. Scatet ejusmodi, qui in omnium manibus versatur, P. Ribadeneira: possetque majori utilitate legi, si cuncta satis eliminata haberet, et quantum patitur lubricitas ipsa historiæ, præsertim in vitis sanctorum, quibus foedandis potius quam ornandis, portentosa multa confingendo, multi veterum pauloque superioris ævi insudasse videntur. Quod merito deplorat, ipse veri amans noster Melechior Canus in *Locis suis*. Exemplo sit, quod unum vir tantus velut singulare et maximum miraculum, sibi referendum putavit, in Magdalena nostra Phocensi et Sammaximianensi, nihilque dubium: nempe liberatio Caroli secundi, Provinciæ comitis, ex regis Aragonum carcere, ejusque momento translatio in suæ ditionis loca, Magdalensæ numine: velut fere Habacuc ex Judæa Babylonem ad Daniele ab angelo translatus est: quod merum figmentum, certis omnibus monumentis adversum, nec ullis antiquis et æqualibus proditum, vel etiam apostolicis diplomatibus, quibus regum rogatu, amplissima episcopalis jurisdictio in oppidanos priori ejus conventus seu illius præfecto, sancte indulta tot annos, et ab ipsa origine, seu a translatione a Cassianitis ad nostros Prædicatores constiterat, donec nuper ex regulis sanctæ synodi Tridentinæ, senatus Parisiensis decreto, em. card. Grimaldi, archiepiscopus Aquensis, eam ad se parochiam plebemque reduxit; servato duntaxat nostris parochi seu curionis nomine atque onere: quo ipso præstaret liberatos esse, si populo sua esset ecclesia, in qua cum suo parochi ei liceret suas collectas agere. Nicetas, quod πᾶσαν τὴν Ἐφῶν, omnem Orientem dicit illustrasse Joannem, loca alia intelligat Asiæ stricte dictæ vicina, et quæ ipsa τῆς Ἀνατολῆς essent: vel alia ei fuerant afferenda monumenta.

(18) Ἐξορίαν κατὰ Πάτμον. Hujus Joannis exsilii Domitiano principe, quo Nerva imperatore solutus, Ephesum redierit, scriptores omnes ecclesiastici meminere: per ejus exsilii otium aliquod sanctus apostolus et Apocalypsim vidit, et Evangelium conscripsit, posteaque Ephesi in Asiæ theatro et philosophorum communi quasi lycæo promulgavit: in quam rem memini multa scripsisse in mea Hippolyti Synopsi, eamque veterum communem sententiam contra ill. annalium patrem serio ostendisse. Græci in Menæis (quæ ex Prochoro, aliis tamen consona acceperint): Πάντων δὲ τῶν τὴν νῆσον ἐπεκχούντων παρθηνίων τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι γενομένων · καὶ τῷ Χριστῷ διὰ τῆς πίστεως προσελ-

insulam Patmon ab iniquis principibus exsilio relegatus esset; quod vir beatissimus eoartari se vi-

θόντιον, ὡς μηδένα σχεδὸν ἀπολειφθῆναι, κοινὴ παρὰ πάντων πρὸς τὸν ἀπόστολον παράκλησις γίνεται ἑγγράφως τούτοις ἅπαν ἐκθέσθαι τὸ σωτήριον κήρυγμα. Ὡν τὸν πόθον ἀποδεξάμενος, πείθεται τῆ αὐτῶν παρακλήσει· καὶ εἰς τι μετὰ τοῦ μαθητοῦ Προχώρου ὄρος γενόμενος, τρεῖς ἡμέρας διῆγεν ἐν αὐτῷ ἄσιτος, δεόμενος τοῦ Θεοῦ περὶ τούτου· καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας, ἀστραπῆς γενομένης μεγάλης καὶ βροντῆς, ὥστε σαλευθῆναι τὸ ὄρος, ἔπεσεν ὁ Πρόχωρος ἐπὶ γῆς, καὶ γέγονεν ὡσεὶ νεκρός. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀναστήσας αὐτὸν καὶ καθίσας ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, καὶ ἀναθλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἤρξατο λέγειν, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, » κ. τ. ε. Καὶ συμπεράνας τὸ ἱερώτατον καὶ πάνσεπτον εὐαγγέλιον, παρέδωκε τοῦτο αὐτοῖς· κακείθεν εἰς ἅπαντα διεδόθη τὰ τοῦ κόσμου πέρατα. *Cumque omnes insulares obsequentem animum evangelicæ prædicationi accommodassent, ac Christo per fidem accessissent, vixque aliquis desideraretur, communis ab omnibus supplicatio apostolo desertur, ut salutarem omnem prædicationem scripto illis ederet. Quorum ille laudato desiderio, ipsorum postulationi morem gerit; veniensque in montem cum discipulo Prochoro, tres ibi dies jejunos agit, ejus rei gratia Deum orans. Quibus exactis, ingenti fulgure atque tonitruo edito, ut et mons quateretur, Prochorus in terram procidit, et factus est quasi mortuus. Tum Joannes illo erecto, atque a dextris sedere jusso, sublatisque in cælum oculis, cæpit dicere, « In principio erat Verbum. » etc. Absolutoque sacratissimo omnique veneratione habendo Evangelio, illis tradidit; indeque in omnes mundi fines pervasit.* Quæ ipsa nihil pugnant cum illis quæ refert Euseb. lib. iii, c. 24, ad scribendum Evangelium accessisse, ut suppleret quæ in aliis tribus desiderari animadverterat, de priore Domini prædicatione et ante Joannis carcerem, a quo alii suam prosequuntur narrationem; at neque relatis ab Hieronymo in Catalogo, scripsisse rogatu episcoporum Asiæ adversus Cerinthum aliosque hæreticos, ac maxime Ebionitarum dogma consurgens: nempe agnoscebant Asiatici episcopi Patrem suum atque magistrum et in Patmo exsulem; facileque erat ad eum scribere, hocque illum rogare, quod præsertim tanto ejus senio, vel etiam Domitiani novo edicto, sibi Joannem ereptum iri formidarent, qui unus, qua pollebat in Ecclesia auctoritate, par videri poterat tuendæ Christi divinitati, sic Judæis ac Judaizantibus hæreticis ignotæ.

Nihil Nicetas meminit Joannis martyrii, et quod in dolium olei ferventis missus a Domitiano, divino miraculo servatus sit, uti nec Menæa: multis tamen Prochorus rem prosequitur, qui et ipsam Romæ gestam tradit, quæ a proconsule illius jussu Joannes adductus fuerat. Accedit gravis testis Tertullianus *De præscript. hæret.* ubi sic Romanam Ecclesiam deprædicat. *Ista quam felix Ecclesia! cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt; ubi Petrus passioni Domini adæquat, ubi Paulus Joannis exitu coronatur, ubi apostolus Joannes, posteaquam in ollam igneam demersus nihil passus est, in insulam relegatur.* Unus Tertullianus est, ex quo, exceptis apocryphis, istud nobis de Joannis Romæ martyrio Ecclesia acceperit: nam et Hieronymus illius vestigia premit unumquemque illum sequitur et laudat auctorem, l. i *Contra Jovin.* et Matth. xx. Eusebius enim, quem citat Baron. in not. ὁ Maii ex l. iii *Evang. Demonst.*, c. 7, nihil ejusmodi habet; cujus hæc una verba sunt: Καὶ Πέτρος δὲ ἐπὶ Ῥώμης κατὰ κεφαλῆς σταυροῦται, Παῦλος τε ἀποτίμνεται· Ἰωάννης τε νήσω παραδίδοται. *Petrus Romæ capite in terram verso cruci affigitur; Paulo vero caput abscinditur, et Joannes in insulam relegatur.* Quod de Joanne sic Romæ potius quam alio

βασιλέων ἀδίκων κατακριθεὶς, ἐπειδὴ συνεχόμενον ἑαυτὸν ὁ μακαριώτατος Ἔωρα, καὶ τὴν πρὸς τὸν

quovis loco constituto, vel Roma in insulam deportato intelligendum, nemo sane ex illis verbis habere possit: quodque non habuerunt Græci, latueritque eos illa Tertulliani auctoritas, vel non satis momenti habere putaverunt, nec Joannis illius martyrii unquam meminerunt. Sane nullus est Eusebius, ut ibi Romam potius quam ullam aliam urbem laudet, sed solum celebrat apostolorum in Christum fidem et amoris constantiam per tot ardua, mortesque ipsas, et quæ pares morti haberentur Romanis legibus, in insulas deportationes. Prochorus, nullius fidei auctor, in suam trahere sententiam non potuit: at neque Abdias Babylonius, qui rem non Romæ, sed Ephesi contigisse contendit: nec a Domitiano, sed a proconsule id supplicii Joanni irrogatum tradit; carpitque vulgator marginali sua annotatiuncula Perionium, qui id Romæ factum in Joanne suo scripserit. Nolim detrahare Romanæ pietati, aut monumenta convellere, si qua satis certa exstant rei illie gestæ. Mirum tamen videri potest, tanti apostoli Romam profectionem et martyrium, sic apud reliquos veteres in obscurum abiisse. Euseb. l. iii, c. 48, quasi nullum haberet laudandum auctorem, ipsius exsilio testem, sic quasi ex fama refert: Ἐν τούτῳ κατέχει λόγος, τὸν ἀπόστολον ἅμα καὶ εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, ἐπὶ τῷ βίῳ ἐνδιατρίβοντα, τῆς εἰς τὸν θεῖον Λόγον ἐνεκεν μαρτυρίας Πάτμον οἰκεῖν καταδικασθῆναι τὴν νήσον. *In hac persecutione [Domitiani] Joannes apostolus idem et evangelista, qui etiam tum in vivis supererat, ob testimonium quod divino Verbo perhibebat, in insulam Patmum traditur relegatus.* Rei luculentior testis Hippolytus, quem et Græci in Menæis referunt paulo brevius, quam a me editus sit, etsi eadem sententia: Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου, κηρύσσων ἐν τῇ Ἀσίᾳ τὸν λόγον, ἐξωρίσθη ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ, κακείθεν πάλιν εἰς Ἔφεσον ἐκ τῆς ἐξορίας ἀνακληθεὶς ὑπὸ Νερουῆα, τελευταῖα ἐκεῖσε, οὗ τὸ λείψανον παρὰ τῶν ἐποικίων τῆς πόλεως πιστῶν ζητηθὲν, οὐχ εὐρέθη. *Joannes Jacobi frater prædicans verbum in Asia, relegatus est in Patmum insulam, indeque rursus revocatus ab exsilio Ephesum, Nerva imperatore, illic moritur. Cujus corpus a civibus fidelibus quæsitum, non est inventum.* Quæ sunt fere reliqua quæ Nicetas prosequitur, de ejus vera morte et translatione, sive suscitatus est, jamque corpore et animo beatus est, ut habet pia opinio de beatissima Virgine, sive quovis alio modo placuit eum honorare; quam opinionem urget auctor Synaxarii, ac multis Chrysostomi locis probat; exque Casario, Gregorii Theologi fratre, explicationem illius Joan. xx: *Si cum volo manere, quid ad te?* assert, qua ostendat eum locum nihil eis favere, qui existiment Joannem vivere in carne mortali. Quod tamen existimavit Ephremius Theopolitanus episcopus apud Photium, itemque Theophanes in quodam modulo εἰς τὴν Λιτὴν· Τὴν τῶν ἀποστόλων ἀκρότητα, τῆς θεολογίας τὴν σάλπιγγα, τὸν πνευματικὸν στρατηγὸν· τὸν τὴν οἰκουμένην Θεῷ καθοποτάξαντα, δεῦτε, οἱ πιστοὶ, μακαρίσωμεν Ἰωάννην τὸν αἰοίδιμον, ἐκ γῆς μεθιστάμενον καὶ γῆς οὐκ ἀφιστάμενον, ἀλλὰ ζῶντα καὶ μένοντα τὴν φοβεράν τοῦ Δεσπότου δευτέραν ἔλευσιν. *Apostolorum verticem, theologiam tubam, spiritalem belli ducem, eum, qui Deo subjecit orbem, Joannem inclutum, venite, fideles, beatum prædicemus; qui a terra migravit, nec a terra abscessit; sed vivit atque expectat secundum tremendum adventum Domini.* Exstat in eam rem oratio Georgii Trapezuntii in Germanorum *Orthodoxogr.*, quamvis a communi sententia Joannis vere mortui minime recedendum sit.

Κύριον εἰσοδὸν ἐγγιζουσαν· συνιδῶν δὲ καὶ τὸν χρό-
νον ὡς δεινότερον ὄντα λήθης βυθοῖς ἀμυροῦν τὰ
καλὰ, κινεῖται μὲν ἀγαθοειδῶς, τὸ τῆς αὐτοαγαθό-
τητος ἔσοπτρον, ὑπὲρ τῆς ἱερᾶς τοῦ Εὐαγγελίου γρα-
φῆς· κινεῖται δὲ πρὸς ἔρωτα θεολογίας ὑπερφυοῦς,
ὑπὸ τε τοῦ ἐνοικοῦντος Θεοῦ Λόγου, καὶ τῶν πιστο-
τάτων τῆς Ἐκκλησίας λιπαρούμενος.

deret, ac in proximo esse ut ad Dominum Ingredere-
retur; intelligensque vim maximam temporis esse,
ad ea quæ bona ac honesta sunt, oblivionis alto
gurgite mergenda ac abolenda, incitatur, qua im-
butus erat, boni indole, qui ipsius vere bonitatis
speculum esset, ad conscribendum sanctum Evan-
gelium, inardescitque in eximix theologiæ amo-
rem, tum Dei Verbi inhabitantis instinctu, tum eorum qui fidelissimi in Ecclesia erant, precibus at-
que rogatu.

Ἐντυχὼν δὲ τοῖς πρὸ αὐτοῦ τρισὶν Εὐαγγέλοις,
καὶ περὶ τῆ σωματικῆ τοῦ Χριστοῦ μᾶλλον προσ-
ησχολημένην αὐτῶν τὴν διηγησιν ἰδὼν, αὐτὸς τοῖς
ὑψηλοτέροις τῶν λόγων καὶ θειοτέροις ἐπεκτείνεται.
Καὶ πᾶσαν μὲν τὴν ὀρωμένην κτίσιν ἀφείλ· πᾶσαν
δὲ τὴν νοητὴν καὶ ὑπερκόσμιον ὀξύτητι νοῦ καθαρῶ-
τάτου διὰ τοῦ Πνεύματος ὑπερναδᾶς· καὶ τὰ Χε-
ρουβειμ λιπῶν, καὶ τὰ Σεραφεὶμ παρελθῶν, ἀχραι-
φνῶς αὐτῷ καὶ ἀμέσως ἐγγίζει τῷ ἀγαπητῷ· κάκει
δὴ νοερῶς, καὶ κρειττόνως ἢ πρῶτην τὸ νοερῶτατον
στῆθος, τῷ θεαρχικωτάτῳ προσερέισας, καὶ οὗς εὐ-
σύνετον τῷ τῆς Σοφίας αὐτῆς στόματι παραθαλῶν,
οὐδ' αὖτις πηγὴν ζῶσαν ἐκείθεν ὑψηλῆς ἀνεστόμωσε
καὶ θεωτικῆς θεολογίας.

Ἦς ἐν προοιμίῳ, θεολογεῖ μὲν τοῦ Λόγου τὴν ἐν
ἀρχῇ πρὸς τὸν Πατέρα καὶ προἀναρχον ὑπερούσιον
συνύπαρξιν. Θεολογεῖ δὲ αὐτοῦ καὶ τὴν σάρκωσιν, ἐν
ὀλίγοις καὶ θεοφθόγοις ῥήμασιν πᾶσαν ὑψηλῶς καὶ
μεγαλοφυῶς ὡσπερ ἐξ οὐρανοῦ σαλπίσσας τὴν περὶ
αὐτοῦ θεηγορίαν. Εἶτα, ὑπομιμνήσκειται μὲν ἐν τῷ
Πνεύματι, τῶν τε λόγων Χριστοῦ καὶ τῶν ἔργων τὰ
ὑψηλότατά τε καὶ παραδοξότατα, ὅσα τοὺς πρὸ αὐτοῦ
παραλιπεῖν εὐαγγελιστᾶς. Καὶ πάντα θεσπεσίαις
ἱερολογίαις ἀνατεταχῶς, καὶ πάντα Θεοῦ φωνᾶς συν-
τετελεχῶς, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ (κατὰ Ἠσαΐαν) συν-
τετμηκῶς, εἰς τὰ πέρατα τοῦτο δὴ τὸ κατ' αὐτὸν
Εὐαγγέλιον ἐβρόντησε τῆς γῆς· πάσης ἤδη φανεί-
σης ἢ φανησομένης αἰρέσεως ἐξαναλωτικὴν καὶ
πρηστήριον ἀστραπὴν· πάσης δὲ θεογνωσίας καὶ
θεολογίας ὄρον ἀληθείας, καὶ ἀπαρεγγχείρητον γινώ-
μονα διαθέμενος· καὶ τοῦτο τῆ καθόλου Ἐκκλησίᾳ
Χριστοῦ καινὴν διαθήκην ἐκ στόματος γραφεῖσαν
παραδοῦς τοῦ Χριστοῦ· τοσοῦτω τῆς ἐν πλαξὶ πάλαι
τῷ Μωσῆ γεγραμμένης σεβασμιωτέραν τε καὶ θεο-
πρεπεστεράν, ὅσω τὴν παλαιάν μὲν ἢ καινὴν, τὴν
νόμον δὲ τοῦ γράμματος ὁ τοῦ πνεύματος καὶ τῆς
ἀληθείας παρευδοκιμεῖ. Καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

Ἐπεὶ δὲ τὴν τοῦ Πνεύματος διακονίαν καὶ ἱερουργίαν
τοῦ Εὐαγγελίου, τὸ ἔργον τῆς ὑψηλῆς ἀποστο-
λῆς, ὡς πιστὸς τῷ ὄντι καὶ φρόνιμος οἰκονόμος τε-
τελειωκῶς, καὶ εἰς πῖον ἤδη γῆρας ἐληλακῶς, ἐπόθει
τὴν ἀνάλυσιν, κρεῖττον δὲ φάναι, τοῦ σώματος τὴν
ἐπὶ τὸ ἀφθαρτον μετασχημάτισιν· αἰεὶ γὰρ καὶ νοῦν
καὶ διάνοιαν ἐν οὐρανοῖς συνηνωμένος Χριστῷ, τὸ σῶμα
μόνον καὶ τὸ ὀρώμενον ἦν ἐπὶ γῆς.

Lectis vero, quæ illo priora conscripta erant tri-
bus Evangeliiis, animadversoque magis in eo versa-
tos esse, ut ea quæ spectarent ad Dominicum cor-
pus, enarrarent, sublimioribus ipse divinioribusque
sermonibus animum intendit: omnique rerum in
aspectum cadentium natura omisso, earumque quæ
mente intelliguntur ac supermundanæ sunt, pu-
rissimæ mentis acumine per spiritum superata sub-
stantia; relictisque Cherubin et Seraphin præter-
gressus, ipsi sincere ac immediate prædilecto jun-
gitur: illicque mentis intelligentia præstantioreque
ac pridem ratione, intelligentia solertissimum pe-
ctus divinissimo pectori illidens, osque sagacissimum
ipsius ori Sapientiæ admovens, velut quemdam
illinc vivum sublimis ac deificæ theologiæ fontem
reseravit.

Ejus exordio, Verbi in principio apud Patrem
prææternamque supersubstantialem coexistentiam
pro Theologi partibus tradit: tradit vero etiam
ejus incarnationem, paucis divinisque vocibus,
omnem quæ de illo est, sublimi ac magnifico præ-
conio velut tubæ clangore exsecutus divinam præ-
dicationem. Tumque commentatur in Spiritu con-
scribitque, Christi tum doctrinarum tum operum
præcelsissima summeque admiranda et nova, aliis
fere evangelistis omisso. Cumque divinis cuncta
sermonibus conscripsisset, Deique vocibus omnia
absolvisset, atque in justitia (ut Isaias loquitur)
abbreviasset²⁵, hoc a se conscriptum Evangelium
in orbis fines detonuit: fulgur nimirum ignitumque
ejusmodi turbinem, ut consumendo sit ac incen-
dendo, quidquid demum hæreseon exstitit unquam,
autve exsistet; omnisque fidei ac theologiæ, veri-
tatis terminum normamque inviolabilem statuens;
atque hoc universæ Christi Ecclesiæ novum fœdus
ex Christi exceptum ore, tradens: tanto scilicet
scripto olim Mosi in tabulis majorem habens vene-
rationem, diviniusque, quanto novum veteri, lexque
spiritus et veritatis, legi litteræ præcellit. Atque
hæc hæc hactenus.

Quia vero Spiritus ministerio Evangelii que fun-
ctione (sublimi scilicet apostolici munii opere) con-
summato, tanquam revera fidelis ac prudens dis-
pensator, ac qui in pinguem jam senectutem eva-
serat, dissolvi cupiebat²⁶, sive, ut melius loquar,
corporis corruptionem incorruptione mutare (sem-
per enim animo mentisque cogitatione Christo in
cælis conjunctus, solo corpore parteque sui oculis
conspicua, in terra versabatur).

²⁵ Isa. xx, 25. ²⁶ Philipp. i, 25.

Quia igitur consummationis dies aderat, assumptis vir beatus discipulorum fidelissimis, ac tantisper Epheso progressus, collemque assecutus, sepulcrum fodere præcepit. Tumque oculis in Deum levatis manibusque in cælum extensis, totus palam extra se, precibusque Deo excedens erat. Ubi autem orandi finem fecerat, ad astantes conversus, illisque divinorum mysteriorum explanationibus præclarisque hortamentis ac documentis ad virtutem facientibus rite compositis, intra fossam mox subit, et in ea decumbit; obductoque asscribus sepulcro, cum in crastinum venissent, pro eo ac jussi erant, amotisque asscribus (o rem miram!), ipso minime invento, qui palam ad Deum concessisset, translationis ejus seu resurrectionis certo vestigio, vestes offenderunt.

Non enim par est, ut velut Eliam, mortali eum corpore adhuc vivere existimemus (*Non enim dixit ei Jesus, inquit, Quia non moritur* ²⁶), neque ut reliquorum defunctorum more eum diem extremum exspectare dicamus: sed cum virginale illud sanctumque tabernaculum tantisper reliquisset, ad eum ingressus qui cælis excelsior est, ac quantum necesse videbatur ut mortis periculum faceret, vera statim in Christo vita apprehensa, munus hoc, ac velut singulare excellentis dilectionis præmium nactus est, ut et corporea corruptione immunem vitam ageret; ac Deiparæ Matri in superno

²⁶ Joan. xxi, 22.

(19) *Κατὰ τὸν ἄνω παράδεισον*. Supernum ac cælestem paradisum, quem jam unus cum Maria Joannes etiam corpore inhabitet, nullus alius exponi possit, quam qui nobis cum cælestibus virtutibus præmio tandem promissus est, et a secunda resurrectione, quam sic benignissimus Dominus in Matre sua et dilecto discipulo occupaverit. Nec enim terrenum aliquem paradisum exspectat fides nostra, sed in quem Jesus per sanguinem suum intravit, et quem nobis aperuit, id est cælum. Ejusdem sententiæ videtur auctor Canonis, ode 8, strophe 2, in qua sic canit: Σῶμα καὶ ψυχὴν καὶ νοῦν κεκαθαρισμένους, εὐηγγελίστω τὸ οὐράνιον Χριστοῦ Εὐαγγέλιον· καὶ ἀγγέλοις ὁμοδίαιτος ἐν οὐρανοῖς γενόμενος κράζεις νῦν, Εὐλόγετε. *Corpore et animo menteque purus, cæleste Christi Evangelium annuntiasti: angelisque in cælis contubernalis factus, clamas nunc, Benedicite;* quanquam de sola animæ angelis socia in cælis vita, exponi potest. Exstant vero passim in Menæis antiqua ejus fidei indicia (quoad sanctorum animas jam Deo fruentes, et cum Deo in cælis versantes) a qua fere moderni Græci abhorrent; etsi nuper in concilio Florentino inter dogmata, id illis oblatum est. Sanctæ Mariæ laudatores ejusque dormitionis, Andreas Cretensis et alii, eodem modo loquuntur de illius corpuseculo, sic post, brevi quasi somno, degustatam mortem, translatione honoratum; quanquam Andreas incertus est, quid factum sit sanctissimo illo corpuseculo, et an vere animæ unitum, vitæque dotatum, qualis futura exspectatur post extremum judicium, vel aliter humanis oculis subtractum, et in divinis thesauris, pro eo ac Dei Parentem decebat, repositum: potiorique ratione id de Joanne dicendum, cujus non inventum corpus, ut nec Mosis: unumque hoc ex historia de illo nobis compertum; reliqua, piæ in Joannem meditationis commenta sunt. Apocrypha in Mariæ dormitionem plura sunt, Joannis

Ἐπειδὴ οὖν ἡ ἡμέρα τῆς τελειώσεως παρῆν, παραλαμβάνει μὲν ὁ μακάριος τοὺς πιστοτάτους τῶν μαθητῶν, μικρὸν δὲ τῆς Ἐφέσου προελθὼν, καὶ γεωλόφῳ τινὶ προσβάς, τάφον ὀρύξειν ἐνατείλατο· ὁ δὲ τὸ ὄμμα πρὸς Κύριον καὶ τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατετακῶς, δῆλος ἦν ἐκδεδημηκῶς ὅλος, καὶ ταῖς προσευχαῖς ἐξεστηκῶς τῷ Θεῷ. Ἐπεὶ δὲ κατέπαυσεν, ἐπιστραφεὶς, καὶ θείων ἐκφαντορίαις μυστηρίων, καὶ παραινέσεσι καλλίσταις καὶ νοουθεσίαις ἐναρέτοις τοὺς παρόντας αὐτῷ καταρτισάμενος, εἰσεὶσιν ἔνδον τοῦ ὀρύγματος εὐθύς, ἀνακλί-
νεται δὲ· οἱ δὲ καλύπτουσι μὲν τὸν τάφον πλαξί, τῇ ἐξῆς δὲ κατὰ τὴν ἐντολὴν παραγενόμενοι, καὶ τὰς πλάκας ἀφελόμενοι (ὡ τῶν θαυμασίων!) αὐτὸν μὲν εὐρίσκουσιν οὐδαμῶς, σαφῶς ἐνδεδημηκῶτα πρὸς τὸν Θεόν. Μαρτύριον δὲ τῆς μεταστάσεως, εἴτ' οὖν ἀναστάσεως αὐτοῦ, τὰ ἱμάτια κατελήπται.

Οὔτε οὖν ἐν θνητῷ σώματι ζῆν αὐτὸν ἐτι καθάπερ Ἥλιαν προσῆκεν ὑπονοεῖν. Οὐ γὰρ εἶπεν αὐτῷ, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς, ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει· οὔτε καθ' ὁμοιότητα τῶν ἄλλων θανεῖν, τὴν ἐσχάτην ἡμέραν ὑπομένοντα· ἀλλὰ τὸ παρθενικὸν ἐκεῖνο σκῆνος καὶ ἅγιον, τῇ πρὸς τὸν ὑπερουράνιον εἰσόδῳ τοσοῦτον λιπὼν, ὅσον θανάτου πείραν λαβεῖν· εὐθύς δὲ τῆς ἀληθινῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς καταδραξάμενος, τοῦτο δῶρον καὶ οἶόν τι γέρας ἐξαίρετον τῆς καθ' ὑπερβολὴν εἰληφεν ἀγάπης, τὸ καὶ τῷ σώματι ζῆσαι τὴν ἀφθαρτον ζωὴν· καὶ τῇ Θεοτόκῳ, οἷα μητρὶ κατὰ τὸν ἄνω παράδεισον (19) ἐν ἀγαλλιᾷσει συνοικεῖν·

Theologi, Joannis Thessal., ipsa Melitonis, quæ una produxi, etsi nec alia deerant, quod in his alii prævissent, nulliusque frugis omnia existimarem.

Unum Nicetæ omissum, de Joannis manna, ut vocant, seu de pulvere ex sancto illo ejus depositionis sepulcro scaturiente; cujus annum festum colunt Græci die octava Maii, quod illo potissimum die hoc miraculum contingeret; velut fere in sancto Hyacintho Amastrensi quem nuper produxi eodem Niceta laudatore; non sicut in sancto nostro Raymundo, in quo miraculum jure est; ac, sin eruptio pulveris, ejus tamen copia, quotiescunque iis quorum id curæ est (fratres nostri Barcinone) ex sacro tumulo extrahere velint, ut piæ fidelium devotioni fiat satis, et ad illum rogantibus in omnes orbis Christiani oras, aliquot jam sæculis affatim transmittendum; quo sane, velut et illo Joannis Theologi, morbi innumerabiles curantur. Synaxarium ita exprimit. Ὁ πανάγαθος Θεὸς καὶ φιλόανθρωπος Κύριος ἡμῶν, οὐ μόνον τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ προθύμως ἀγωνισαμένους ἀγίους αὐτοῦ μαθητὰς καὶ ἀποστόλους, προφήτας καὶ μάρτυρας, καὶ πάντας τοὺς εὐαρεστήσαντας αὐτῷ, βασιλείας οὐρανῶν καὶ τῶν αἰώνιων ἡξίωσεν ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους ἐν οἷς διέπρεψαν καὶ ἐτάφησαν, πλήρεις χαρίτων ὑποδείξας, πολλοῖς ἐλάμπρυνε θαύμασι. Καὶ γὰρ ὁ τάφος, ἐν ᾧ ὁ μέγας ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ὁ Θεολόγος μέλλων μετατεθῆναι ἐτάφη, κόνιν ἁγίαν, ἣν οἱ ἐγχώριοι μάννα μετονομάζουσιν, ἐπινεύσει Πνεύματος ἁγίου κατὰ τὴν ὁγδόην τοῦ Μαΐου μηνὸς ἐτησίως ἐξαίφνης ἀναδρῦει καὶ ἀναδίδωσιν· ἣν οἱ προσερχόμενοι λαμβάνοντες, χρώνται εἰς παντοίων παθῶν ἀπολύτρωσιν, εἰς θεραπείαν ψυχῶν, εἰς ῥῶσιν σώματος, Θεὸν δοξολογούντες, καὶ τὸν αὐτοῦ θεράποντα Ἰωάννην γεραίροντες. *Benignissimus Deus ac clementissimus Dominus noster, non solum qui pro illo fortiter dimicaverunt, sanctos*

καλοῦτω μένειν αὐτὸν αἵμα πιστέον, κατὰ τὴν εὐ-
αγγελικὴν ῥῆσιν, τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν.

Ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενοι, καὶ τὸ ἀνέφικτον
ὑψος τῆς Ἰωάννου θεότητος καὶ μεγαλοπρεπείας
ὑπερεκπλαγέντες, καὶ τὴν ἀσύγκριτον τῆς ἀγιότη-
τος ἐκθαυμάσαντες ὑπερβολὴν, τῷ ἀπροσίτῳ τῶν
ὑμῶν ἀναγκαζόμεθα σιγᾶν. Μικρὰ γοῦν ἕως τὴν
ἡγαπημένην Θεῷ καὶ τιμίαν προσηγορηκότες ψυχὴν,
καταπαύσομεν τὸν λόγον.

Χαῖρε, ἀληθῶς ἡγαπημένε τῷ ἀγαπητῷ · χαῖρε,
τῷ μόνῳ καλλοποιῷ καὶ ὑπερκάλῳ Χριστῷ λίαν πε-
φιλημένε, ὡς ὠραιότητι ψυχῆς, ὠραιότητι πνεύμα-
τος, νοῦ τε καὶ διανοίας εὐπρεπείᾳ καὶ εὐθύτητι
πάντας αὐτοῦ παρευδοχιμῶν τοὺς ἀγαπητοὺς.

Χαῖρε, κάλλος ἀψαυστον καὶ νοερὸν, οὐράνιον καὶ
μυστικόν, ἀπρόσιτον καὶ ὑπερφυές. Χαῖρε, Παρθένε
τὸ σῶμα, τῷ μηδεμίαν σοι πώποτε κηλίδα σαρκίνης
ἐπιθυμίας προστριβῆναι · Παρθένε τὴν ψυχὴν, τῷ
μὴ καταρρέμβευθῆναι ποτε κάλλει σώματος, μηδὲ
κατὰ νοῦν · παρθένε τὸ πνεῦμα, ὡς τὴν καρδίαν
καθαράν καθαρὸς · ὡς τρόπον νόμφης ἀγνῆς γνη-
σίως τὸν οὐράνιον Νυμφίον ἐπεγνωκώς, καὶ παν-
ἀγνὸς ἡγαπηκὸς καὶ συγκραθεὶς, εἶπερ Ὁ κολλώ-
μενος τῷ Κυρίῳ, ἐστὶ πνεῦμά ἐστιν.

⁸⁷ I Cor. vi, 17.

suos discipulos et apostolos, prophetas et martyres, C
cunctosque qui ipsi placuerunt, caelorum regno dona-
vit bonaque aeterna illis contulit; verum etiam loca
in quibus claruerunt et sepulti sunt, plena gratiae
ostendens multis illustravit miraculis. Nam sepul-
crum in quo magnus apostolus et evangelista Joan-
nes Theologus, cum esset transferendus, humatus est,
sancti Spiritus nutu octava Maii quotannis sacrum
repente scaturit evomitque pulverem, oppidanis manna
nuncupatum, quem accipientes hi qui accedunt, ad
omnis generis depellendos morbos et aegritudines, ani-
morumque curationem, et sanitatem corpori praestan-
dam illo utuntur amuleto, laudantes Deum, ejusque
famulo Joanni honorem habentes. Tiliiana nostra
Menæa antiqua, paulo brevius: Μνήμη τοῦ ἀγίου
ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου ·
ἤγουν ὁ ῥοδισμός, καὶ ἡ τοῦ μάννα συγκομιδῆ, ἥτις
ἐκ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἀναπέμπεται. Memoria sancti
apostoli et evangelistæ Joannis Theologi: sive rosa-
rum suavitate aspersio, et mannae comportatio seu
collectio, quæ ex illius sepulcro erumpit. Magna etiam
Menæa voce illa ῥοδισμός utuntur, in iambis Syna-
xario praemissis, nec video quo alio sensu commode
exprimi possit; nisi etiam manna illud purpureum
quid habebat, et rosei coloris, quo utrumque sensu
auctores voce ῥοδιζειν usi inveniuntur. Illustre
testimonium est hujus mannae sacrique pulveris,
Gregorii Cyprii, patriarchæ Constantinopolitani
statim urbe Latinis erepta, per cujus occasionem
acerrimus fuit schismatis fautor, et decessoris
Joannis Becci, ut Λατινὸφρονος, exagiator, epist.
9, ad Ephesinum antistitem, Isaac nomine (ejus
epistolarum locupletem codicem utendum dedit vir
cl. ipse eruditus eruditorumque fautor et amicus,
nihilque fere ipso Gregorio suo, librorum quibus
exquisitum aliquid ad illustrandam rem litterariam,
sacram pariter ac profanam contineatur, studiosus,
D. de Ballesdens, aliis pridem apud excel. virum

atque caelesti paradiso in exultatione contuberna-
lis esset. Sicque arbitror existimandum, quod juxta
Evangelicam sententiam, Domini exspectat ad-
ventum.

Huc loci deducta oratione, Joannisque deitatis
ac magnificentiae, quam assequi nequeamus, supra
modum admirati, omnique majorem comparatione
sanctitatis ejus praestantiam suspicientes, inaccessa
canticorum vi, litare silentio cogimur. Paucis tamen
praedilectum Deo ac venerandum animum allocuti,
dicendi finem faciemus.

Salve sis, vere dilecte ei, qui dilectus est. Salve
sis, soli decoris auctori ac supramodum decoro
Christo, valde amice: velut qui decore animi, de-
core spiritus, mentisque ac intelligentiae honestate
ac rectitudine, illius cunctos dilectos superes.

Salve sis, pulchritudo intacta mentisque illibatae,
caelestis ac mystica, inaccessa, longeque eximia.
Salve sis, Virgo corpore, quod nullam unquam
carnalis libidinis labem contraxeris; Virgo animo,
quod ne mente quidem vaga ulli unquam corporali
formae adhaereris: Virgo spiritu, velut puro corde
purus; ut qui velut casta sponsa, caelestem vere
Sponsam agnoveris, ac castissime dilexeris; digne-
que illi cognitus et mente consertus atque com-
mixtus sis; etenim, Qui adhaeret Deo, unus Spiritus
est ⁸⁷.

Petrum Seguerium Franciae cancellarium munitis
clarissime functum, nunc etiam presbyteri, aetate,
moribus, munere venerabilis ac Christo merens:
Hoc pro mea in virum observantia). Post igitur
gratias, quod eleganti codice donaverat, de sancto
pulvere sic ait: Ὡς δὴ καὶ ἡ τοῦ σεβασμίου χόρος ἀπο-
στολή, ὅν ὁ θεῖος τοῦ παρθένου πηγάζει τάφος, τίος
τῶν μεγίστων οὐκ ἂν εἴη τεκμήριον; ποίας ἀγάπης
οὐκ ἂν ἔχοι ἀπόδειξις; Ἐπέμφθη γὰρ εἰς εὐλογίαν
οὗτος ἡμῖν, εἰς ἀγιασμὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος, εἰς
ἀποτροπὴν τῆς ἐκ τοῦ ἀντικειμένου ἐπιβουλῆς, εἰς
ὅ τι κάλλιστον καὶ σωτήριον · καὶ ἡμεῖς αὐτὸν μετὰ
πίστεως τοῦ ταῦτα εἰς ἡμᾶς ἐνεργεῖν δύνασθαι ἐδε-
ξάμεθα, καὶ εἴη οὕτως ἡμῖν νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἐπι-
λοιπὸν βίον. Quemadmodum etiam venerabilis pulvis
a te missus, quem divinum virginis sepulcrum velut
fonte scaturit, cujus non maximorum fuerit argumen-
tum? Quantæ dilectionis specimen non habeat? Mis-
sus enim ille nobis est, ut in benedictionem cederet,
in sanctificationem animi et corporis, ut esset pro-
pulsandis adversarii insidiis; denique ad praestan-
dum si quid honestissimum est et salutare. Et vero
nos quoque ea fide accepimus, ut existimemus hæc in
nobis efficere posse; sicque ille nunc et in reliquam
vitam, se in nobis habuerit. Sic ubique Graeci erga
sacra pignora religiosi: quam utinam eorum reli-
gionem non fuscaret, qua fere laborant (planeque
laboravit Gregorius Cyprius) schismatis labes,
odiumque in Romanam et Petri sedem, cujus amore
et concordia, nonnullis nostrum possent sua illa
religione ac pietate prodesse. Denique, ut sua sem-
per, omnique aetate intelligatur divina Spiritus in-
staurare miracula, nec in nostræ Rosæ Limanae
miraculoso tumulo deesse voluit eum pulveris fon-
tem, ex quo et exportandum in Europam nostram,
meque ipsum, exspecto, cum jam sic novum orbem
inundaverit, ei usque miraculorum gloriam densa
nube protulerit.

Salve sis, vere ac fidelis Dei Verbi discipule, et amator, cultorque; ac gaude, quod ille cum Patre veniens, vere apud te mansionem fecerit²⁸: quod ejus servans mandata, in illo manseris, ipsumque in te in perpetuum manentem habeas, divinam aperte tibi gloriam manifestantem.

Salve sis, Dei frater et hæres; frater vero et cohæres Dei qui cuncta regni Dei mysteria doctus es, quique divina revelatione quæ eventura sunt clare videris omnia; atque ea, quoad concessum est, conscripta ac consignata Ecclesiis tradideris²⁹.

Salve sis, solus nunc corpore una cum Deipara matre incola paradisi, ac qui inde spiritu totam lustres terram ac perspicias. Nos propitius intueri, beatissime Theologe et evangelista! erudique epistolis tuis, ac divinis prædicationibus confirma atque præceptis compone: nosque rege et extolle, Decque in æternum siste, in gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti, in sæcula. Amen.

ORATIO VII.

Laudatio sancti laudeque clarissimi apostoli Thomæ.

Laudabilis pro sanctis assumptus amor; merito

²⁸ Joan. xiv, 23. ²⁹ Rom. viii, 17.

(20) Ταῖς ἐπιστολαῖς σου συνέτισον. Joannis alteram et tertiam epistolas recenset Euseb. lib. iii, cap. 25, quæ in dubium vocarentur, etsi a multis agnoscerentur: Ἐτε τοῦ εὐαγγελιστοῦ τυγχάνουσαι, εἴτε καὶ ἐτέρου ὁμωνύμου ἐκείνου. Sive sint Joannis evangelistæ, sive alterius ejusdem ac ille nominis: quæ altera quæstio est, in qua utraque perinde Hieronymus hæsit. Nobis non licet in dubium vocare, quas pridem Ecclesia, divino instinctu in Canonem receperit, ac nuper in concilio Tridentino comprobavit. Fecit Ecclesiæ judicium, non ut libri qui canonici non erant ac θεόπνευστοι, postmodum essent, sed ut agnoscerentur. Quod etiam de veteris instrumenti libris aliquot factum est, quos Judæi et Synagoga ad ædificationem duntaxat legendos retinuit, Ecclesia (apostolorum præsertim judicio) etiam ad auctoritatem canonicos sanxit. Præclara certe Augustini vox, Non crediturum Evangelio, nisi Ecclesiæ auctoritas commoveret. Et vero, cur quatuor Evangelii credimus, non tantis illis quæ ab ipsis primis temporibus alio alioque nomine obrepserunt? Nulla vel Hieronymi, vel cujuscunque privati par auctoritas, istiusmodi censura librorum. Quod Joannes utraque epistola Senior vocatur, maluitque sic interpretes reddere, quam Græcam vocem presbyteri retinere (ut magis ætatem insinualet, quam dignitatem), ratio Jacobi Capelli non displicet; quod valde provector ætate eas Joannes scripserit, omniumque Christi discipulorum vetustissimus, et qui sic quasi antonomastice intelligi ac dici posset. Nam et Paulus ad Philemonem in sui commendationem, et ut Philemoni suadeat, se, velut ille, senem insinuat. Proinde convenienter Joannes familiaribus epistolis peneque consolatoriis, Senioris nomen præfixit, nimiumque pondus in voce apostoli, ita scribens existimavit; ut hac parte nullius momenti sit argumentum Grotii, quasi inde Joanni Theologo abrogari hæc epistolæ possint. Videndus Tertull. *De præscript.*, ubi fuse admodum ostendit, quam sedulo apostoli titulos honoratioribus vitarent, sibi que ægre ac pene inviti

Χαῖρε, γνήσιε καὶ πιστὸς τοῦ Θεοῦ Λόγου μύστα, καὶ ἐραστὰ, καὶ θεραπευτὰ· ὅτι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐληλυθὼς ἐκεῖνος, μόνην ἀληθῶς πεποιήται παρὰ σοί· ὅτι τὰς ἐντολάς αὐτοῦ τετηρηκῶς, ἔμεινας ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸν ἔχεις μένοντα δι' αἰῶνος ἐν σοί, τὴν θεαρχικὴν σοι δόξαν ἀνακεκαλυμμένως ἐμφανίζοντα.

Χαῖρε, τέκνον Θεοῦ καὶ κληρονόμε· ἀδελφὲ δὲ καὶ συγκληρονόμε Θεοῦ· ὁ πάντα τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας τὰ μυστήρια μεμυσταγωγημένος. καὶ πάντε σαφῶς τὰ ἐσόμενα δι' ἀποκαλύψεως τεθεαμένος, καὶ κατεσφραγισμένα ταῖς Ἐκκλησίαις παραδοῦς.

Χαῖρε, τὸν παράδεισον μόνος νῦν μετὰ σώματα ἅμα τῇ μητρὶ θεομήτορι κατοικῶν, κάκειθεν τὸ πνεύματι τὴν ὅλην γῆν καταθεωρῶν, ἴλωσ ἡμᾶς ἐποπτεύουσ, ὦ τρισμακάριε Θεολόγε καὶ εὐαγγελιστά! καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς σου συνέτισον (20), καὶ ταῖς θεολογίαις σου στήριξον, καὶ ταῖς ἐντολαῖς σου κατάρτισαι, καὶ ποιμανὸν ἡμᾶς, καὶ ἔπαρον ἡμᾶς καὶ ἕως αἰῶνος παράστησον τῷ Θεῷ, εἰς δόξαν Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας Ἄμήν.

ΛΟΓΟΣ Ζ'.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον Θωμᾶν

Ἐπαινέτης ὁ ὑπὲρ τῶν ἁγίων πόθος· ἀξιεπαίνε

tribuerent. Nomen presbyteri et senioris, quod alteri Joanni quasi proprium erat, prout sic eum Papias vocat, cum tamen Aristioni eum postponat et gloriatur utriusque se auditorem fuisse, cum illi multa ex Joannis ore accepissent, diuque cum illi versati essent, et ipsius Domini discipuli fuissent, ut est apud Euseb. l. iii, c. 39, peculiare momentum habet, quod difficile videatur, voluisse sibi Joannem Theologum nomen asciscere, quod alter sciret quasi proprium: forte etiam, ob longissimam ætatem, qua Joannis Theologi pene æqualis, illiusque distinctione, nomen illud habuerit: sive eum Joannes Ephesiorum episcopum creaverit, ut est in Constitutionibus Clem., vii, 45: Τῆς Ἐφέσου Τιμόθεος μὲν ὑπὸ Παύλου· Ἰωάννης δὲ, ὑπ' ἐμοῦ Ἰωάννου· sive solum ejus Ecclesiæ presbyter fuerit. Istud certe difficultate non caret: non tamen convincit non esse epistolas vere canonicas, quod ea ipsa jam Eusebii ætate multi habebant; cum et alii discipuli extra duodecim, libros et epistola condidisse noscantur, quos et quas Ecclesia agnoscit ex Canone librorum Novi Testamenti. Nec vide quibus ex monumentis aut libris idem Grotius habeat (et ut argumento utatur ad probandum non habitas has epistolas ut de Canone) quod non fuerint reddita in sermonem diversarum gentium; cur Angli tot linguis repræsentaverint, quot ipsarum Joannis primam epistolam ac reliquos libros Novi Testamenti. Nec enim illi eas cudisse versione putandi sunt, sed quas antiquis codicibus ac ecclesiasticis libris olim exaratas offenderant, illas in Polyglottis suis Bibliis generoso conatu vulgasse. De Judæ epistola, quam ad Judam trahit, qui sub Adriano vixit, nec vel apostolus vel discipulus Jesu fuit, alibi forte exercendus stylus. Longe certe hoc a pio fidelium sensu, nec tam veritate quam πολλήφει ab eo dictum; et quod frater Jacobi, idque genus alia, subdititia contendit, plane dictum temerarium sit; cum plagii, quod in re tam sancto commissum esset, nulli idonei testes produci possint.

ερος δὲ πάντων μᾶλλον ὁ ὑπὲρ τῶν ἀποστόλων ἀξίους ἐγγινόμενος· καὶ τοσοῦτον πλέον, ὅταν αὐτοὶ πάντων τῶν ἁγίων, ἀγιότητος ὑπερβολῇ αἰρνεότερον τῷ ὑπεραγίῳ προσωκείωνται. Ἐπιήσωμεν τοίνυν τοὺς τῶν ἁγίων ἀξιοπαθήτους χοροὺς, καὶ τούτων μάλιστα, τὸν ὑπεραναθεθεχότατον ὄλουσ τῇ θεοσιδείᾳ, καὶ συνεχῶς τῷ ὑπερουσίῳ φκειωμένον· τὴν ὑπερφερῆ λέγω ἀξιεραστοτάτων ὑψηλῶν ἀποστόλων δωδεκάδα.

stantiam cohereret ac necessitudine conjunctissimus est; eximium dico digneque amabilissimum limium duodenarium apostolorum caelum.

ταύτην ἐπιποθήσωμεν, ταύτην ζηλώσωμεν· καὶ μιμήσεως τῆς ἡμῖν ἐφικτῆς, ταύτης γενέσθαι μιμνήσκωμεν κοινωνοί. Οὕτω γὰρ δι' αὐτῶν, τῷ ἐκκαταφικισμένῳ τούτοις ἡμῶν Χριστῷ· μακάριοί τε τῷ ὄντι κατὰ τὸ ὄν ἐσόμεθα λόγιον, πληροῦντες τὴν ἐπιθυμίαν ὄν ἐξ αὐτῶν, καὶ μὴ αἰσχυρόμενοι, ἥνικ' ἂν πρὸς τὸν βίον πύλαις γενόμενοι, τοῖς ἑαυτῶν ἀντιπῶμεν (21) ἐχθροῖς. Ἀλλὰ μὴ ἀκαρπὸν τινα καὶ ἡν ἐφείσιν πρὸς αὐτοὺς ἐπαγγελώμεθα· ἐνεργῆ δὲ ἐμπρακτον εἰσφέρωμεν· καὶ βίῳ μὲν τελείῳ, ἡμιτρανεστέρῳ ὁμοίωσιν, ὡς δυνατόν, ἀφοσιούμενοι· λόγῳ δὲ, τὴν καθήκουσαν αἴνεσιν αὐτοῖς ἐκρούμενοι, δι' ἀμφοῖν τὸν ἐν αὐτοῖς ἀγιάζωμεν οὐραζόμενον Θεόν.

Ἔστι μὲν οὖν ὡσπερ εἰς ὁμοίως τῶν δωδεκα Πατέρων ὁ Θεός, διδάσκαλός τε καὶ Κύριος καὶ καθηγητής; ὁ Χριστός· μία τε πίστις καὶ χάρις καὶ δύναμις τοῦ Πνεύματος· ἡ τε διακονία τῆς ἀποστολῆς, καὶ ἡ οἰκὴ δὲ τῶν γερωῶν ἡ αὐτῆ, οὕτω καὶ ἔπαινος ὁ αὐτῶν μαθητῶν ἀπάντων ἐστίν. Ἀλλ' ὡς κατ' ἄλλον ἄνθρωπον τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος μὲν ἐκδημίαν, πρὸς τὸν ἄνθρωπον δὲ πεποικημένῳ ἐκδημίαν, ἀναγκαίως ἐκάρη καὶ ἡ αἴνεσις ἰδιοτρόπως ἀποδίδεται.

Τίς οὖν τὸν ἱερὸν σύλλογον τοῦτον ἢ θύλασον σήμερον συνιστῶν, καὶ προθυμίας ἀναπεμπλῶν, καὶ ἡδονῆς θαυμασίας, καὶ φαιδρότητος τὰς Ἐκκλησίας ἐκπληρῶν, καὶ πρὸς δοξολογίαν θεῖαν συναγείρων ἐκ συγκροτῶν; Ἡ πᾶσι καταφανὴς ἡ αἰτία τῆς ἐορτῆς; Θωμᾶς γὰρ ὁ μέγας τοῦ Εὐαγγελίου λαμπτήρ, πρὸς ἀλαθῆσαι σωματικῆν, ἀλλὰ νοερὰν ἐξανίσχων ἴδιν, καὶ φανωτάτα τῆς αὐτοῦ μνήμης τὰς μαρμαρυγὰς ἐνείεις, πρὸς τὴν οἰκείαν συγκαλεῖ δόξαν. Θωμᾶς ὁ τίμιος λίθος, καὶ σεπτὸς καὶ ἐκλεκτός· ὁ τῷ ἐφάνῳ τῆς δόξης τῷ τῆ ἐπουρανίῳ πλακέντι Σιών, ὅς τοῖς ἐνδεκα συνηρημένος· ὁ μαργαρίτης ὁ λαμπρῆς. Ὁ γνώμης ἀπλότητι, καὶ νοῦς καθαρότητι ἐφανότητι ὄλον τὸ ἀπλοῦν φῶς καὶ θεαρχικὸν εἰσδεγμένος, καὶ μεγαλοπρεπεῖς ἀφ' ἑαυτοῦ τοῖς ἐξομυμένοις ἔθνεσι τὰς ἀντανακλάσεις ἀποπέμπων τῶν πισμῶν. Θωμᾶς, ὁ καὶ Δίδυμος· τοῦτο γὰρ τοῦ

A autem longe omnibus laudabilior, qui apostolorum gratia, eorum qui sunt digni animos incessit; tantoque amplius, quanto et illi excellentia sanctitatis, sanctitatem omnem vincenti, sanctis omnibus purius veriusque necessitudine conjuncti sunt. Amore igitur et desiderio, dignos vere qui amentur ac desiderio habeantur, sanctorum choros prosequamur: omnium autem maxime, qui divina similitudine omnes præcellit, continuoque excedenti omnem

Hunc desideremus, hunc æmulemur; ac imitatione (quanta per facultatem licet) illius socii effici studeamus. Sic enim per illos, supremo desiderabilium, in eis habitanti Christo, prope accedemus; ac beati reipsa (uti sacrum perhibet eloquium) erimus, qui impleamus desiderium nostrum ex ipsis, nec simus confundendi, cum in vitæ portis constituti, inimicis nostris occurremus*. Haud enimvero infructuosum quoddam ac simplex erga illos desiderium amoremque profiteamur, sed quod efficax verumque existat, in rem conferamus: ac vitæ quidem perfectione, limpidiorem (quoad licet) similitudinem exhibentes; doctrina vero atque sermone laudem eis congruam depangentes, utroque qui in illis sanctificatur, Deum sanctificemus.

Est igitur, quemadmodum unus pariter duodecim Pater Deus, magisterque et dominus atque præceptor, Christus; una quoque fides et gratia virtusque Spiritus, apostolicique muneris functio, ac eadem præmiorum retributio, sic et eadem laus omnium discipulorum existit: quod tamen alia aliaque ratione emigrarint e corpore et ad Dominum commigrarint, necessario quoque propria cuique laus ratione dependitur.

Quisnam igitur est qui sacrum hunc conventum seu chorum hodierna die constituit, impletque alacritate, ac mira voluptate ac jucunditate Ecclesias ubique afficit, atque ad Dei laudes concelebrandas congregat cætusque cogit? Num cunctis manifesta festi ratio ac causa? Nempe Thomas magna illa Evangelii fax, non corporalis sensus ratione, sed spiritualis mentisque fulgure nobis exorients, lucidissimisque suæ memoriæ micatus vibrans, ad ipsius convocat celebrandam gloriam. Thomas nimirum pretiosus lapis ac venerabilis electusque, coronæ gloriæ cœlesti plexæ Sioni, undecim adjunctus implexusque catervæ. Margarita omni parte lucidus, animi simplicitate mentisque puritate ac perspicuitate toto ipso simplici divinoque lumine sinu suscepto, magnificosque a se ipso obcæcati caligine gentibus illustrationum fulgores refractu emittens Thomas,

* Psal. cxxvi, 5.

(21) Ἀντιβαλῶμεν. Malim ἀντιβαλῶμεν, vixque abitem Nicetam aliter scripsisse, qui totus alluit ad locum psalmi cxxvi de iudicio in porta Hæcorum more, quod auctor ad iudicium trahit in situ vitæ atque excessu, cum beatus revera, qui non confundetur, cum loquetur inimicis; cum sci

licet respondebit, ac verba dabit, iis accusantibus ac dæmonibus, pro his quæ illorum maxime suggestionem peccavit; quod est ἀντιβαλεῖν· non cum illis occurret, quod ἀντιβαλεῖν, et remotius est, seu communius, nec expressum a Davide.

qui et Didymus. Hæc enim nominis interpretatio at-
que notio. Porro Didymus appellatus est, quod
non solus, sed cum altero illique gemellus uno par-
tu editus est⁴¹.

Hic vero in terrestre cœlum (ædem scilicet suam)
fidelium turmas in concionem vocans, suaque mi-
racula ac præclara gesta spiritali convivio lautaque
epulatione apponens, omnem magnifice dapibus
reficit ac recreat animum: non qui corpore con-
spiciatur, sed qui spiritu credatur; nec qui uno loco
corporum more circumscribatur, sed qui omni-
bus toto orbe Ecclesiis (quippe divinus spiritus,
tanquam ex Deo Spiritu natus) spiritalem gratiam
solari persplendet micatu, omnique jucunditate
adimpleat; atque operum suorum radio, seu clari-
tate, Patrem qui in cœlis est, glorificet⁴². Cumque
adhuc vitæ superstes ac in carne agens, aliud nihil
tum verbis, tum operibus præstaret, quam quod Pa-
tri videretur: potiori longe ratione corpore solutus,
ac spiritu Deo contemperatus, nullo tædio ac labore
temporisque momento, velut quædam cœlestis mens
orbem pervagans, cunctosque simul superne in-
tuens, ad Dei laudem ac gloriam operum suorum ac
passionum memoria, alacres reddit.

Thomas itaque ante mundi constitutionem, con-
formis futurus imaginis Unigeniti cognitus ac præ-
destinatus, quod tempus apparitionis aderat, qui-
que apostolicum senatum essent impleturi præsto
eligendi erant, ipse pariter cum reliquis ad sacram
illam vocationem evasit: vocatusque, haud segnium
more vocantem repulit; aut cum obaudisset, ac tan-
tis per illi adhæsisset; velut illi quorum modica ac
nutans fides, postmodum abit retro ac pedem re-

⁴¹ Joan. ix, 24. ⁴² II Cor. iii, 17.

(22) *Τὸν αὐτοῦ ναόν*. Erat hoc Thomæ templum
in palatio, a Leone Basili filio instauratum, cum
incendio scædatum fuisset; qua de re exstat una et
altera ejus oratio, quam meo stylo produxi ad ejus
diem festum, ex ms. eminent. card. Mazarini, in quo
et ejus caput, quod forte Edessa translatum esset; ubi
olim creditum ejus corpus esse, cum Indi, apud quos
martyrio functus est, etiamnum putent se illud ha-
bere.

Num Baronii faciat satis expositio, ut pars exuvia-
rum Thomæ ex India Edessam translata, pars in
India manserit, quæ tot retro sæculis, iterum af-
fulgente illis gentibus per Europæos Evangelio,
detecta sit, alii viderint: mihi omnino non facit,
quod et caput Constantinopoli et corpus Edessæ,
pari fere veneratione ac Romæ apostolorum Petri
et Pauli, ut Chrysost. auctor est, et quod inven-
tum in India corpus cum instrumentis ipsius mar-
tyrii, et quale veterum narratione habemus, non
particulæ corporis, cum tamen (ut fides aliqua
apocrypho Abdiæ habenda sit) statim post marty-
rium integrum e sepulcro furto ablatum fuerit, et
Edessam asportatum, relicto tumultu prorsus va-
cuo, sicque reperto, ut illo libro narratur. Putem
magis in eo contigisse, quod in Stephani protomar-
tyris corpore, quod in Baptistæ capite Romano,
Angeliaco, Ambianensi (ipso olim Constantinopoli-
tano); qua de re, ad narrationem de inventionem
corporis ejusdem Stephani, et translationem Con-
stantinopolim, Constantino imperatore et Metro-
phane episcopo: quod denique in Magdalena Yeze-

νόματος ἢ δῆλωσις· Δίδυμος δὲ κεκληθῆσθαι, τῷ μὴ
μόνον, μεθ' ἑτέρου δὲ τοῦτον ἐκ μιᾶς ἀποτεχθῆναι
γαστρός.

Οὗτος ὡσπερ εἰς οὐρανὸν ἐπίγειον τὸν αὐτοῦ
ναόν (22) ἐκκλησιάζων τὰ συστήματα τῶν πιστῶν,
καὶ πνευματικὴν πανδαισίαν τὰ οἰκεία θαύματα καὶ
κατορθώματα προτιθεὶς, πᾶσαν ἐστιᾶ φιλοτίμως καὶ
κατατέρπει ψυχὴν· οὐ τῷ σώματι καθοριόμενος,
ἀλλὰ τῷ πνεύματι πιστευόμενος· οὐδ' ἐνὶ τόπῳ πε-
ριγραφόμενος, ὡς τὰ σώματα· ταῖς ἀπανταχοῦ δὲ τῆς
οἰκουμένης Ἐκκλησίαις, ἅτε πνεῦμα ὢν θεῖον, ὡς
Πνεύματι Θεοῦ γεννηθεὶς, τὴν νοητὴν ἡλιασολῶν χά-
ριν, καὶ πάσης θυμηδίας πληρῶν, καὶ διὰ τῆς τῶν
ιδίων ἔργων ἐκλάμψεως ἢ ὑμνήσεως δοξάζων τὸν
Πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ εἰ περιῶν ἐτι τῷ
βίῳ καὶ τῷ σαρκίῳ, οὐκ ἄλλο τι ἢ δόξαν ἐν τε λόγοις
καὶ ἔργοις κατειργάζετο τῷ Πατρὶ, πολλῷ μᾶλλον
τοῦ σώματος ἀπολυθεὶς, καὶ τῷ πνεύματι Θεῷ συγ-
κραθεὶς, ἀκαμάτως τε καὶ ἀχρόως, οἷά τις οὐράνιος
κῆρς, τὴν οἰκουμένην διῶν, καὶ ἀνωθεν πάντας ἅμα
καταθεωρῶν· πρὸς ἑκαινόν τε καὶ δόξαν, διὰ τῆς τῶν
οἰκείων ἔργων καὶ παθῶν μνήμης, ἀναπτέρῳσαι
Θεοῦ.

Οὗτος γὰρ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς, σύμ-
μορφος ἕσσεσθαι τῆς εἰκόνος τοῦ Μονογενοῦς ἔγνω-
σμένος καὶ προωρισμένος, ἐπειδὴ τῆς ἐπιφανείας ἡ
χρόνος παρῆν, καὶ ὁ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς
παρυστήκει καιρὸς, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτὸς, εἰς
τὴν Ἰερὴν ἐκείνην ἀπήντησε κλήσιν· καὶ κληθεὶς, οὐ
παρητήσατο κατὰ τοὺς βραθύμους τὸν κεκληχότα·
οὐδ' ἐπήκουσε μὲν, ἄχρι δὲ καιροῦ παραμείνας, εἰς
τὰ ὀπίσω κατὰ τοὺς ὀλιγοπίστους παλινοστέλ· οὐδ'

liacensi et nostra Sanmaximiana provinciæ Phocen-
sis; recentiorique exemplo in S. Vincentii Ferrerii
alio alioque corpore Venetiis in Britannia, ne quid
dicam de Vincentio levita Valentino in Hispania
adhuc exstante, et Novempopulaniam apud Castras
translato: quo loco venerationem habebat sancti
Patris Dominici ætate, ipso eodem illius pio cultore,
habuitque apud meos Prædicatores, translata ad
eos æde illi sacra ac basilica, donec Calviniana
rabie erepto deposito ac disturbato, ejus fidi cu-
stodes FF. mei illius domus Prædicatores ad unum
necati et in puteum projecti, martyres et ipsi con-
secrati sunt: novaque excitata basilica ac conven-
tu, ex eodem puteo in eam illata nuper, pia fidelium
fratrumque religione, ipsorum pignora; quibus fi-
dem faceret, nedum ipsa vicens constansque tradi-
tio, sed et auctoris æqualis certa sinceraque narra-
tio, faciente copiam integerrimo senatore annosa
probitate (ipsaque avita in senatu Tolosano) cl.
viro D. Mazonot. Qua tanta nostrorum aliorumque
catholicorum in ea urbe strage, aiebat ille referre
auctorem, oppidanos Calvinianos deterritos, mala-
que sibi omnia ominatos, nec vana conjectura, uti
ille aliquot in eam rem adductis, quæ illis sinistra
contigerunt, se conficere existimat. Ea in re te-
nenda Prætoris lex, ut ipse alibi monet Baron.:
Qui tenet, teneat, omninoque cavendum ne istius-
modi obrepant, aliaque aliis subdantur sanctorum
pignora, vel etiam ipsa non sancta: in quibus etsi
non perit, nutat tamen vera religio ac pietas Chri-
stiana.

ἐμμένει μὲν ἄχρι τέλους, ἐλάττονος δὲ χάριτος ἢ **A** **fert**⁴²; vel manet quidem usque in finem, minorem tamen gratiam aut claritatem nanciscitur apud summum omnium Regem, quam unus quis ex coryphæis? Quinimo sicut vocationis, electionis, comitalus, divini coram Deique ac Verbi, illique patrum conspectus, ipsiusque ex ejus ore sublimium mysteriorum auditionis, vivificarum item societatis passionum, mystici pelvis, panis, crucis, sepulturæ, resurrectionis, illam secutæ apparitionis, Filii ad Patrem in cœlos receptionis, Spiritusque postea per eum impartitionis; sic plane etiam magnifici ad gentes apostolatus, signorumque ac prodigiorum; Evangelii denique claræ prædicationis, cum primis pariter summisque apostolis particeps fuit.

Ὡςπερ οὖν ἐν τούτοις, οὐδὲν Ἀνδρέου καὶ Πέτρου, **B** καὶ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου ἀπελείφθη Θωμᾶς, οὕτω καὶ τοῦ τέλους συστοίχου τοῖς πρώτοις ἐπιτετυχῶς, ἀκολούθως καὶ δόξης ἐκείνοις τῆς αὐτῆς, καὶ ἰσῆς παρὰ τῷ διδασκάλῳ καὶ Θεῷ τετυχήκει τιμῆς· εἰ μὴ τις αὐτοῦ τὴν μετὰ τὸν σταυρὸν, καὶ τὴν ἀνάστασιν ἀμφιβολίαν ἢ διψυχίαν, ὑφέσεως τρόπον ὑπολάβοι, κακῶς ὑπονοῶν, καὶ οὐκ ἐν συνέσει τὰ θεῖα διακρίνειν εἰδῶς. Ὡςπερ γὰρ ὑπερβολῇ θερμότητος χροῖμενος ὁ Πέτρος, ἀρνήσασθαι συνεχωρήθη, ὡς ἂν αὐτὸς τε μετριώτερος ἑαυτοῦ γένηται καὶ ἀσφαλέστερος· ἀσφαλείας δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπόθεσις ἢ τριπλῆ τούτου μετὰ τὴν ἀρνήσιν ὁμολογία καταστῆ· κοινὸν γὰρ ὡςπερ τὸ ἦτημα, οὕτω πάντων ἐγένετο καὶ τὸ προτέρημα· οὕτω καὶ ὁ Δίδυμος, πλείονα τὴν θέρμην **C** καὶ τὴν περὶ τὸν διδάσκαλον προθυμίαν ἔχων, περιπέπτωκεν ἀμφιβολίᾳ, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων τοῖς λογισμοῖς διεκρίθη περὶ τὴν ἀνάστασιν, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς ἑαυτοῦ πραϋτερος καταστῆ, καὶ διὰ τῆς ἐνστάσεως ἀκριθέστερον βεβαιωθείς, βεβαιωτέραν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐμποιήσειε πίστιν.

Καὶ γὰρ ἔδει τυχὸν ἐκεῖ πρῶτον πολυπραγμονηθῆναι τὸ μυστήριον· καὶ δοκιμασθεῖσαν οὕτω τοῦ Εὐαγγελίου τὴν ἀλήθειαν, ἀναμφίλεκτον τοῖς ἔθνεσι παραδοθῆναι. Ἠρέμα μὲν οὖν διχόνοια καὶ τῶν λοιπῶν τὰς καρδίας διικνουμένη μαθητῶν, οὐκ εὐαγεῖς ἀνεκίνει λογισμοὺς· καὶ φαντασίαν εἶναι τὸ δρώμενον ὑπέβαλεν. Ἄλλ' οἱ μὲν δειλίᾳ τὴν ἀκριβολογίαν παρακλέπτοντες, ἠνείχοντο πυρπολεῖσθαι τε καὶ μερῖζεσθαι τὸν νοῦν. Σὺ δὲ, ὦ γενναϊότατε καὶ θερμό- **D** **tate** τῆς ἀληθείας ἐρευνητᾶ, οὐ φιλοῖς τῶν ἐπαγγελ- λόντων λόγοις παραδέξασθαι δεῖν φήθης τὴν ἀνάστασιν· σφαλερὸν γὰρ· οὐδ' ὄψει μόνη καταπιστεῦσαι τὸ μυστήριον· ὑποπτον γὰρ, ὡς καὶ ἀγγέλων τινῶν εἰς εἶδος τοῦ ποθουμένου μορφοῦσθαι πολλάκις δυναμένων· ὡςπερ δὲ τὸν θάνατον καὶ τὴν ταφὴν τοῦ Ἰησοῦ, δι' αὐτῆς ὄψεως καὶ πείρας ἔγνωσ, οὕτω δὲ καὶ τὴν ἀνάστασιν ἀναντιρρήτον ἑαυτῷ τε πρῶτον, καὶ πᾶσι κατασκευάσασθαι βουλόμενος, τὴν διὰ τῆς πείρας ἀπήτησας πληροφορίαν· καὶ τοὺς ἐν χερσὶ καὶ ποσὶ τύπους τῶν ἤλων, καὶ τῆς πανορίας πλευρᾶς τὴν νυγὴν, τοῦ παθόντος σώματος ὡς ἀληθῶς

tamen gratiam aut claritatem nanciscitur apud summum omnium Regem, quam unus quis ex coryphæis? Quinimo sicut vocationis, electionis, comitalus, divini coram Deique ac Verbi, illique patrum conspectus, ipsiusque ex ejus ore sublimium mysteriorum auditionis, vivificarum item societatis passionum, mystici pelvis, panis, crucis, sepulturæ, resurrectionis, illam secutæ apparitionis, Filii ad Patrem in cœlos receptionis, Spiritusque postea per eum impartitionis; sic plane etiam magnifici ad gentes apostolatus, signorumque ac prodigiorum; Evangelii denique claræ prædicationis, cum primis pariter summisque apostolis particeps fuit.

Quemadmodum igitur ea parte Thomas, nihil Andrea et Petro et illis Zebedæi minus habuit, sic et finem primis illis consimilem natus; proinde etiam eadem ac illi claritatem, paremque honorem apud magistrum Deumque promeruit. Nisi quis forte eo deteriore minoremque putaverat, quod post crucem ac resurrectionem, dubius animique anceps exstiterit; male scilicet opinans, ac qui divina prudenter discernere et judicio expendere haudquam norit. Quemadmodum enim Petrus excellenti fervore negare permissus est, ut tum ipse modestior cautiorque redderetur, tumque ejus post negationem trina confessio, cautionis, ac remedii ratio reliquis foret (communis enim sicut clades, sic et universorum fuit victoria): ita quoque Didymus, majori fervore inque Magistrum alacritate pollens, in dubietatem incidit, ac plus reliquis de resurrectione anceps fuit, ut et ipse lenior benigniorque evaderet, animique contentiosioris pugna plenius confirmatus, firmiorem perinde reliquis fidem ingereret.

Forte enim operæ pretium erat, ut illic primum mysterium curiosius exploraretur, inque eum modum probata Evangelii veritas, indubitata gentibus traderetur. Sane vero etiam reliquorum discipulorum animos sensim pervadens dubietas, haud par in eis ac religiosas cogitationes movebat, spectrumque inane esse suggerebat, id quod oculis cernebatur; verum illi quidem, formidine accuratam fallente rationem, animo incendi, ac partibus secari sustinebant⁴⁴. Tu vero, generosissime ferventissimeque veritatis indagator, non nudis referentium vocibus recipiendam resurrectionem duxisti (quippe res fallax, nec tuta satis), nec solis obtutibus credendam mysterii fidem existimasti (nam et hoc suspectum, cum et angeli non raro desiderati formam induere possint), quin sicut Jesu mortem ac sepulturam ipso aspectu ac experimento usurpaveras, sic quoque resurrectionem, tum ipse tibi primum, tum reliquis omnibus incontestabilem reddere studens, ipso rei experimento illius tibi certo præstandam fidem flagitasti: vereque susci

⁴² Joan. vi, 66. ⁴⁴ Luc. xxiv, 36; Marc. xvi, 14.

lati ejus corporis, quod passum erat atque mortuum, certa indicia statuens, clavorum in manibus pedibusque apertas cicatrices; beatissimique lateris lanceæ fassionem, mox ac contrectasses, beatam *meus et Deus meus* ¹¹.

O sanctam vocem sancto Spiritu sanctissime prolatam! quæ scilicet apostolorum mentes constabilivit, dubietatem curavit, firma cunctos fide composuit. O brevem vocem, magnam in se virtutem habentem! quæ videlicet profligatis hæreticis, rectæ omnem fidei regulam illustret. *Dominus meus et Deus meus!* Non alius Dominus, atque alius Deus. Non alius qui palpatur, alius qui omnem tactum fugit; sed qui assumptæ carnis ratione comprehensus Dominus, is ipse Deus meus, natura deitatis omnino absolutus et incomprehensus; qui personæ ratione singulariter; gemine, spectata natura videatur atque credatur. Sic Christum scire velut tessera divinus edicat Apostolus: ac sicut Petrus ante passionem et resurrectionem, ita hic quoque Christo jam suscitato, quod in illo unum est ac duplex prædicabat: quorum Dominus accuratam confessionem ratam habens, suam in ea firma basi constabilivit Ecclesiam.

ἀπαρνεῖσθαι μὲν πᾶσαν τὴν παρεπομένην ἐξωθεν ἁ
 πέρουςίαν· ἀπαρνεῖσθαι δὲ καὶ πᾶσαν τὴν κατὰ
 σάρκα φιλότητα τοῦ συγγενοῦς· πρὸς δὲ, καὶ τοῦ
 οἰκείου θελήματος ἀπηλλοτριῶσθαι τῆς ψυχῆς. Μό-
 λις γὰρ ἀνοῦτω δύνασθαι συχοῖς ὅτι μάλιστα πό-
 νοις, καὶ γνησίᾳ τῇ τῶν θείων μελέτῃ καὶ φιλοπονίᾳ
 τῷ ἀγαθῷ τοῦ Θεοῦ θελήματι σχολάσαι, καὶ ἐν
 αὐτῷ κατορθωθῆναι, καὶ τῷ ἐπιθυμουμένῳ τῆς τῶν
 οὐρανῶν βασιλείας δι' αὐτοῦ προσορμίσει καταντή-
 ματι. Ἐπειδὴ οὖν τοῦτον εἶναι τὸν νόμον τοῦ πνεύ-
 ματος ὁ θεὸς Ἰάκωβος πρὸς αὐτῆς ἐπακήκοε τῆς
 ἀληθείας, οὐκ ἀπεκναίσθη τὴν ἀκοήν· οὐκ ἐδαρύνθη
 τὴν καρδίαν· οὐ πρὸς τὸ ὕψος ἰλιγγίασε τῆς ἐντολῆς·
 ἐμφύτῳ δὲ πόθῳ πρὸς τὸν ἐντελλόμενον τὰ σωτήρια
 ἀναπτέρωθεις ἐξίσταται μὲν εὐθύς παντὸς κτήματος
 καὶ χρήματος, ὅσα τούτῳ προσῆν· ἐξίσταται δὲ
 οἰκείων, γονέων, ἀδελφῶν, συγγενῶν, φίλων, καὶ
 πάντων ὅσοι τούτῳ κατὰ σῶμα προσήκοντες· καὶ τέ-
 λος, τὴν ἰδίαν ἀπηρνημένος ψυχὴν, καὶ παντὸς χα-
 μαιζήλου καὶ πεζίου θελήματος ἀλλοτριούμενος,
 μόνον ἀνέπνει τὸν Ἰησοῦν, μόνον ἐζητῶν τὸν Ἰησοῦν.
 Πρὸς Χριστὸν μόνον ἀπῆώρητο, πρὸς Χριστὸν ἀν-
 κτείνεται τὸν νοῦν. Ὅλος ἐπέστραπτο πρὸς Χριστόν·
 αὐτοῦ ὅλος ἦν, καὶ οὐχ ἑαυτοῦ. Αὐτὸν εἶχε Θεόν, Κύ-
 ριον, διδάσκαλον, βασιλέα, ποιμένα, Πατέρα, Σωτή-
 ρα καὶ καθηγεμόνα. Αὐτὸν τῆς οἰκείας ἐπίστευε
 ψυχῆς εἶναι φῶς καὶ ζωὴν, ἀγιασμὸν καὶ ἀπολύτρω-
 σιν, σωτηρίαν καὶ δικαίωσιν. Αὐτὸν εἶχεν ἐξουσίαν
 καὶ κεφαλὴν· ὅθεν καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ διηνεκῶς
 ἐν αὐτῷ. Νοεῶς γὰρ αὐτὸν καὶ ἀδιαλείπτως ἐν-
 ωπτρίζετο. Τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ τὸν Ἐκκλησιαστήν
 παραδηλοῦν, τοῦ σοφοῦ, λέγοντα, τοὺς ὀφθαλ-
 μοὺς εἶναι ἐν τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ, τὸν ἄφρονα
 δὲ πορεύεσθαι ἐν σκότει.

Ὡσπερ οὖν τῶν σωμάτων τὰ διαφανέστατα, ὅλα
 δι' ὅλου τῆς ἡλιακῆς ἀκτίνος, αὐτὰ τε κατὰ βάθος
 πληρούμενα, καὶ ταῖς πλησίον μεταδίδουσι τοῦ φωτι-
 σμοῦ, οὕτω καὶ αὐτὸς, ὃ θεόπτα, ταῖς ἀκτίσι τοῦ νοη-
 τοῦ τῆς δικαιοσύνης· Ἡλίου προσεσχηκῶς, καὶ τῆς αὐ-
 τοῦ χάριτος ὅλος δι' ὅλου πλησθεὶς, καὶ διειδεδστάτη
 διανοία κατὰ βάθος, ὅλον τὸ θεαρχικὸν φέγγος
 σημειωθεὶς, καὶ αὐτόχρημα φῶς κατὰ μέθεξιν ὑπαρ-
 φοῦ γεγονῶς, πᾶσιν ἔθνεσι ἐχηρημάτισας φωτισμός.

Τοίνυν μαχαρίζω σου τὸ σῶμα, τὸ ἱερὸν σκῆνωμα
 δόξης τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, καὶ ἀγιότευκτον ἀγια-
 στήριον (25) τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος ὄργανον
 παναρμόνιον καθεστῶς. Ὑμνῶ τὴν ψυχὴν, ἐν ἣ
 εὐδόκησεν ὁ Πατήρ, ἣν ἠρέτισεν ὁ Μονογενὴς, ἐφ'
 ἣ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον θαυμαστῶς ἐπανεπαύσατο.
 Δοξάζω τὸν πολύφωτον, τὸν πανθέωρον (26), τὸν
 οὐράνιον νοῦν· τὸν τῆς ὑπεραγνώστου καὶ ὑπερφανοῦς

discipuli vero lex habebatur, omnem quæ exterius
 comes venit abnegare bonorum copiam; omnemque
 eorum qui sanguinis necessitudine conjuncti sunt, ab-
 negare amicitiam; ad hæc vero ipsam etiam animi
 propriam abdicare voluntatem. Sic enim vix quam
 maxime crebris laboribus, veraque rerum divina-
 rum meditatione ac studio, Dei posse vacare volun-
 tati, inque ea felici exitu enitere, ac desiderato
 occurso cælorum regnum obtinere. Hanc itaque
 Spiritus legem divinus Jacobus ex ipsa veritate
 cum audisset, non auditu offensus, non corde gra-
 vatus est, non mandati sublimitate animo illi hæ-
 rente percussus; quin innato desiderio in eum
 prævolans, qui ea quæ salutis essent, præcipiebat,
 a cunctis statim quæ in censu ac numerato erant,
 abscedit: a necessariis, parentibus, fratribus, cog-
 natis, amicis cunctisque illis qui ex genere quo-
 vis modo illum contingebant, sese abjungit: ipsa
 postremo anima abnegata, omnique humili ac ver-
 gente abdicata voluntate, unicum Jesum spirabat,
 Jesum unicum vivebat; in eum Christum suspen-
 sus, mente in Christum intentus, totus in Christum
 conversus erat: illius totus, non sui ipse erat: ipsum
 Deum Dominum, magistrum, regem, pasto-
 rem, Patrem, Salvatorem ac præceptorem habebat.
 Sux eum credebat animæ lucem ac vitam, sanctifi-
 cationem ac redemptionem, salutem ac justifica-
 tionem. Ipsum potestatem et caput habebat; unde
 etiam in eo jugiter ipsius oculi erant⁵⁵: mentis
 enim præsentia indesinenter, ut in speculo, eum
 contuebatur. Idque ipsum arbitror Ecclesiastem
 innuere, cum ait: *Sapientis oculi in capite ejus, in-
 cipiens autem ambulat in tenebris*⁵⁷.

Quemadmodum igitur corpora longe pellucida,
 tota prorsus altoque sinu, solari radio plena, lucis
 fulgores etiam vicinis impartunt: sic tu quoque
 (Dei ipse oculis inspector) spiritualis justitiæ Solis
 radiis cum adhæsisisses, ejusque totus gratia prorsus
 confertus, limpidissimaque mente toto alte divino
 fulgore imbutus, luxque reipsa, eximia quadam
 participatione effectus esses, cunctis gentibus illu-
 minatio audisti.

Beatum itaque prædico sacrum corpus tuum,
 Dei ac Patris gloriæ tabernaculum; Filii sacrosan-
 ctum sanctuarium⁵⁶, Spiritus sancti organum con-
 cinnissimum. Laudo animam ac cano, in qua Patri
 complacuit, quam elegit Unigenitus; in qua Spiritus
 sanctus mirabiliter requievit. Mentem cerebro
 fulgoris copia undique lucidam, omnia contuentem
 atque cælestem: animum supra quam ignota,

⁵⁵ I Cor. II, 10. ⁵⁷ Eccl. II, 14. ⁵⁶ Ephes. I, 17.

(25) Ἀγιότευκτον ἀγιαστήριον. Quasi sanctitate
 concretum ac fabricatum, totumque sanctum, ac
 quod reddebam, sacrosanctum sanctuarium; eadem
 forma est, νεότευκτος, recentis fabricæ, et simi-
 lia. Sic τευκτός Hesych. et Suid. κατασκευα-
 στός.

(26) Τὸν πολύφωτον, τὸν πανθέωρον. Nota hæ

voces compositionis, et quidem de mente, seu ani-
 mo, dietæ. Alias τὸ πολύφωτον de candelabro, in
 quo sint multe lucernæ. Sic itaque mens πολύφω-
 τος, quasi undique lucis fulgoribus micans, tota
 lucida, hincque adeo πανθέωρος, perspicacissima
 cunctaque intelligens, cum omnia manifestentur a
 luce.

omnemque lucis splendorem vincentis ac trine lucentis summæ Deitatis contubernalem ac spectatorem. Tuum præterea, ter beatissime, magnifico et adoro et complector ac saluto spiritum⁵⁹, quod Domino Spiritu affatim repletus, atque in eo mystice renatus, spiritusque *intelligens, sanctus* progignentis similitudine factus⁶⁰, in ipso ipsum supersubstantialiter agnovisti, uti et agnitus es⁶¹: ac, quâ illi necessitudine conjunctus es, universa supergressus, mundoque superiorem statum consecutus, divinoque affatim, nullo medio, fruens colloquio, ad divinam paternamque mensam velut charissimus illius admissus es⁶², cum eo qui primo vereque atque natura Filius charissimus est, recumbens⁶³.

Ac sicut pro ea, quæ in mortali prius corpore communis cum illo vitæ ratio super terram fuit, convescens, ei contubernalis, omni que modo cum illo agens versansque ac ei assiduus, sublimiumque secretorum dignus habitus, mirabilium operum spectator sermonumque ac doctrinæ fidelissimus auditor, probrorumque et crucis ac salutarium passionum socius, resurrectionisque atque in cælum receptionis, divinissimique Spiritus pari ac Petrus Andreasque ac tonitruï Filii munere particeps exististi: sic rursus postea post longos Evangelii labores, omnisque generis angustias et ærumnas⁶⁴, post terra marique circuitus ac jactationes, Judæorum persecutiones, gentium insultus et coitiones, injurias, verbera, impiorumque omnium insidias: post denique crucem, ejus gratia qui ipse actus in crucem est, terræ quidem in sanctificationem, sanctificato corpore derelicto, e terra vero cum gloria angelisque stipantibus, spiritu ad Deum assumptus, pureque cum Domino tuo, et Deo tuo, et Rege tuo (o beatitatem! o jucunditatem!) versans, immortalis nullisque verbis explicabilis claritatis compos, æternam cum illo vitam atque honorem adeptus es⁶⁵.

⁵⁹ II Cor. iii, 17. ⁶⁰ Sap. vii, 23. ⁶¹ I Cor. xiii, 12. ⁶² Luc. xxii, 30. ⁶³ Matth. iii, 17; xvii, 5. ⁶⁴ Act. i, 4. ⁶⁵ Joan. xx, 28.

(27) *Υπερφανούς και τριφανούς θεαρχίας. Ambo hæc opposita τῷ, ὑπεραγνώστου. Hincque adeo Deitas ὑπεράγνωστος, occultissima ignotissimaque, quod eximia trinaque claritate ac splendore, vim omnem intellectus creati superat, nec aliter quid est sciri potest, quam in ipso ejus lumine, dante ipsam potentiam videndi Deum quasi formalem, ac elevantem, quod in creatura radicale activum ac vitale est.

(28) Συναλιζόμενος, συνδιαιτώμενος. Alteram altera voce Nicetas videtur exponere. Utraque enim et congregationem seu contubernium, ac convivium communemque mensam sonat, quomodo vetus interpr. convescens, sereque Patres, Chrysost. ad eum locum, et post eum Theophyl., συντυλιζέτο, τουτέστι, κοινωνῶν ἁλῶν καὶ κοινωνῶν τραπέζης, communi sale et mensa cum eis utens: ut nempe per effectum comestionis, veritas patesceret carnis, ut ait Greg. in hom. Sicque sæpius apud Lucam et Joan. per comestionem comprobasse resurrectionem suam Dominum legimus; Hieron ad Hedibiam 7, Hesych. in Levit. viii, etc. Meritoque Zuger,

Α τε και τριφανούς θεαρχίας (27) ὑψηλότατον ὁμιλητὴν και θεωρητὴν. Μεγαλύνω σου πρὸς τούτοις, ὦ τρισμακαριώτατε, και προσκυνῶ και ἀσπάζομαι τὸ πνεῦμα, ὅτι τοῦ Κυρίου Πνεύματος κατακόρως ἀναπλησθεὶς, και ἐν αὐτῷ μυστικῶς ἀνατεχθεὶς, και πνεῦμα νοερὸν ἄγιον κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ γεγεννηχότος γεγεννημένος, ἐν αὐτῷ τὸν ὑπερούσιον ὑπερουσίως ἐπέγνως, καθὼς και ἐπεγνώσθης· και τῇ πρὸς αὐτὸν οἰκειότητι, τῶν ὄλων ὑπερναθάς, και τῆς ὑπερχοσμίου καταστάσεως ἀξιούμενος, και τῆς θεαρχικῆς ὁμιλίας ἀμέσως ἐμφορούμενος, τῆς Δεσποτικῆς τραπέζης ὡς ἀγαπητὸς Υἱὸς κατηξιώθης και πατρικῆς, μετὰ τοῦ πρώτως και ἔντως ἀγαπητοῦ και φύσει κατακλινόμενος Υἱοῦ.

Β Καὶ ὡσπερ κατὰ τὴν ἐν τῷ θνητῷ σώματι συναστροφὴν πρότερον ἐπὶ γῆς συναλιζόμενος, συνδιαιτώμενος (28), και πάντα τρόπον συνδιάγων αὐτῷ και συνῶν, και τῶν ὑψηλῶν μυστηρίων καταξιούμενος, τῶν θαυμασίων ἔργων ἤσθα θεωρητῆς, και τῶν λόγων πιστότατος ἀκροατῆς, και τῶν ὀνειδισμῶν και τοῦ σταυροῦ και τῶν σωτηρίων παθῶν κοινωνός, και τῆς ἀναστάσεως και τῆς ἀναλήψεως, και τοῦ θεαρχικωτάτου Πνεύματος μέτοχος Ἰσα Πέτρου και Ἀνδρέου, και τῶν τῆς βροντῆς κεχηρημάτικας υἱῶν· οὕτως ὑπερον πάλιν μετὰ τοὺς μακροὺς ὑπὲρ Εὐαγγελίου πόνους, μετὰ τὰς παντοδαπὰς ἀγωνίας και ταλαιπωρίας, μετὰ τὰς κατὰ γῆν και θάλασσαν περιόδους και περιφορὰς, τὰς τῶν Ἰουδαίων διώξεις, τὰς τῶν ἔθνῶν ἐπαναστάσεις, τὰς ἐπηρείας, τὰς αἰχίας, και πάσας τῶν εὐσεβῶν τὰς ἐπιβουλάς· και μετὰ τὸν ὑπὲρ τοῦ ἐσταυρωμένου σταυρῶν, τῇ γῆ μὲν ἀγιασμὸν τὸ ἡγιασμένον σῶμα λιπῶν· τῷ πνεύματι δὲ γῆθεν ἀναληφθεὶς, μετὰ δόξης και δορυφορίας ἀγγέλων πρὸς τὸν Θεόν, και ἀκραίφνως τῷ Κυρίῳ σου και Θεῷ σου και Βασιλεῖ σου (ὦ τῆς μακαριότητος! ὦ τῆς τερπνότητος!) προσωμιληχῶς, τῆς ἀκηράτου και ἀφράστου δόξης ἐντός, και τῆς αἰωνίου μετ' αὐτοῦ κατηξιώθης ζωῆς και τιμῆς.

multis fratrum hac parte modestior, quorum nobis auctoritas, inquit, pluris esse debet quam recentiorum, Erasmi scilicet, Grotii, etc. Sic quoque interpretes Syriac., cumque comedisset cum eis panem, Æthiop., et prandens cum eis. Durius Arab. nec satis perspecta vi Græcæ vocis, cum se congregasset. Sane cum voces rebus servire debeant, possitque illa vox de communi usu sibi et potus intelligi, qui ferè comes esset ejus quasi contubernii quod Dominus cum suis habebat per dies quadraginta suæ resurrectionis, subinde illis apparens, ac vel in eam rem eos congregans, vel illis congregatis sese inferens, ut sæpius legimus in sacris Evangeliiis (maximoque argumento erat ejus suscitatae carnis, ut et Petrus id potissimum attulerit Act. x, 41: *Dedit eum manifestum fieri, testibus præordinatis a Deo; nobis qui manducavimus et bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis*), optime veteres sic expresse runt et reddiderunt; a quibus religio est discedere, ut sibi placentes Græci sermonis peritia aliqua grammaticos sequamur magis quam theologos.

Ἄλλὰ γὰρ ἔλαθεν ὁ λόγος, ὡς περ ἵππος ὠκύτατος ἄν ἀναβάτην συνηρπακίως· καὶ πρὸ τῶν ἀγώνων ὑπαγορεύων τοὺς στεφάνους. Ἄλλὰ μὴ θαυμάσητε τῆς ταχύτητος. Τρόπον γὰρ ἀστραπῆς ἐξάπινα τὴν οἰκουμένην περιαιουάζουσης ὄλην, καὶ πρὸς ἑαυτὴν θάπτει ἀνακαμπτούσης λόγου, οὕτως ἡ ἀποστολικὴ χάρις, ἀθρόως τὰς τῶν ἐθνῶν καρδίας περιλάμπουσα, καὶ ἀχρόνως τὴν αὐτῆς δύναμιν ἀπαστράπτουσα, τρόπον τινὰ ἑαυτῆς τε ἔξω γίνεται, καὶ εἰς ἑαυτὴν ἀΐθις ἀνακύπτει. Καθὼς οὖν οἶός τε ἐστὶ, καὶ ὁ περὶ τῶν θεῶν λόγος, τῇ τῶν ὑμνουμένων ὑπ' αὐτοῦ πραγμάτων ἰσομοιοῦσθαι γοργότητι, ἦτοι θεϊότητι πειράται· καὶ ὡς περ αἱ ὁδοὶ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐν θαλάσῃ, καὶ αἱ τρίβοι αὐτῆς ἐν ὕδασι διὰ τὸ ἀκατάληπτον ὑμνῆνται πολλοῖς, καὶ τὰ ἴχνη οὐκ ἐπιγιγνώσκονται· οὕτω καὶ τῶν τῆς σοφίας τέκνων, τῶν πανολβίων, λέγω, Χριστοῦ μαθητῶν, δυσθεώρητοι μὲν αἱ ὁδοί, ἀνεπίγνωστοι δὲ πρὸς ἀκρίθειαν αἱ πράξεις· καὶ πάντα νοῦν, καὶ πάντα λόγον ἀνθρώπινον αἱ τούτων ὑπερεχθαίνουσι μεγαλουργαί.

Ὅθεν καὶ ἡμῖν ὁ λόγος τῷ τῆς ὑποθέσεως ἀνεφίκτη συστελλόμενος, μακρὰν χαίρειν τῇ μακρηγορίᾳ φησίν. Ἄμμον γὰρ, ὡς τὰ Λόγια φησίν, *θαλασσῶν, ἢ ὕδατος σταγόνας, ἢ ἡμέρας αἰῶνος, τίς ἐξαριθμήσει;* Ἄβυσσον δὲ θαυμάτων, καὶ τοῦ θεοπτικωτάτου σοφίαν Ἰακώβου, διδασκαλίας τε οὐρανίας, καὶ θεολογίας βυθοῦς, τίς ἐξιχνιάσει; τίς τῶν δαιμόνων τὴν καθάρσιν καὶ ἀποδιώξιν, τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν καὶ νόσων τὴν ἰασίν καὶ ἀφαίρεσιν, τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, τῶν χωλῶν τὴν ἀνάδρῳσιν, τῶν τυφλῶν τὴν ἀνάβλεψιν, καὶ πάσης πηρώσεως σώματος τὰς ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ θεραπείας ἀναγράψαι; Τίς τὰς μακρὰς ὁδοιπορίας, τὰς ἀκαταστασίας (29), σοὺς κινδύνους, τὰς πολυτρόπους ἐπαναστάσεις καὶ ἐπαγωγὰς τῶν Ἑλληνιστῶν; ὅσα ἐν Ἐλευθεροπόλει παρὰ τῶν τῆς ἀσεβείας ἀνέσχευεν ὑπασιπτῶν· ὅσα ἐν Γάζῃ καὶ Τύρῳ, καὶ ταῖς ἐχομέναις τῶν ἀλλοφύλων κωμοπόλεσιν, ἐν αἷς ὁ τρισμακαριώτατος εὐηγγελίζετο τὸν Χριστόν; Τίς τὰ πλήθη τῶν δι' αὐτοῦ Χριστῷ προσαγομένων, καὶ ὕδατι καὶ Πνεύματι καθαιρομένων καὶ φωτιζομένων· καὶ διὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἱερέων καθισταμένων καὶ ἀρχιερέων εἰς ἐκκλησίας τῷ Ὑπεραγίῳ καταρτιζομένων; Τίς ταῦτα, καὶ τὰ τούτοις ἐπόμενα τῆς ἀληθογνωσίας ἦτοι θεοσεβείας ῥήματα καὶ πράγματα διασαφῆσαι λόγος; Οὐδὲ μὴδ' ἡμέρας ἀποστολικὴν θεολογίαν καὶ πράξιν θεοτελῆ δύναται ἂν λόγος εἰς ἀκρίθειαν διειπεῖν, μὴ ὅτι γε πάντα καθεξῆς ὑμῆσαι, ὅσα μακροῖς ἔτεσιν ἐν τῷ Παρακλήτῳ κατεργάσατο.

Enimvero equi instar perniciosissimi imprudens oratio longe sessorem corripuit; ac ante certamina, coronas edisserit. Ne vos tamen celeritatis admiratio teneat. Fulguris enim in morem, totum repente orbem circumfulgentis, atque in seipsum dicto citius recurrentis; sic apostolica gratiæ gentium repente circumillustrans pectora, momentoque vim suam effulgurans, tum extra se quodammodo exit, tum rursus in seipsam subsilit. Quoad ergo per facultatem licet et ipsa de divinis instituta oratio, rerum quas laudat incitationem ac vivacitatem (divinitatem scilicet) æmulari contendit. Ac sicut divinæ sapientiæ viæ in mari, ejusque semitæ in aquis, eo quod vulgo comprehendi non possint, laudantur, et vestigia non cognoscuntur: sic quoque filiorum sapientiæ (beatissimorum scilicet Christi discipulorum) viæ intellectu difficiles, ignotæque (quam ut exacte quis percipiat) actiones: illorum denique magnifica opera, omnem humanam orationem excedunt ac rationem ⁶².

Quamobrem etiam nobis, præ argumenti dignitate, quam nemo facile assequi possit, ipsa se contrahens oratio, prolixæ loquacitati longum vale dicit. *Arenam enim (aiunt divina oracula) marium, aut pluviae guttas, vel dies sæculi, quis enumerabit* ⁶³? Abyssum vero miraculorum, divinorumque scientia perspicacissimi Jacobi sapientiam, cœlestisque doctrinæ ac Theologiæ profunda, quis investigabit? profligationem dæmonum et expulsionem; humanarum passionum morborumque curationem ac amotionem; mortuorum suscitationem, claudorum firmatas bases, visum cæcis redditum, depulsam omnem Jesu nomine corporum labem, quis possit conscribere? Quis longa itinera, incertis sedibus locisque jactationes, pericula, Græcorum multiplies insultus et grassationes? quanta vir beatissimus Eleutheropoli ab impietatis defensoribus sustinuit; quanta Gazæ et Tyri, vicinisque alienigenarum urbibus atque oppidis, ubi is Christum prædicavit? Quis eorum multitudinem qui per eum Christo accedebant, atque aqua et Spiritu emundabantur ac illuminabantur; quique demum per sacerdotes et episcopos ab illo constitutos in Ecclesia, Deo qui omnem excedit sanctitatem, perficiebantur? Quis hæc atque his sequentia veræ scientiæ (id est, pietatis) verba factaque sermo queat explanare? Ne vel unius diei apostolicam prædicationem Deique munere perfectam actionem accurate possit oratio enarrare, nedum cuncta ordine, longa annorum serie illi in Paraclito gesta, laudare.

⁶² Psal. lxxvi, 20. ⁶³ Eccl. i, 2.

(29) *Τὰς ἀκαταστασίας.* Alius usus hujus vocis, Paulo I Cor. xiv, 33: Οὐ γὰρ ἐστὶν ἀκαταστασίας ὁ Θεός, ἀλλ' εἰρήνης. Vulg. *Non est dissensionis Deus, sed pacis.* Erasm. *confusionis auctor, turbationis, perturbati ordinis.* II Cor. xii, 20, *ἀκαταστασίαι, seditiones,* quod etiam Erasm. reddit. Hic magis, vagis sedibus jactationes, cum propter pericula uno loco consistere Christi discipulis non li-

ceret, sed necesse esset ex alia in aliam fugere civitatem, quæ ipsa fuga et jactatio in Evangelii rem maximam cedebat, dum per eam ubique Christus annuntiabatur. Sic ἀκατάστατος, certo in loco seu statu non consistens. Eleutheropolis ad Palæstinam spectat, aliæque urbes hic memoratæ, post quas Jacobus in Ægyptum profectus, in ejus urbe Ostracina martyrio functus est.

Verum his quidem, ei qui cuncta operatur ac novit, dimissis, tuam illam (ter beatissime) crucem celebros. Hanc enim pulcherrimam longe productis laboribus tuis ac certaminibus, coronidem imposuisti. Crucem celebros, in qua venerandis sacrisque manibus extensis, Deum tuum ac Dominum clarificasti. Crucem celebros ac laudo, quod tibi, e terra in cœlum recta transmittens, scala fixa sit: crucem nimirum, quæ igneo ipso curru pernicius, flammeisque faculis velocius diviniusque majorem in modum e terra extulit, levemque volatu supercœlesti regi, admovit atque aptavit.

Etenim Ægyptum cum perrupisset, habitansque in talernaculis Cedar⁶⁴, longo tempore apud Ægyptios verus ipse Israelita, et apud gentem tenebris obsitam ipse illuminatus, incola fuisset, omnesque quos inter illos dignos invenerat, filios lucis ac diei fecisset, sic tandem pro omnibus crucem ascendit⁶⁵, in una quidem Ægypti urbium (Ostracinam vocant) agnus immolatus, qui tamen provinciis atque urbibus passionibus suis Christum propitiatur. Nec tanquam grave aliquid pateretur, aut velut animi dolore excrucietur, illis indignabatur, qui illi crucis auctores erant; sed ut magis beneficium ex illis consecutus, ita alloquebatur blandique arridebat, rogans salutem prospicere, hortansque ab Ægyptio errore emergere, atque cœli terræque Dominum monens agnoscere.

Tanquam igitur accepti muneris gratiam rependens, quod hac quoque parte Christi palam similem cum effecissent; quod viam facilem, brevemque per crucem semitam ac commodum in cœlum iter ei muniebant, votis obsecrabat ac hortabatur ut omnes Christum cognoscerent: *Jesum scirent, verum illud Lumen, dulce, beatum, sanctum, intemeratum, intemporale, nube non obsitum, nocte non interceptum, corpore non obductum, loco non circumscriptum; quod unum merito ambire ac exoptare operæ pretium est; unamque credere ac diligere; Lumen scilicet semper, totumque lucens; quod occasum nesciat, nec ulla extinguere injuria possit. Lumen istud Deum intelligerent, illius inardescerent cupiditate, ipsum divina omni actione, omnique lucidissima contemplatione exquirerent, ut quod vere sit, et ab eo qui vere est (Patre scilicet) tanquam radius ab æterno emanet. Hunc videlicet colendum in ut Spiritu Dei Verbum et Deum verum: venerationi habendam pariterque laudandam ejus in carne dispensationem; ejus scilicet ex Virgine nativitatem, nostro jam ministerio, aiebat: Latius in vobis prædicatam: susceptam quoque illi*

⁶⁴ Psal. cxix, 1. ⁶⁵ I Thess. v, 5.

(30) Ἀσφώτων καὶ πανφώτων. Voces novæ compositionis. theologicæ. *Lux semper lucens, ac tota lux. Qua ασφώτων, lumen ἀδυτον est et ἀσβεστον, quod nunquam occidat aut extinguatur; qua vero πανφώτων, in quo nullæ tenebræ sint, I Joan. 1, 5, secus ac in creatis, ubi lux quidem quod sunt ex Deo, cui Pater est luminum; at tenebræ, quod a se*

Ἄλλα ταῦτα μὲν τῷ τὰ πάντα κατεργαζομένῳ καὶ εἰδῶτι παρεῖς, ὕμνῳ σου, θεομακάριστε, τὸν σταυρὸν. Τοῦτον γὰρ καλλίστην ἐπέθηκας τοῖς μακροῖς σου πόνοις, καὶ ἀγωνίσμασι τὴν κορωνίδα. Ὑμνῶ τὸν σταυρὸν, ᾧ τὰς τιμίας χεῖρας καὶ ἱεράς ἐκτετακώς, τὸν Θεὸν σου καὶ Κύριον ἐδόξασας. Ὑμνῶ τὸν σταυρὸν, ὅτι σοι κλίμαξ ἀπὸ γῆς ἐπάγη πρὸς οὐρανὸν εὐθυβόλως ἀναπέμπουσα· ὅς καὶ ἄρματος πυρός θάπτον, καὶ φλογερῶν ὀχημάτων ὀξύτερον καὶ ἐνθεώτερον, σφόδρα μὲν ἐπῆρε τῆς γῆς, ὑπηνέμιον δὲ σε φερόμενον τῷ Ὑπερουρανίῳ προσπέλασε καὶ προσήρμοσεν.

Καὶ γὰρ τὴν Αἴγυπτον ἐπιὼν, καὶ τὰ σκηνώματα κατασκηνώσας Κηθάρ, καὶ ἐπὶ πολὺ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ ἀληθινὸς Ἰσραηλίτης, καὶ παρὰ τοῖς ἐσχοτισμένοις ὁ πεφωτισμένος παρῳκῆκώς· καὶ ὅσους ἀξίους ἐν αὐτοῖς εὔρεν, υἱοὺς φωτός καὶ ἡμέρας ἐργασάμενος, οὕτως ὑπὲρ πάντων ἀνῆλθεν ἐπὶ σταυροῦ· ἐν μιᾷ μὲν τῶν κατ' Αἴγυπτον πόλεων (Ὀστρακίνη καλουμένη) ὡς ἀμύδς καταθυόμενος· πάσαις δὲ χώραις καὶ πόλεσιν τοῖς οἰκείοις παθήμασιν εὐίλατευόμενος τὸν Χριστόν· καὶ οὐχ ὡς δεινὸν τι πάσχων, οὐδ' ὡς ἀλγυνόμενος τὴν ψυχὴν, ἐδυσχέραине τοῖς σταυρωταῖς· ἀλλ' ὡς εὐεργετούμενος μᾶλλον αὐτοῖς προσελάλει, καὶ προσεμεδία, σωθῆναι παρακαλῶν· καὶ ἀνανεῦσαι μὲν τῆς Αἰγυπτιακῆς ἀπάτης καὶ δεισιδαιμονίας παραινῶν· τὸν τοῦ οὐρανοῦ δὲ καὶ τῆς γῆς Δεσπότην ἐπιγνώνας παρεγγυῶν.

Χάριν οὖν ὡςπερ αὐτοῖς τῆς εὐεργεσίας ἀποτινύς, ὅτι καθαρῶς αὐτὸν κἀν τούτῳ μιμητὴν ἀπέδεικνυσαν τοῦ Χριστοῦ, ὅτι ῥάστην αὐτῷ καὶ ἐπιτομον οἶμον διὰ τοῦ σταυροῦ, καὶ τρίβον εὐθετον ὠδοποιούν πρὸς οὐρανὸν, παρεκάλει νοουθετῶν πάντας εἰδέναι Χριστόν. *Εἰδέναι τὸν Ἰησοῦν, τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, τὸ ἡδύ, τὸ μακάριον, τὸ ἅγιον, τὸ ἄχραντον, τὸ ἀχρονον, τὸ νέφει μὴ κρυτούμενον, τὸ νυκτὶ μὴ διακοπτόμενον, τὸ σώματι μὴ ἐπιπροσθούμενον, τὸ τόπῳ μὴ περιεργόμενον, τὸ μόνον ἀξίον τοῦ ζηλοῦσθαι καὶ ποθεῖσθαι· τὸ μόνον ἀξίον τοῦ πιστεύεσθαι καὶ ἀγαπᾶσθαι· τὸ ἀσφώτων καὶ πανφώτων (30)· τὸ ἀδυτον καὶ ἀσβεστον φῶς. Τοῦτο Θεὸν εἰδέναι, τοῦτο ἐφίεσθαι, τοῦτο ζητεῖν διὰ πάσης πράξεως (31) θεοτελοῦς, διὰ πάσης θεωρίας ὑπερφαούς, ὡς ἐν τῷ ὄντι, καὶ ἐκ τοῦ ὄντως ὄντος ἀνάρχως ἀπαυγαζόμενον Πατρός. Τοῦτον δεῖ σέβειν ἐν Πνεύματι Θεοῦ, ὡς Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἀληθῆ· εὐλαθεῖσθαι δὲ καὶ ὑμνεῖν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐνσαρκον οἰκονομίαν, τὴν ἐκ Παρθένου σπημὶ γέννησιν, τὴν δι' ἡμῶν, ἐν ὑμῖν ἤδη πλατύτερον κε-*

existent.

(31) Θεοτελοῦς πράξεως. Quasi, quæ divino munere consummationem habeat: quæ vox Nicetæ frequens, ipsa elegans et theologica: ut et quæ sequitur, ὑπερφαούς θεωρίας. Hujusmodi contemplatio, quæ omnem vincat lucis fulgorem.

κηρυγμένην· καὶ τὴν σταύρωσιν ὁμολογεῖν, καὶ τὴν ἀνάστασιν δοξολογεῖν, καὶ τὴν ἀνάληξιν προσκυνεῖν, ὡς τῆς ἀκρας αὐτοῦ φιλιανθρωπίας καὶ δυνάμεως γνωρίσματα· ὡς σωτηρίας μὲν καὶ ζωῆς αἰωνίου πρόξενα τοῖς ἐν πίστει καταδεχομένοις· κατακρίσεως δὲ καὶ κολάσεως τοῖς ἀπίστοις γενησόμενα.

Παρήγγελλε δὲ μηκέτι τῶν ζώων τὰ εὐπρεπῆ δόξαντα θεοποιεῖν· κτηνῶδες γὰρ καὶ ἀλογον κομιδῆ· μηδ' ἀφύχοις μορφαῖς ὅλως ἀνθρώπων ἢ θηρίων προσέχειν τὸν νοῦν· ἀναίσθητον γὰρ καὶ σφόδρα θηριῶδες τε καὶ παχύ· ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πάθεσι τῆς ψυχῆς, ἐπιθυμίᾳ, φθῆμι, καὶ θυμῷ προστετηκέναι περιπαθῶς· μηδὲ δι' ὑπερβολὴν φιληδονίας, τοῖς ἀπὸ τῆς ὕλης αὐτὰ δελεάσμασιν ὡς ὑπεκκαύμασιν ἐκπυροῦντας θεοποιεῖν. Ἄτοπον γὰρ καὶ ἐπιεικῶς Αἰγύπτιον καὶ δαιμόνιον· Σώφρονι δὲ λογισμῷ πρὸς τὸν εἰς ὑμᾶς εὐαγγελισθέντα Λόγον ἀναγόμενοι, καὶ τῷ αὐτοῦ λόγῳ καὶ νόμῳ τυπούμενοι, οὕτως ἂν τῆς ἐπηγγελμένης ἐπιλαβέσθαι δυνήσεσθε ζωῆς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

aiebat, ad eum qui ad vos prædicatus est, Sermonem vitam promissam nancisci licebit, in Christo Jesu. Amen.

Τοιαύταις τῶν λόγων ὁμιλίαις ὁ ἀξιοθαυμαστότατος ἄνθρωπος ἐμφιλοσόφων τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐπὶ πολὺ στηρίζων τοὺς παρεστῶτας ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ἐπ' αὐτῷ μὲν ἀνωμένους, ταῖς ἐμφιλοσόφοις παραμυθούμενος θεηγορίας· τῶν ἐσταυρωκότων δὲ κατευμεγεθῶν ὡς εὐεργετῆν, ἀλλ' οὐ δυναμένων λυπεῖν. Εἶτα, τῶν μὲν ἀποσιωπησάμενος, ἡσυχῇ δὲ τῷ Κυρίῳ ἐξομολογούμενος, ἐξεδήμεις μὲν ἐπιδόξως τοῦ σώματος, καὶ μάλα προσηνῶς καὶ ἡδέως ἀπολυόμενος· ἐνεδήμεις δὲ ἐν τόπῳ σκηνῆς θρυμαστῆς, ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως ἤχου ἑορταζόντων, πρὸς τὸν ὑπερουσίως ἀναλαμβάνόμενον σε μετὰ χαρᾶς ἀνεκλαλήτου καὶ δεδοξασμένης εἰσῆλθες Χριστόν.

Χαῖρε τοίνυν, ὦ μάκαρ Ἰάκωβε, καὶ ἀριστε τοῦ Λόγου καὶ αἰδίδιμε μαθητά. Καὶ γὰρ χαίρεις ὄντως, ὡς τῆς ἀδιαδόχου καὶ ἀληθινῆς καὶ μυστικῆς ἔκγονος χαρᾶς· ὡς τῶν ἔργων Θεοῦ καὶ λόγων ἱεροφάντης, καὶ ἱεραργός καὶ μυσταγωγός· ὡς τῆς τιμίας καὶ ἱερᾶς καὶ σεπτῆς δωδεκάδος τῶν ὑψηλῶν ἀποστόλων συμπληρωτής.

Χαῖρε, ὅτι, υἱὸς ὢν ἀνθρώπου, καὶ υἱὸς Θεοῦ οὐκ ἀκούσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ γενέσθαι κατηξίωσαι· τὸ μὲν φύσει, τὸ δὲ θέσει· καὶ τὸ μὲν, κατὰ τὴν πρὸς πάντας ἀνθρώπους ὁμοίωσιν, τὸ δὲ ἐξαιρέτον, μετὰ τῶν ὑπερτάτων τοῦ Λόγου κληρούμενος ὁπαδῶν.

Χαῖρε, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ. Σὲ γὰρ, καθὼς ὁ μεγαλοφωνότατος Ἠσαίας φησὶν, τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ Κύριος ἐξαποστέλλει, *Τῇ ἡμέρᾳ, λέγων, ἐκεῖνη, ἔσται θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ ἐν χώρα Αἰγυ-*

crucem confitendam, resurrectionemque laudibus prosequendam, atque ejus in cælum receptionem adorandam; tanquam nimirum summæ ipsius benignitatis ac potentiae certa documenta: ut illis quidem qui fide suscipiant, salutem vitamque allatura; ut vero incredulis, judicii et condemnationis futura causa.

Admonebat autem id genus animalia, quæ decorum aliquid ac formosum habere videantur non amplius in deos consecranda. Rem enim valde pecuinam ac a ratione abhorrentem esse. Nullis prorsus inanimatis formis hominum aut bestiarum attendendum animum: id enim eorum esse qui humanitatis omni sensu careant, valdeque ex bestiarum indole crassumque. Quin nec affectibus animi (cupiditati scilicet et iræ) libidinose adhærendum; nec committendum ut libidinis exsuperantia, terrenis illecebris tanquam incentivis succensus ejusmodi affectus ac perturbationes, deos faciamus. Quippe rem absurdam et plane Ægyptiacam damnumque propriam; sed, dum sobrio mentis sensu, subvehi, illiusque doctrina ac lege imbui contigerit,

Ejuscemodi fabulationibus, homo Jesu, admiratione dignissimus præclare philosophans, inque longas horas astantes e cruce confirmans; atque eos quidem, quos moleste habebat tui hæc supplicii immanitas, sapientissimis divinis prædicationibus consolans, eos vero qui in crucem sustulerant magnitudine animi superans, tanquam qui demereri, non injuriæ aliquid aut molestiæ inferre possent: tumque ab humano cessans colloquio, ac silentio Domino confitens, excedebas gloriose e corpore⁸⁸, valde placida atque dulci resolutione, inque locum tabernaculi admirabilis commigrabas, usque ad domum Dei⁸⁹: atque in voce exultationis soni festum agentium, ad eum qui eximia quadam ratione assumeret, cum inenarrabili et glorificato gaudio ad Christum ingressus es⁹⁰.

Salve igitur ac gaude, beate Jacobe, præstantissime pariter atque inclyte Verbi discipule. Plane etenim gaudes, tanquam immortalis verique ac mystici gaudii proles, tanquam Dei operum sermonumque sacer interpret, ministerque ac doctor; tanquam qui venerabilem et sacrum colendumque compleas duodenarium sublimium apostolorum chorum.

Gaude quod, cum Filius hominis esses, nedum ut audires Dei Filius, sed ut etiam efficereris consecutus es; alterum quidem, natura; alterum vero, gratiæ munere: atque alterum, qua cunctis perinde hominibus similis es; alterum cum supremis nactus Verbi discipulis ac sectatoribus.

Ave sis, homo Dei. Te enim quemadmodum vocalissimus prophetarum Isaias ait, Dominus Ægyptiis mittit. In die illa, inquit, erit altare Domino in regione Ægypti, et mittet eis Dominus hominem, qui

⁸⁸ II Cor. v, 8. ⁸⁹ Psal. xli, 5. ⁹⁰ I Petr. i, 8.

salvabit eos : et notus erit Dominus Ægyptiis : et vota
 movebunt Domino, et reddent ⁶⁶.

Gaude quod et in te ut præstantissimo, ac velut
 qui ad præstantissimam Filii hæreditatem attingeres,
 juxta sacratissimum oraculum, funes ei ceciderunt;
 quicumque tandem hi intelligendi sint funes ⁶⁷.
 Arbitror autem dilectionis Spiritus vincula, quibus
 te pariter ac reliquos spiritalis thalami filios con-
 strictum traxit, necnon contubernalem et commen-
 salem supremo atque mystico illo cœnaculo assump-
 sit, non aspectabili ratione, sed intelligibiliter; non
 temporanee, sed æternæ: non fluxæ causa vo-
 luptatis, sed stabilis gaudii: nec ejus gratia
 jucunditatis, quam humanus ipse animus sibi **B**
 fingere possit; sed cujus neque oculus, nec
 unquam auris rei experimento sensum fecit,
 nec vero mortalis cujusquam mens intellexit ⁶⁸

Gaude quod non sola gratia, sed ex mercede at-
 que præmio (juxta scilicet prolixorum certa-
 minum atque laborum pro victoria retributione)
 cœlorum regnum adeptus es; cunctisque divinis
 virtutibus, et cunctis veritatis et pietatis et ju-
 stitiæ operibus; præterea vero etiam crucis sup-
 plicio similis Salvatori effectus, atque hinc ma-
 jori fiducia atque favore auctus, pro Ecclesia
 ad Regem ac Deum intercedere sufficis. Licet
 etiam, ac facultas est, benignissime regalissimeque
 Dei Filii, tenuitatis nostræ meminisse, atque Domi-
 num suppliciter rogare, ut nos quoque, Dominica **C**
 digne voluntate institutis vitæ rationibus, vestræ
 partis efficiamur, ac cœlestibus Dei bonis una Vo-
 biscum perfrui mereamur; in Christo Jesu Domino
 nostro, cui est gloria et potestas et honor atque
 adoratio, una cum æterno Patre ac vivifico Spiritu,
 nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO IX.

Laudatio sancti ac celebratissimi apostoli Philippi.

*Haurite aquam in gaudio e fontibus salutaris ⁶⁹,
 nobis acclamat prophetarum vocalissimus. Quosnam*

⁶⁶ Isa. xix, 19. ⁶⁷ Psal. xv, 6. ⁶⁸ I Cor. ii, 9. ⁶⁹ Isa. xii, 3.

32) Fecit ὁμωνυμία Philippi diaconi, unius
 e septem diaconis, viri ex ipsa Lucæ historia cla-
 rissimi, cum Philippo uno ex duodecim primique
 ordinis apostolo, ut veterum simplicitate res illo-
 rum confunderentur; ac quæ sunt diaconi, apo-
 stolo tribuerentur, vicissimque, ea præsertim ra-
 tione quod et apostoli nomen veterum usu illis
 commune. Perinde enim apostolos dici invenias,
 qui secundi ordinis discipuli essent, ac qui primi;
 maxime vero qui in illis præstarent Evangelii fun-
 ctione, in quibus nobilissimus Philippus diaconus:
 hinc κατ' ἐξοχήν ac singulari excellentia prædi-
 candi Evangelii, εὐαγγελιστῆς dictus; Act. xxi, 8, ac
 si Prædicatorem absolute dicas: quod ipsum aposto-
 licæ Sedis indulgentia nobis addictum nomen; atque
 utinam (S. P. Dominici, aliorumque in ordine insi-
 gnum εὐαγγελιστῶν et prædicatorum spiritu vere

Ἀπείων· καὶ ἀποστειλεῖ αὐτοῖς Κύριος ἄνθρωπον,
 ὃς σώσει αὐτούς· καὶ γνωστὸς ἔσται Κύριος τοῖς
 Ἀιγυπτίοις· καὶ εὐξοῦνται εὐχὰς τῷ Κυρίῳ, καὶ
 ἀποδώσουσιν.

Χαῖρε, ὅτι καὶ ἐν σοὶ ὡς κρατίστῳ, καὶ ὡς μερίδι
 τῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ κρατίστης κληρονομίας κα-
 θεστῶτι, τὰ σχοινία, κατὰ τὸ ἱερώτατον λόγιον,
 ἐπέπεσεν αὐτῷ· ἅτινα δὴ ταῦτα νοητέον σχοινία· οἶ-
 μαι ἐκ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος τοὺς δεσμοὺς,
 οἷς καὶ σὲ, μετὰ τῶν ἄλλων τοῦ νοητοῦ νυμφῶνος
 υἱῶν, ἀναδησάμενος συνανελκυσεν· ὁμέστιόν τε καὶ
 ὁμοτράπεζον κατὰ τὴν ὑπερτάτην καὶ μυστικὴν
 ἀνέλαβε παστάδα· οὐκ αἰσθητῶς, ἀλλὰ νοητῶς· οὐ
 προσκαίρως, ἀλλ' αἰωνίως· οὐδὲ βεούσης ἡδονῆς,
 ἀλλὰ μενούσης χαρᾶς· οὐκ εὐφροσύνης χάριν, οἷας
 ἂν καὶ ἀνθρώπινος ἀναπλάσαι λογισμὸς, ἀλλ' ἦς
 οὔτε ὕψις, οὔτε ἀκοή ποτε τῆς πείρας ἐπήσθετο,
 οὔτ' οὖν διάνοια ἐνενοήθη βροτοῦ.

Χαῖρε, ὅτι οὐ χάριν μόνον, ἀλλὰ καὶ μισθόν, εἰτ'
 οὖν ἑπαθλον ἀξιόνικον τῶν μακρῶν ἀγώνων καὶ πό-
 νων, τὴν οὐράνιον βασιλείαν ἀπηνέγκω· καὶ πάσαις
 Θεοῦ ἀρεταῖς, καὶ πᾶσιν ἔργοις ἀληθείας καὶ εὐσε-
 βείας καὶ δικαιοσύνης· ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὴν σταύρου-
 σιν ἐξωμωμένος τῷ Σωτῆρι, καὶ διὰ ταῦτα παρρη-
 σίας πλείονος ἡξιωμένος, ἱκανῶς ἔχεις ὑπὲρ τῆς
 Ἐκκλησίας τῷ Βασιλεῖ ἐντυγχάνειν καὶ Θεῷ· ἱκα-
 νῶς ἔχεις, ὧ φιλαγαθώτατε καὶ βασιλικώτατε τοῦ
 Θεοῦ πατῆρ, καὶ τῆς ἡμετέρας μεμνησθαι μετριότη-
 τος, καὶ ἐντευξῆν ἱκετήριον τῷ Δεσπότη προσάγαγεῖν·
 ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς ἀξίως τοῦ Δεσποτικοῦ θελήματος
 πολιτευσάμενοι, τῆς ὑμετέρας γενώμεθα μερίδος,
 καὶ τῶν οὐρανίων σὺν ὑμῖν ἀπολαῦσαι καταξωθῶ-
 μεν τοῦ Θεοῦ ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ
 ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ
 προσκύνησις, ἅμα τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ καὶ ζωοποιῷ
 Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν
 αἰῶνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Θ'.

*Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον Φίλιπ-
 πον (32).*

*Ἀντλήσατε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πη-
 γῶν Σωτηρίου, ὃ τῶν προφητῶν μεγαλοφωνότατος*

D apostolico apostolorum successoribus ipsa ar-
 repti instituti professione adjutores, vera ipsi suc-
 cessione) rem impleamus. Habuisse Philippum unum
 e septem filias quatuor virgines, quæ prophetarent
 Cæsareæ in Palæstina, auctor est Lucas Act. xxi
 citato: ipsumque hoc de diacono sive evangelista
 dictum, traxisse videntur Clem. et Polycrat. ad
 Philippum apostolum ex duodecim. Euseb. l.
 iii, c. 39, Clementem refert in hæc verba apostolos
 recensentem, qui uxores habuissent, propter illos
 qui nuptias repudiarent. Ἡ καὶ τοὺς ἀποστόλους
 ἀποδοκιμάσουσι; Πέτρος μὲν γὰρ καὶ Φίλιππος ἐπαι-
 δοποιήσαντο. Φίλιππος δὲ καὶ τὰς θυγατέρας ἀνδρά-
 σιν ἐξέδωκε. Καὶ ὅγε Παῦλος οὐκ ὀκνεῖ ἐν τινὶ
 ἐπιστολῇ τὴν αὐτοῦ προσάγορεῦσαι σύζυγον, ἣν οὐ
 περιεκόμιζε, διὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας εὐσταλές. An
 forte etiam apostolos reprobabunt? Petrus enim ei

ἡμῶν ἐμβοᾶ. Τίνας δὲ λέγων τοῦ Σωτηρίου πηγᾶς, ἢ τοὺς δώδεκα τοῦ Σωτῆρος μαθητᾶς, οὓς κἀκεῖναι

Philippus liberos susceperunt. Philippus etiam filias viris collocavit. Paulus quoque in quadam epistola, suam ipsius conjugem compellere non veretur. Quam tamen ideo minime circumduxit, ut expeditior ministerium suum expleret. De Pauli conjugio perinde astipulatur Methodius Martyr in *Symposio*, nec defunctorie ex ipsis Pauli verbis videtur conficere. Card. Baron. an. 58, n. 113, de hac Clementis auctoritate: *Quod autem tradit Clemens Alexandrinus, Philippum filias suas nuptui dedisse, non de Philippo diacono manifestum est loqui, sed de Philippo apostolo: nam adversus eos agens, qui nuptias improbarent, etc.* Mihi tamen nihil inde conficitur, ut necessario loqui putem Clementem de Philippo uno de duodecim; quod apostoli nomen ita commune erat, illis præsertim qui inter discipulos secundi ordinis quasi coryphæi erant, summisque ipsis apostolis pene conserti, cujusmodi erat Jacobus frater Domini, Jerosolymorum antistes, quem sic Paulus absolute apostolum dicit, atque neminem præterea apostolorum vidisse Jerosolymis, nisi Jacobum fratrem Domini. Erat magni ponderis ad nuptias astruendas Philippi diaconi et Evangelistæ exemplum et auctoritas, quod præsertim ejus cum laude nuptiarum et filiarum in Scriptura mentio exstaret; ut et Petri et ipsius Pauli, juxta quod veteres illi intellexerunt. De Polycrate major est difficultas, cujus semel et iterum ab Eusebio refertur auctoritas: l. iii, 31 et l. v, c. 24, quo utroque loco in vulgatis Eusebii, Φιλίππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων. Ut nulla expositio satisfacere videatur, ne Philippum, cujus filiarum memorentur, existimaverit primi ordinis apostolum, Christoph. tamen utroque loco, *Philippum dico, unum e septem diaconis.* Ubi Hent. Vales.: *Christophorsonus hoc loco nequaquam boni interpretis officio functus est, qui pro Philippo uno ex duodecim apostolis, Philippum unum ex septem diaconis substituit.* Utroque loco margini ascriptum Φιλίππος εἰς τῶν ἑπτὰ διακόνων, undecunque tandem vel Genevenses vel ipse Christophorsonus eam emendationem habuerint; atque utinam ex cod. ipsa antiquitate probato. Hieron. perinde in Polycrate τῶν δώδεκα ἀποστόλων legit. Verum Rufinus, priore quidem loco, *Dico autem de Philippo, qui fuit unus ex apostolis, qui dormivit apud Hieropolem*, absque illa voce τῶν δώδεκα, ea duodecim; cui proinde vel defuerit, vel illi glossema temere insertum textui, ac Scripturæ adversum, cujus auctoritate niti videatur Polycrates in Philippi filibus, existimata sit. Altero vero, in quibus est *Philippus evangelista, qui dormivit apud Hierapolim.* Quæ ipsa Christophorsoni emendatio est; nec plagiarius videri facile Rufinus possit, qui alterum pro altero substituerit. Facilius fuit obrepere Hieronymo, qui non Eusebii interpretem agebat, sed ex ejus Historia, prout memoriæ succurrebat, Catalogum suum texebat; in quolibet non ubique assecutum esse Eusebium vellemque ut Valesius Rufini auctoritatem vexasset, non uni Christophorsono detraxisset. Eusebius c. illo 31, l. iii, relato ex Cæli dialogo consentaneæ superioribus de Philippi et filiarum Hierapoli Asiæ civitate exitu, ubi earum et patris sepulcrum visitur, subdit ex Luca in Actibus apostolorum de filiabus Philippi evangelistæ apud Cæsaream Judææ unius e septem; quasi sentiat, ac existimet, eas auctoritates consentaneæ Scripturæ non nisi de Philippo, uno e septem ac diacono, intelligendas esse: ejusque unius exstare apud veteres ipsamque Scripturam, nuptiarum certum monumentum; nullius præterea apostolorum, excepto Petro, ut sensit Hier. *contra Jovinian.*, vel etiam Paulo, in sententia eorum qui locos Scripturæ de ejus conjugio exponunt. Quatuor Philippi filias, et quidem virgines ac prophetides habet

A vero dicit salutaris fontes, nisi Salvatoris duodecim discipulos: quos ipsos duodecim illi in deserto

sacer textus: Polycrates trium duntaxat meminit, earum nimirum quæ in Asia quieverunt, cujus in ea Christianitatis refert στοιχεῖα, lumina, primaque quasi sidera: duæ scilicet Hierapoli, quæ virgines permansere; tertia Ephesi quam et pater viro locaverit, ut auctor est Clemens, nulla cum sacro textu contrarietate; in quo sic virgines dicuntur, ut non sit necesse Deo sacras intelligere; vel quibus interdictum nuptiis esset. Tertiæ illius memoriam recolunt Græci die 4 Sept. et Ermionem vocant, quæ vere divino Spiritu vitam instituerit, ut auctor est Polycrates, innumerisque clara miraculis et sanationibus, egregio martyrio consummata sit Adriano imperatore, ut multis ibi Græci. Adjungunt Eutychem quasi sororem Menææ, de qua tamen nihil addunt. Græci in Menæis 11 Oct. festum celebrant, τοῦ ἀγίου ἀποστόλου Φιλίππου ἐνδὲς τῶν ἑπτὰ διακόνων, cujus filias dicunt, et Tralli in Asia, aut procul Epheso, ad Dominum emigrasse aiunt, nulla martyrii facta mentione: Philippi vero apostoli ex duodecim, natale consignatum habent 14 Novemb., ubi nihil de ejus filiabus, sed ea solum quæ stylo exornat hic Nicetas, vel etiam Metaphr. de ejus Hierapoli in Asia cum Bartholomæo agone et consummatione. Quodque duæ Philippi diaconi filiarum virgines ibidem quieverint et sepultæ sint, crediderint forte veterum quidam filias esse ipsius Philippi apostoli ex duodecim, dixeruntque hinc inde prope patrem sepultas esse; quod, ut ita existimemus, nihil cogit. Certe ex sanctæ Ermiones et sororis actis illic relatis, liquet in Asiam concessisse, non patris adveniendi causa, sed Joannis Theologi, quod idem Magdalensæ contigit, ut ex sincerioribus veterum monumentis liquet: ex illis nimirum quæ de illa graviter scripsit Modestus Hierosolymorum antistes Photii text. cclxxv; *orat. De mulieribus unguentiferis*: quem ejus locum miror viro pio, erudito a hęc litterarum amanti obrepisse ut nudius tertius ad sanctam Deiparam traheret; quasi illa sit Maria Magdalena virgo ac martyr quæ sic Joannis studiosa Ephesi quieverit, illuc Joannem secuta: et quasi Molesti locus hic obstet Juvenalis item Hierosolymitani antistitis verbis, quibus ad Pulcheriam Augustam testatus est Hierosolymis quievisse, ejusque corpus translatum esse; quod et pluribus expressit Damascenus *Orat. 2 De dormitione sanctæ Mariæ*, quasi ex historia Euthymiaca, valde mihi suspecta, et quæ omnibus apocryphis addat illud de Thoma desiderato in transitu et exsequiis sanctæ Mariæ, cum quasi ex nube divinitus omnes apostoli præsto fuissent ac advenissent, ut funus illud et exsequiis honestarent. Siquidem enim humana industria (etsi a Deo moniti) iter confecissent, esset aliqua ratio traditoris illius adventus Thomæ, et post triduum a sepulto Mariæ corpusculo, quod in locis remotioribus prædicationis munus obiret, et apud Indos: quod autem ita miraculo sit, ut vult illa historia, nullas ex locorum distantia patitur istiusmodi moras; ac liquet plane istud de Thoma confictum, ex eo quod Joan. xi abfuisse scribitur, cum Dominus ipsa die Resurrectionis sero apostolis apparuit. Nihil ejusmodi quotquot nobis exstant apocryphi Ἰωάννου τοῦ Φλόγου, Melitonis, Joannis Thessalonicensis, quæ omnia vulgare licuit, sed non libuit, excepto Melitone, quod jam vulgatus esset, et cui viderer medicinæ aliquid posse facere, aut ab eo ejusque fursuribus lectori cavere. Andreas Cretensis archiepiscopus, ipse Jerosolymis educatus ejusque urbis clero clarus, paulo Damasceno antiquior, et qui primus hanc materiam recte tractasse scribitur ab auctoribus mihi in *Bibl. conc.* prolatis, diligenter rimatus antiqua monumenta, nullam in eis Euthymiacam Historiam offendit, aut dignam putavit, cui assumptæ Mariæ

palam designaverunt fontes, ad quos pridem Israel castrametatus est, cum Pharaonem atque Ægyptum fugisset⁷⁰. Hos quoque Israelis fontes dictos arbitror, ex quibus in Ecclesiis Deum benedicere jubet beatus David⁷¹. Nullis enim verbis explicabili mentis altitudine ac capacitate, ad fontanum ipsum unicuique spiritalium aquarum principium deducti, indeque jugiter in eos manans illuminatricis theologiæ fluentum suscipientes, atque eo affatim repleti, jugem omnibus sitientibus uberemque medelam scaturiunt.

Ad tales igitur fontes aquarum desiderio feramur, cervorumque in morem ardentius siticulosi huncce laticem ineuntes atque gaudio haurientes⁷², nostrum ex illis desiderium impleamus⁷³. Ne tamen ingratis moribus ac brutorum similes, ingenui animi nulla probitate donum ejusmodi atque beneficium sumamus : sed repleti aqua viva⁷⁴, viventem hostiam sanctam, rationabile obsequium nostrum, honoris titulo illi rependamus⁷⁵; nempe continue (quos dixi) vitales benedicendo fontes; ac per illos, ad divinissimum illum unumque universorum fontem, laudem ferentes.

Natura quidem indivisus indissectusque sacratissimus duodenus apostolorum chorus; ac sicut unus Dominus, unaque fides et gloria et gratia illis inerat, sic et ipsi unum Christi corpus exstiterunt⁷⁶: sicque unius laus, communis universorum laudatio exstitit, quemadmodum etiam eadem pene omnes virtute claruerunt. Cum tamen cujusque seorsim sacramentum memoriam celebremus, ac velut diversis Christi membris, personales eorum proprietates distingua-

⁷⁰ Exod. xv. 27. ⁷¹ Psal. lxxvii, 27. ⁷² Psal. xli, 2. ⁷³ Psal. cxxvi, 5. ⁷⁴ Joan. iv, 10. ⁷⁵ Rom. xii, 1. ⁷⁶ Ephes. iv, 5.

aut translate fidem astringeret, ejusque rei subsidio afferret (uno duntaxat allato Dionysio, cap. 3, *De divinis nomin.*), alia omnia monumenta, ut ipse clare profitetur in orationibus pridem Lipomano Latine, mihi utraque lingua, repræsentatis auctisque. Quod tamen leve præsidium ei quod præsertim Maximus Dionysii scholiastes gravissimus, de sepulchro Dominico exponat, in quo sic vita suscepta, ac quod inde vivificum, quod Dominicum corpus suscepisset, isque inde triduanus resurgens, nobis vitam incorruptam, et qua ipse prævit, initiasset. Certe in eo maxime elucebat (poterantque intelligere apostoli virique apostolici) *infinitæ virtutis ἀσθένειαν*, ut habent omnes codd. *imbecillitatem*, non, quod reddit Bibl., *potentiam*, quidquid tandem in suo cod. habuerit, vel illi obrepserit: hæc nimirum divina exinanitio, nobis a Paulo prædicata. Idque adeo, si qua fides hujus Dionysii, cui nihil necesse istud de Mariæ exsequiis addere, eoque gravare quod nullis veterum monumentis consonat, respuitque ipse Baron. an. 52. Sed hæc justo plura. Ad rem nostram. Uti Magdalena, sic quoque quæ Hierapoli Philippi filix virgines consenuerunt, et ibi sepultæ sunt, alia ex causa ibi hospitium delegerint, quam ut patre fruerebantur, qui forte diem obierat, ut et Philippus ipse primi ordinis apostolus, antequam illæ in Asiam pedem inferrent: sic vero Hierapoli consummatas, pietatis fidelium fuit, ut prope Philippi tumulum religiose deponerent, quæ ipsæ inter prima Christianitatis lumina cense-

Α σαφῶς αἱ κατὰ τὴν ἔρημον δώδεκα προετίθουν πηγαί, αἷς ὁ Ἰσραὴλ πάλαι Φαραῶ καὶ τὴν Ἀἴγυπτον παρενέβαλεν ἐκφυγῶν. Τούτους ἡγοῦμαι καὶ πηγὰς εἰρησθαι τοῦ Ἰσραὴλ, ἐξ ὧν ἐν ἐκκλησίαις εὐλογοῦν τὸν Θεόν, ὁ μακάριος προτρέπει Δαβὶδ. Ἀφράστῃ γὰρ διανοίας βάθει, πρὸς αὐτὴν τῶν νοητῶν ὑδάτων τὴν πηγαίαν καὶ μίαν ἀρχὴν ἀναστομούμενοι Χριστὸν, κάκειθεν ἀνεκλείπτως τὸ τῆς φωτιστικῆς θεολογίας βεῖθρον ἐπ' αὐτοὺς ἰδὼν ὑποδεχόμενοι καὶ πληρούμενοι, ἀένναθόν τε πᾶσι καὶ ἀφθονὸν λαμὰ τοῖς διψῶσιν ἀναβλύζουσιν.

Ὅμοιοὺν ἐπιποθήσωμεν ἐπὶ τὰς τοιαύτας τῶν ὑδάτων πηγὰς, καὶ κατὰ τὰς ἐλάφους, διψητικῶς σφόδρα τοῦτο τὸ νάμα μετιόντες, καὶ μετ' εὐφροσύνης ἀπαντλοῦντες, ἐξ αὐτοῦ τὴν ἡμῶν ἀποπληρώσωμεν ἐπιθυμίαν. Ἀλλὰ μὴ ἀχαρίστως τῆς δωρεᾶς, μηδὲ τρόπον ἀλόγων, ἀγνωμόνως τῆς τοιαύτης μετάσχωμεν εὐεργεσίας· πληρούμενοι δὲ τοῦ ζῶντος ὕδατος ζῶσαν θυσίαν, ἀγίαν, τὴν λογικὴν ἡμῶν λατρείαν, εἰς λόγον ἀποδώμεν τιμῆς· προσεχῶς μὲν τὰς εἰρημένας ζωογόνους εὐλογοῦντες πηγὰς· δι' αὐτῶν δὲ τὴν ἀνεσιν πρὸς τὴν ζωαρχικωτάτην καὶ μίαν τῶν ὅλων ἀναφέροντες πηγὴν.

Ἄδιαίρετος μὲν οὖν κατὰ φύσιν καὶ ἀτμητος ἡ τῶν ἀποστόλων πανευαγῆς δωδεκάς· καὶ ὡσπερ εἰς Κύριος, ἐν Πνεῦμα, μία τε πίστις καὶ ἑξὼς καὶ χάρις αὐτοῖς, οὕτως ἐν σῶμα Χριστοῦ πεφήνασι καὶ αὐτοὶ, οὕτω καὶ ὁ τοῦ ἐνὸς ὅμοιος, κοινὸς τῶν ὅλων ἐστίν, ὡσπερ ἡ κατ' ἀρετὴν εὐδοκίμησις ἀπάντων σχεδὸν ἡ αὐτή. Ἀλλ' ὁμοίως, ἰδίᾳ τούτων ἐκάστου τὴν ἱερὰν τελοῦντες μνημοσύνην, καὶ οἷα διαφόροις Χριστοῦ μέλεσι, τὰς κατὰ τὴν ὑπόστασιν αὐτῶν ἰδιότη-

rentur, et quarum in Scriptura consecrata esset memoria; quarum ipsæ prioris habitationis ædiculæ Cæsareæ venerationem haberent, quas Hieronymus cum Paula exstantes adhuc inviserit. Hæc forte justo fusius. Unum mihi istud observare potuisse in suo Eusebio videtur vir in eo versatissimus, sic cum historiam primorum illorum temporum texuisse, ut ei duntaxat insereret, quæ vel ex Scriptura, vel ex certis theologorum, quos laudat, monumentis haberet, non quæ vel fama vulgaret, vel incertis auctoribus conscripta exstarent. Quo factum ut, tacitis rebus Jacobi Alphæi, in rebus Jacobi fratris Domini moratus sit, ex quo parum cautis, alter alteri substitutus, expunctusque qui vere apostolus et major, quod de duodecim: unus servatus qui ex Septuaginta, quod ejus res, non illius scripserit Hegesippus, exque illo retulerit Eusebius. Vel ergo summæ oscitantix notandi Clem., Polycrat., Papias, qui quas Scriptura sic palam filias Philippo dat evangelistæ, uni ex septem, dederint Philippo, uni ex duodecim, vel ipso Eusebius, qui, relatis eorum testimoniis, de Philippo primi ordinis apostolo, subdiderit quasi confirmationis causa locum Actorum de Philippi diaconi filiabus. Quod cum durum sit admittere, malim Christophorsoni post Rufinum emendationi stare, quam Valesio morem gerere. Hieronymus, ut sibi ipse non committatur, alii viderint: certe aliis etiam locis parum sui memorem, contraria locutum liquet; quæ non est instituti urgere.

τας ἀφοριζόμενοι, ἰδίως ἐκάστῳ καὶ τὸν λόγον τῆς A εὐφημίας ἀποδώσομεν.

Τίς οὖν αὐτῶν ἐστὶν ὁ νῦν τὸν λόγον ἡμῖν πρὸς τὴν οἰκειαν εὐφημίαν ξυναγαγών; Τίς ὁ μετὰ πρῶτον ὕπνον εὐθύς ἀφ' ἐσπέρας αὐτῆς ἀνιστῶν, καὶ τὴν ὀκνηρίαν ἀποσκευαζόμενος τῶν ψυχῶν, καὶ δλλον ἀλλαχόθεν πρὸς τοὺς τῶν ἁγίων οἴκους ἱεροῦς συγκινῶν, καὶ πρὸς δοξολογίαν θεῖαν προθυμοποιῶν καὶ ἀναπτερῶν; Ἡ πᾶσι δῆλον, ὡς ὁ μέγας Φίλιππος τὴν αὐτοῦ σήμερον ἐσάλπισε μνήμην, καὶ πάσας ἐν αὐτῇ τῶν εὐσεβῶν ἐκκλησίας πρὸς δόξαν Θεοῦ συγκροτεῖ. Οὐα δὲ τὴν πολυτελεῆ πανδαισίαν καὶ μυστικὴν, τὰ οἰκεία τῆς ἀρετῆς ἀνδραγαθήματα προβαλλόμενος, τούτοις δεξιούται τοὺς αὐτοῦ δαιτυμόνας καὶ ἐραστάς. Φίλιππος, ὁ ἐκλεκτὸς καὶ δοκιμὸς καὶ πιστὸς ὄντως τοῦ Λόγου μαθητῆς, ὁ τὸν περιώνυμον τῆς δωδεκάδος χορὴν συμπληρῶν· ὁ τίμιος λίθος, ὁ πάγκαλος, ὁ πανώριος, ὁ διαυγής, ὁ χρυσοειδής, ἢ χριστοειδής· ὁ λαμπρὰς ἀκτίσι τῆς χάριτος ὑπερφυῶς διηνηθισμένος. Φίλιππος, ὁ κάτω μὲν πατρίδα, τὴν Βηθσαϊδᾶ, πόλιν Ἀνδρέου καὶ Πέτρου λαχὼν· ἄνω δὲ τὴν μητρόπολιν αὐχῶν Ἱερουσαλήμ, τὴν οὐρανίαν καὶ ζῶσαν, καὶ ἀκατάλυτον πόλιν τοῦ Θεοῦ.

Οὗτος οὖν ὁ τρισμακαριώτατος ἀνὴρ, ὡσπερ τοῦ αὐτοῦ γένους καὶ τῆς αὐτῆς πατρίδος τῶν ὑψηλῶν ἐτύγγανε μαθητῶν, αὐτῶ καὶ γνώμης ὧν τῆς αὐτῆς καὶ διανοίας, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν δὲ συνειδήσεως καὶ γνώσεως τῆς αὐτῆς, ὡς μόνον αὐτὸν εὔρε τὸν Ἰησοῦν· μᾶλλον δὲ τοῦτον ὁ Κύριος εὐρών, Ἀκολούθει μοι, προσεῖπε, πάσης εὐθέως ῥήγνυται σχέσεως σωματικῆς· πάσης περικοσμίου προσπαθείας ἀθρόως ἀπολυθεὶς, πρὸς ὑπερκόσμιον ἐπιθυμίαν ἀνεφλέγη. Ἠθέλησε, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ εὗρε Φίλιππον, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀκολούθει μοι. Οὐ μακρῶν ἐδέησε πρὸς τὴν κλήσιν παραινέσεων· οὐ προέτεινε δωρεάς· οὐχ ὑποσχέσεων μνήμην ἐποιήσατο· οὐ μισθούς τῆς ἀκολουθήσεως προὔβαλετο. Ἐνὶ ῥήματι μόνῳ πρὸς μαθητείαν ἐπεσπάσατο, Ἀκολούθει μοι, καὶ τῷ βραχεῖ τούτῳ ῥήματι φίλτρα γονέων εὐθύς ἔσθη· συγγενῶν, φίλων, οἰκείων διαθέσεως ἐπελήσθη, καὶ κτῆμα καὶ χρῆμα, καὶ πᾶσα τοῦ βίου παραφαῦλον ἐλογίσθη κατασκευῆ, καὶ σαρκικῆ πᾶσα κατεμαράνθη στοργῆ· ἄλλη δὲ βλάστη φιλότητος καὶ ἔρωσ ἐνδοθεν ἄλλος, οὐράνιος, αὔλος ἀνέβαλλε καὶ πνευματικὸς.

Ἀπαξ τοῦ Λόγου φωνοῦντος ἤκουσεν ὁ Φίλιππος, Ἀκολούθει μοι, καὶ τὸν ἀληθῆ καθηγεμόνα τῷ ἐντάλαματι γνοὺς, οὐκ ἐβλεψεν εἰς τὰ ὀπίσω λοιπὸν, οὐκ ἐδίστασε τὴν ψυχὴν, τὴν ἀκολουθήσιν οὐκ ἐφεύσατο, οὐδ' ὡσπερ Ἐλισσαιὲ πρὸς Ἡλιοῦ καλούμενος, πρότερον τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα παρεκάλει καταφιλεῖν, καὶ τοῖς οἰκείοις συνταξάμενος, οὕτως ἀκολουθεῖν. Ἐγνώ τὸν καλὸν ποιμένα τὸ πρόβατον, καὶ σπουδῆ τῶν ἀλλοτρῶν ἀπαλλοτριούμενος, δι' αὐτοῦ

mus, proprie etiam cuique laudatoriam orationem reddamus.

Quis igitur ex sacro illo numero est, qui nobis impræsentiarum ad suas depangendas laudes nostram orationem ductat? Quis ille qui vix primo somno degustato ab ipsa statim vespera jubet surgere, decussaque animorum segnitie, hinc inde alios aliosque ad sanctorum ædes sacras concitat, atque ad divinas animis alacres erigit laudes, ac velut alas addit? Annon omnibus liquet, magnum Philippum velut clangente tuba suam hodie indixisse memoriam, cunctasque in ea piorum mentes ad Dei cogere gloriam, ipsumque haud secus ac dapes lautissimas atque mysticas, præclara sua apponentem virtutis facinora; his suos præmagnifice convivas ac B amatores excipere? Philippum nempe, electum illum, probatum ac vere fidelem Verbi discipulum, clarissimum illum complementem duodenum chorum: lapidem pretiosum, elegantissimum, pulcherrimum, pellucidum, aureis micantem fulgoribus, seu Christo similem; splendidis gratiæ radiis præmagnifice interstinctum atque florentem; Philippum, inquam, in terris quidem Bethsaida nactum patriam, Andreæ et Petri civitatem; sed qui in cælis, Jerusalem cælesti vivaque metropoli, insolubilique Dei civitate gloriatur.

Hic itaque vir ter beatissimus, uti eadem satus prosapia, eademque natus patria ac præcelsi discipuli, sic ejusdem quoque animi ac sententiæ cum esset, ubi tantum Jesum invenisset; quin potius illo Dominus invento, *Sequere me* dixisset, ab omni statim corporali abreptus necessitudine, omnique repente solutus terrena affectione, supramundana cupiditate exarsit. *Voluit*, inquit, *Jesus exire in Galilæam, et invenit Philippum, et dicit ei, Sequere me*¹⁴. Non proluxa adhortatione ut is vocanti obtemperaret, indiguit: non munera obtulit: non pollicitationum memoriam iniecit, non mercedem ac præmia his qui sequerentur dedita, in medium attulit. Uno duntaxat illi verbo, *Sequere me*, sibi discipulum addixit; brevique hac vocula parentum statim amoris vim exstinxit. Cognatorum, amicorum, necessariorum oblitus affectionis est: prædia, pecuniæ, omnisque vitæ spretus apparatus; carnalis omnis libido elanguit, germenque aliud amicitiae, ac amor alius, cælestis ille, nihil terrenus ac spiritalis intus animo reffloruit.

Semel Verbi vocem audivit Philippus, *Sequere me*, veroque præceptore ex jussione agnito, non ultra aspexit retro, non animi anceps fuit, non sequi renuit, non sicut Eliseus vocante Elia rogavit, ut prius ambos parentes osculari liceret¹⁵; ac necessariis vale dicto, sic sequeretur. Cognovit ovis bonum Pastorem¹⁶, citoque liberatus ab alienis, per eum ad supernam ac mysticam festinus contendebat caulam. Quo etiam posthac auctore salutem consecutus

¹⁴ Joan. i, 43. ¹⁵ III Reg. xix, 30. ¹⁶ Joan. x, 14.

semplternæ vitæ et pascua insedit et loca se-
desque.

Hæc Philippi, qua discipulum professus est, exor-
dia. Hæc vocationis illius ac electionis causa. Inde
toti crucifixus mundo, soli confixus cruci erat Chri-
sto⁷⁷. Discipulorumque primoribus læ chori capiti-
bus, ceu pari illis honore succenturiatus, ad solum
Magistri nutum sese extendebat, ejus solo amore
roboratus, atque ad virtutis decorem formatus, re-
gnique mysteriorum dignus habitus: quanta de-
mum facultas Verbo sacro-sancte doctori vinctus,
eique similis effectus.

Nec ipse quidem eum in modum bono perfrue-
batur, idipsum vero proximis occultabat: sed cum
bono animi proposito ac voluntate præclare nite-
ret, cum aliis quoque bonum communicat; inven-
toque primùm Nathanaele, ejus qui venturus esset,
adventum illi nuntavit. *Non jam amplius, inquit, in
spe est Israelis salus. Non amplius quod nondum præ-
sens existat, tanquam futurum, obscure animi ratio-
nibus repræsentamus. Adest enim, ac quem olim ma-
gnus Moses et prophetæ spiritu præviderunt, extre-
misque temporibus Israeli Salvatorem suscitandum
prædixerunt, cum invenerimus (Jesum scilicet a Na-
zareth) eximisque ejus operibus inducti crediderimus,
cum eo lubentissime morati, ejusque usi contubernio
sumus⁷⁸*. His itaque penitus sermonibus captum, tan-
quam pulcherrimum venatum atque opimum, virum
Jesu adducit; hocque primùm animi vere impensi
pignus, ac sinceræ fidei certum argumentum Christo
exhibuit, verum illum Israelitam fructum ferens.

Cunctis igitur deinceps gratiæ sermonibus aurem
præbens, omniumque ipse oculis mirabilium inspe-
ctor factus, sacrarum quidem doctrinarum ope, omni
quod dejicit deprimitque atque infringit animum
purgabatur, omnisque ignorantiae depulsa caligine,
divinæ scientiæ cœlestisque sapientiæ luce profici-
ens, magnifice illustrabatur; novis vero ac inau-
ditis operibus roborata fide, ac quotidie in interiori
renovatus homine et confortatus in virum perfe-
ctum, in mensuram crescebat ætatis plenitudinis
Christi⁷⁹.

Hujusce perfectionis certum indicium, sanctæ di-
lectionis confirmatio, quam magnus ille Apostolus
perfectam, sanctam Magistro devotens, parem inde
amorem consequabatur. Quinimo, ille quidem bo-
norum auctor, ac qui natura dilectio sit, omnis
semper virtutis perfectione pollet, nullamque ejus
prorsus aut diminutionem admittit aut intensionem:
at qui exercitationis cultu, sive imitatione ad illam
enituntur, pro certa profectus ex virtutum luce ra-
tione, etiam perfectionis compotes efficiuntur; alii
quidem ad filiorum atque hæredum provehentes
classem ac dignitatem; alii vero, fidelium, qui ser-
vis deputantur, nanciscentes ordinem.

Α πρὸς τὴν ἄνω καὶ μυστικὴν ἠπειλεῖτο αὐλήν· δι' οὗ
καὶ σωθεὶς μετὰ ταῦτα, τῶν ἀειζῶων ἐπέβη καὶ νο-
μῶν καὶ μονῶν

Τοῦτο Φιλίππου τῆς μαθητείας ἀρχή. Αὕτη τῆς
αὐτοῦ κλήσεως καὶ ἐκλογῆς ἡ ὑπόθεσις. Ἐντεῦθεν
ἔλω σταυρούμενος τῷ κόσμῳ, μόνῳ συνεσταυρούτο
Χριστῷ. Καὶ τοῖς τῶν μαθητῶν κορυφαίοις, ὡς ἐμότι-
μος συντεταγμένος, πρὸς μόνην ἑαυτὸν τοῦ διδασκά-
λου συνέτεινε τὴν ῥοπήν, μόνῳ τούτου τῷ πῶθῳ βων-
νόμενος, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς κάλλος τυπούμενος,
καὶ τῶν τῆς βασιλείας μυστηρίων καταξιούμενος,
καὶ τῷ μυσταγωγῷ Λόγῳ κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἐνούμενος
καὶ ἐξομοιούμενος.

Καὶ οὐκ αὐτὸς μὲν οὕτω κατετρώφα τοῦ ἀγαθοῦ,
ἀπὸ δὲ τῶν πλησίον αὐτὸ παρακαλύφατο· ἀγαθὸς δὲ
κομιδῇ τὴν τῆς ψυχῆς πρόθεσιν ὦν, καὶ πρὸς ἄλλους
κοινοποιεῖται τὸ ἀγαθόν· καὶ πρῶτον εὐρηκῶς τὸν
Ναθανάηλ, τὴν παρουσίαν εὐηγγέλισατο τοῦ ἐρχο-
μένου. Οὐκέτι, φησὶν, ἐν ἑλλείπειν τῷ Ἰσραὴλ ἡ
σωτηρία. Οὐκέτι τὸ μήπω παρὸν, ὡς ἐσόμενον
ἀμυδρῶς ταῖς ἐννοιαῖς φανταζόμεθα. Πάρεστι
γὰρ, καὶ, Ὅν πάλαι Μωσῆς ὁ μέγας καὶ οἱ προ-
φῆται τῷ πνεύματι προείδοσαν, καὶ ἐπ' ἐσχάτων
Σωτῆρα τῷ Ἰσραὴλ ἀναστήσειν προείποσαν,
τοῦτον εὐρόντες ἡμεῖς, τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ Ἰησοῦν,
καὶ τῷ τῶν ἔργων αὐτοῦ πεπιστευκότες ὑπερ-
φνεῖ, τὴν μετ' αὐτοῦ τρισάσμενοι πεποιήμεθα
συνοίκησιν. Τούτοις κατακράτος τοῖς λόγοις ἔλῶν,
ὡσπερ θήραμα κάλλιστον, προσάγει τῷ Ἰησοῦ τὸν
ἄνδρα· καὶ τοῦτο πρῶτον ἐνόησας ἐνέχυρον ἀληθι-
νῆς, καὶ γνώρισμα πίστεως εὐλιχρινούς παρέσχε τῷ
Χριστῷ, τὸν ἀληθινὸν ἐκεῖνον Ἰσραηλίτην καρποφο-
ρῶν.

Πᾶσιν οὖν καθεξῆς τοῖς λόγοις τῆς χάριτος ὑπ-
έχων τὸ οὖς· αὐτόπτης δὲ καὶ τῶν θαυμασίων πάν-
των καθεστῶς, ταῖς ἱεραῖς μὲν διδασκαίαις πάσης
μειωτικῆς ὑφέσεως ἀνεκαθάρατο· καὶ πάσης ἀγνοίας
ἀποσκευαζόμενος τὴν ἀχλὺν, φωτὶ θεῶν γνώσεως καὶ
οὐρανίας σοφίας προκόπτων καταλάμπητο. Τοῖς
παραδόξοις δὲ τῶν ἔργων τὴν πίστιν βεβαιούμενος,
ἡσυχάει δὲ καὶ τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον ἀνακαινούμε-
νος καὶ κραταιούμενος, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον
ἡλικίας τοῦ πληρώματος ἀνῆλθε Χριστοῦ,

Ταύτης τεκμήριον τῆς τελειότητος, ἡ τῆς ἀγίας
κραταίωσις ἀγάπης, ἣν ὁ μέγας ἐκεῖνος Ἀπόστολος
τελείαν, ἀγίαν ἀφιερούμενος τῷ διδασκάλῳ, τὴν
ἴσπην ἐκαίθεν ἀντελάμβανεν· μᾶλλον δὲ, ὁ μὲν ἀγα-
θοδότης, καὶ ἀγάπη κατὰ φύσιν ὦν, αἰεὶ ἐν τελειότητι
πάσης ἐστὶν ἀρετῆς, οὐθ' ὑφείκει ἔλῳς, οὐτ' οὖν ἐπί-
τασιν προσιέμενος· οἱ πρὸς αὐτὸν δὲ δι' ἀσκήσεως,
ἤτοι μιμήσεως ἀνατεινόμενοι, κατ' ἀναλογίαν τῆς
διὰ τῶν ἀρετῶν προκοπῆς, καὶ τῆς τελειότητος
κατευστοχοῦσιν· οἱ μὲν, εἰς υἱῶν καὶ κληρονόμων
ἀνιόντες τάξιν· οἱ δὲ, εἰς δούλων καταρτῶντες πι-
στῶν.

⁷⁷ Galat. ii, 19. ⁷⁸ Joan. i, 45. ⁷⁹ Ephes. iv, 13.

Οἱ τοίνυν ἱεροὶ καὶ μεγάλοι τοῦ Λόγου μαθηταί, ἄξινοι μὲν πάσης φιλίας τοῦ κόσμου καθεστῶτες, οἰκεῖοι δὲ καὶ φίλοι τοῦ οὐρανοῦ Πατρός· καὶ πάσης μὲν τοῦ νῦν αἰῶνος ἐρωτικῆς διαθέσεως ἑαυτοὺς ἀλλοτριοῦντες, μόνης δὲ τῆς ἀγάπης τοῦ θεαρχικωτάτου Νυμφίου τετραμένοι, καὶ αὐτῷ συνενούμενοι διὰ τοῦ Πνεύματος, τῆς ὑψηλῆς εὐμοιρῆσιν υἰότητος. Ὅθεν αὐτοῖς καὶ Πνεῦμα ἅγιον, πρότερον μὲν ὡς ἀτελέσιν, ἀτελῶς τε καὶ ἀμυδρῶς ἐνεργοῦν· ὕστερον δὲ, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς τοῦ Μονογενοῦς ἀποκατάστασιν, τελετουργικῶς (33) ὡς τελείοις ἐπιδημοῦν καὶ θεοῦν, ἄρχοντας αὐτοῦς ἐπὶ πᾶσαν καθιστάνει τὴν γῆν· οὐκ ἐπιχῆροις τιμῶν ἀρχαῖς, οὐδὲ βασιλείαν ἐπίζηλον καὶ περιτρεπομένην· ἀκατάλυτον δὲ δόξαν, καὶ μὴ μεταπίπτουσαν χαριζόμενον ἀρχὴν. Ἐπρεπε γάρ τοὺς γεννωμένους ἀνωθεν, ἀνάλο-

γον τῆ τοῦ Πνεύματος ἀιδιότητι καὶ τὴν κληρονομίαν λαχεῖν· καὶ τοὺς συμμόρφους τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς καθισταμένους, κατὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁμολοσίαν, καὶ τῆς ἀκηράτου κατασχέσεως μετασχεῖν.

Πᾶσαν τοιγαροῦν ἐξουσίαν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς λαβόντος Χριστοῦ, πᾶσαν δι' αὐτοῦ τὴν οἰκουμένην οἱ ἱεροὶ θεολόγοι τούτου κληρωσάμενοι, οἱ μὲν τὰς ἐπὶ τῆς λήξεως, οἱ δὲ τὰς ἐσπερίους διαλαγχάνοντες ἐπήρσαν· καὶ οἱ μὲν τὸ βόρειον, οἱ δὲ τὸ νότιον κλίμα διέθεον εὐαγγελιζόμενοι τῆς γῆς. Φίλιππος δὲ ὁ μέγας τοῦ Θεοῦ παῖς, ὁ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων φωτοφανῆς καὶ γνήσιος κατὰ μίθεξιν υἱός· ὁ τοῦ Μονογενοῦς φίλος πιστός καὶ κατὰ χάριν ἀδελφός· τὸ τίμιον λόγευμα τοῦ Παρακλήτου, τὸ σκήνωμα τῆς ἀγιωσύνης τοῦ Ὑπεραγίου, τὸ στεφάνωμα τῆς Ἐκκλησίας, τὸ καλλώπισμα τῶν ἀποστόλων, τὸ ἐντρυφήμα τῶν ἀσωμάτων· οὗτος τῆς Ἀσίας τὰ κλίματα (34) περιῶν, καὶ πάσαις μὲν χώραις καὶ πόλεσι

³³ Cant. ii, 5. ^{33*} Act. ii, 2. ³⁴ Psal. xliii, 17.

(33) *Τελετουργικῶς*. Opponitei quod dixerat ἀτελῶς τε καὶ ἀμυδρῶς. Si ergo, quasi vi divina secretius saceratusque operante, consecrante atque initiante. Est τελετὴ καὶ ἐκτελέσις ritus consecratio; τελετουργός δὲ δύναμις Dionys. virtus divina operans in sacramentis; auctore Budæo, τελετουργία, consecratio. In apostolis ipse seipso τελετουργῶν divinus Spiritus, in nulla exteriori caeremonia divinius præstans in apostolis, ut in primitiis, quod in reliquis per signa sensibilia et elementa, quibus subjicere potuit, dum adhuc imagine versamur, nec ipsam omnino veritatem tenemus.

(34) *Τῆς Ἀσίας τὰ κλίματα*. Videtur Nicetas hanc unam Philippo assignare provinciam; alii tamen etiam alias addunt: Abdias Babylonius in Scythia primum prædicasse, ac certamen desudasse narrat, quo perfunctus in Asiam venerit, ubi Hierapoli dormierit, et quidem placida morte, quod cunctis adversatur. Omnes certe constanter docent, in ea urbe martyrio functum esse; nec de modo martyrii dissident, sed solum plus minusve explicant, quæ fuit erroris occasio card. Bar. dum ita scribit an. 54, n. 3: *De mortis genere discrepat ab Eusebio Nicephorus, et alibi idem Metaphrastes; sed nec horum alicui assentitur incertus auctor, qui scripsit passiones apostolorum*. Incertum eum auctorem non

Sacri igitur magnique Verbi discipuli, ab omni amicitia, quæ sæculi usu præstatur, extranei, ac Patris cœlestis necessarii atque amici: hique adeo tum repudiata ævi præsentis omni libidine, tum vero divinissimi Sponsi charitate vulnerati³³, eique per Spiritum copulati ac juncti, sublimem filiorum rationem nacti sunt ac nomen. Quamobrem hos quoque Spiritus sanctus, cum prius quidem tanquam imperfectos, imperfecte atque obscure afflaret^{33*}; postea, Unigenito jam in cœlos recepto, consummativa (ut sic loquar) ratione ac consecrativa, quasi perfectis illis adveniens eosque deificans, principes constituit super omnem terram³⁴: non perituris magistratibus atque muniis augens, neque regnum ejusmodi tribuens, quod invidiosum sit atque facile evertatur, sed indissolubilem gratiam, ac imperium nulla unquam ratione ad alios transiturum eis consedens. Decebat enim, ut qui de supernis nati essent, hæreditatem quoque ac sortem æternitatis Spiritus convenientem consequerentur: ac qui conformes gloriæ Unigeniti essent, pro similitudinis ejus ratione, etiam immortale decus perciperent.

Cum igitur omnem Christus in cœlo et in terra nactus esset potestatem, omnem per ipsum ejus sacratissimi Theologi sortiti orbem^{33*}, alii orientales, alii occidentales, quæ obtigerant, partes inierant: atque alii quidem borealem, alii vero australem plagam, evangelizando percurrerant. At magnæ Dei puer Philippus, Patris ille luminum lucidissimus verusque participatione filius; Unigeniti fidelis amicus ac gratiæ indulgentia frater; nobilis Paracleti fetus, tabernaculum sanctificationis, ejus qui omni eminent sanctitati; Ecclesiæ corona, apostolorum gloriatio ac decus, spirituum delicia; hic utique Asiæ oras perlustrans, cunctisque provinciis atque urbibus vitæ doctrinam annuntians, eosque

^{33*} Matth. xxviii, 19.

moror, sive est Abdias, sive quis alius; Eusebio reliqui consentiunt: solum explicant modum crucis, quem ille tacuit, quod inverso capite et a pedibus perforatis calcaneis stipiti affixus: quo tanto supplicio, tumultuante etiam plebe, lapidibus appetitus, brevi animam reddidit. De tempore singularis est Hippolytus, quod Domitiano imperatore sublatum scribit. Menæa, peragratis Mysiæ et Lydiæ urbibus, Hierapolim venisse tradunt, quæ ipsæ Asiæ provinciæ sunt: nec enim Mysos seu Mæsos Europæo, videntur velle, quibus proprius ad Galliam licuisset accedere, in qua prædicasse auctor est Isidor. lib. *De vita et morte sanctorum* c. 74. *Philippus Gallis prædicat Christum, barbarasque gentes vicinas, tenebris et tumentis Oceano conjunctas, ad scientiæ lumen fideique portum perducit*. Additque hoc munere perfunctum Philippum, in Phrygiam migrasse, ubi Hierapoli occubuit. Baronii opinionem, qui rem trahat ad Galatas Asiaticos, serio convellit ill. ac reverend. Petrus de Marca Parisiensis archiep. in epist. ad Henricum Vales. ejus Eusebio præfixa, adducto etiam Usserio Armachano, cap. 2 *De antiquitatibus Ecclesiæ Britannicæ*, qui ipse strenue Isidori lectionem vindicat, et Jacobi Berulii temeritatem notat, qui *Galatis, pro Gallis*, in textu ipso, absque ulla nota veteris lectionis reposuerit. Vellem testes

qui ad vitam erant ordinati, veræ vitæ per fidem concilians; captosque omnes a diabolo, innumerisque erroribus ac seductionibus perditos sapientiæ divinæ sermonibus hortamentisque captivans, ac regenerationis aqua emundans, gratiæque Spiritu illuminans atque consummans, ita nimirum Patri, qui in cœlis est, filios adoptabat. Cunctos vero qui variis passionibus seu morbis tenebantur, aut obsessi a dæmonibus erant, aut quovis alio sinistro casu afflictabantur, maleque habebant, solo sermone ac sacræ manus contactu sanabat. Ac quidem spiritali ratione, inaspectabilium hostium facies cædens, eos elidebat; ad sensum autem, quos illi seduxerant arguens, increpans, obsecrans⁸¹, magnifica, prædicatione prodigiorumque stupendis operibus, ad agnitionem veritatis paulatim adducebat⁸²: sacerdotesque ac præsules fidelibus præficiens, quin et per loca Domino altaria exstruens, sacrumque sanctorum mysteriorum ritum tradens, necnon evangelicam, quoad liceret, eis legem constituens, in eum modum duplicis auctor beneficii (corpus scilicet demerendo atque animum) vir beatissimus credentibus erat.

Quemadmodum autem ingens sagena in mare missa, quanto amplius aquis immoratur, tanto majorem piscium copiam trahit⁸³; sic utique magnus Philippus annos complures cum gentilium multis populis versatus, longe confertam multitudinem eorum trahit, qui illius opera nomen Christo darent. Decebat autem, ut tanquam Spiritus sagena, sanctorum angelorum manibus, velut ex mari in littus (in cœlestem scilicet stationem) eductus, si quid Dominica indignum mensa illi comes esset, id vero abjiceret; quidquid autem bonum et pulchrum ac pretiosum esset, Regi gloriæ cum honore offerret.

At quisnam Apostoli resolutionis modus? Est Phrygiæ urbs magna atque illustris, opum abundantia gloriæque fastigio superba (Hierapolim vocant), civium robore ac multitudine, nulli forte tunc magnarum per Orientem metropoleon primas cedens. Ad hanc magnus Philippus post longos viarum circuitus, post omnis generis pericula, labores, ærumnas, post varia Evangelii causa tormenta

τὸν λόγον εὐαγγελιζόμενος τῆς ζωῆς· πάντας δὲ τοὺς εἰς ζωὴν τεταγμένους, τῇ ἀληθινῇ διὰ πίστεως προσάγων ζωῆς· καὶ πάντας μὲν ἐξωγρημένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ μυρίαὶς ἀπάταις καὶ πλάναις ἐξαπολωλότας, λόγοις σοφίας Θεοῦ καὶ παραινήσεσιν αἰχμαλωτίζων, καὶ τῷ τῆς παλιγγενεσίας ὕδατι καθαίρων, καὶ τῷ τῆς χάριτος πνεύματι φωτίζων καὶ τελετουργούμενος, οὕτω δὲ τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς υιοθετεῖτο Πατρί. Πάντας δὲ τοὺς ὑπὸ ποικίλων ἐξεταζόμενους παθῶν ἢ νόσων πειραζόμενους, ἢ δαιμονίων παρενοχλούμενους, ἢ ὅτι οὖν πονηρῶ κακουμένους συναντήματι, λόγῳ μόνῳ καὶ χειρὸς ἱερᾶς ἐθεράπευεν ἐπαφῇ. Καὶ νοητῶς μὲν, τῶν ἀοράτων τὰ πρόσωπα ῥαπίζων κατέρβασσεν ἐχθρῶν· αἰσθητῶς δὲ, τοὺς ὑπὲρ ἐκείνων πλανωμένους, ἐλέγχων, νοουθετῶν, παρακαλῶν, τῇ μεγαληγορίᾳ τοῦ κηρύγματος καὶ ταῖς τῶν τεράτων μεγαλουργίαις ἐξιπτῶν, εἰς ἐπίγνωσιν ἤγε κατὰ μικρὸν τῆς ἀληθείας. Ἱερεῖς δὲ καὶ ἱεράρχας τοῖς πιστοῖς καθιστῶν, καὶ θυσιαστήρια δὲ κατὰ τόπους Κυρίῳ κατασκευαζόμενος, καὶ τὴν ἱερὰν τῶν ἁγίων μυστηρίων παραδίδους τελετουργίαν (35)· καὶ τὸν εὐαγγελικὸν νόμον ὡς θεμιτὸν αὐτοῖς διατιθέμενος, οὕτω διπλῆς αἰτίας εὐεργεσίας, σωματικῆς τε καὶ ψυχικῆς, ὁ μακαριώτατος τοῖς πιστεύουσι καθίστατο.

Ὅσπερ δὲ σαγήνη μεγάλη καθιεμένη τῇ θαλάσῃ, ὅσῳ πλέον ἐγχρονίζει τοῖς ὕδασι, τοσοῦτῳ πλείω καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἰχθύων ἐφέλκεται περιουσίαν· οὕτως ὁ μέγας Ἀποστόλος ἐπὶ χρόνοις πλείοσι πολλοῖς ἔθνεσιν ἐμδεβλημένος, πολλὸν ὅτι μάλιστα δι' αὐτοῦ Χριστῷ πιστευόντων ἐπεσπάσατο περιουσιάζον. Ἐδεῖ δὲ τοῦτον οἷα σαγήνην ὄντα τοῦ Πνεύματος, χερσὶν ἀγγέλων ἁγίων ὥσπερ ἐκ θαλάττης εἰς αἰγιαλὸν, τὸν οὐράνιον χῶρον ἀναδιβαζόμενον, ἀποτίθεσθαι μὲν, εἴ τι τῆς δεσποτικῆς τραπέζης ἀνάξιον ἐπηκολούθησεν· ὅσον δὲ καλὸν τε καὶ τίμιον, μετὰ τιμῆς τῷ τῆς δόξης προσφέρεσθαι Βασιλεῖ.

Ἄλλὰ τις ὁ τῆς ἀναλύσεως τοῦ Ἀποστόλου τρόπος; Ἔστι πόλις κατὰ τὴν Φρυγίαν μεγάλη καὶ περιφανής, πλοῦτου περιουσία καὶ δόξης καυχήματι γαυρουμένη πολλῶ· Ἱεράπολις ὄνομα τῇ πόλει, ἰσχύος καὶ πολυανθρωπίας τότε μάλιστα, οὐδεμιᾶ τυχὸν τῶν κατὰ τὴν ἀνατολήν μητροπόλεων παραχωροῦσα τὰ πρεσβεῖα. Εἰς ταύτην ὁ μέγας Φίλιππος μετὰ τὰς μακρὰς περιόδους, μετὰ τοὺς παντο-

⁸¹ II Tim. iv, 2. ⁸² I Tim. ii, 4. ⁸³ Matth. xiii, 47.

alios, qui nobis Philippum apostolum assererent. Placet Nicetæ castigata moderatio, qui probatiora solum stylo exornanda suscepit, suæque maxime Ecclesiæ usu explorata. Accuratam historicæ rei diligentiam in gente Hispana alii desideraverunt, ac in primis Godes. Hensch. tom. I Febr. Historiæ sanctorum, ubi de primis Jacobi discipulis, quibus sata fides in Hispania, illi sermo incidit: quanquam nec quod de Philippi obitu Olymp. 207 in Eusebii chronico habetur, magni ponderis habendum sit, aut certa epocha illius martyrii, cum in plerisque manuscriptis desideretur, ut et Miræus omiserit, et

Pontanus diverso caractere edendum putaverit; gravi certe indicio, subdititium quid esse, non ab Eusebio scriptum, quem Philippi apostoli res videntur prorsus latuisse: nec Sophronius extra martyrium crucis Hierapoli in Phrygia aliquid quod adderet habuit.

(35) *Τὴν ἱερὰν τῶν ἁγίων τελετουργίαν.* Nempe sanctorum mysteriorum et universim sacramentorum ritum, sub quorum symbolis Christi Ecclesia adunatur, suntque quod attinet ad substantiam, divinæ institutionis, quoad modum vero celebrationis et ornatum quemdam, apostolicæ.

δακρύς κινδύνους, τοὺς πόνους, τοὺς κόπους, μετὰ τῆς ποικίλας ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου βασάνους καὶ θλίψεις, καὶ εἰς ταύτην τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν εὐαγγελιούμενος ἦγετο τῷ Πνεύματι.

Ἰδὼν δὲ τὴν πόλιν, οὐ κατείδωλον οὔσαν μόνον, ξοάνοις τε κωφοῖς καὶ δαιμονίων σεβάσμασι μεμισμένην· ἀλλὰ δὴ καὶ ἰσοβόλοις ἔρπετοις, καὶ ἐχίδνῃ τινὶ τερατώδει (36) καὶ ἀπευκτῇ (ὡ τῆς τῶν κακῶν ὑπερβολῆς!) ὡς θεῶ τε προσανέχουσαν καὶ θυσίαις ἐξιλασκομένην, ζήλω μὲν θεῶ καταπίμπραται τὴν ψυχὴν· προσευχαῖς δὲ συντονωτάταις, καὶ ῥήματι παραγγελίας Θεοῦ ζῶντος, καὶ τῇ ἐπικλήσει τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὀλεθροτόκον ἐχίδναν ἐκείνην ἀπεκτονῶς, πᾶσιν ἐπεικῶς ὁ θαυμάσιος παρῆνει, καὶ συνεβούλευεν εἰς οὐρανὸν ἀνανεύοντας, τὸν τοῦ οὐρανοῦ Δεσπότην ἐπιγνώναι. Ὅς, ὦν ἀεὶ Θεὸς τέλειος, ἀναρχος, ἀσώματος, ἀκατάληπτος· βουλευθεὶς δὲ μετὰ τὸν ἀόρατον, καὶ τὸν ὁρώμενον τοῦτον κόσμον δι' ἀγαθότητος ὑπερβολὴν παραγαγεῖν, οὐρανὸν μὲν ἐξώθεν πάντων, οὐδὲ τινα σφαῖραν ἀεικίνητον τῶν ὄλων σωμάτων περιεκτικὴν κατεσκευάσατο· γῆν δὲ μεσσιτάτην τῶν ὄλων, ὡς περ τι κέντρον τοῦ παντός ἐν ἀκινήτῳ ἰδρύσει καὶ ἰσορροπία κατεστήσατο. Καὶ τὸ ἀέρισσιον μὲν καὶ στοιχειῶδες ὕδωρ περὶ τὴν γῆν, τὴν γῆν δὲ περὶ τὸ ὕδωρ στερεῶν, δι' ἀλλήλων ἄμφω ταυτὶ τὰ στοιχεῖα ἐστηρίξατο, εἰς μίαν τιὰ δύναμιν ἀρρήτον, τὴν κατὰ τὸ μεσατάτον τοῦ παντός ἐστῶσαν ὑπερφυῶς ἐκκορυφούμενα· ἐπομένως δὲ τοῦτοις, τὸν πολύκενον πανταχόθεν ὑπερχάμενος ἀέρα, ὑπὲρ αὐτὸν αὐθις ἐχόμενα, τὸ αἰθέριον κῦτος περιήγαγεν· ἐξ ὧν φυτὰ πάντα καὶ ζῶα, κατὰ ἰδιότροπον ἕκαστον φύσιν ἐποίησε καὶ μορφήν.

Μόνον δὲ τὸν ἄνθρωπον, τῆς ἰδίας πλάσας μεγαλειότητος εἰκόνα, τοῦ παραδείσου πεποίηκεν οἰκητόρα· ἐν τὴν Δεσποτικὴν ἐντολὴν ἠθετηκότα, καὶ διὰ τοῦτο τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος ὀλισθηκότα, θάνατος καὶ φθορά, τὰ ὀφύγια τῆς ἁμαρτίας, διεδέξατο· ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ὁ ἀγαθὸς ὤργισθη, οὐδὲ τὸ οἰκεῖον παρεῖδεν εἰς τὸν αἰῶνα πλάσμα· διὰ νόμου δὲ καὶ προφητῶν πρῶτον ἀγίων παιδαγωγήσας πρὸς εὐσέβειαν· νῦν δὲ κατὰ τὴν τῶν αἰῶνων συντέλειαν, τὸν μονογενῆ, τὸν ἰσοσθενῆ καὶ ὁμοφυᾶ Λόγον, ὑπερ-

(36) Καὶ ἐχίδνῃ τινὶ τερατώδει. Perinde Metaphr. Elevat autem card. Baron. horum fidem an. 54, n. 3, eo quod Hierapoli, non viperam, sed alios deos colerent, ex Euseb. lib. II De præparat. Evang. c. 4. Sed nihil ibi Eusebius in eam rem. Solum enim eo libro veterum theologorum dicta refert, quibus idololatriæ originem traducat: non ut singula numina singularum civitatum proferat. Bene apud Nicephorum, ejus vulgator hoc ipsum nostris temporibus in Livonia et Samogitia repertum tradit. At neque in Gallia desunt viri simplices, quibus hujusmodi viperæ ac serpentes boni ominis existimentur, ubicunque degant, ruri vel in domo; sinistraque omnia portendere, si abigantur, vel etiam necentur; quo in genere singulare quid de domestica vipera sibi accidisse narrat Leo Al-

illataque mala, in ea quoque Christum annuntiaturus, Spiritu agebatur.

Videns itaque civitatem, nedum simulacrorum superstitioni deditissimam, mutisque statuaculis ac dæmonum cæremoniis pollutam; verum etiam venenatis serpentibus, ac portentosæ cuidam infandæque viperæ (o malorum exsuperantiam!) tanquam Deo ac Numini animis addictam, quam dementi sensu hostiis placandam existimaret; divina animo æmulatione inardescit, ferventissimisque precibus, Deique viventis verbo præceptoque, necnon Christi Jesu invocato nomine, perempta exitiosa vipera, cunctos palam vir admirandus hortabatur, auctorque consilio erat, ut in cælum aspicientes, cæli Dominum agnoscerent. *Is, Deus semper perfectus, æternus, incorporeus, incomprehensus, post illum invisibilem, etiam mundum hunc oculis subjectum præ eximia bonitate condere cum voluisset; cælum, aiebat, cunctis externum, haud secus ac globum perpetuo mobilem universa corpora continentem, fabricatus est: terram vero omnium mediam, velut rerum hujusce universitatis centrum quoddam immobili sede, ac suis æque libratam ponderibus collocavit. Abyssi, ac qua elementum consistit, aquam, circa terram; terram vero circa aquam solidans, alterum altero elementum mutuaque communiione firmavit: quæ videlicet in unam arcanam vim, in universi meditullio mirabiliter consistentem fixamque explicentur. Exinde multaculum his undique superfundens aerem, super ipsum rursus continue ætheream circumduxit late fusam capacitatem: ex quibus plantas omnes et animantes condidit, juxta propriam cujusque indolem ac formam.*

Solum autem hominem suæ majestatis simulacrum formans, paradisi constituit civem: quem ipsum Dominici transgressorem mandati, eamque ob rem ab illius cassum necessitudine, mors et corruptio (peccati scilicet obsonia) exceperunt. Haud tamen benignissimus ille in finem iratus est, aut in perpetuum despexit figmentum suum: sed cum prius per legem sanctosque prophetas ad pietatem instituisset; nunc tandem in consummatione sæculorum, unigenitum parique secum robore ac ejusdem naturæ Verbum, divina quadam eximiaque ratione, ex venerabili sanctaque Virgine, nullus contagione peccati factum ho-

lat. cum adolescens esset, lib. De peregrinis Græcorum opinionibus, vaticinante inde vetula quæ illi satis prospera evenere, adventum, profectio-nem, etc., quæ non careant superstitionis labe. De Hierapoli et serpentum in ea cultu argumento est antiquum civitatis nomen, quod tradit apud Metaphrastem Joseph Humilis Oratione in laudem sancti Bartholomæi; nempe Ophioryma, quasi dicas, serpentis ac anguis tutamen seu præsidium. Confer nostra hæc cum dictis ad Hippolyti Synopsim; nec te censuris ejusmodi facile abduci sinas. Durum sane unius ductu calami novi hominis expungi, quidquid summa consensione tot retro sæculis, probatis actis ac auctoribus consignatum fidem habuit.

minem, nobis præbuit. Is hominum similis apparens, veritatis sermonibus ac potentiae operibus, Patris sui nobis gloriam ac notitiam, affusa cœlitus luce manifestavit; quique ab omni immunis passione esset, passionibus nostri causa, cruceque et morte perfunctus atque in illis versatus (quippe homo cum esset) resurrexit tertia die ac se nobis conspicuum fecit, nobisque cernentibus in cœlum receptus est (quippe qui Deus esset). Quem et rursus venturum e cœlis expectamus, pro eo ac pollicitus est, ut humanum omne genus exsuscitet, judicetque ac reddat unicuique pro eo ac gessit. Hunc, hortamur, agnoscite. Hunc, obsecramus, colite; et in nomine ejus baptizati, ab omni scelere impuraque omni cœremonia emundamini; omnisque gratiæ participes effecti, atque illius consortes sanctitatis, vitæ æternæ ac regni hæreditatem consequimini, in Christo Jesu. Amen.

Hujusmodi vir beatissimus divinis prædicationibus admonens, adhortans privatimque ac publica concione doctrinam justitiæ tradens, turbam numero superiorem assensum præbentem, veritati adjunxit. Hosque adeo per aquam et Spiritum regenerans, ac qui in illis majori pollerent prudentia, majoremque essent assecuti gratiam, in antistites ac sacerdotes præficiens, Ecclesiam sanctam immaculatam excitat Christo.

At non tulit, ut veritatem sic prosperantem videret, qui illius adversarius est: quin potentiores ac primores civitatis illius incessens, flammæque instar æmulationem in eis succendens, apparitorum repente manu eum corripit, sævisque conscissum verberibus, duro carcere includit. Tum funiculis e calcaneis vinctum in sublimi verso in terram capite, virum justum suspendunt. Eratque videre velut agnum immaculatum alte in aere sublatum. Ac pedes quidem sursum, deorsum vero venerandum caput habebat, eoque habitu mentis in cœlum iter ac contemplationem velut adumbrabat.

Haud tamen eum Dominus consolationis expertem reliquit. Propensiore namque mitioris providentiæ consilio, divinus quoque Bartholomæus, pari damnatus patibulo pendebat. Contigit enim eum tunc ibi versari, ac sicut prædicationis, sic et passionis socium effici. Neque id modo, sed et ipsa

(37) Σχοινοῖς ἐξάφαντες κατὰ τῶν ἀστραγάλων. Sic quoque Metaphr. necnon Menæa, in quibus expressius aliquid: Ἐπὶ τῆς πλατείας σφελίς, εἶτα τοὺς ἀστραγάλους τρυπήσεις, ἐπὶ τοῦ ξύλου ἀνηρτήθη· καὶ οὕτως εὐξάμενος, τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο· Per plateam tractus, tumque perforatis calcaneis in ligno suspensus est, et sic passus Domino tradidit spiritum: quibus constans est, Philippum capite deorsum verso, et quidem talis sic perforatis, stipiti ac cruci alligatum pependisse: quam forte ipsam crucem velint Romanæ tabulæ, et Eusebiani Chronici interpolator, ex quo ipso tanquam ex vero Eusebio acceperint, qui easdem tabulas auxerunt, novasque composuerunt. Lapides addi facile fuit tumultuariæ illi crucifixioni, plebe in fu-

ἀναμαρτήτως ἀνθρωπιζόμενον παρέσχετο. Ὅτε ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων ἐπιφανείς, λόγοις ἀληθείας καὶ ἔργοις δυνάμειος, τὴν πατρικὴν αὐτοῦ δόξαν καὶ γῶσιν, ἐνέλαμψεν ἡμῖν· καὶ πάθεισιν ὁ ἀπαθήσας, καὶ σταυρῷ καὶ θανάτῳ προσωμνηκῶς ὑπὲρ ἡμῶν (ἄνθρωπος γὰρ ἦν), ἀνέστη τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, καὶ ἐνεφάνισεν ἡμῖν ἑαυτὸν· καὶ βλέπόντων ἡμῶν, ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν (Θεὸς γὰρ ἦν). Ὅτι καὶ προυδοκῶμεν ἡξείν αὐθις, ὡς εἶπεν, ἐκ τῶν οὐρανῶν, τοῦ ἀναστῆσαι σύμπαν τὸ πλάσμα, καὶ κρίναι καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πράξιν αὐτοῦ. Τοῦτον ἐπίγνωτε, παραινοῦμεν. Τοῦτον σεβάσθητε, παρακαλοῦμεν· καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τούτου βαπτιζόμενοι, καθαρισθήσεσθε μὲν πάσης ἐναγοῦς καὶ μιαρᾶς τελετῆς· πάσης δὲ χάριτος μέτοχοι, καὶ κοινωνοὶ τῆς αὐτοῦ γενόμενοι ἀγιωσύνης, κληρονόμοι ζωῆς αἰωνίου καὶ βασιλείας καταξιωθήσεσθε, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

Τοιαύταις ὁ μακαριώτατος θεηγορίας νοουθετῶν, παραινῶν, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τὸν λόγον πρεσβεύων τῆς δικαιοσύνης, ἀναριθμήτους μὲν πείθων προσήγετο τῇ ἀληθείᾳ· δι' ὕδατος δὲ καὶ Πνεύματος τούτους ἀναγεννῶν, καὶ τοὺς συνετωτέρους ἐν αὐτοῖς, καὶ χάριτος μείζονος ἡξιωμένους, εἰς ἀρχιερέας, ὡς θέμις, καὶ ἱερέας προβαλλόμενος, Ἐκκλησίαν ἀγίαν, ἁμωμον ἀνίστη Χριστῷ.

Ἄλλ' οὐκ ἔνεγκε βλέπων οὕτως εὐδοκούμενην τὴν ἀλήθειαν, ὁ ταύτης ἐχθρὸς· τοὺς δυνατωτάτους δὲ καὶ πρώτους ἐκείνης τῆς πόλεως ὑποδύς, καὶ τὸν ζῆλον ἐν αὐτοῖς ἀναφλέξας ὡς πῦρ, συναρπάζει μὲν αὐτὸν ἐξάπινα χειρὶ στρατιωτικῇ· μαστιγοῖ δὲ πικρῶς, καθείργνυσι δὲ δεινῶς· μετὰ ταῦτα δὲ σχολίοις ἐξάφαντες κατὰ τῶν ἀστραγάλων (37), ἐπὶ μετεώρου τὸν δίκαιον ἐκκρεμῶσι κατὰ κεφαλῆς. Καὶ ἦν τοῦτον ὄραν καθάπερ ἁμωμον ἀρνίον, διὰ τοῦ ἀέρος ἀπλωρημένον· καὶ ἄνω μὲν τοὺς πόδας, κάτω δὲ τὴν σεβασμίαν ἔχοντα κεφαλὴν· καὶ τῷ τοιῷδε σχήματι τὴν ἰουτενῆ πρὸς τὰ ἄνω τοῦ νοῦ παρεῖν καὶ θεωρίαν ὑπογράφοντα.

Ἄλλ' οὐκ ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ Κύριος ἀπαρηγόρητον· οἰκονομία δὲ κρείττονι καὶ Βαρθολομαῖος ὁ θελὸς ἀπόστολος τούτῳ συνεσταύρωτο. Ἐκείσε γὰρ αὐτὸν ἐνδημεῖν, καὶ ὡσπερ τοῦ Εὐαγγελίου κοινωνῶς, οὕτω δὲ καὶ τοῦ πάθους ἐγνωρίζετο. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ Μαριάμ ἡ Φιλίππου ἀδελφῆ (38)· ἀδελφῆ τὴν

rorem acta adversus Sanctum, donec terræmotu ac hiatus periculo fuit deterrita. Mitior fuerit Bartholomæi crux et Mariæ sororis, sive Mariamnæ (ut Menæa vocant) ut licuerit deponi ac supervivere, cum jam Philippus diem clausisset.

(38) Αὐτὴ Μαριάμ, ἡ Φιλίππου ἀδελφῆ. Menæa Μαριάμνην, quo etiam modo Metaphr. fuitque facile ejus vocis ultimam syllabam antiquario Mazar. excidere. Consentiant hæc tanta de Maria seu Mariamna, sorore Philippi, non solum spirituali, sed etiam carnali, his quæ refert Paulus de apostolis et prædicatoribus Hebræis, circumducentibus sororem mulierem, more gentis I Cor. ix, 5; qua tamen is licentia minime usus sit, ne quam offensionem poneret gentibus, quibus peculiariter destinatus

φύσιν, ἀδελφή τὴν πίστιν· τὸν ζῆλον, ὁμότροπος· Ἄ Maria Philippi soror, nempe soror natura ac τὴν ἀγάπην, ὁμόγνωμος· παρθένος τὴν ψυχὴν, παρθένος τὸ σῶμα, ὅλη τετρωμένη τῆς ἀγάπης Χριστοῦ. Μαριάμ, γνησία Χριστοῦ θεραπαινίς, ἀξία Θεοῦ θυγάτηρ, ἅλη τοῦ παναγίου Πνεύματος μεμεστωμένη, πιστὴ τοῦ Εὐαγγελίου μαθήτρια, σπουδαία τῶν ἀποστόλων διάκονος, καὶ θερμοτάτη πρὸς τὰς Ἑλληνίδαίς τοῦ Ἰησοῦ εὐαγγελίστρια. Ἄνωθεν αὐτὴ προσεκαρτέρει τῷ Φιλίππῳ, ἐξ οὗ τὸν κλῆρον ἐλήψε τῆς ἀποστολῆς· καὶ τοῦτον, ὡς ἀδελφὸν μὲν τὸ σῶμα, πατέρα δὲ τὸ πνεῦμα τιμῶσα, καὶ ὡς δραστήριος ὑπηρέτουμένη θεράπαινα, πλήρης τῆς ἀποστολικῆς καὶ αὐτῆς δυνάμεως ἦν. Ὅθεν εὐαγγελιζομένην συνεργῶσα, καθειργνυμένην συμπαρομαρτοῦσα, καὶ τότε δὴ κρεμαμένην συνανιωμένην τε καὶ συνουδυνωμένην, πάντα τρόπον συνέπασχεν ἡ μακαριωτάτη Χριστῷ.

Γίνεται δὲ τότε θέαμα ξένον, φρίκης τε πάσης καὶ ἀγωνίας γέμον. Σείεται μὲν ἐξαίφνης ἡ γῆ καὶ ὅλος ὁ χορὸς ἐκείνος ἐκτιναχθεὶς, εἰς βάθος ὑπενόσται, ἐν ᾧ πᾶσα μικροῦ δαίτη ἡ πόλις ἐκείνη συναγερμένη, θέατρον ἐποιεῖτο τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Ἰησοῦ· συγκατεσπᾶτο δὲ τῷ ἐδάφει πᾶς ὁ λαὸς, καὶ δεινῶς ἀπολέσθαι κινδυνεύοντες, τοὺς περὶ τὸν Φιλίππον ἐπεβοῶντο· καὶ ταύτη γε τῆς πλάνης μὲν ἀποστήσεσθαι, τῷ τῆς ἀληθείας δὲ πιστεῦσαι καθυπισχοῦντο Θεῷ. Τοὺς δὲ ἰκετηρίαίς μὲν ἐκτενέσιν ἐξευμενίζεσθαι τὸν Θεόν, ἀθρόως δὲ τὸν Κύριον προσευχομένοις αὐτοῖς ἐπιφανῆναι· καὶ στηριχθῆναι μὲν εὐθέως τὴν γῆν τῆς ἐπὶ τὸ κάταντες ὑποχωρήσεως· δύναμιν δὲ θεῖαν κλίμακος τρόπον τοῖς ἀπολλυμένοις ὀποτεινομένην, πρὸς σωτηρίαν ὁδοποιεῖν. Αὐτὴ γίνεται πίστει τοῖς ἀπίστοις ἀφορμή. Τοῦτο δὲ τὸ θαυμάσιον τὴν πόλιν ἐκείνην ὀλίγου δαίτη πᾶσαν τῷ τοῦ Φιλίππου προσῆγε Θεῷ. Ἐντεῦθεν λύειν μὲν τοὺς Χριστοῦ δεσμῶν οἱ σεσωσμένοι, καὶ τοῦ ξύλου καθεῖναι προσήσαν σπουδῆ· ἐπέιχοντο δὲ, τὴν περὶ αὐτῶν γενομένην ἄνωθεν ἐγνωχότας βουλήν.

Σὺ μὲν γάρ, ὦ τρισμακαριώτατε τῶν ἀποστόλων, ἀναθῆναι μὴ καταδεξιμένος τῶν δεσμῶν, ἐπισκήψας δὲ τῇ τε πόλει τὰ δέοντα, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς πᾶσι προσμένειν τῇ πίστει τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ταῖς ἐντολαῖς παρεγγυησάμενος προσλιπαρεῖν· εἶτα, δέησιν ἰκετήριον τε δῆμα καὶ εὐχαριστήριον, ἐμφανιζομένην σοι νοερῶς καὶ ὑπερκοσμίως τῷ Θεῷ σου καὶ βασιλεῖ σου προσλαλήσας Χριστῷ, εἰς χεῖρας αὐτῷ τὴν πανολβίαν ἀπέδου ψυχὴν· καὶ ἐν φωνῇ ἀγαλλιᾶσεως καὶ ἐξομολογήσεως, ἐν ἤχῳ ἑορταζόντων νοερῶν καὶ θεῶν Δυνάμεων, πρὸς τὰς οὐρανίας αὐτῷ καὶ ὑπερφουεστάτας συνανελήφθης μονάς.

⁶⁶ Cant. II, 6. ⁶⁸ Psal. XLII, 5.

erat prædicator. Saniora hæc, quam illa Abdîæ, de duabus apostoli filibus, quæ post aliquantos annos in tumulum patris et ipsæ illatæ sint, a dextris et a sinistris illius positæ ac miraculis claræ; quas e mentibus scriptor non advertit alterius Philippi filias existisse, id est diaconi; quæ forte Philippi apostoli amore, et quod celebris civitas erat, multosque in ea Philippus Christo acquisierat, Palæ-

stina a Romanis vastata, illo commigrarant, ac hospitii locum ibi delegerant. Quod etiam Mariam seu Mariannem τοῦ Ἰησοῦ εὐαγγελίστριαν dicit πρὸς τὰς Ἑλληνίδαίς, annuntiasse Jesum mulieribus Græcis, sexui convenientissimum, nec privatam excedens doctrinam, qua nihil vetat mulieres, etiam summis apostolis adjutrices esse evangelica functione.

Contigit vero novum quoddam spectaculum, horrendum sane tremendumque ac terroris plenum. Terræmotu subito locus quatitur, totusque ille succussus chorus alta voragine subsidebat, quo tota fere civitas, Jesu homines theatro traductura, concesserat; omnemque populum unus cum solo hiatus absorbebat. Jam itaque gravi salutis vitæque pulsante periculo, Philippum cum sociis inclamabant; atque ea se ratione ab errore abscessuros, veroque Deo credituros, etiam atque etiam pollicebantur. At Philippus sociique ferventibus Deum supplicationibus placare; orantibus Dominus confestim apparere, moxque terram, ne mergeretur hiatusque subsideret, confulcire; vi denique divina instar scalæ pereuntibus submissa, ita ad salutem munire. Hæc incredulis fidei occasio. Miraculum hoc, omnem fere illam civitatem adjunxit Philippi Deo. Hinc periculo redempti, Christi vincetos solum lignoque depositum prompti accedere; at cohibebamur, qui supernum de illis consilium intelligerent.

Tu quidem, apostolorum ter beatissime, cum solvi vinculis noluisse, ac quæ officii erant civitati mandasses, cunctisque fratribus ut in fide Jesu perseverarent ac mandatis assidui essent, præcepisses: tumque supplicantis animi pariter atque gratias agentis orationem, Deo tuo, Regi tuo Christo qui apparuerat, mentis sensu, ac supra quam decore honesteque, prolocutus esses, in manus illius beatissimam animam tradidisti: inque voce exultationis et confessionis in sono mentium epulantium⁶⁶ divinarumque Potestatum, in coelestes eximiasque ac divinas, illo auctore, receptus es mansiones.

stina a Romanis vastata, illo commigrarant, ac hospitii locum ibi delegerant. Quod etiam Mariam seu Mariannem τοῦ Ἰησοῦ εὐαγγελίστριαν dicit πρὸς τὰς Ἑλληνίδαίς, annuntiasse Jesum mulieribus Græcis, sexui convenientissimum, nec privatam excedens doctrinam, qua nihil vetat mulieres, etiam summis apostolis adjutrices esse evangelica functione.

Bartholomæus autem e patibulo depositus, unaque sapientissima Maria, cum Christiferum illud tabernaculum reverenter sepeliendum curassent ac Ecclesiam confirmassent, eosque qui accessissent illuminassent; ac si quid reliquum ad Evangelii functionem videbatur, complerent, suam quisque viam perrexere.

Tu vero, summe inclyte ac divine Dei puer, cœlestes festinus axes inscendens chorosque agens, ac cum magistro atque Domino in æternum versans, gaude ac lætare tanquam Dei filius adoptione, quippe qui hoc nactus sis, ut cum eo qui natura Filius est, regnes vivasque, et in sempiternum læteris ac præsentia fruaris.

Gaude, quod Patrem luminum videre cupiisti; eumque videns⁸⁶, prototypum in Filio, ac tanquam in imagine vidisti; velutque in radio, solem in Unigenito, Genitorem intelligens, veræ plenus lucis, quasi filius lucis atque vere ipse lux enituisti.

Gaude, Christi equorum ferventissime ac perniciosissime, quem ille conscendens, ac in mare quod mente intelligitur, inducens, mira que ratione regens, multas aquas tua opera (absurda scilicet gentium sensa ac consilia) conturbavit⁸⁷.

Gaude, quod spiritalium Dei equorum (angelicarum scilicet potestatum) volatilem indolem atque agilem, acremque ac alacrem æmulatus atque amore persecutus, pro nominis merito ratione Philippus appellatus es, Deique currus, ut Scriptura loquitur, decem millibus multiplex effectus⁸⁸; in quo millia eorum, qui te auctore crediderunt (Ecclesiæ scilicet), abundantes Deo Sabaoth gloriam concinunt.

Salve sis, et exulta ac choros ducito, qui in medio coryphæorum consessu thronum gloriæ sortitus es, ac primis apostolis connumeratus: primum denique apud supremum omnium Regem, honorem consecutus.

Salve gaudeque, ac nobis quoque afflictis exultatio et lætitia et gaudium esto. Pauperum molestias leva; Ecclesiis pacem restitue, ac tranquillis moribus pietatem: nostramque hanc exiguam laudationem acceptam habens, beatissime tu Deique munere felicissime, quod ex Christianæ pietatis rationibus est, desiderium imple, bonæque et beneplacenti atque perfectæ aptans Domini voluntati, inconfusum Deo exhibe: in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Ex miraculis Philippi apostoli.

Lucidissimum sidus hoc magnusque Domini apostolus, cum in Galilæam iret prædicans, adhuc

⁸⁶ Joan. xiv, 8. ⁸⁷ Habac. iii, 8. ⁸⁸ Psal. lxxvii, 18.

(59) Narratio hæc, sic Græcorum Menæis consecrata, maximam procul dubio veri speciem habet, consentientissima aliis quæ in Act. adversus apostolos gesta legimus, vel quæ etiam a probatis auctoribus referuntur. Nomen Archelai obrepisse

Α Βαρθολομαῖος δε τοῦ ξύλου καθαιρεθείς, καὶ ἅμα τῇ σοφωτάτῃ Μαρίας, τὸ Χριστοφόρον σεβασμῶς κεκηδευκότες σκῆνος, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν στηρίξαντες, καὶ τοὺς προσιόντας φωτίσαντες, καὶ εἰ τι λείπον τῆς ἱερουργίας τοῦ Εὐαγγελίου συντετελεγκότες, οὕτω πρὸς τὴν κατ' αὐτοὺς ἐχώρουν ὁδόν.

Σὺ δέ μοι, παναοίδιμε καὶ θεσπέσιε τοῦ Θεοῦ παῖ, τὰς οὐρανίας ἐστίας χοροβατῶν, καὶ τῷ διδασκάλῳ δι' αἰῶνος καὶ Κυρίῳ συνῶν, χαῖρε, καὶ κατατέρπου ὡς υἱὸς Θεοῦ θέσαι, τῷ κατὰ φύσιν Υἱῷ συμβασιλεύειν λαχῶν, καὶ συζῶν καὶ συνευφραίνόμενος ἀληθῆτα καὶ συνομιλῶν.

Καίρε, ὅτι τὸν Πατέρα τῶν φώτων ἐπεθύμησας κατιδεῖν, καὶ τοῦτον ὁρῶν, ἐδιδάχθης ἐν τῷ Υἱῷ καὶ ὡς ἐν εἰκόνι τὸ ἀρχέτυπον· καὶ ὡς ἐν ἀπαυγάσματι, τὸν ἥλιον· ἐν τῷ Μονογενεῖ, τὸν γεννητόρα κατανοῶν, πλήρης εἶ φωτὸς ἀληθοῦς, ὡς υἱὸς φωτὸς, καὶ αὐτοφῶς πεφηνῶς.

Καίρε, ἴππε Χριστοῦ θερμότητε καὶ ταχύτατε, ἐν ἐπιβάς ἐκεῖνος, καὶ εἰς τὴν νοήτην θάλασσαν ἐπιβιβῶν, καὶ θαυμασῶς ἠνιοχῶν, ὕδατα πολλὰ διὰ σοῦ, τὰ ἄτοπα νοήματα συνετάραξεν τῶν ἐθνῶν.

Καίρε, οἱ τῶν νοητῶν τοῦ Θεοῦ ἴππων, εἶτ' οὖν ἀγγελικῶν δυνάμεων τὴν πτηνὴν φύσιν καὶ γοργὴν, καὶ δραστήριον ἐζηλωκῶς καὶ πεφιληκῶς, εἰκότως Φίλιππος προσηγορεύθης, καὶ ἄρμα Θεοῦ μυριοπλάσιον ἀνεδείχθης, κατὰ τὴν Γραφήν, ἐν ᾗ χιλιάδες τῶν διὰ σοῦ Χριστῷ πιστευσάντων, αἱ Ἐκκλησίαι εὐθηνῶσαι, δόξαν ἀνακρούονται τῷ Θεῷ Σαβαώθ.

Καίρε μοι καὶ σκίρτα καὶ χόρευε, θρόνου δόξης ἐν μέσῳ τῶν κορυφαίων εὐμοιρηκῶς, καὶ τοῖς πρώτοις τῶν ἀποστόλων συνηριθμημένος, καὶ τῆς πρώτης παρὰ τῷ Παμβασιλεῖ κατηξιωμένος τιμῆς.

Καίρε, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν θλιβομένοις ἀγαλλίασις γίνου καὶ εὐφροσύνη καὶ χαρὰ. Τοῖς πένησιν, ἐπικούφισον τὰς δυσχερείας· ταῖς Ἐκκλησίαις ἀποκατάστησον τὴν εἰρήνην καὶ τὴν εὐνομίαν· καὶ ἡμῶν τὴν ὀλίγην ταύτην ἀνεσιν ἀποδεξάμενος, πλήρωσον, ὦ τρισόλβιε καὶ θεομακάριστε, τὴν κατὰ Χριστὸν ἐπιθυμίαν· καὶ πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον θέλημα τοῦ Δεσπότης συμβιβάσας, ἀκατασχυντον παράστησον τῷ Θεῷ· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἐκ τῶν θαυμάτων τοῦ ἀποστόλου (59).

Οὗτος ὁ φαινότατος ἀστὴρ καὶ μέγας τοῦ Κυρίου ἀπόστολος, ὡς ἐπ' αὐτὴν ἦει τὴν Γαλιλαίαν

typographo, sive etiam antiquario, ex quo ille expressit, manifestum est; nec enim tandiu Archelaus superstes fuit, aut alius ejus nominis in Judæa, ea tempestate rex fuit, qui jus vitæ ac necis sibi indulgeret, in eos qui Mosaicæ legis violatores

κηρύσσων, ἔτι τῷ βίῳ περιῶν, γυναίον αὐτῷ προσ-
 υπαντῆ, ἐκκομίζον παιδίον τεθνηκός· καὶ οἷα μή-
 τηρ, ἀμέτρως ἐκόπτετο. Ταύτην ὁ κηρύσσων κατ-
 οικτείας, καὶ τὴν δεξιὰν τῷ τεθνηκῷ προτείνας,
 Ἔγειρε, κελεύει σοι ὁ ὑπ' ἐμοῦ κηρυττόμενος,
 ἔφησεν, Ἰησοῦς ὁ Χριστός· καὶ ὁ λόγος ζωτικὴν
 αὐτῷ ἔδωκεν ἀνέγερσιν, καὶ τῇ πενθούσῃ βακτηρίαν
 τὸν ἀναστάντα γενέσθαι πρὸς τὴν οἰκίαν παρεσκεύα-
 σεν. Ἡ δὲ, τῶν ἰχνῶν τοῦ θαυματουργοῦ δραξάμενη,
 Ὅν ἀνέστησας, ἔλεγε, δι' ὕδατος ἀναγέννησον
 σὺν ἐμοί. Καὶ τυχοῦσα τῆς χάριτος, ἀπόστολος
 ἐγεγόνει, πᾶσιν εὐαγγελιζομένη τοῦ υἱοῦ αὐτῆς τὴν
 ἀνάστασιν.

Ἦγε δὲ τοῦτον καὶ ἐπ' Ἀθήνησιν. Ἐνθα τὸ
 ἀπλοῦν τοῦ λόγου κἂν εὐτελιζέιν οἱ Ἀθηναῖοι ἐβού-
 λοντο, ἢ πρᾶξις τῶν παραδόξων τούτοις ἀντεπισχεῖν
 ἐπειθε. Καὶ λοιπὸν, *Τί δὴ πράττειν ὀφείλομεν*,
 ἔλεγον, ἡμεῖς οἱ περὶ τοὺς λόγους ἐσπουδακότες,
 τοῦτου τοῖς λόγοις ἠτῶμενοι; Καὶ γὰρ, ὡς
 ὁράτε, ἄγροικος οὗτος καὶ ἀπολις, ἐν δὲ τοῖς
 ἔργοις ἡμῶν ἐγκρατῆς καὶ περιφανῆς ἐνδείκνυ-
 ται. Τοιγαροῦν δι' ἐπιστολῆς σηματοῦμεν τῷ
 ἀρχιγραμματεῖ τῶν Ἰουδαίων ἐν Ἱερουσαλήμ·
 καὶ τὸ δόξαν οὗτοι κρατούντες, ἰκανὸν πρὸς τὸ λέ-
 γειν ἐξαποστέλλουσιν. Ὁ γοῦν ἀποσταλὴς, ἔσω τῆς
 Ἱερουσαλήμ γεγονώς, μετὰ τὴν ἐπίδοσιν τῆς γρα-
 φῆς, διὰ λόγων τοῖς ἀρχουσιν ἐπετράνωσε τὰ τῆς
 γραφῆς, λέγων· *Τοῦνομα Φίλιππος ἐκ τῶν Ἰδὲ τις*
λέγων εἶναι, ἀφίκετο πρὸς ἡμᾶς· ἐς ἀγροικον
μὲν ἐπιφέρεται τὸν λόγον, οὐ μικρὸν δὲ τὴν
ἡμῶν ἐπισειοῦσα τὴν καρδίαν καὶ πατρίδα, και-
ρὸν διαγγέλλων ὄνομα, Ἰησοῦν, ᾧ καὶ χρώμενος
ἐπὶ γλώττης, ἀποτρόπαιον ἔχει δαιμόνων καὶ
νοσημάτων παντοδαπῶν. Ἀλλὰ γε σὺν τούτοις,
καὶ τὸ κατέπραξεν. Ἀπολιπῶν τις τὸν βίον, καὶ
πρὸς τὸν χῶρον τῶν τεθνεώτων μεταχωρήσας, τῇ
τοῦ Ἰησοῦ προσηγορίᾳ ἀνέστησε. Λείπεται τοι-
γαροῦν σίχασθαι τὰ ἡμῶν, καὶ τὰ τοῦτου ἀνέξ-
νεσθαι, εἰ μὴ τάχιόν τις πρὸς ἡμᾶς ἐξ ὑμῶν πα-
ραγένοιτο.

Καὶ δὴ ἐξαυτῆς μετὰ σοβαρᾶς καὶ ἀλαζονικῆς
 φαντασίας τὴν Ἑλλάδα ὁ ἀρχιγραμματεὺς καταλαμ-
 βάνει, κατὰ Φιλίππου σφόδρα χαλεπαίνων· καὶ μήτε
 ἄρτου γευσάμενος μήτε τινὸς ἄλλου τῶν σώματι

viderentur, et ab ea homines avocare. Hoc nomine
 clarus Herodes junior, qui Jacobum occidit gladio,
 voluitque occidere et Petrum, etsi Judæis in Chri-
 tum religiosior, ne ea nece sceleret solemnitatem
 paschalem, distulit post dies azymorum, quando
 et Petrus ab angelo liberatus est. Agrippas quoque,
 ipse in Judaismo religiosissimus, regnoque Judææ
 aliisque provinciis Romanorum benevolentia au-
 ctus, sic potuit in apostolos excandescere, quanquam
 in Paulum mitior videatur, cum dicentem audisset,
 jam vinctum, sed qui Cæsarem appellasset, eaque
 ratione nec ab illo, nec a Festo præside judicari
 posset. Trahi Hierosolymam ex aliis procul synago-
 gis religionis reos, ipsa Pauli legatio Damascum
 indicio est, cum irarum plenus ac minas spirans
 in discipulos Domini (utique ex Judæis conversos) fer-
 retur, quales et hi Athenienses videntur fuisse, ac mu-
 lier cujus filium in Galilæa Apostolus suscitaverat :

A vitæ superstes, mulier quædam illi obviam venit,
 quæ filium suum defunctum efferret : maternaque
 pietate ac sensu supra modum plangebat. Hujus
 Christi præco misertus, dextraque defuncto expor-
 recta : *Surge, inquit, jubet tibi qui a me prædicatur,*
Jesus Christus : fecitque sermo, ut puer vivus exci-
 taretur; et ut qui suscitatus erat, lugenti matri
 baculus sustentandæ domui redderetur. At illa,
 ejus qui miraculum patrarat vestigiis admota :
Quem suscitasti, aiebat, una mecum per aquam rege-
nera. Munusque consecuta, apostolus evasit, dum
filiï suscitationem cunctis annuntiat.

Duxit vero et Athenas apostolum. Ibi, quanquam
 eo animo erant Athenienses ut pro sermonis sim-
 plicitate contemnerent, stupendarum tamen ac inau-
 ditarum rerum patratio, obniti eos doctrinæ suade-
 bat. Ac demum : *Quidnam, aiebant, facturi sumus,*
nos qui eloquentiæ ac doctrinis operam damus, cum
hujus sermonibus vincamur? Etenim, ut videtis,
rusticus iste incertisque sedibus vagus, operum luce
nostri compos illustrisque efficitur. Quapropter con-
scripta epistola significemus Scribarum Judæorum
Hierosolymis principi. Firmata porro illis sententia,
 qui rei eloquendæ idoneus esset, mittunt. Is vero
 cum Hierosolymam venisset, reddita epistola, ver-
 bis explanabat quæ illa continerentur, dicens : *Vir*
quidam, qui se Philippum vocari dicat, ad nos hinc
profectus est. Est ille quidem rudi rusticoque eloquio,
quo tamen non parum corda nostra patriamque
commoveat, dum novum nomen (Jesum scilicet) præ-
dicat; quem et in lingua habens, demones, omnisque
generis morbos deturbat. Sed et cum istis, rem patra-
vit, quæ stuporem injiciat. Humanis quispiam exem-
ptus erat, atque ad defunctorum locum commigrarat.
Hunc ille suscitavit invocato Jesu nomine. Superest
itaque ut nostra plane aboleantur et intereant; quæ
vero illius sunt, augeantur, nisi citius ex vobis aliquis
ad nos veniat.

Statim ergo pleno fastus, superboque apparatus
 Scribarum princeps Græciam petit, adversus Phi-
 lippum valde indignans; ac neque pane degustato,
 neque ullo alio, quod corpori indulgeatur, sublime

D quæ ipsa Athenis sufficere Apostolo poterat, ut mo-
 ris erat Judæis sumptus facere suis magistris : quam
 Christus consuetudinem non sustulit, sed discipu-
 lis suis liberam fecit. Qui toties pontifex ἀρχιερεὺς
 et ἀρχιγραμματεὺς dicitur, non ipse summus pon-
 tifex Hebræorum putandus, sed quem synedrium
 Hierosolymitanum ἀπόστολον mitteret, et quasi
 ἑξάρχον, virum scilicet generis sacerdotalis et le-
 gisperitum, legisque æmulationem habentem, qualis
 fuit Paulus missus ad synagogas in Damascum,
 quanquam hoc illi deerat, ut esset ex sacerdotali
 prosapia, qui seipse de tribu Benjamin affirmat.
 Nec modo Hebræis desunt apostoli ac disciplinæ
 legis præfecti, quos ex synedrio vel Hierosolymitano
 vel Babylonico mittant ad subjectas synagogas ac
 plebes, qui severius in legem commissa, et quorum
 indulgentiam non habent per gentium pressuram
 ex suis legisperitis, emendent ac puniant.

sibi tribunal parari jubet; mutatoriaque pontificali chlamyde assumpta, superbia tumens, judicii sedem conscendit, cunctis ejus patriæ eruditis, ac qui venerant cum eo, timore astantibus. Vocatus itaque apostolus, medius stetit, pontifici responsurus. Ad quem pontifex in hæc verba percontatur: *Non satis visum, cunctorum miserrime hominum, quod Judææ et Galilææ et Samariæ pravitate mentis obrepseris, simplicioresque in eis errore dementaris, sed et Athenarum urbis sapientes tentare molitus es, existimans nimirum viros catos atque prudentes abs te seductum iri. Ac quidem te, velut qui errore seductus sis, ad præsens omissio spretoque, ad viros sapientes, quæ tuæ opinionis sunt, edisserens, sermonem habebis.*

Ejus magister, auditores, cum evertendæ legi Mosaicæ daret operam, justa a nobis lege ut crucem ferret, damnatus est. nudusque alto stipite suspensus derelictus, ob diei celebritatem, Pilato, Josephi cujusdam viri divitis supplicatione induoto, sepulturæ tradi permixtus est. Amicitiaque lege cum tenerentur ejus discipuli, occulte intempesta nocte eum surantur; hoc nempe commento vulgus seducere parantes. Sparsaque ubique fama, eum a mortuis surrexisse, magistrum sibi atque doctorem hominem arrogant. Ex eorum collegio unus est et Philippus iste, cujus rex Archelaus desiderat compotem fieri, ulciscenda vulgi injuria, mala eum morte perditurus: quem si vultis, quam cito vinctum Hierosolymam abducite.

Ac vero, cessante loqui pontifice astantes intentis oculis in Philippum erant, quid demum ille ei responderet. Sensim itaque leniusque apertis labiis, Philippus ita pontifici inquit: *Fili hominis, ut quid diligis vanitatem et loqueris mendacium? Ut quid cor tuum gravas in vanitate? Nonne tu auro custodum manus implesti, ut resurrectionis, afficta calumnia, fidem abolerent? Nescis quæ signacula monumento apposuisti? Hæc nimirum in die iræ tuum scelus ignominia traducunt.*

His pontifex majorem in modum turbatus, furoreque irruens ut apostolo manus inferret, rem præstare non potuit. Statim enim ejus pupillæ oculorum obscuratæ sunt, ac corpus reliquum inutile redditum. Visa res præstigiæ, his qui aderant. Ut tamen in apostolum impetum fecerunt, ejusdem ipsi cæcitatæ periculum sumpserunt. Quod vero apostolus non nesciret illorum incredulitatem ac ignorantiam, quod vis dæmonum in illis præpolleret, eam in rem ingenti gemitu: *Tua, Domine, aiebat, benignitas, ipsa te moveat, eorumque contritiones sana, et ut te agnoscant credantque, illorum animos immuta.*

E terris itaque apostolo orationem fundente, indulta e cælis, his qui percussi fuerant, sanitas ac

A χαριζομένων, ὑψηλὸν αὐτῷ γενέσθαι βῆμα παρηγυῆτο· καὶ τὴν ἑξαλλὸν τῆς ἀρχιερατικῆς χλαμύδα περιβαλὼν, εἰς τὸν δικαστικὸν πεφουσιωμένος ἀνέεισι θρόνον, πάντων τῶν ἐλλογιμῶν τῆς πατρίδος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ παραγενομένων, μετὰ δέους παρεστηκότων. Ὅμως προσκληθεὶς ὁ ἀπόστολος, μέσον, τῷ ἀρχιερεὶ ἀπολογησόμενος ἵστατο· καὶ πρὸς τὸν ἀπόστολον ὁ ἀρχιερεὺς οὕτω προσήρητο· Οὐχ ἱκανῶς ἔχεις ἔδοξε, τὸ μοχθηρῶς ὑπεισελθεῖν σε, ἀβλιώτατε πάντων ἀνθρώπων, τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Γαλιλαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ τοὺς ἐπ' αὐταῖς ἀσφαλιστέρους ἀποπλανῆσαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς σοφοὺς τῶν Ἀθηνῶν ὑπενοήσω, μεμελετηκῶς τὴν ἀπάτην, πεπυκνωμένους ἀνδρας οἰόμενος ἀπατᾶν. Καὶ ὡς ἠπατημένου, καταφρονῶ σου τὸ παρόν· ἐπὶ δὲ τοὺς σοφοὺς, διδάσκων τὰ κατὰ σὲ, τὸν λόγον ποιήσομαι.

δὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐρανόθεν κατιὸν ἐν εἶδει πυρίνων ὑπεδέξω γλωσσῶν· καὶ σὲ ὄλον δι' ὄλου πεπληρωκός, καὶ τῶν θεουργικῶν αὐτοῦ χαρισμάτων ὑπερβαλλόντως μεταδεδοκός, καὶ ἐν σοὶ καθέσθην τε καὶ ἰδρυθὲν, ὄργανόν τε τῆς οἰκείας δυνάμεως ἑναρμόνιον, καὶ θεολόγον στόμα καὶ γλῶσσαν ἑαυτοῦ θεορρήμονα κατηρτισμένον· καὶ ὡσπερ τι σκεῦος ἱερόν τε καὶ τίμιον ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος μεταγόν καὶ μετατιθὲν, τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον, τὴν Ἰησοῦ σωτηριώδη σάρκωσιν καὶ ἀνάστασιν καὶ βασιλείαν, μεγαλοφωνότατα τοῖς πᾶσιν ἐνεφθέγγετο διὰ σοῦ.

Τίς οὖν τὴν πηγαίαν τοῦ ἐν σοὶ Πνεύματος δυνάμιν ὑμνήσειεν; Τίς δὲ τὴν πλημμύραν τῆς θεολογίας ἀνατάξαιτο; Τίς μὲν τὴν παρεπομένην ἀρετὴν καὶ κοσμιότητα; Τίς δὲ τὴν ἐν τῷ κεκρυμμένῳ τῆς σῆς διανοίας ἀξιοπρεπῶς αἰνέσαι τελειότητα; Τίς τῶν λόγων τὸ ὑψηλόν; Τίς τῶν ἔργων τὸ ὑπερφερές; Τίς τὸ προσήνεός τοῦ ἦθους καὶ μελιχόν καὶ Χριστοειδές; Τίς δὲ τὸ τοῦ πνεύματος ἀπρόαιτον καὶ φοβερόν καὶ θεοειδές;

Πῶς δ' ἂν τις εἰδείη τὴν ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων καὶ τῆς Ἰουδαίας ἔξοδον ἐπὶ τὰ ἔθνη, τοῦ τῆς θείας εἰρήνης εὐαγγελιστοῦ, καὶ τὰς ἐπὶ πᾶσαν χώραν καὶ πόλιν ἀκαταστασίας ὑπὲρ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ περιφοράς; Τίς τὰς περιόδους ἀριθμήσαι, τὰς ὁδοπορίας, τοὺς κινδύνους, τοὺς κόπους, τὰς φυγὰς, τὰς πληγὰς, τὰς φυλακὰς, τοὺς ραβδισμούς, τοὺς λιθασμούς, τοὺς ὀνειδισμούς; Τίς τὰς ἐπὶ τῶν ἀρχῶν ἀναγωγὰς, τὰς ἐπὶ τῶν ἐξουσιῶν ἐνοχὰς, τὰς κατὰ τῆς ὁδοῦ τῶν πιστῶν διαβολὰς, τὰς λοιδορίας, τὰς κακώσεις, τὰς πυρώσεις, τὰς αἰκίας, τὰς μάστιγας, τοὺς ἐλκυσμούς τε καὶ σπαραγμούς;

Ἔσα καὶ οἷα μετὰ Φιλίππου κατὰ τὴν Ἱεράπολιν ἀνέτη, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πρώτην ἀνάρτησιν· καὶ πᾶσαν ἐκεῖ τῶν ἀπίστων τὴν ἐπισύστασιν καὶ καταδρομὴν, καὶ πᾶσαν ὀδύνην καὶ πόνον καὶ τλαιπωρίαν; Ποῖος δὲ νοῦς ἐννοηθεῖη, ποῖος δὲ λόγος τῶν ἀντιλήψεων Χριστοῦ τὸ πλήθος, τῶν οὐρανίων ἐλλάμψεων, τῶν φωτισμῶν, τῶν στηριγμῶν τὴν ἄδυsson ἐκφράσαι; Τίς ἱκανός τῆς θεωρίας τὸ μέγεθος, τῆς θεολογίας τὸ ὕψος, καὶ τίς τὸ ἀπλετόν πλάτος τῆς θεοσοφίας ἐξιχνιάσαι τοῦ Βαρθολομαίου; Ὅ γὰρ οὐσιωδῶς αὐτὴν τοῦ Θεοῦ τὴν Σοφίαν, τὴν ἀπειρον, τὴν τελείαν, τὴν θεαρχικωτάτην ἐγκάρδιον ἐνιδρυμένην ἔχων, πάντα μὲν ἐρευνᾷ τῷ Πνεύματι, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ· ὑπ' οὐδενός δὲ τῶν ἐπὶ γῆς κατανοεῖται. Καὶ αὐτὸς μὲν ἀνακρίνει πάντα· πνευματικὸς γὰρ· ἀνακρίνεται δὲ ὑπ' οὐδενός· νοῦ γὰρ ἄγεται Χριστοῦ. Καὶ, Τίς ἔγνω τοῦτον Κυρίου, ὃς συμβιβάζει αὐτόν;

Τίς δὲ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων τεράτων ἀναγράφαι τὰς μεγαλοουργίας, ὅσα δακτύλῳ Θεοῦ ὄρων, πρὸς ἐπιστροφὴν καὶ γνῶσιν Θεοῦ τοὺς ἀπηλλοτριω-

requisites interiori homine constructus, sic quoque Spiritum sanctum in linguarum ignearum specie e caelo descendente suscepisti²⁵, qui totum omnino implens, deificisque suis donis excellenter impartiens, atque in te sedens ac consistens, aptumque virtutis suae organum efficiens, atque os Deum loquens linguamque divinis sermonibus disertam concinnans; velutque sacrum quoddam vas ac pretiosum de gente ad gentem traducens transfrensque, dispensationis doctrinam (salutarem Jesu incarnationem et resurrectionem et in caelos receptionem regnumque) sublimi cunctis oratione tua opera praedicavit.

Quis igitur quae fontis instar manet divini in te Spiritus virtutem satis laudaverit? Quis vero inundantes divinos sermones conscripserit? Quis virtutem illis comitem ac gravitatem? Quis vero animi tui sinu occultam perfectionem digne celebraverit? Quis sermonum altitudinem? Quis eminentiam operum? Quis morum lenitatem et suavitatem, Christique aemulam bonitatem? Quis inaccessam tremendamque ac Deum referentem spiritus praestantiam?

Quonam quis modo, divinae pacis nuntii ac praedicatoris, Jerosolymis Judaeaque excessum ad gentes pernoverit, cunctisque oppidis et locis ac civitatibus Evangelii causa jaetationes erroresque? Quis circuitus, itinera, pericula, labores, fugas, plagas, carceres, fustuaria, lapidationes, probra enumeraverit? Quis apud praesides accusationes, sub potestatum audientia noxas ac crimina; appetitam insidiis ac maledictis fidelium viam, aemunas, ustulationes, dehonestamenta, verbera, discriptiones ac dilanationes?

Quanta nimirum et qualia Philippo socius Hierapoli perpressus sit, primamque in cruce suspensionem; omnemque ibi tumultuantium infidelium coitionem ac grassationem, omnemque cruciatum et laborem atque aemunam? Quenam vero mens intellexerit, quaeve oratio auxiliorum Christi copiam, caelestiumque illustrationum et coruscationum ac fulcimentorum abyssum enarraverit? Quis contemplationis magnitudinem ac theologiae celsitatem; quisve Bartholomaei divinae sapientiae immensam latitudinem pervestigaverit? Qui enim ipsam substantialiter Dei Sapientiam (infinite illam, perfectam, divinissimam) in corde manentem inque illo fixam habeat, omnia Spiritu scrutatur, etiam profunda Dei, tametsi a nullo terrenorum intelligitur. Ac quidem ipse omnia dijudicat, a nemine autem dijudicatur. Quippe qui agatur Christi mente; ac, Quis Domini mentem ipsum instruentem ac praemonentem cognovit²⁶?

Quis per eum facta magnifica portenta litteris exsequatur; quanta Dei digito praestans, eos qui aversis animis erant, ad conversionem Dei que

²⁵ Act. II, 3. ²⁶ I Cor. II, 10, 15, 18.

eadem permovebat? Ad Arabes enim quos Eudæmonas vocant (id est felices) vir beatissimus profectus; nec id modo, verum etiam Indis postea et orientibus Æthiopicibus Dei sermo lumenque scientiæ ac vitæ æternæ doctrina informatioque, missus, ipsa quorumque lingua magnifice Christum annuntiavit, omnemque adversus homines depellens infestam daemonum vim ac grassationem, atque omnem morbum, omnemque languorem in Jesu nomine curans; nec paucos mortuos ejusdem nominis potentia, vita donans, innumeros quotidie credentes fidei rudimenta edoctos Christo adjungebat: regenerationisque lavacro emundans, ac deifico Spiritu eorum detergens corda, quos in illis digniores majoremque gratiam consecutos noverat, in episcopos et sacerdotes, omni prouequendus admiratione sacrorum antistes consecrabat; cunctisque sacris ritibus legibusque perornans, ac Scripturarum doctrina mysteriorumque traditione, quantum capiebant, illis proposita, immaculatas Christo Ecclesias per oppida et civitates obiens lustransque excitabat.

Ejuscemodi Bartholomæi præclare gesta; talis magni Ecclesiæ præconis præstantia: inque eum modum annos longe plures apud immanissimas versatus gentes, nedum nihil ipse illarum contraxit feritatis, sed sua illas humanitate impartivit; nec omnino ignorantia aut nequitia illorum vel minima labe suam ipse vitam ac disciplinam aspersit; quinimo excellentia bonitatis divinæque imitationis, illorum impietatis ac morositatis partem plurimam dissolvit; velut sol emissis e cælo in cœnum radiis, ac qui non ipse sordescat, sed magis fetorem dissolvat, aboleatque ac minuat.

Quia vero cursu præclare consummato ac fide servata⁹⁷, quantos nec numerus capiat, ad Dominum converterat, multisque salutis via exstiterat; jam quoque finem digne laboribus respondentem nancisci cupiebat; pingui nimirum senectute corpore fatiscens⁹⁸, atque ad Christum emigrare, Deique requie frui insatiabili desiderio sitiens⁹⁹. Neque vero Dominus justis desiderium istud contempsit: nec exaudivit quidem, minus tamen quam pro votorum illius ratione tribuit: sed sicut in omnibus ex Christi compositus rationibus vir Deo beatissimus cum esset, sic Christi pietate ac moribus vitam instituerat, ut Christus alter recte contuentibus et esset et disciplina omni præferret, ita finem quoque ejusmodi subsequi necesse erat, qui toti vitæ congrueret.

Quanam vero consummationis causa, ac videamus quam illa religiosa exque Christiana pietate. Contigit sacrum Theologum, in quadam urbe majoris Armeniæ (Urbanopolim vocant) versari. In ea magnificis divinisque ex more prædicationibus Deum celebrans; deosque omnes ac omnes dæmones de-

Α μένους ἐδυσώπει; Ἄραφι γὰρ τοῖς καλουμένοις Εὐδαίμοσιν ὁ μακαριώτατος ἐπιδημηκῶς· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἰνδοῖς μετὰ ταῦτα, καὶ τοῖς ἑφοῖς Αἰθιοπῖν, λόγος Θεοῦ, καὶ φῶς γνώσεως καὶ ζωῆς αἰωνίου διδασκαλία καὶ ὑποτύποις ἀποσταλεῖς, ταῖς αὐτῶν διαλέκτοις μεγαλοφύμως εὐηγγελίσαστο τὸν Χριστόν. Καὶ πᾶσαν μὲν δαιμόνιον ἀποδιώκων κατ' ἀνθρώπων ἐπιφορὰν· πᾶσαν δὲ νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν ὄνματι θεραπεύων τοῦ Ἰησοῦ· καὶ νεκροῖς δὲ οὐκ ὀλίγοις τῇ αὐτῇ τοῦ ὀνόματος δυνάμει χαρισάμενος τὴν ζωὴν, μυρίους ἡμέρας καθ' ἡμέραν πιστεύοντας κατηγῶν προσῆγε Χριστῷ· οὗς τῷ τῆς παλιγγενεσίας ἀνακαθαίρων λουτρῷ, καὶ τῷ Πνεύματι τούτων τὰς καρδίας ἀποσμήχων θεουργικῷ, τοὺς ἀξιοτέρους ἐν αὐτοῖς καὶ τελειότερας

Β χάριτος ἤξιωμένους, εἰς ἀρχιερέας τε καὶ ἱερέας, ὁ θαυμασιώτατος ἱεροτελεστής ἐτελετούργει· καὶ πάσαις θεσμοθεσίαις κατακοσμῶν ἱεραῖς, καὶ τῶν λογίων τὴν μῆσιν καὶ τῶν μυστηρίων τὴν παράδοσιν, καθὼς ἐχώρουν, παρατιθέμενος αὐτοῖς, Ἐκκλησίας ἀμώμους κατὰ χώρας καὶ πόλεις διερχόμενος ἀνίστη Χριστῷ.

Τοιαῦτα τοῦ Βαρθολομαίου τὰ κατορθώματα· τοιαῦτα τοῦ μεγάλου τῆς Ἐκκλησίας κήρυκος τὰ προτερήματα· καὶ οὕτως ἐν χρόνοις πλείοσι τοῖς ἀπνηεστάτοις ἐπιχωριάζων ἔθνεσιν, οὐκ αὐτὸς τι μετέσχε τῆς αὐτῶν θηριωδίας, ἀλλὰ τῆς οικείας μετέδωκε φιλανθρωπίας· οὐδὲ τῆς ἀγνοίας ὅλως ἢ τῆς κακίας ἐκείνων κἄν τὸν βραχύτατον σπῖλον τῇ κατ' αὐτὸν πολιτείᾳ προσετρέψαστο· μᾶλλον μὲν οὖν, ὑπερβολῇ χῆρηστότητος καὶ θεομιμησίας τὸ πλεῖστον τῆς ἀσεβείας ἐκείνων καὶ σκαιότητος διέλυσεν, ὡσπερ ἥλιος κατὰ βορβόρου τὰς ἀκτῖνας ἀνωθεν ἰεῖς· καὶ οὐκ αὐτὸς ρυπαινόμενος, ἐκτῆκων δὲ μᾶλλον τὴν δυσωδίαν, καὶ ἀφανίζων καὶ μειῶν.

Ἐπεὶ δὲ τὸν ὁρόμον ἀριστα τετελεχῶς καὶ τὴν πίστιν τετηρηκῶς, ἀναριθμήτους μὲν ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον, πολλοῖς δὲ σωτηρίας γέγονεν ὁδός, ἐπεθύμει λοιπὸν καὶ τὸ τέλος ἀξίον ἀπενέγκασθαι τῶν πόνων, ἤδη γῆραι πόνι τὸ σῶμα πεποννηκῶς, καὶ τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν ἀναλύσεως, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ καταπαύσεως, ἀπληρώτως ἐφιέμενος. Καὶ οὐκ ἡμέλησεν ὁ Κύριος τῆς ἐπιθυμίας τοῦ δικαίου· οὐδ' εἰσήκουσε μὲν, ἔλαττον δὲ ἢ κατὰ τὴν αὐτοῦ παρέσχετο προσευχῆν· ὡσπερ δὲ τὰ πάντα Χριστοειδῆς ὁ θεομακαριστότατος ἀνὴρ ὢν, Χριστοπρεπῶς οὕτως ἐβίωσεν, ὡς ἄλλον ἐκείνων τοῖς ὀρθῶς ὀρῶσι καὶ εἶναι καὶ πολιτεύεσθαι, οὕτως ἔδει καὶ τέλος ἀνάλογον ὅλῳ τῷ βίῳ παρακολουθῆσαι.

Τίς οὖν ἡ τελειώσεως ἀφορμὴ· καὶ εἰδῶμεν ὡς Χριστοπρεπῆς· πόλει γὰρ τινὶ τῆς μεγάλης Ἀρμενίας ὁ ἱερός ἐπετέλει Θεολόγος ἐνόδημῶν. Οὐρβανόπολιν δὲ ταύτην εἶναι· ἐν ἣ μεγαληγόρωσ ἢ θεηγόρωσ, ὡς ἔθος αὐτῷ, Θεολογῶν τὸν Θεόν· καὶ πάντας μὲν Θεοὺς, πάντας δὲ δαίμονας ἐξουθενῶν, μόνον δὲ

⁹⁷ II Tim iv, 7. ⁹⁸ Psal. lxxv, 15; Gen. xv, 15.

⁹⁹ Phil. i, 23.

σέβασθαι παρεγγυώμενος τὸν Ἰησοῦν, μόνον ἡξίου τοῦτον εἰδέναι Θεὸν ἀληθῆ· Θεὸν τέλειον, μόνον ἡγιον, ἀχρονον, ἀιώνιον, ἀκατάληπτον, φῶς ἀίδιον ἐξ ἀίδιου γεννώμενον, εἰς οὐρανὸν ἀπαυγαζόμενον Θεοῦ τοῦ Πατρὸς· φῶς ἀναρχον, καὶ συναρχον τῆς ἀφράστως καὶ ὑπὲρ λόγον πάντα καὶ τοῦν ἀπαυγαζούσης ἀρχῆς.

Οὗτος, τὸ ἡμέτερον ὄλον προσειληφώς, καὶ ἄνθρωπος ὁμοίως ἡμῖν ἐκ Παρθένου ἀγίας καὶ σεμνῆς, ὡς ἡ καθ' ἡμᾶς ἀλήθεια, γεγονώς, καὶ ἐπὶ τριημέτρῳ χρόνῳ ἐν λόγοις θεοπρεπεστάτοις καὶ ἔργοις ὑπερφυστάτοις ἡμῖν συναστραφεὶς, εἶτα σταυρῷ δι' οἰκονομίαν καὶ θαράτῳ προσομιληκώς· εἶτα τριήμερος ἀναστὰς καὶ ἀναληφθεὶς, ἡμῶν πρὸς αὐτὸν βλέπόντων, εἰς τὸν οὐρανόν, ἐν δεξιᾷ κατέθηκε τοῦ Θεοῦ· ὃς καὶ ἔρχεται κρίναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Ἐξ αὐτοῦ καὶ ἡμεῖς, φησὶν, ἀποσταλέντες, παραινῶμεν καὶ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, ἀδελφοί, πιστεῦσατε καὶ βαπτισθῆτε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· καὶ τὴν δωρὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαβόντες, κληρονόμοι ζωῆς αἰωνίου καὶ βασιλείας ἀφθάρτου γενήσεσθε, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

Τοιαῦτα τοῦ ἱεροῦ Βαρθολομαίου, καὶ πολλῶν πλείων καὶ θεϊότερα τοῖς παρεπιῶσι τῶν ὄχλων κατὰ τὴν ἐκείνων διάλεκτον προσηγεῖ καὶ ἑπίω τῷ φθέγματι βοῶντος, καὶ τινῶν μὲν πειθομένων, καὶ τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τιθεμένων, τινῶν δὲ σκληρυνόμενων, καὶ δαιμονιώδει κατ' αὐτοῦ ζήλῳ κινουμένων, ἐξαπίνης οἱ πονηρότατοι τὸν θεοπρεπέστατον συναρπάξουσιν πρεσβύτην, καὶ ἀνακραγόντες τοῖς πρώτοις κατ' αὐτοῦ τῆς πόλεως ἐμφανίζουσιν. Οἱ γὰρ τοῦτον ἰταμῶς ἔγαν ἀνακρίναντες, καὶ τὸν πρεσβεύμενον λόγον ἐπακούσαντες· ὅτι τὸ Θεὸς ὢν προαιώνιος, ἄνθρωπος γέγονεν ἐγγρόνιος· καὶ ὅτι ἐσταύρωται, καὶ ὅτι τριήμερος ἐκ τῶν νεκρῶν ἀνέστη· καὶ ὅτι ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ὅτι ἔρχεται πάλιν κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Ὡς οὖν οὕτως ἤκουσαν οἱ δυσσεβεῖς, τῷ καινοπρεπεῖ τοῦ ῥήματος ἐμβροντηθέντες, καὶ πρὸς τὸν ἐσταυρωμένον δυσχεράναντες, αὐτίκα δὴ τὸν αὐτοῦ κήρυκα μαστιγοῦσι, καὶ ἀνασταυροῦσιν, ἀξιὸν ἐπιφωνοῦντες τὸν τοῦ ἐσταυρωμένου μύστην σταυρὸν τὴν ζημίαν ὑποσχεῖν.

Καὶ ὃς εὐθύμως προσῆει τῷ ξύλῳ, μετὰ πλείστης ὕψης προσηλοῦτο χαρᾶς· ἐντεῦθεν ἄγγελοι μὲν οὐρανῶθεν ἐπ' αὐτὸν καταβαίνοντες καὶ ἀναβαίνοντες, ὑπερφυστάτην ἀνάβασιν ὠδοποιοῦν. Διηνέφκτο δὲ ὁ οὐρανὸς ἀνωθεν αὐτῷ, καὶ πᾶσαι δὲ τῶν οὐρανίων δυνάμειον ἱεραρχίαι, πρὸς ὑποδοχὴν καὶ δεξιῶσιν τῷ φιλότατῳ τοῦ Κυρίου παρεσκευάζοντο μαθητῆ. Ὁ δὲ χαριστήριον ἑμοῦ καὶ ἰκέσιον πρότερον, ὡσπερ εὐῶδες θυμίαμα προαναπέμψας τὴν ἐξομολόγησιν τῷ Πατρί· ἔπειτα, προσηγῶς μὲν καὶ ἀσμένως τῶν ἐνδῆσμων ῥηγνύμενος τῆς σαρκὸς, Πνεύματι δὲ Θεοῦ

spuens, unumque Jesum colendum admonens; eum solum ut verum Deum agnoscerent instabat; nempe: Deum perfectum, solum sanctum, principii expertem, æternum, incomprehensum, lumen æternum ex æterno natum lumine; id est, manantem ex Deo Patre splendorem, lumen principii expert ac coexpert principii, principio, quo auctore nulla vi verborum explicabili ratione, supraque omnem rationem et effulget.

Hic, quidquid nostræ concretionis est assumens, similique nobis ratione ex sancta ac castissima Virgine factus homo, uti fidei nostræ veritas docet, triumque annorum spatio divinissimis sermonibus præmagnificisque ac stupendis operibus nobiscum conversatus, tumque propensiore consilio cruce ac morte perfunctus, postmodumque triduanus suscitatus, atque in cælum, nobis in eum contuentibus, receptus, in dextera Dei sedit: qui etiam venturus est judicatum orbem terræ in justitia, et ut reddat unicuique juxta opera sua. Ejus, inquit, nos quoque nutu missi, hortamur vos et obsecramus, fratres, ut credatis et baptizemini in nomine ejus; donumque Spiritus sancti accipientes, hæredes vitæ æternæ regnique incorruptibilis efficiemini, in Christo Jesu. Amen.

Talia atque his longe plura divinioraque cum miti lenique alloquio sacratissimus Bartholomæus astantibus turbis, ipsa earum lingua, declamaret, atque alii quidem crederent, assensumque veritatis doctrinæ præberent; alii vero exacerbarentur, ac dæmoniacæ adversus eum æmulatione incitarentur, facta repente coitione, scelestissimi divinissimum senem corripunt, sublatoque clamore primoribus eum civitatis accusant. Hi severe admodum instituto causæ examine, auditaque ejus prædicationis doctrina, ac, quod Deus cum esset prææternus, homo in tempore factus est; quod cruci affixus, quod triduanus a mortuis suscitatus, quod in cælum receptus, ac rursus venturus judicatum vivos et mortuos. Cum hæc igitur impii perorantem audissent, verbi novitate attoniti, adversusque crucifixum, indignatione accensi illius confestim præconem verberibus cæsum in crucem agunt; æquum scilicet pronuntiantes, ut crucifixi discipulus crucis pœna multaretur.

Ille porro alacri animo lignum adiens, maximo gaudio illi confixus est. Hinc angeli e cœlo in eum descendentes et ascendentes²⁸¹, augustissimum illi ascensum præstruebant. Apertam ei superne cælum, omnesque cœlestium Potestatum ordines, ad suscipiendum charissimum Domino discipulum ejusque pompam parati erant. Hinc ille, gratiarum prius actionis ac supplicationis, fragrantissimi instar thymiamatis, confessione ad Patrem directa, tumque leniter ac placide abruptus carnis vinculis, Deique Spiritui e terra in cælum assumenti devin-

²⁸¹ Joan. 1, 51.

ctus atque compactus, sic e corpore perfecte evolat et ad Deum cum claritate commigrat : atque ut vere filius ad Patrem cœlo celsiorem inenarrabili exultatione deductus, hæreditatem incontaminatam atque longævam, divinissimamque jucunditatem, atque supremum ac primum cum Petro et Paulo apud summum omnium Regem honorem consequitur.

Idcirco saluto te, charissimum Deo ac sanctissimum caput. Salve, lapis pretiosus, unus ex duodecim, summo angulari dignus lapide; pretioso dignus margarito, velut illi immediate cohærens, eique aptatus atque contextus, et coædificatus, in habitaculum Dei in Spiritu.

Salve, stella lucidissima ac spectabilis, pulcherrimaque ac late conspicua, qui undecim consortus, instarque stellæ⁹⁹, plexæ illi coronæ gloriæ inditus ac appositus es, quam cœlestis sponsus, ut sacratissimum habet eloquium, aptavit capiti sponsæ.

Salve, Angelorum jucunditas, Archangelorum cura, Principatum odoris fragrantia; ac quidem Potestatum splendor, Dominationum vero angustum decus : qui Thronis consideas; Cherubim sodalis, ac Seraphim contubernalis existas.

Salve, apostolorum gloria, martyrum illuminatio, sanctorumque omnium sanctificatio et jucunditas; res Deo digna, nomenque prorsus desiderabile; ^C digne divineque pro nominis ratione Bartholomæus nuncupatus; vere *filius suspendens aquas* : id enim nomen sonat, si quis interpretetur.

Salve ac gaude, quod et ipse Dei imitatione sicut Dei Filius verbo aquas sublimes aere librat⁹⁹, levatque e terra, quibus etiam juxta Scripturam, *tegit cœnacula ejus*¹ : sic quoque tu, aquas multas (humiles scilicet animos tua opera credentium Christo) prædicatione tua sustollis; spiritalioresque a terreno penitus sensu suspendens, ac in Deum perfectius elevans, in illis qui secundi ordinis sunt, ac cœnaculorum rationem habent, animos fidelium legis.

Salve sis, beate, inclyte ac divine, qui magnum et parvum, multum et paucum salutare Evangelium prædicasti ac docuisti : magnum quidem, quod omnem mentis ratione utentis atque indolis comprehensionem excedat; parvum vero, ob inclinationem atque ad terrigenas demissionem, ac cum eis similitudinem, ejus qui cœlis celsior existit. Vel magnum quidem, ob Deitatis majestatem; parvum autem, ob extremam humanæ naturæ exilitatem : quorum nova mistio et concretio, Evangelii caput summaque est. Ac multum quidem, quod multam in se ac immensam intelligentiæ ac sapientiæ abditam

Α συνδεδεμένος καὶ συναρμολογούμενος, τῷ τοῦτον ἀναλαμβάνομένῳ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀπὸ γῆς, οὕτω τελείως ἀφίπταται μὲν τοῦ σώματος, ἐνδημεῖ δὲ μετὰ δόξης πρὸς τὸν Θεόν· καὶ ὡς ἀληθῶς τέκνον τῷ ὑπερουρανίῳ Πατρὶ ἀνεκκλήτῳ προσεληλυθὼς ἀγαλλιάματι, τῆς ἀμιάντου κληρονομίας καὶ μακραίωνος, τῆς θεοτελεστάτης τερπνότητος, καὶ τῆς ἀνωτάτω καὶ πρώτης μετὰ Πέτρου καὶ Παύλου παρὰ τῷ Παμβασιλεῖ καταξιούται τιμῆς.

Προσαγορεύω σε τοιγαροῦν, τὴν τιμιωτάτην τῷ Θεῷ καὶ παναγεστάτην κεφαλὴν. Χαῖρε, ὁ λίθος ὁ τίμιος, ὁ εἰς τῶν δώδεκα, ὁ ἄξιος τοῦ ἀκρογωνιαίου, ἄξιος τοῦ πολυτίμου μαργαρίτου, ὡς αὐτῷ προσεχῶς ἡγγικῶς καὶ συναραρῶς καὶ συνυφασμένος καὶ συνψοδομημένος, εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν ^B Πνεύματι.

Χαῖρε, ἀστὴρ φωτοφανέστατε καὶ περίοπτε, περικαλλέστατε καὶ περίδλεπτε· ὁ τοῖς ἔνδεκα συνηρμοσμένος, καὶ εἰς τὸν στέφανον τὸν πλακέντα τῆς δόξης συγκαταστεριζόμενος καὶ συνταττόμενος, ὃν ὁ οὐράνιος νυμφίος, κατὰ τὸ μυστικώτατον λόγιον, τῆς νύμφης ἐφήρμοσε κεφαλῇ.

Χαῖρε, τῶν Ἀγγέλων ἡ θυμηδία, τῶν Ἀρχαγγέλων ἡ θεραπεία, τῶν Ἀρχῶν ἡ εὐωδία· καὶ τῶν Ἐξουσιῶν μὲν ἡ λαμπρότης, τῶν Κυριοτήτων δὲ ἡ κοσμιότης· ὁ τῶν Θρόνων σύνθρονος, καὶ τῶν Χερουβειμ συνόμιλος, καὶ ὁμοδιαίτος τῶν Σεραφειμ.

Χαῖρε, τῶν Ἀποστόλων ὁ καλλωπισμὸς· τῶν Μαρτύρων ὁ φωτισμὸς, καὶ πάντων Ἀγίων ἀγιασμὸς καὶ ἀγλαΐσμὸς· τὸ ἀξιόθεον πρᾶγμα, τὸ ἀξιοπόθητον ὄνομα· ὁ ἀξιόνομος καὶ θεώνυμος Βαρθολομαῖος· *Ὁ ἀληθῶς ὕδατα κρεμάσας υἱός*· τοῦτο γὰρ ἡ σημασία τοῦ ὀνόματος.

Χαῖρε, ὅτι θεομιμήτως καὶ αὐτὸς, καθάπερ ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός, λόγῳ τὰ ὕδατα διαέρια μετεωρίζει καὶ κουφίζει τῆς γῆς, οἷς καὶ τὰ ὑπερῶα αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἱερὰν, στεγάζει, Γραφήν· οὕτω καὶ αὐτὸς ὕδατα πολλὰ, τὰς χαμερπεῖς διανοίας τῶν διὰ σοῦ Χριστῷ πιστευόντων, τῷ Εὐαγγελίῳ σου μετεωρίζει· καὶ τοῦ γῆϊνου φρονήματος τοὺς πνευματικωτέρους παντάπασι κρεμάσας, καὶ τελευτέρον ἐπάρας πρὸς τὸν Θεόν, ἐν αὐτοῖς τὰς δευτέρας τάξεως οὔσας, καὶ ὑπερῶων λόγον ἐπεχούσας, τῶν πιστῶν σκεπάζεις ^D ψυχάς.

Χαῖρε, μάκαρ, αἰδίμιε καὶ θεσπέσιε· ὁ μέγα καὶ μικρὸν, πολὺ καὶ ὀλίγον τὸ σιωτήριον θεολογήσας Εὐαγγέλιον. Μέγα μὲν, τῷ πάσης λογικῆς διανοίας καὶ φύσεως ὑπερναβεβηχέναι τὴν κατάληψιν· μικρὸν δὲ, διὰ τὴν συγκατάθεσιν καὶ τὴν πρὸς ταῦς γηγενεῖς τοῦ ὑπερουρανίου ταπεινότητα καὶ ὁμοιότητα. Ἡ, μέγα μὲν, διὰ τὸ τῆς θεότητος μεγαλοπρεπές· μικρὸν δὲ, διὰ τὸ μικροπρεπές τῆς ἀνθρωπίνης ἐσχατιᾶς, ὧν ἡ καινὴ μίξις καὶ κράσις, τὸ κεφάλαιον τοῦ Εὐαγγελίου χρηματίζει· καὶ πολὺ μὲν, τῷ πολὺν ἐν ἑαυτῷ καὶ ἀμέτρητον ἔχειν συνέσεως καὶ σοφίας ἐν ἀποβόητοις βυθόν· ὀλίγον δὲ πάλιν,

⁹⁹ Apoc. xii, 1. ⁹⁹ Job xxvi, 8. ¹ Psal. ciii, 5.

ως ὀλίγην αὐτὸ καὶ σύντομον συγκεφαλαιούμενον ἅ
θεολογίαν.

Χαῖρε, καὶ κατατέρπου, λαμπρότατε καὶ βασιλι-
κώτατε τοῦ Θεοῦ πατῆ, ὅτι σοι θρόνος ἐν οὐρανοῖς
παρὰ τῷ Βασιλεῖ τῆς δόξης ἠτοιμάσθη Χριστῷ· ἐν ᾧ
καὶ καθιεῖς μετὰ τῶν πρεσβυτάτων τοῦ Λόγου καὶ
κορυφαίων ὁπαδῶν, κρίνων, ὡς ἡ θεία τῆς ἀληθείας
ὑπόσχεσις, τὸν Ἰσραήλ.

Χαῖρε, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς θειοτέrais ἐπισκεπτόμενος
ἐπιδημίαις, πάσης θλίψεως καὶ καταγίδος ῥύσαι,
καὶ ὀδύνης καρδίας καὶ πειρασμῶν· καὶ ἀπὸ προσ-
ώπου μὲν ἐχθροῦ πύργος ἡμῖν ἰσχύος γενοῦ· γενοῦ
δὲ μεσίτης καὶ διαλλακτῆς ἀγαθὸς πρὸς Χριστὸν,
ἀκατασχόντους αὐτῷ προσάγων, καὶ προσοικειῶν
τῷ Παμβασίλει· εἰς δόξαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ
ἀγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας
τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Translationem sacri pignoris Bartholomæi in Liparim insulam, Latini pariter ac Græci concorditer
memorant. Significat Gregorius diu post ejus martyrium contigisse, cum infideles illarum regionum poti-
rentur, qui sic fidelium devotioni obtundere, et sancti apostoli cultum abolere pertentarent; cum Deus
majori cultu habendas ejus exuvias ad partes Occiduas, ac postremo Romam sacerdotii arcem destinaret.
Nostra breviter, at graviter Tiliiana Menæa II Junii: Σταυρῷ παραδοθεὶς ἐν Ἀρβανουπόλει τελειοῦται ἐνδό-
ξως, καὶ ἐν μολυβδίνῳ λάρνακι τεθεὶς τῇ θαλάσῃ ἐναπορρίπτεται. Ὑπὸ δὲ θείας προνοίας μέχρι Σικελίας,
ἐν Λιπάρῃ τινὶ νήσῳ κομισθεὶς καὶ φανερωθεὶς, ἐκεῖσε θάπτεται. *Cruci traditus Arbanopoli gloriose con-
summatur; inque urna plumbea positus, in mare projicitur. Dei tamen providentia usque in Siciliam, in
insulam quamdam Liparam delatus atque manifestatus, ibi sepelitur.* Veram edita 25 Augusti sic cuncta
fuse narrant.

Ἡ ἐπέκδοσις τοῦ λειψάνου τοῦ ἀγίου ἀποστόλου C
Βαρθολομαίου. *Reversio reliquiarum sancti apostoli Bartholomæi.*

Ὡς θαυμαστός ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἀγίοις αὐτοῦ!
Εὐκαιρὸν ἐστὶ κάμει νῦν ἀναβοῆσαι, διηγῆσθαι
προαιρουμένῳ ἐξαισίῳ τι καὶ φρικῶδες τερατοῦρ-
γημα. Ὁ γὰρ ἅγιος ἀπόστολος Βαρθολομαῖος ἐν δια-
φόροις τόποις τὸ τοῦ Κυρίου ὄνομα φανερὸν τοῖς
ἀνθρώποις ἀνακηρύξας, σταυροῦται ἐν τῇ μεγάλῃ
Ἀρμενίᾳ τῆς Ἀνατολῆς (44)· τοῦτον καταθέντες ἐν
λάρνακι λιθίνῃ (45) ἐν τῷ τέλει αὐτοῦ πιστοὶ εὑρε-
θέντες, ἀπέθεντο ἐν Οὐρβανουπόλει. Ὡς δὲ ἡ λάρναξ
ἐκεῖνη ἀεννάουσι τὰς ἰάσεις βλυστάνουσα ἦν, προσ-
έτραχον οἱ λαοὶ, καὶ ἀπηλλάσσοντο τῶν ἐνοχλούντων

Quam mirabilis Deus in sanctis suis * t nunc quo-
que ipse opportune clamavero, qui stupendum
quidpiam atque tremendum prodigium narraturus
sim. Sanctus enim apostolus Bartholomæus, cum
nomen Domini in diversis locis prædicatione sua
mortalibus notum reddidisset, in majori Armenia,
quæ plagæ orientalis est, cruci affigitur. Qui autem
ejus consummationi adesse fideles inventi sunt,
depositum in arca lapidea, Urbanopoli condiderunt.
Cumque arca illa, seu urna, jugi sanitatis vena
seaturiret, concurrentes populi, morborum mole-

* Matth. xix, 28. * Psal. lx, 4. * Psal. lxxvii, 39.

(44) Τῆς Ἀνατολῆς. Hoc ipsum forte voluit D
Œcumenius sua Synopsi, ubi editum, τῆς Ἰνδι-
κῆς; tametsi etiam Studita Armeniam Indiæ vide-
tur dicere, cum sic ait: *Deinde Indiæ evangelizans,
ad ultimum in Armenia Majori, quæ ejusdem est
provinciae.* Nota regio ἡ Ἀνατολή, ipsa vasta, et un-
de sic dicta Græcis, quod scilicet ad orientem es-
set Constantinopoli; quæ et latius accepta ipsam
Armeniam complectatur. Auctor perinde cruce sub-
latum refert apostolum. Unus ex Græcis Studita,
*Decoratus ab impiis in modum follis, capite plexus
est; cujus phrasim essent imitati, qui a Barbaris vi-
vum excoriatum, et jussu Astyagis capite truncatum,
dixerunt.* Sic nempe utrumque Persæ nectebant
supplicium, alterumque alteri præibat, velut fere
apud Romanos, prius rei virgis aut fustibus cæde-
bantur, quam morte plecterentur. Prævisse item
crucem, ut sic omnia concilientur, non facile ac-

quiescam Lipomano; sed aliam aliamque traditio-
nem, quod attinet ad supplicii genus, esse sentio.
Nisi forte tanta rabies fuit, ut sic crucifixum capite
in terram verso e cruce seminecem extraxerint,
aliaque Persico more illi tormenta irrogarint: quod
tamen auctores utriusque sententiæ ne hilum qui-
dem insinuant, ut quasi ex illis legitime satis possi-
mus conjicere.

(45) Ἐν λάρνακι λιθίνῃ. Sic quoque Joseph et
Studita; cum noster Menæorum codex, sic expres-
sum μολυβδίνην habeat, id est plumbeam. Ac, num,
quod fere usus habet, in arca lapidea, urna plumbea
erat, ac utrumque in mare projecerunt inefficiosi
homines, ne qua apostoli memoria, etiam vacuo tu-
mulo, apud eos exstaret, et qua confoveri posset
populi in eum devotio? Mea hæc conjectura; alii
divinent; vel quod plurimum est, admittant.

stia liberabantur. Videntes itaque diaboli ministri, A furore in urnam illam incendebantur; ac quandoque deliberatione habita, urnam in qua erat sancti apostoli corpus, cum quatuor aliis sanctorum martyrum urnis, in mare projecerunt. Id vero omne contigit, ut et tantus maris tractus, quantum emensi sunt, per illos sanctificaretur, ac loca per quæ illos divisit divina gratia, benedicerentur.

Magnos enim Ponti sinus subnavigans apostolus, altisque Hellesponti superatis angustiis, Ægeum mare et Adriaticum petiit, relictæque a sinistris illustri ac maxima Siciliæ insula, una comites habens qui in aliis urnis præclara victoria inclyti martyres erant, Pappianum, Lucianum, Gregorium et Acacium, ad insulam, quam Liparam vocant, appulsus est. Quam mirabilia opera tua, Domine! B Equanæ oratio laudandis illis sufficiat? Ac quidem præclari victores martyres, velut rege quodam, ubi eum conquiescere voluerant, magno derelicto apostolo, statim reversi sunt, quo loco divinæ providentiæ visum erat, singulis illis hospitium sedesque ascribere: Pappianus quidem in urbem Siciliæ Amyllam; Lucianus vero, Mesanam; Gregorius, Columnam Calabriæ urbem; Acacius Asealum civitatem sic dictam.

Tum apostolus adventum suum Agathoni intimat. Statimque episcopus matura diligentia, ubi magnum horrendumque prodigium vidit, stupore plenus: Unde, inquit, tibi, Lipara, tantus hic ingensque the- C saurus advenit? Plane eximie magnificata es et clarificata. Choros age, sali atque exulta. Suscipe tuis manibus, et ad eum clama: Fauste venisti, apostole Domini. Hæc aliaque non pauca prolocutus episcopus, laudesque apostoli atque insuke prosecutus, dicendi finem fecit.

Quodque deponenda urna loco illustri, quo scilicet loco divinum delubrum ad gloriam celebratissimi apostoli excitandum erat; trahentibus multis, nihil illa obsequabatur, donec revelatione divina beatus Agatho adducto vitularum jugo, ac funiculis alligatis, ingentis molis arcam illam, inhabitantis potentia facile traxit, quo apostoli voluntas delegerat.

Ingens porro miraculum miraculis comes secutum, ac cui forsitan plures eorum quibus ignota divina prodigia sunt, fidem abnegabunt. Exiguæ mo-

παθῶν. Ταῦτα οὖν βλέποντες οἱ τοῦ διαβόλου ὑπουργοί, ἐμαίνοντο κατὰ τῆς λάρνακος ἐκείνης· καὶ σκεψάμενοι ποτε, ἀπέρριψαν ταύτην, συνέχουσαν καὶ τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ ἀποστόλου ἐν τῇ θαλάσῃ, σὺν ἑτέροις λάρναξιν ἁγίων μαρτύρων τέσσαρσι. Τοῦτο δὲ ὄλον γέγονεν, ἵνα καὶ ἡ τοσαύτη θάλασσα ᾦν διηλθον, ἁγιασθῆ δι' αὐτῶν· καὶ οἱ τόποι καθ' οὓς ἡ θεία χάρις αὐτοὺς διεμέρισεν, εὐλογηθῶσι.

Τοὺς γὰρ μεγάλους τοῦ Πόντου ὑποπλεύσας κόλπους ὁ ἀπόστολος, καὶ τὰ στενά τοῦ Ἑλλησπόντου παραδραμῶν βάθη, τὸ Αἰγαῖόν τε καὶ τὸ τοῦ Ἀδρίου κατέλαβε πέλαγος· καὶ τὴν τῶν Σικελῶν περιφανῆ τε καὶ μεγίστην ἐν εὐωνύμοις καταλιπὼν νῆσον, ἔχων συνεπομένους αὐτῷ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἑτέροις λάρναξι καλλινίκους μάρτυρας, Παππιανὸν, Λουκιανὸν, Γρηγόριον καὶ Ἀκάκιον, νήσιον τῇ οὕτω καλουμένην Λιπάρῃ, προσωρμίσθη. Ὡς θαυμάσια τὰ ἔργα σου, Κύριε! καὶ τίς λόγος ἐξαρκέσει πρὸς ὕμνον τῶν θαυμασίων σου; Καὶ οἱ μὲν καλλίνικοι μάρτυρες, οἷά τινα βασιλέα ἐν ᾧ ἂν ἤρετίσαντο ἀναπαύσασθαι τὸν μέγαν καταλιπόντες ἀπόστολον, αὐτίκα ἀνθυπενόστησαν, ἔνθα ἂν ἕκαστον ἡ θεία κατασκηνώσαι εὐδόκησε πρόνοια· Παππιανὸν (46) μὲν εἰς Ἀμυλλαν πόλιν Σικελίας· Λουκιανὸν δὲ ἐν Μεσσηνίᾳ· Γρηγόριον ἐν Κολύμνῃ πόλει Καλαβρίας, καὶ Ἀκάκιον εἰς Ἀσκάλου πόλιν οὕτω καλουμένην.

Τότε Ἀγάθωνι τῷ θεῷ ἑαυτὸν καταμηνύει ὁ ἀπόστολος. Καὶ παρευθὺς ὁ ἐπίσκοπος σπεύσας, τὸ μέγα καὶ φρικῶδες ὡς εἶδε τεράστιον, θάμβους πληθεὺς, C Πόθεν σοι οὗτος, ὦ Λιπάρῃ, ἀπεφθέγγετο, ὁ πόλις προσεγγέρετο πλοῦτος; Ὅπως ἐμγαλύνθη ὑπερβαλλόντως καὶ ἐδοξάσθη. Χόρευσον, σκίρτησον. Ὑπόδεξαι χερσὶν οἰκειαίς καὶ βῆσον πρὸς αὐτὸν, Καλῶς παραγέγονας, ὁ τοῦ Κυρίου ἀπόστολος. Ταῦτα καὶ ἕτερα οὐκ ὀλίγα ὁ ἐπίσκοπος εἰπὼν, καὶ ἐγκωμιάσας τὸν τε ἀπόστολον καὶ τὴν νῆσον, κατέπαυσε τὸν λόγον.

Ἐπεὶ δὲ εἶδει ἀποκαταστήναι τὴν λάρνακα καὶ ἐν τόπῳ ἐπιστήμῳ, ἐν ᾧ καὶ θεῖος σηκὸς ἐμελλεν ἀνεγείρεσθαι εἰς δόξαν τοῦ πανευφήμου ἀποστόλου, ὡς μὲν ἔλκοντες πολλοί, ὑπήκουε δὲ οὐδαμῶς, ἕως ἀποκαλύψει θεῖα ὁ μακάριος Ἀγάθων ζευγὸς ἁγίων δαμάλεων, καὶ λεπτοῖς ἀποδήσας καλωδίους, τὴν παρμεγέθη ἐκείνην λάρνακα, τῇ τοῦ ἐνοικοῦντος D δυνάμει, εὐκόλως ἤξε, ὅπου τὸ τοῦ ἀποστόλου ὑπῆρξε θέλημα.

Θαῦμά τι δὲ θαύμασι συνείπετο μέγιστον, καὶ πολλοῖς ἴσως τῶν ἀμυήτων τῶν θεῶν τερατουργιῶν ἀπίστον. Νησίδιον γὰρ Βουρκάνος (47) ὀνομαζόμενον,

nomen haberet Metaphrastis ætate. Certe ejusmodi est, cui non facile arrogent fidem nedum ἀμύητοι τῶν θεῶν τερατουργιῶν, ut auctor scribit, sed nec qui divinam in prodigiis virtutem sancte venerantur. Potest hæc hisque majora illa præstare, sed facile etiam est in ejusmodi vulgi obrepere. Vulcaniæ ejusmodi insulæ, in quibus pars magna sulphur est et materia combustibilis, magna habent symptomata, ex ipsa rerum natura et absque miraculo: in quibus non injucunda lectu, quæ nuper in

⁵ Eccli. II, 4.

(46) Παππιανόν. Anastasius in Studita Pappinum vocat; apud quem etiam nomina urbium minus corrupta sunt: de quibus videnda nostra. Bibl. PP. concionat.

(47) Βουρκάνος. Anast. in Studita, Vulcanus; favetque allatæ jam mihi conjecturæ, permutationis litterarum ex soni affinitate, ubi sic crassioribus auribus Græci audiunt in nominibus propriis. Miraculum vere stupendum, cujus tamen Joseph non meminit, qui videatur Studita antiquior, et qui jam

καὶ πηγὴν ἔχον, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἀναβράζουσαν, ὡς μόνον τὴν τοῦ ἀποστόλου παρουσίαν ἦσθετο, ἐπειδὴ τῇ ἐγγύτητι τὴν Λιπάραν κατέβλαπτε, θεῖα δυνάμει εὐθέως ἀποσυρὲν, ἐπὶ σταδίους μακρὰν ὤχετο, τοῦ παρασυρμού ὡσπερ ποταμίου βεύματος μέχρι τῆς σήμερον τὸ θαῦμα ἀνακηρύττοντος. Ὡ παραδόξων θαυμασίων! ὦ ὑπερβαλλόντων τερατουργημάτων! ποῦ τοιαῦτα ἐν πάσῃ τῇ ὑφ' ἥλιον διέγνωσται; Ἐπειδὴ δὲ ἀνήγειρε καὶ περικαλλῆ ναὸν ὁ ἐπίσκοπος τοῦ ἀποστόλου, καὶ ἐν αὐτῷ ὡς πολύτιμον θησαυρὸν τὸ μακάριον ἐκεῖνο καὶ σεβάσιμον κατέθετο λείψανον σὺν τῇ λάρνακι, τίς δύναται ἐξαιρεῖν τὰ ἐκεῖσε ὁσημέραι γινόμενα θαύματα;

Ἐτῶν οὖν πλείστων παραδραμόντων, ἐν ἐσχάτοις καιροῖς, ἐν ταῖς ἡμέραις Θεοφίλου τοῦ βασιλέως (48), τοῦ φρουρίου ἐν ᾧ ἅγιος ἀπόστολος κατέκειτο διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὰς ἀνομίας ἡμῶν ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν συλληφθέντος, καὶ πάσης τῆς νήσου Λιπάρας ἀοικήτου διαμεινάσης, ὁ τῆς πόλεως Βενένδου ἄρχων τὰ ἀποστολικὰ θαύματα ἀναμαθῶν, πίστει ζεούση πρὸς τὸν ἅγιον κινήθει, ἐκ τῆς Ἀμαλφινῶν πόλεως ἄνδρας τινὰς ναυσιπόρους προσκαλεσάμενος, καὶ τούτοις χρήματα ἱκανὰ δοῦναι ἐπαγγειλάμενος, ἤξιωσεν ἀπελθεῖν, καὶ τὸν πολύτιμον ἐκεῖνον πρὸς αὐτὸν ἀνακομίσει θησαυρὸν. Ὅ καὶ ἐγένετο.

Ὁ γοῦν ῥηθεὶς ἄρχων ἐκ πολλοῦ διαστήματος τῆς θαλάσσης ὦν, τὸν τε τοῦ τόπου ἐπίσκοπον καὶ πολλοὺς ἄλλους τοῦ τε κλήρου καὶ τοῦ πλείστου λαοῦ συγκινήσας, πρὸς ὑπαντήν ἐξῆλθεν τοῦ ἀποστόλου· οὐ καὶ τὸ ἅγιον λείψανον ἐν τῇ πόλει Βενένδου ἀγαγὼν, ἐν σεβασμῷ τόπῳ κατέθετο. Ἐνθα καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶν ὁ μέγας ἀπόστολος, πᾶσι τοῖς ἐκεῖσε ἐδείκνυτο, εἰς δόξαν τοῦ ὑπεραγάθου Θεοῦ ἡμῶν.

ΛΟΓΟΣ ΙΑ΄.

Εἰς τὸν ἅγιον καὶ πανεύφημον ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν Ματθαῖον (49).

Ματθαίου δὲ μνήμης τί ἂν γένοιτο χαριέστερον; Δι' ὅτι οὐ φιλὸν ἡμῖν τὸν ἀπόστολον, κατὰ τοὺς ἄλ-

Relatione insulæ sanctæ Irenæ prope Cretam habentur scripta.

(48) *Ἐν ταῖς ἡμέραις Θεοφίλου τοῦ βασιλέως.* Appendix Anastasiana perinde refert, etsi Theophili non meminit; pauloque aliter rem narrat; nempe factam revelationem cuidam monacho Græco ut dispersa ossa colligeret signo divini luminis agnita; quæ ipsa ejus rei fama, sive etiam miraculorum quæ olim percubuerant in sancti apostoli tumulo, in causa fuerit, ut ita Beneventanus regulus seu magistratus, per conductos Amalphantos nautas sacrum pignus sibi rapiendum putaverit, ipso forsitan Græco monacho annuente, et eum a suis Græcis nihil jam opis exspectaret. Sicque alia aliam juvet narratio, non quidquam officiat.

(49) Matthæi res, præter Evangelium ab eo scriptum, obscuræ admodum remansere, nullis certæ fidei auctoribus consignatæ; Abdia Babylonio fabuloso auctore fere proditæ, quem ipsum exscribit Perionius; quodque nulla affert veterum monumenta, nullam eis majorem conferre auctoritatem certum est. Quæ novissime ex antiquis monumentis et sanctorum Patrum scriptis collegit R. D. Marc. Antonius Columna archiepiscopus Salernitanus, et sane quidem erudite, ut auctor est Baronius in notis,

lis insula est, Vulcanum vocant, in qua Ions ignis ebulliens nocte dieque. Hæc, ubi duntaxat apostoli sensit adventum, quod vicinitate Liparam oblædebat, divina potentia statim retracta, septem procul stadiis recessit; quod miraculum tractus velut recedentis fluvii in hunc usque diem prædicat ac prodit. O inaudita stupendaque miracula! o modum omnem excedentia prodigia! Ubi talia in universa quæ sub sole est cognita? Postquam vero etiam episcopus elegantem ædem apostolo excitaverat, atque in illa quasi pretiosum thesaurum, beatum illud ac venerabile pignus cum urna deposuerat, quis referre possit quanta ibi quotidie fierent miracula?

Longa itaque annorum decursa serie, extremis temporibus, in diebus Theophili imperatoris, capto ab Agarenis, ob plura nostra scelera, in quo sanctus apostolus jacebat, præsidio, omnique Lipara insula manente desolata, Beneventanæ urbis regulus, apostoli perceptis miraculis, ferventi erga sanctum fide excitatus, Amalphantanæ urbis nautis aliquot convocatis, ac quantas par erat pecunias dare pollicitus, ire jussit, ac pretiosum illum thesaurum ad se deferre. Quod et contigit.

Quem dicebam itaque reclusus longo procul a mari intervallo, accitoque lecto episcopo multisque aliis, tum ex clero tum ex vulgi plebe in occursum apostoli exivit; adductumque Beneventum sacrum pignus, in venerabili æde deposuit: ubi etiam oppidanis omnibus sanctitates præstans clarescebat magnus apostolus, in Dei nostri gloriam, qui omnem boni rationem excedit.

ORATIO XI.

Laudatio sancti celebratissimique apostoli et evangelistæ Matthæi.

Matthæi memoria quidnam fuerit gratius? quod scilicet non nudum nobis apostolum, sicut reliquos,

mihî in manus non venire; et forte potuissent laborem levare, gratiamque is ipse fecisset, si ex illis aliquid saltem delibasset: nisi sunt illa ipsa quæ affert. Ait autem se legisse in libello Hippolyti *De duodecim apostolis, Matthæum victimam factum virginitatis: alludente nimirum auctore ad historiam de sancta Iphigenia virgine, quæ legitur in Actis ejus ab eo Deo dicata.* Nempe legitur in Actis illis Abdianis: nusquam alibi: mihî editus Hippolyti iudiculus nihil habet ejusmodi; at nec Matthæi in Æthiopiam itineris aut prædicationis, quæ proinde videri possint in Hippolyto subdititia. Metaphrastis nomine vulgata Acta a Lipomano et Surio ommissa, cum probatiora videantur, quam illa altera illi repræsentata, eidemque Lipomano secundo loco edita, extra Parthiam non trahunt Matthæum, et Hierapolim Syriæ, in qua martyrium fecerit. Ac de Iphigenia, certum est, præter novas Romanas tabulas Baronio aliisque auctas, Clem. VIII summo pontifice, nullas alias ejus nomen habere, ne ipsis quidem Romanas paulo superiores; in quibus hoc solum de Matthæo: *Natale sancti Matthæi apostoli et evangelistæ, qui apud Æthiopiam prædicans, martyrium passus est. Hujus Evangelium Hebraico sermone conscriptum, Christo revelante, tempore Zenonis*

nominis nuncupatio delinēet, sed una quoque evangelistæ dignitatem inferat : evangelistæ autem me-

imperatoris inventum est. Eademque fere Beda, qui et Hortaci nomen addit, insinuans se ex Abdia bibisse; ex quo nescio an tuto satis vindicare potuerint Iphigeniæ nomen, qui eas tabulas auxere. Æthiopiā etiam habet Socrat. l. i, c. 15 : Θωμάς μὲν τὴν Πάρθων ἀποστολὴν ὑπέδεχτο· Ματθαῖος δὲ τὴν Αἰθιοπίαν· Βαρθολομαῖος δὲ ἐκλήρουτο τὴν συνημμένην ταύτῃ Ἰνδίαν· Thomas Parthiam suscepit, in qua apostolico munere fungeretur : Matthæus Æthiopiā; Bartholomæus Indiam, quæ huic finitima est. Interiorem vero Indiam censet non penetrasse, ad quam Constantino Magno imperatore fides pervaserit, et cui Frumentius episcopus datus sit. Proinde loquitur Socrates de Æthiopibus Asiaticis, vicinis terræ sanctæ, nec forte ab aliis dissentit, qui vel Hierii, vel Hierapoli Syriæ apud Parthos vel Persas martyrium fecisse scripserunt. In his Martyrologium Corbeïense magnæ certe antiquitatis et fidei. xi. Kal. Oct. : In Persida, civitate Tarrum, natalis sancti Matthæi evangelistæ. Scripsit Hierium, quod sic antiquarius depravarit, vel qui non satis accurate ex illo exscripsit. Idem pridie Non. Maii omissio solum civitatis nomine : In Persida, natalis S. Matthæi apostoli et evangelistæ. De loco ubi passus est, vel ubi sepultus, inquit Baron, potius assentior Venantio Fortunato, qui ante annos mille vixit : is etenim dum agit de apostolis singulis, ipsisque locis ubi passi et conditi sunt, hæc de Bartholomæo atque Matthæo canit :

*Inde triumphantem fert India Bartholomæum,
Matthæum eximium Naddaver alta virum.*

Mihi quoque esset magnum ad fidem, si suæ res ætatis Fortunatus referret, vel non liqueret ex ipso Abdia suam Naddaver Matthæi habuisse, ut et Bartholomæi Indiam, quem sic alii eo profectum narrant, ut tamen in Asia fuerit martyrio coronatus, de quo Greg. Turon. *De gloria martyr.*, c. 34 : *Apud Asiam, inquit, passum, agonis ipsius narrat historia; et ut Sophr. apud Hieron., nosterque Hippolytus, in Armenia. Euseb. l. v, c. 10, refert ipse quidem incerto rumore Bartholomæum unum ex duodecim apostolis prædicasse in India, apud quos Evangelium Matthæi Hebraicis litteris scriptum dicatur reliquisse, et quem Pantænus illic reperit: non tamen quod ibi diem obierit. Contra fidem interpretis Rufinus illud inde Evangelium Pantænum seipsum detulisse ait : quod Eusebius non dicit, ut etiam Henricus Vales. recte observavit. Aliudque fuerit quod in bibliotheca Cæsariensi a martyre Pamphilo collecta servabatur, quo utebantur Nazaræi, ipseque Hieronymus commodatum accepit : sed non ipsum Matthæi authenticum, uti nec quæ Syriaca unum, et alterum vulgata sunt. Etiam quod cum Barnabæ corpore inventum Evangelium est Zenone imperatore, Matthæi esse ferunt : sicque Baron. an. 485, n. 4, laudatque historiam, auctore Alexandro monacho ; qui tamen ab ipso relatus, et, ut exstat apud Lipomanum, nihil Matthæi Evangelii meminit. Ejus verba sunt : *Invenerunt etiam Evangelium supra Barnabæ pectus impositum ; quod deinde Zeno ab Anthimo episcopo sibi mitti petierit, et in palatio suo reposuerit ; ubi, inquit, ad hodiernum usque diem servatur, et in magna quinta Paschæ feria quotannis in palatii oratorio evangelium ex eo libro recitatur. Quod magis indicio est, fuisse Græcum Evangelii exemplar, ex quo sic Græce ex usu ejus Ecclesiæ legi evangelium possit, quodque Græcus textus magis ex usu Barnabæ esset, qui præcipue Græcis prædicabat, et quia etiam Judæi in dispersione positi fere Græce callebant ; ut una hac lingua apostoli novum omne instrumentum divino instinctu consignandum putaverint. Sy-**

λους, ἢ τοῦ ὀνόματος κλήσις ὑπογράφει, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ εὐαγγελιστοῦ συνεπάγεται. Εὐαγγελιστοῦ

nax xi Junii : Οὗτος λέγεται τεθάρθαι ἅμα τῷ ὑπ' αὐτοῦ γραφέντι κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίῳ, τῷ ἑσπέρῳ εὐρεθέντι μετὰ τοῦ ἀποστολικοῦ σώματος· ὅθεν καὶ προνόμιον ἔλαβον οἱ πιστοὶ μὴ ὑποκεῖσθαι ὑπὸ τινὰ τῶν ἄλλων ἐπισκόπων ταύτην τὴν νῆσον· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου χειροτονεῖσθαι· Ferunt hunc sepultum cum Marci Evangelio ab ipso conscripto, quod postea repertum est cum apostoli corpore. Unde et fideles (Cyprii) privilegium nacti sunt, ne ea insula subesset ulli aliorum episcoporum, sed a suo ipsius episcopo ordinationes reciperet. Non accepit privilegium, sed olim concessum, per eam occasionem illi ratum habitum et confirmatum Zenonis et synodi τῶν ἐνδημούντων Constantinopoli iudicio. Quæ de re, deque privilegio insulæ Cypri leg. Theod. Balsin. can. 8 synodi Ephes., quo repressus conatus Antiocheni patriarchæ, et relictæ Cyprii ordinationes liberæ. Porro fungi est quidquid Cedrenus in eam rem scribit, excepta sacri pignoris inventione sub ceraso arbore, quod Matthæi Evangelium supra pectus haberet, Ἰδιόγραφον αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου Βαρνάβα· ἐξ ἧς προφάσεως ἔκτοτε γέγονε μητρόπολις ἡ Κύπρος, καὶ τοῦ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν, ἀλλ' ὑπὸ Κωνσταντινούπολιν· Ea occasione Cyprus metropolis facta est, ut jam non amplius sub Antiochia censeretur, sed soli Constantinopoli subesset. Nuga hæc. Non hoc quærebatur ut servitutem servitute mutaret, vel quod non habebat acquireret ; sed ut quod erat, αὐτοκράτος, suarumque arbitra ordinationum, perseveraret, nec vel Antiocheno, vel ulli alii subesse deberet ; excepto jure προσδραίας et προστασίας Romani antistitis, qua Christi vicarius, summusque omnium pastor est : quo nihil lædit aliarum sedium jura, nec se illarum ordinationibus extra dioccesim propriam (jure antiquo) immiscet. De Evang. Matth. consentit Niceph. l. xvi, c. 37, ac, num inde creditum Matthæi Evangelium potius quam Marci, quod feria illa quinta majoris hebdomadæ Græci, non ex Marco, sed ex Matthæo legant Dominicæ passionis partem : verum nihil vetat quin in eo palatii oratorio, in quo repositus ille Barnabæ codex, ex Marco legeretur, cum eadem ipsa pene Matthæi Marcus habeat, sed paulo breviora. Nicephorus etsi ipse patriarcha, auctor sic nuperus et post captum a Latinis, receptamque a Græcis Urbem scribens, potuit ignorare traditionem suæ Ecclesiæ paulo superiorem. Cedrenus quod ita absurdo narrat, nullius pene est fidei. Auctor Synaxarli quam antiquus, me latet, qui sic Marci Evangelium maluerit, utpote consobrini Barnabæ. Nostrum Tilianum, paulo antiquius, nihil istorum habet, ut neque Basilianum Sirleti ; quodque in tabulis Thyinis scriptum ejusmodi Evangelium tradit Alexand. monachus, qui cæteris videtur antiquior, ac reliquis auctor hujus traditionis, existimem fuisse potius Evangelii partem ejusque capita quædam et περιχοπὰς, quam integrum codicem, velut forte in Cæcilia, quæ sic Evangelium in pectore et sinu gerebat Beda, Cujus corpus tempore Zenonis imperatoris, ipso revelante, repertum est, nulla mentione ejus libri Evangeliorum. Nec aliter Romanæ tabulæ paulo uberiores ante novas Baronianas, per quas invecum illud assumentum, una cum codice Evangelii sancti Matthæi sua manu descripto. Romanum quoque Breviar. Pii V : Ad cujus pectus erat Evangelium Matthæi, Barnabæ manu conscriptum ; nostrum Prædicatorum addit, Hebraicum : sic res creseit eundo, quasi non et Græcum transcribere liceret, vel nondum esset illud Evangelium Græcè redditum Antiquius Rom. etiam hæc nescit. Marianus tamen Scotus an. 483 : Corpus Barnabæ apostoli, et Evangelium Matthæi, Hebræo stylo scriptum reperitur, ipso revelante. Sigebertus quoque, Cuna

δὲ μνήμη εὐθυβόλως εἰς ἔννοιαν ἀγει τοῦ Εὐαγγελίου. Τούτου δὲ ἡ ὑπόμνησις τῷ ἐν αὐτῷ δοξαζομένῳ συνάγει Χριστῷ. Μνημόνευσον γνησίως τοῦ εὐαγγελιστοῦ, ἵνα μνημονεύσῃς ἀληθῶς Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀναθεωρήσῃς αὐτοῦ τὴν δόξαν ἑνοσιδῶς τε καὶ συνεπτυγμένως, τὸ μυστήριον ὅλον τῆς οἰκονομίας διὰ τοῦ σεπτοῦ ὀνόματος νοερῶς μυσταγωγούμενος.

Ἄξιον μὲν οὖν καὶ πάντα καλεῖν εὐαγγελιστὰς τοῦ Σωτῆρος τοὺς μαθητὰς, ὡς τὴν ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν εἰρήνην Θεοῦ, τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελισαμένους, καὶ διδασκαίς ἐνθέοις καὶ χριστομιμήτοις παθήμασι, τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον ἐμφθεγξαμένους τῇ γῆ· οὐχ ἥκιστα δὲ τοὺς τέσσαρας τούτῳ δὲ τῷ ὀνόματι καλεῖσθαι προσιδέεσθαι, ὡς οὐκ ἀγράφως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως εὐαγγελισαμένους Χριστόν· οὐδὲ ταῖς κατ' αὐτοὺς γενεαῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐπιούσαις ὁμοῦ πάσαις, τὰ τοῦ Θεοῦ μυστήρια παραδόντας διὰ τῆς Γραφῆς. Ὦν πρῶτος ὁ ἱερώτα-

Λ moria, ad Evangelii recta intelligentiam ducit. Hujus vero recordatio, Christo conjungit, qui in eo laudatur. Memor esto sincere et ex animo evangelistæ, ut Jesu Christi vere recorderis, ejusque gloriam uniformiter ac complexe contempleris, qui dispensationis omne mysterium, per venerandos nominis apices mente docearis.

Æquum sane ut et omnes Salvatoris discipuli evangelistæ vocentur; ut qui Dei pacem exsuperantem omnem sensum, fausto gentibus nuntio intulerunt, divinisque doctrinis ac Christi æmulis passionibus, salutare Dei in terra prædicarunt. Impri- mis vero convenientissimum est ut eo nomine quatuor appellentur, ut qui nedum prolata nude voce, sed et scripto Christum annuntiarunt; neque sive duntaxat ætatis hominibus, sed et futuris deinceps omnibus Dei mysteria Scriptura teste propalarunt: quorum primus sacratissimus Matthæus, ad sacram

quo etiam Evangelium Matthæi, ipsius manibus Matthæi Hebraice scriptum, quod erat simul reconditum, invenitur. Quod Evangelium ipse Barnabas secum semper ferre solebat, et ubicunque inveniebat infirmos, ponebat illud super eos, et tam fide Barnabæ, quam merito Matthæi, omnes sanabantur. Quanta hæc, sed unde hausta, et quantæ fidei? Unde quod non habuit Ecclesia ipsum hoc Matthæi autographum pro authentico, vel qua nobis jactura sic perit? Scripsisse Matthæum Hebraice fere veteres consentiunt: hoc vero ipsum illius autographum fuisse hominis ex suo capite confingentis commentum merito videatur. Scripsit vero ne quæ viva voce ab apostolis, ipsoque Matthæo, Hebræi acceperant, illis ad gentes abeuntibus, paulatim exciderent, vel etiam falsis admistis corrumpere. Videndus Euseb. l. iii, c. 24; ac num ipsa Nicetæ ratio quam Euseb. insinuat, cum ita scribit: Nempè scripsisse Matthæum, τοῦ, τὸ λείπον τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ, τοῖς ἀφ' ὧν ἐπέλετο, διὰ τῆς γραφῆς ἀποπληροῦν. *Ut quod minus per præsentiam præstare potuerat, illis a quibus proficisceretur, scripto suppleret.* Sic nimirum tenui corpusculo ac debiliori, quo non liceret velut aliis ac coapostolis fulguris instar Evangelium quaqua- versus proferre ac prædicare. Potuit et hæc ratio esse, et quod præsentiam subtracturus erat, quod ipsum velle Eusebium arbitror, nec satis mihi explicatum video verbis illis novi interpretis, *quod præsentis suæ adhuc superesse videbatur, scripto, illis quos relinquebat supplevit.* Quæ refert Nicephorus l. ii, c. 41, Acta sancti Matthæi plane fabulosa, et Abdianis ipsis longe improbabiliora, a quibus non abludit Græcorum Synaxarium ad xii Kalendas Decembris, quo die sancti Matthæi solemnia recolunt. Bene tamen est, quod reliqua diei ἀκολούθια et officium, nihil ejusmodi fursurum habet; sed apostolica duntaxat et evangelistarum elogia pie ac graviter strophis odisque modulata: in quibus Theophanes canonis est auctor. Quomodo et Basilianum Sirleti Monologium, *Commemoratio sancti apostoli et evangelistæ Matthæi.* Sive nulla major erat explicatio rerum Matthæi, sive Sirletus non putavit sic absurdis reliquorum elevandam fidem, quæ libro illo continentur. Esse quandoque Synaxaria novi κόμματος et παρακόμματος, falsaque et nullius fidei continere, Græcis recentioribus cusa, indubium est, cujusmodi sunt illa Triedio adjecta ab ipso Nicephoro, cum vetus Triodium nulla haberet, cujusmodi vidi Tilianum, ejusque jacturam deploro, nesciens in cujus manus venerit, per distractionem et autionem librorum

ejus bibliothecæ. Graviter queritur Radulphus Tungr. l. De canonum observ. prop. 41 de illis sacerdotibus qui ejusmodi falsas et incertas narrationes studiose invehunt in divina officia, secus ac statuit Gelasius c. *Sancta Romana*, quod præcipue attinet ad passiones apostolorum, in quibus latinis pleraque spuria, et ex apocryphorum cœnosis lacubus hausta: cum præstaret, veterum more, pie ignorare gesta singula, et primitias Spiritus laboresque in eis omnibus majores suspicere, nostroque Christiana religione antistites atque parentes sub Christo ambitiose venerari et colere supra reliquos sanctos omnes, uti etiam præstant omnibus, quam ullam mendacii, quantumvis officiosi, suspicionem, quæsitis illis narratiunculis et fabellis, nobis sacrisque aspergere. Quod tamen ait idem Radulphus, *Passio apostoli Matthæi hæresim habet contra declarationem Benedicti XII de visione faciali*; nescio quam Passionem, quæve Acta Matthæi notet; nam quæ nobis exstant, nihil ejusmodi videntur habere; nec Abdiana, nec alia. Quin Metaphrastes, aliis probatiora, Lipomano edita, ejusmodi sunt, ut ex illis idem Lipomannus probaverit sanctorum animas jam in cœlo beatas esse, ac Deo frui, cujus contrarium errorem notare voluit Radulphus, et Benedictus confixit: non illum alterum, quem Armenorum dicunt, quod ipsa Dei essentia non sit videnda a beatis, sed duntaxat gloria et majestas, seu splendor quidam sub Deo et συγκατάθεσις, non ipsum Dei πρόσωπον et ἀκραίφνης. Qua in re laborant nostri theologi explicandis Græcorum quorundam, Chysost., Theodor., etc., in speciem difficilibus, locis ac dictis.

sunt, eorundem et ipsi socii ac consortes exi-
stunt: sic quoque confessionis vis, primo quidem
principaliterque in magistro, ex illo autem etiam
in discipulis participata ratione noscitur; tum
reliquis omnibus, tum præ illis singularique excel-
lencia, in eo qui diviniore providentia rem ipsam
appellationem est consecutus.

Laudemus igitur Judam, juxta patriarchæ vaticini-
um; illum scilicet qui ex confessione nomen sit
mutuatus. Laudemus et veneremur eum, qui digne
pro sacri nominis ratione vitam instituerit; qui si-
cut reliquas virtutes, sic hanc quoque excellenter
cum Christo communem habuerit; ferventissimum
utique fide, et dilectione probatissimum, scientia-
que perfectissimum discipulum, qui sublimem sa-
crumque complevit duodenarium apostolorum
chorum. Laudemus, non Iscariotem (procul enim
is est a benedictione; quippe qui dilexerit maledi-
ctionem, et venit ei) sed Judam utrinque spectabi-
lem ac nobilissimum¹⁷; tum scilicet naturalibus
dotibus, tum quæ natura superiores sunt, eximie
clarum atque ornatum. Ad terrenam quidem prosa-
piam quod attinet, Josephi filium ac Jacobi fra-
trem; quod autem ad cœlestem, Dei filium ac Chri-
sti fratrem, nepotem quidem Davidis regis, ac
Christum agnatione carnali contingentem; siqui-
dem et Joseph ipse parens, ejuscemodi sanguinis
necessitudine Mariam sponsam contingebat: pro-
pinquis quidem illustrem, et qui clara justitiæ

¹⁴ Gen. xlix, 8. ¹⁵ Rom. ii, 28; Rom. vii, 6.

¹⁶ Joan. viii, 59; Colos. ii, 11. ¹⁷ Psal. cviii, 18.

exempla nactus esset, sicque illa majori virtutis claritate vicisset, iisque præcelluisset, ut non tam ipse illorum, quam illi ejus longe fulgoribus honestarentur ac prænerent.

Hunc et in typum sanctæ ex Judæis collectæ Ecclesiæ assumptum esse existimo. Quia enim futurum erat, ut gens Judaica duabus scissa partibus, altera quidem necessitudine Deo adjungeretur, altera repelleretur; hinc quidem per fidem justificata, inde incredulitatis causa damnata; utque pars altera superædificaretur super fundamentum apostolorum et prophetarum, altera instar ramorum aridorum et inutilium a sancta radice effringerentur²⁸; excisæ quidem Synagogæ typus proditus est nefandus ille proditor; sanctarum vero Ecclesiæ reliquiarum saluti deditarum typus enituit beatissimus Judas, quem impræsentiarum laudamus. Ac sicut ille ob peccati summam nequitiam devinctus devotusque diabolo, his qui sequuntur, in interitum præit; sic iste perfecta justitia Christo copulatus, ad salutem supra quam perfectam, eos, qui illi comites adjungantur, ducit.

Quandoquidem igitur ancipitem vocis significationem distinximus, ac quod vulgo rudibusque abhorere videbatur, nominis explicatione detersimus, age, quæ ad sanctum hunc Judam spectant, quem admodum ipse nobis cœlitus illuxerit, consideremus; ab ejus quidem minutim narranda vita supersedentes, apostolicique laboris periodo, necnon prædicationibus et miraculis omissis (quod neque ullos hactenus hæc complectentes nanscisci licuerit commentarios) apostolicis eum laudibus velut rosarum floribus aliorum more coronantes, tum grata illi fecerimus, tum amica valde atque accepta, his, qui veri amantem auditum præterdunt; ut qui ex communibus omniumque sensu receptis rationibus, veritatis discipulo laudationem contexamus.

Ejus itaque ab initio vitæ ratio ac educatio sancta dubio procul justaque et bona. Bona enim ex radice, bonæ indolis ortum germen est: ac sub parente justo sobrioque, sobrie justeque justus filius erudiebatur ac instituebatur²⁹. Quapropter omnes sæculi vanitates et insanias falsas devitabat: hoc cavens, ne ingenui magnique ejus animi vis caducis rebus ex libidine addicta, corrumpere-
D

Quia igitur ipse quidem prædologo lege hactenus custoditus, ad mensuram ætatis tum corporalis, tum animi provexerat; magnum autem gratiæ lumen Sol justitiæ, unigena paternæ substantiæ figura, mortali jam massa per castissimam ac virgina-

A περιουσία τῆς ἀρετῆς ὑπερβαλόντα, ὡς ἐκείνους ἐκ τοῦδε πολὺ μᾶλλον, ἢ τοῦτον ἐξ ἐκείνων γνωρίζεσθαι καὶ λαμπρύνεσθαι.

Τοῦτον ἡγοῦμαι καὶ εἰς τύπον τῆς ἐξ Ἰουδαίων ἀγίας Ἐκκλησίας παρειληφθαι. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμελλε διχῆ τὸ Ἰουδαίων μερισθὲν γένος, τὸ μὲν οἰκειωθῆναι θεῷ, τὸ δ' ἀποτεθῆναι τὸ μὲν διὰ πίστεως δικαιούμενον, τὸ δὲ δι' ἀπίθειαν κατακρινόμενον· καὶ τὸ μὲν ἐποικοδομηθῆναι τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν, τὸ δὲ τρώπῳ κλάδων ξηρῶν καὶ ἀκάρπων τῆς ἀγίας ἐκκλασθῆναι ῥίζης· τύπος μὲν τῆς ἐκκεκομμένης Συναγωγῆς ἐκείνος ὁ δυσώνυμος ἀπελήλεγκτο προδότης· τύπος δὲ τοῦ σεσωσμένου τῆς ἱερᾶς Ἐκκλησίας καταλείμματος, ὁ μακαριώτατος Ἰούδας, ὁ νῦν ἐπαινούμενος ἐδείκνυτο· καὶ ὡσπερ ἐκείνος δι' ἀμαρτίας ἄκρας οἰκειωθείς τῷ διαβόλῳ, εἰς ἀπώλειαν τῶν ἐπομένων καθηγείται, οὕτω διὰ τῆς τελείας δικαιοσύνης οὗτος τῷ Χριστῷ συναφθεὶς, πρὸς ὑπερτέλῃ σωτηρίαν τοὺς ἀκολοθοῦντας αὐτῷ χειραγωγεῖ.

Ἐπειδὴ οὖν τὴν ὁμωνυμίαν διεστείλαμεθα, καὶ τὸ ἀπεικὸς δοκοῦν τοῖς πολλοῖς καὶ ἀμαθέσι διὰ τῆς τοῦ ὀνόματος δηλώσεως ἀνεκαθήραμεν, φέρε τὰ κατὰ τὸν ἱερὸν τοῦτον Ἰούδαν, ὡς ἂν αὐτὸς ἡμῖν οὐρανῶθεν ἐλλάμψειεν, θεωρήσωμεν· τὴν μὲν ἐπὶ λεπτῶ τῆς αὐτοῦ πολιτείας ἀφήγησιν, καὶ τὴν ἀποστολικὴν περίσδον, καὶ τὰ κηρύγματα καὶ τὰ θαύματα παρέντες, ὅτι μηδ' ὑπομνήμασιν ἡμῖν ἐξεγένετο μέχρι τοῦ δεῦρο περιτυχεῖν· ἀποστολικοῖς δὲ τοῦτον ἐπαίνοις ὡς ἄνθεσι ῥόδων κατὰ τὴν πρὸς τοὺς ἄλλους ὁμοίωσιν ἀναδησάμενοι, αὐτῷ τε κεχαρισμένα δρᾶσαιμεν ἂν, φίλα τε ἄγιν καὶ εὐαπόδεκτα τοῖς φιλαλήθῃ προτεινοῦσιν ἀκοήν· ὡς ἐκ τῶν κοινῶν καὶ ὁμολογημένων ἐννοιῶν, τὴν εὐφημίαν τῷ τῆς ἀληθείας διασκευαζόμενοι μαθητῇ.

Ἡ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς αὐτοῦ βίωσις καὶ ἀναγωγή, ὁμολογουμένως ἀγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή. Ἀγαθῆς γὰρ ῥίζης ἀγαθοφυῆς βλαστὸς ἐκδοθεὶς· καὶ ὑπὸ δικαίῳ πατρὶ καὶ σώφρονι, σωφρονικῶς καὶ δικαίως, ὁ δίκαιος ἐπαιδεύετο καὶ ἀνήγετο παῖς. Ὅθεν πάσας μὲν τοῦ βίου ματαιότητας καὶ μανίας παρητεῖτο ψευδεῖς, μὴ καταξιῶν τὸ εὐγενὲς τῆς αὐτοῦ ψυχῆς καὶ μεγαλοφυῆς, τῇ φιλοπαθεῖ τῶν ἐπικήρων καταφθαρῆναι σχολῇ· πρὸς ἑαυτὸν δὲ συννευετικῶς ἔλος, καὶ τῇ μελέτῃ τοῦ νόμου παιδοτριβοῦμενος, καὶ ταῖς παραγγελίαις τῶν ἐντολῶν ἐξασκούμενος, καὶ μεγαλοφυῶς προγυμναζόμενος, οὕτως οὐχ ἦττον τῆς σωματικῆς ἡλικίας, τῆς διανοίας τὴν ἕξιν ἡμέραν καθ' ἡμέραν αὐξάνων, ἐπέδιδου ταῖς προκοπαῖς.

Ἐπεὶ γοῦν αὐτὸς μὲν τῆς τε σωματικῆς, τῆς τε κατὰ ψυχὴν ἡλικίας εἰς μέτρον ὑπὸ τῷ παιδαγωγῷ νόμῳ τέως φρουρούμενος προέβηκεν· τὸ μέγα δὲ τῆς χάριτος φῶς, ὁ Ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, ὁ μονογενῆς τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως χαρακτήρ, ἤδη τὸ

²⁸ Ephes. ii, 20. ²⁹ Psal. xxxix, 5.

ἡρώτειον φύραμα διὰ τῆς πανάγνου καὶ παρθενικῆς ἀνειληφώς Μαριάμ, καὶ ὑπὸ τῷ ἐκείνου πατρὶ τῷ Ἰωσήφ, ἅτε μνηστῆρι τῆς Παρθένου τὴν σωματικὴν ῥηλικίαν ἀναγόμενος· ἐπειδὴ ταῖς Ἰωάννου μαρτυρίαις, καὶ πολὺ μᾶλλον ταῖς τοῦ οὐρανοῦ Πατρὸς ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἀπεκαλύπτετο, καὶ τοῖς ὑπερψυεστάτοις εὐθύς τῶν ἔργων, ἡρέμα τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς οἰκειᾶς ἐπέφαινε θεότητος, οὐ κατὰ τοὺς ψευδωνύμους οὗτος Ἰουδαίους τὰ τῆς καρδίας νοήματα πεπωρωμένως, βασκάνοις τὸν εὐεργέτην ἀνέβλεψεν ὀφθαλμοῖς· οὐδ' ἠγάπησε μὲν, φυσικῇ δὲ μόνῃ φιλοστοργίᾳ, καὶ συγγενεῖας οἰκειότητι τούτῳ συνδεόμενος, τῆς σωτηριώδους πίστεως κατὰ τοὺς πλείους τῶν συγγενῶν ἔρημος ἦν· οὐδὲ πίστει μὲν ἐχρῆτο βεβαίᾳ, τῆς δὲ ἀγίας ἀγάπης τὰ δευτέρᾳ τινος τῶν τῷ Χριστῷ τότε μαθητιῶντων ἀπεφέρετο· ὁμοῦ δὲ συνδεδραμηκότων ἐπ' αὐτῷ τῆς κατὰ τὸ σῶμα συγγενείας, τῆς φυσικῆς προσπαθείας, εἴτ' οὖν φιλίας, τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος· τῆς οὐχ ἤττον διὰ τὸν τοῦ βίου τρόπον, ἢ τὰ μεγάλα θαύματα πίστεως, καθ' ὃν καὶ συνανατέθηραπτο, καὶ συναῆχτο τῷ Ἰησοῦ, ὡς τῷ αὐτῷ νομιζόμενος κεχρησθαι πατρὶ· διὰ ταῦτα τοίνυν τῆς ἀκροτάτης πρὸς αὐτὸν εὐθύς οἰκειότητος, ἦτοι φιλιότητος ὁ μακαριώτατος εὐμοιρηκῶς· ὁμοῦ τε τὸ Εὐαγγέλιον τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας τοῦ κηρύγματος ἐδέξατο τὴν ἀρχὴν, καὶ αὐτὸς τοῦ Εὐαγγελίου καθίσταται μαθητής· καὶ τῇ συγγενικῇ φιλίᾳ τὴν κατὰ Θεὸν προστιθείς· καὶ τῇ παιδαριώδει γνώσει τὴν τελείαν ἐξευρηκῶς· καὶ τῷ παιδαγωγῷ νόμῳ πρὸς τὸν νόμον τοῦ Πνεύματος ῥᾶστα συμβιθασθεῖς, καὶ τὸν διδάσκαλον εὐθύτητι νοῦ διανοούμενος, δικαιοτάτα τῆς πρώτης τῶν τοῦ Ἰησοῦ φίλων τάξεως, καὶ τῆς ἱερᾶς ἐναρίθμιος δείκνυται τῶν ὑψηλῶν ἀποστόλων δωδεκάδος.

Ἐντεῦθεν αὐτήκοος μὲν μυστηρίων κρυφίων Θεοῦ, αὐτόπτης δὲ ἔργων χρηματίζει Θεοῦ· μᾶλλον δὲ κοινωνῶς μὲν καὶ μύστης ὀργίων θεουργικῶν· αὐτουργῶς δὲ καθίσταται θαυμάτων θεοτελῶν. Ὅσα γὰρ ὁ Πατὴρ ἐνήργει διὰ τοῦ Μονογενοῦς, ταῦθ' οὗτος αὐθις ἀποστέλλων τοὺς δώδεκα, πρὸς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα Ἰσραὴλ, καὶ πρὸς τὴν μεγάλην αὐτοῦς τῶν ἐθνῶν προγυμνάζων ἀποστολήν, καὶ μετ' αὐτῶν δὲ τῷ πνεύματι πορευόμενος ἐνήργει· μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς, ὦ τρισμακαριώτατε! πεμπόμενος, καὶ τὴν αὐτὴν τοῖς κορυφαίοις καὶ πρώτοις ἐξουσίαν, ὡς οὐδὲν αὐτῶν κατὰ πνεῦμα ἀγιωσύνης ἐλαττούμενος, εἰληφώς, δαίμονας μὲν ἐξέβαλλες, ὡς ὑπὸ πυρὸς τῆς ἐνεργούσης ἐν σοὶ χάριτος ἐκπιμπραμένους καὶ διωχομένους· λεπρούς ἐκαθάριζες, λόγῳ μόνῳ καὶ ἐπικλήσει τοῦ πέμψαντος τῆς λέπρας ἐκκαθαίρομένης· νεκρούς δὲ δι' ἀφῆς χειρὸς μόνης καὶ προσευχῆς ἀνιστῶν, καὶ τυφλοὺς ὀμματῶν, καὶ χωλοὺς ἀνορθῶν, καὶ πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν σώματος πάθην ἐξιώμενος, ὅλον ἐν σοὶ τὸν τῆς ζωῆς μένειν λόγον τοῖς θαυμασίοις πιστούμενος ἐνεργήμασιν ἐδείκνυες.

Τοῦτον ἀρραβῶνα πρῶτον τοῦ Πνεύματος καὶ τῆς χάριτος ἀπαρχὴν, τῶν τοιούτων σημείων τὴν ἐπί-

lem Mariam assumpta, subque illius parente Josepho, utpote virginis sponso, corporali ætate augetens, cum Joannis testimonio, tum longe amplius ipsa Patris cœlestis super aquam voce detegeretur, magnificisque tamen operibus suæ sensim deitatis magnificentiam proderet; haudquaquam is, falsi nominis Judæorum more, occæcatis mentis sensibus, liventibus oculis benefactorem aspexit³⁰. Neque dilexit quidem, at naturali duntaxat amoris vi sanguinisque necessitudine illi devinctus, uti cognatorum magna pars, salutari fide destituebatur. Neque firmam quidem usus est fide; quod vero ad sanctam dilectionem attinet, secundas præ ullo eorum tulit, qui tum Christo magistro utebantur: quinimo, simul in eo concurrentibus corporali affinitate, naturalisque affectus proclivitate (amicitiæ scilicet necessitudine) necnon Spiritus charitate; fide item, quam non minus morum ipsa vitæque necessitudo conciliaret, quam ingentia illa patrata miracula (educato scilicet cum Jesu, ut qui eundem habere parentem existimaretur): his, inquam, vir beatissimus, summam statim in eum necessitudinem, sive amicitiam, consecutus, simul atque Evangelium regni prædicari cœpit, ipse quoque Evangelii discipulus efficitur; cognationisque illi ac sanguinis necessitudini divino amore adjuncto, puerilique scientia adinventâ quæ perfecta est; legeque pædagogo, ad Spiritus facili negotio legem provector, ac mentis rectitudine magistrum intelligens, per quam merito primæ Jesu amicorum classi, sacroque sublimium apostolorum duodeno choro accensetur.

Inde occultorum Dei mysteriorum ipse auditor operumque inspector efficitur: quinimo socius quidem ac mystes ac deificarum cæremoniarum, divinioremque patrator miraculorum redditur. Omnia enim quæ Pater Unigeniti munere operabatur, hæc ille rursus mittens duodecim ad oves quæ perierant domus Israelis, atque ad magnum gentium apostolatium velut rudimento exereens, illisque comes spiritu vadens, itidem operabatur. Cum quibus tu quoque, beatissime, missus, velut nihil illis sanctitatis spiritu deterior, nactus potestatem, dæmones ejiciebas, quos instar ignis vis gratiæ in te efficax incenderet atque fugaret; leprosos mundaabas, solo sermone ac mittentis invocato nomine lepram profligans; mortuos denique solo manus tactu atque precibus suscitans, cæsis visum reddens, claudos erigens, omnemque morbum ac corporis ægritudinem sanans, totum in te vitæ manere sermonem mirandis operibus ostendebas.

Primum hunc Spiritus arrhabonem ac gratiæ delibationem, ejusemodi signorum exhibitionem

³⁰ Malach. iv, 2; Hebr. i, 3; Matth. iv, 17; Luc. iii, 22.

nactus; postea vero Christi improperium sustinens, ac cum eo qui ageretur in crucem quodammodo cruci allixus, vitalissimaque defurgenti passione miserantis animo compassus, et cum resurgente consuscitatus, majus perfectiusque spiraculo affusum Spiritus donum consecutus es.

Postea vero e terra sublatum cœlique apsidem nactum, atque ad cœlestem Patrem cum gloria assumptum filium contuitus es. Tum veracis expectata promissione, perfectum Spiritus afflatu donum in cœnaculo cum undecim sedens, ejus illapsu suscepisti (velut nimirum throno gloriæ elevato atque excelso, aut divina regia, aut mystico adyto, vel sancto sanctorum, lucis fulgoribus imicante seu deformi præparato animo, sic prompte ad te venientem divinissimum Paraclitum¹¹), atque ejus quidem præsentia vehementi sonitu contentis nervis, cœlestique virtute repletus, atque igneis iinguis purgatus et sapientia auctus, plenusque veritatis et gratiæ effectus, sic tu quoque ad destinatam tibi apostolici muneris sortem cucurristi in siti¹².

Cucurristi, ut boni consortes assumes; ut scaturiente in te gratia, qui illius expertes essent, singulari humanitate ac benignitate impartires. Sicut enim pluviosa nubes aquis conferta, nec diu grave pondus sustinere valens, ventoque coarctante jactata atque compressa, versantibus in terra imbrem spargit: sic et magnus apostolus Judas, cœlesti illa Spiritus unda, fluentisque spiritalibus eximie potatus atque ebrius, lætantem diutius animum tenere nequibat.

Verum terrena statim Jerusalem egressus cœlestis Sionis causa ac tum ad Aquilonem tum ad Orientem, agente eum Domino Spiritu, raptus¹³; totaque Syria et Mesopotamia superata, sermonis doctrinas vitam præbentes atque gignentis, influit. Nec vero tanquam stillas, aut guttas roris, ut sic dicam, cœlestem influit imbrem: sed largo velut flumine, tanquam revera flumen Dei repletum aquis¹⁴; divinis quidem sermonibus gentium aures in stuporem agens, admirandis autem operibus oculos admiratione percellens; ac sermonum quidem veritate operum magnificentia fidem astruens; operum vero claritate, sermonum confirmans veritatem: aut verbis quidem, veritatis vivam divinamque præstantiam, inauditis vero operibus, operum natura superiorum dignitatem animis commendans, utriusque Evangelii veritatem, dignissimam cui fides adhiberetur, gentibus tradebat, ac rerum quidem natura, ad eorum quæ naturam superant, agnitionem fidemque suadendam usus, rerumque ob oculos positarum exemplis, ad Dei qui cerni oculis non potest, intelligentiam manu ducens, ac seipsum, ad ejus qui prædicabatur, Christi fidem simulacrum quoddam proponens, sic paulatim omni

A δειξίν ελληφώς· μετὰ ταῦτα δὲ τὸν ὄνειδιζμὸν ὑποσχὼν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τινὰ οἱ τρόπον σταυρουμένην συσταυρωθεὶς· καὶ τὴ ζωαρχικώτατον πασχόντι πάθος συμπεπονθώς· καὶ ἀνισταμένην συναναστάς, τῆς μεζονος καὶ τελειώτερας τοῦ Πνεύματος τῷ ἐμφυσήματι κεύχης δωρεάς.

Μετὰ ταῦτα δὲ, τῆς γῆς μὲν ἐπαιρόμενον, τοῦ οὐρανοῦ δὲ τῶν ἀψίδων ἐπιλαμβανόμενον, καὶ πρὸς τὸν οὐράνιον Πατέρα τὸν Υἱὸν μετὰ δόξης ἀναλαμβάνοντεθεαμένος· εἶτα, τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ ἀψευδοῦς ἐχδεσγμένος, τὴν τελείαν τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν, ἐν ὑπερίω τοῖς ἔνδεκα συγκαθεζόμενος, οὐρανῶθεν ἐφαλλομένην ὑπεδέξω· οἷα γὰρ θρόνον δόξης ἐπηρμένον καὶ ὑψηλὸν ἢ θεῖον ἀνάκτορον, ἢ μυστικὸν ἄδυτον, ἢ ἅγιον ἁγίων, τὴν φωτειδὴ καρδίαν, ἢ τὴν θεοειδὴν προπαρασκευασάμενος, οὕτως ἐτόλμως ἰόντα παρὰ σὲ τὸν θεαρχικώτατον Παράκλητον καὶ τῇ μὲν βίαια τοῦτου τῆς παρουσίας ἡχῆ τονωθείς, ταῖς πυρίναις δὲ γλώσσαις καθαρθεὶς τε καὶ σοφισθεὶς, καὶ πλήρης ἀληθείας καὶ χάριτος γεγονώς, οὕτω καὶ αὐτῆς πρὸς τὸν ἀφωρισμένον σοι κληρον τῆς ἀποστολῆς ἔδραμες ἐν δίψει.

Ἔδραμες, ὥστε τοῦ ἀγαθοῦ παραλαβεῖν κοινωνοὺς· ὥστε τοῖς ἀμοίροις τῆς ἐν σοὶ πηγαζούσης χάριτος ὑπερβολῇ μεταδοῦναι φιλιανθρωπίας καὶ χρηστότητος. Καθάπερ γὰρ ὀμβροτόκος νεφέλη τοῦ ὕδατος μεμεστωμένη, καὶ τὸ βῆρος διανέχειν ἐπὶ πολὺ μὴ δυναμένη, τῷ συνέχοντι δὲ πνεύματι φερομένη καὶ συνθλιβομένη, τὸν ὑετὸν ἀποστάζει τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς· οὕτω καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος Ἰούδας, τῆς οὐρανιας ἐκείνης πλημμύρας τοῦ Πνεύματος, καὶ τῶν νοητῶν βείθρων ὑπερφυῶς μεθυσθεὶς, οὐχ οἷός τε ἦν ἐπιπλεῖον ἐγχυμονοῦσαν τὴν διάνοιαν κατασχεῖν.

Ἄλλὰ τὴν ἐπίγειον εὐθὺς Ἱερουσαλήμ διὰ τὴν οὐράνιον Σιών ἐξελθὼν, καὶ πρὸς Βορρῆν τε καὶ Ἐὼ διὰ τοῦ ἄγοντος αὐτὸν Κυρίου φερόμενος Πνεύματος· καὶ πᾶσαν Συρίαν καὶ τὴν Μεσοποταμίαν διαβάς, ἐπινάει μὲν αὐτοῖς τὰς ζωοπαρόχους τοῦ λόγου καὶ ζωογόνους διδασκὰς· οὐ κατὰ ψεκάδας δὲ καὶ δροσώδεις, ὡς εἰπεῖν, σταγόνας, τὸν οὐράνιον ὀμβρον ἐπινάει, ποταμηδὸν δὲ, ὡς τῷ ὄντι ποταμὸς ὢν ὑδάτων Θεοῦ πεπληρωμένος· λόγοις μὲν θεοῖς τὰς τῶν ἔθνων ἀκοάς ἐξιστῶν, ἔργοις δὲ θαυμαστοῖς τὰς ὀφθαλμοὺς ἐκπλήττων καὶ ἐκθαμβῶν· καὶ τῇ ἀληθείᾳ μὲν τῶν λόγων τὴν τῶν ἔργων μεγαλειότητα πιστούμενος, τῇ λαμπρότητι δὲ τῶν ἔργων τὸ εὐκρινὲς τῶν λόγων βεβαιούμενος· ἢ λόγοις μὲν τὸ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας καινοπρεπὲς καὶ θεοπρεπὲς, ἔργοις δὲ παρὰ δόξαις τὰ τῶν ἔργων ὑπερφυῆ πληροφορῶν, δι' ἀμφοτέρων τὴν ἀληθειαν τοῦ Εὐαγγελίου τοῖς ἔθνεσι πιστοτάτην παρεδίδου· καὶ τῇ φύσει μὲν τῶν ὄντων πρὸς τὴν τῶν ὑπὲρ φύσιν γνῶσιν καὶ πίστιν χρώμενος ὁδηγῶ, καὶ ἐν ὑποδείγμασι τοῖς ὀρωμένοις πρὸς τὴν τοῦ ἀοράτου Θεοῦ κατανόησιν χειραγωγῶν· εἰκόνα δὲ ἑαυτὸν πρὸς τὴν τοῦ κρυπτομένου πίστειν προβαλλόμενος Χριστοῦ, οὕτω κατὰ μικρὸν πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν τοὺς ἀναίσθητους ἔγει· πείθων

¹¹ Isa. vi, 1. ¹² Psal. lxi, 5. ¹³ II Cor. iij, 17. ¹⁴ Psal. lxiiv, 10.

οὐρανὸν μὲν καὶ ἥλιον καὶ τοὺς ἀστέρας· ἀέρα τε τοῦτον, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτὸν αἰθέρα· γῆν τε καὶ θάλασσαν, καὶ ὅσα γε τοῦτοις ἐμπέφυκε φύτῃ καὶ ζῶα, πάντα κτιστὰ τε καὶ δοῦλα καθεστάναι τοῦ τὰ πάντα δημιουργήσαντος Θεοῦ· Θεὸν δὲ τούτων οἰεσθαι μηδὲν, ὅτι ἀλλοιωτὰ ταῦτα καὶ φθαρτὰ, καὶ ὑπηρετικὰ τῆς ἐν κόσμῳ τῷ ἀνθρώπῳ δέδοται ζωῆς· καὶ τοῦ ἀνθρώπου κατὰ φύσιν ἦντι, ὅτι τε λόγου ὁμοίρα, καὶ ὅτι δι' ἐκεῖνον· εἰ οὖν ἐκεῖνος οὐ Θεός, πολλοῦ δεῖ τὰ χεῖρω τούτου θεοῦ προσειπεῖν· οὗτος δὲ μόνος ἀληθῶς Θεός, ὃ μὴ ὑπὸ τινος γινόμενος, αἰεὶ δὲ ὢν· ὃ μὴ δημιουργούμενος, τὰ πάντα ποιῶν δὲ· ὃ μὴ ἀλλοιούμενος ἢ τρεπόμενος, ὢν δ' αὐτὸς αἰεὶ δὲ καὶ πάντα κινῶν, καὶ ἀλλοιῶν, καὶ μετασκευάζων.

lia mutatur, sed semper idem ipse est, movetque omnia, exque alia in aliam qualitatem convertit, mutatque substantia.

Τοῦτον Θεὸν εἰδέναι δεῖ μόνον καὶ προσκυνεῖν· μόνος γάρ ἅγιος φύσει, μόνος ἀγαθός καὶ δίκαιος καὶ σοφός, ἐξ οὗ πᾶσα σοφία καὶ δικαιοσύνη, καὶ πᾶσα πηγάζει χρηστότης καὶ ἁγιωσύνη· μόνος οὗτος δυνατός, ὡς παντὶ θελήματι σύνδρομον δύναμιν καταπλουτῶν· ἐλεήμων τε καὶ οἰκτιρῶν μόνος, ὃς τὸν μονογενῆ, τὸν ὁμοφυῆ, τὸν ὁμόθεον καὶ ὁμόγαθον Υἱὸν, ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος ἀμαρτησίου, καὶ εἰς ἄβυσσον καὶ ἀπωλείας βάραθρον ὀλισθησάσης ἀνθρωπιζόμενον δωρεῖται, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστρεφόμενον· καὶ ὑπὲρ αὐτῶν σταυρούμενον, θαπτόμενον, τριήμερον ἀνιστάμενον, τεσσαρακονθήμερον ἀναλαμβάνόμενον, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα μετὰ δόξης, ἡμῶν βλέπόντων, ἀναφερόμενον.

Ὡς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν ὑπερουσίως τετελεκώς, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου λοιπὸν τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς κεκαθικώς, ἀπέστειλεν ἡμᾶς εὐαγγελιζομένους ὑμῖν εἰρήνην καὶ πᾶν ἀγαθόν· ἵνα τοῦτω πιστεύσαντες βαπτισθῆτε, καὶ πληρωθῆτε εἰς πᾶν πλήρωμα τοῦ Θεοῦ· ἵνα ἀπολουσάμενοι καὶ ἀποκαθηράμενοι τὸν ἐν τὸς ἀνθρώπων ἀπὸ πάσης ἀσεβείας καὶ πορνείας, πληρωθῆτε μὲν Πνεύματος ἁγίου, κληρονόμοι δὲ γέννησθε κατ' ἐπαγγελίαν· ζωῆς αἰωνίου, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀμήν.

Τοιαύταις αἰεὶ διδαχαῖς ὁ ἀξιωματικὸς Ἰούδας πᾶσαν Συρίαν, καὶ τὰς τῆς Ἑφίας πόλεις καὶ χώρας, νοσητῶν, διαλεγόμενος, παρακαλῶν καὶ πᾶσι τρόποις θεομιμησίας ἐγκειμένους καὶ χρηστότητας, πᾶσαις ἐπινοίαις Θεοῦ φρονήσεως αὐτοῦς μετρεῖ, καὶ ποτὲ μὲν πειρασμοῖς ἐξαισίοις καὶ αἰκίαις καὶ μάστιγι, καὶ θανάτου κινδύνοις περιπίπτων, διὰ προνοίας τοῦ ἐν αὐτῷ μένοντος ἀπηλλάττετο Χριστοῦ· ποτὲ δὲ τοῦ Παρκαλήτου μυστικωτέροις ἐλλάμψεσι καὶ ἱερωτάταις ἐπισκιάσεσι παρεκαλεῖτο· καὶ νῦν μὲν ἀποκαλύψων θειοτέρων καὶ τῶν κρυφίων Θεοῦ καταξιούμενος, νῦν δὲ θαυμασίων ἔργων ὑπερβολῆς, καὶ ἐνεργείαις τεράτων Θεοῦ καὶ σημείων δοξαζόμενος καὶ μεγαλυνόμενος, οὕτως ἐμεγάλυνεν τὸν

A destitutos sensu ad veritatis agnitionem ducebat : nempe suadens caelum, solem, stellas, huncque aerem, atque illi superiorem aethera ; terramque et mare, et quae in eis versantur, ac vivunt plantae, et animalia cuncta creata, ac Dei mancipia esse, qui condidit omnia, ex his nullum arbitrandum Deum, quod nimirum ista aliam ex alia qualitatem mutent, sintque interitioni obnoxia ; data scilicet in subsidium humanae, quam in mundo agimus, vitae : esseque natura homine deteriora, quod careant ratione, ac sint illius causa. Cum igitur ne homo quidem sit Deus, longe abhorret, ut quae illo deteriora sunt, deos nuncupemus. Hic autem solus vere Deus est, qui a nullo sit, et est semper. Qui ipse nullo auctore creatus, sed creat ipse omnia ; qui nec qualitate ulla, nec substantia mutatur, sed semper idem ipse est, movetque omnia, exque alia in aliam qualitatem convertit, mutatque substantia.

B Hunc solum noscendum Deum et adorandum : solus enim natura sanctus, solus bonus et justus et sapiens, ex quo omnis sapientia et justitia, omnisque bonitas et sanctitas manat. Solus hic potens, ea scilicet pollens potestate, quae omnem voluntatem exaequet. Solus miserator ac misericors, ipse nimirum munere auctor, ut unigenitus ejusdem secum naturae, pariter deitatis ac bonitatis Filius pro humana natura peccati rea, atque in inferni interitionisque barathrum prolapsa, homo fieret ac cum hominibus sociam vitam ageret ; ut item hominum causa cruci affigeretur, sepeliretur, triduanus resurgeret, quadragesimo post die in caelum reciperetur, atque ad Patrem cum majestate, cernentibus nobis, sursum ascenderet.

C Is, salutis nostrae negotio, altiori quam rerum natura ferat, consilio atque opera peracto, jamque in dextera sedis majestatis, in excelsis sedens, misit nos pacem vobis evangelizatum, omneque bonum, ut illi credentes baptizemini, et impleamini in omnem plenitudinem Dei : ut abluti et emundati interiorem hominem ab omni impietate et nequitia, impleamini Spiritu sancto, ac haeredes efficiamini secundum promissionem vitae aeternae, in Christo Jesu. Amen.

D Ejusmodi semper doctrinis sempiterna dignus memoria Judas omnem Syriam, Orientisque urbes et castella, arguens, disputans, obsecrans, modis omnibus divinae invitationis ac bonitatis incumbens, cunctis divinae solertiae subtilibus inventis ac consiliis aggrediebatur : ac modo quidem in gravissimas tentationes aërumnasque et verbera, et mortis pericula incidens, Christi in eo manentis providentia liberabatur : modo vero Paracleti secretioribus illustrationibus sacratoribusque obumbrationibus recreabatur ; ac nunc quidem diviniorem revelationum Dei que occultorum compos, nunc vero mirabilium operum eximiis muneribus, Dei que prodigiorum ac signorum operationibus clarus ac

²⁵ Hebr. 1, 3.

magnificus, eum in modum Dominum Jesum magnificabat; sic Christi Evangelio fidem certam arrogabat.

Sic præter alia, cum et Edessam Syriæ maximam metropolim venisset, ac in ea non sine laboribus atque ærumnis Christum annuntiasset, totamque diabolo addictam, divinissimis maxime sermonibus operibusque perquam eximiis humanumque excellentibus modum, rapuisset, ac per fidem Jesu conciliasset, sanctamque ei Ecclesiam, qui omnem vincit sanctitatem conciliasset, ac postea clarum Deoque dignum Dei martyrium complesset, sic ad eum gaudens evolavit; cunctos quidem principatus et potestates, mundi que rectores tenebrarum, ac spiritalia omnia nequitiae velut somnia umbrasque prætergressus, sacris autem ac divinis angelis (caelorum spiritaliter reseratis januis) intermistus²⁶; archangelis obviam factus, venerabilesque principatus assecutus, perque omnes sanctas potestates atque virtutes ac dominationes incredibili lætitia atque exultatione commeans: quin et per ipsos quoque mundo superiores thronos, mediaque celsissimorum venerabilissimorumque Cherubim atque Seraphim agmina deductus, velut charissimus prædilectusque filius ei apparuisti, qui in solio gloriæ regni sui laudatur²⁷; ac tanquam victor, et qui ad finem usque Christi servaveris opera, diviniorem iterum sublimioremque potestatem in gentes ab eo consequeris, eique, juxta divinam promissionem, consessor assistis²⁸, unaque pascis, et vero pasces regesque gentes, confringens eas ut vasa figuli²⁹. Sed et de ligno vitæ, quod est in medio paradisi sumens, eoque vescens, excelsissimam dilectionem ac deificationem primorumque Dei charissimorum pignorum effusas longavasque delicias atque honores adiisti³⁰.

Quænam igitur oratio vestram explanet atque declaret magnificentiam? Quis vero tantam divinæ scientiæ vim aut contemplationis sublimitatem nactus, ut, qua polletis gloriam et sanctitatis magnificentiam, audeat tentare? Quemadmodum enim fieri non potest, ut qui terreno adhuc utitur corpore, vestram beatitatem ac deitatem conspiciat, sic neque ut verborum canticis eam digne laudet ac celebret. Æquum proinde ut augustissimum digneque beatissimum caput salutantes, ita dicamus:

Salve sis, o beate ipse inspector, vereque ac sedule Dei Verbi famule. Salve sis, Juda charissime, dignaque veri Israelis et Dei, ac vere Deum videntis, proles! quod te quoque vere lætaverunt, parentisque similitudine adoraverunt atque adorant spirituales fratres tui: quod sicut ille ex Patre, sic tu quoque ex illo divinum germen, velut ex leone catulus emersisti³¹: ac sicut leo in medio hæreditatis tuæ recubans obdormisti; nec qui suscitetur ullus est (qui nimirum a spiritali abactus sit hæreditate) quod asinam tuam et pullum tuum (gen-

Α Κύριον Ἰησοῦν, οὕτως τὸ Εὐαγγέλιον ἐπληροφύρει Χριστοῦ.

Οὕτω πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ Ἐδεσσαν μεγίστην οὖσαν τῆς Συρίας μητρόπολιν καταλαβὼν, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν Χριστὸν οὐκ ἀπόνως εὐαγγελισάμενος, πᾶσαν τε τῷ διαβόλῳ προσανακειμένην ἀφαρπάσας, ἐν τε λόγοις ὅτι μάλιστα θειοτάτοις καὶ ἔργοις ὑπερφυστάτοις, καὶ διὰ πίστεως τῷ Ἰησοῦ προσοικειώσας, καὶ Ἐκκλησίαν ἁγίαν τῷ ὑπεραγίῳ ταύτην ἀφιερωσάμενος, καὶ μετὰ ταῦτά τε μαρτύριον καθαρὸν τε καὶ ἀξιόθεον ἀποπεπληρωκὸς τῷ Θεῷ, χαίρων οὕτω πρὸς αὐτὸν ἀνέπτυ, πάσας μὲν ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους, καὶ πάντα τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας, ὡς ὄνειρατα παρελθόν, τοῖς ἱεροῖς δὲ καὶ θεοῖς ἀγγέλοις τῶν οὐρανίων νοητῶς ἀναπεπετασμένων πυλῶν παρεμβάλων, καὶ τοῖς ἀρχαγγέλοις ἀντιβολῶν, καὶ ταῖς τιμίαις ἀρχαῖς τυχῶν, καὶ διὰ πάσης ἐξουσίας ἁγίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος ἐν ἀρρήτῳ φαιδρότητι καὶ ἀγαλλιάσει παριών· ναὶ δὴ καὶ διὰ τῶν ὑπερκοσμίων θρόνων αὐτῶν, καὶ διὰ μέσων τῶν ὑψηλοτάτων καὶ σεπτοτάτων καὶ Χερουβείμ τε καὶ Σεραφεὶμ προσίων τῷ ἐπὶ θρόνου δόξης τῆς αὐτοῦ βασιλείας ὁμνουμένῳ, ὡς ἀγαπητὸς καὶ τίμιος ἐνεφανίσθης οἷός, καὶ ὡς νενικηκὸς, καὶ ὡς τετηρηκὸς ἄχρι τέλους τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ, τὴν ἐπὶ τῶν ἔθνῶν αὔθις ἐνθεώτερόν τε καὶ ὑψηλότερον παρ' αὐτοῦ λαμβάνεις ἐξουσίαν· καὶ αὐτῷ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν συνεδριάξεις καὶ συμποιμαίνεις, καὶ συμποιμανεῖς δὲ τὰ ἔθνη, ὡς σκευὴ ταῦτα συντρίβων κεραμικά· καὶ ἀπὸ τοῦ ξύλου δὲ τῆς ζωῆς τοῦ ὄντος ἐν μέσῳ τῷ παραδείσῳ λαβὼν καὶ φαγὼν, τῆς ὑψηλοτάτης ἀγαπήσεως καὶ θεώσεως· καὶ τῶν πρώτων Θεοῦ πικνίων τῆς ἀκρασίας, καὶ τῆς μακρῶν ἐπιθέτηκας τρυφῆς καὶ τιμῆς.

Τίς ἂν οὖν γένοιτο λόγος τῆς ὑμετέρας ἐκφαντορικῶς μεγαλειότητος; τίς δὲ ἐπὶ τοσοῦτον θεολογίας ἢ θεωρίας ὕψους ἀφίκετο, ὡς τὴν καθ' ὑμᾶς δόξαν καὶ μεγαλοπρέπειαν τῆς ἀγιότητος ἐκφράσαι τολμᾶν; Ὅτι περ γὰρ ἀμήχανον τὸν ἐτι σῶματι χρώμενον γερῶ τὴν ὑμετέραν μακαρισύνην καὶ θειότητα καθορᾶν, οὕτως αὐτὴν καὶ τοῖς διὰ τῶν λόγων ὕμνοις ἀξίως ἀδύνατον εὐφημεῖν. Ἄξιον τοιγαροῦν τὴν σεπτοτάτην καὶ ἀξιομακαριστοτάτην προσαγορεύοντας κεφαλὴν, οὕτω φάναι·

Χαῖρε, ὦ μάκαρ αὐτόπτα, καὶ ὑπηρέτα γνήσιε καὶ δραστήριε τοῦ Θεοῦ Λόγου· χαῖρε, Ἰούδα τίμιε, καὶ ἀξίε τοῦ ἀληθινοῦ Ἰσραὴλ καὶ Θεοῦ, καὶ Θεὸν ἀληθῶς ὀρῶντος Ἰησοῦ Χριστοῦ παῖ! ὅτι καὶ σὲ ἤβρισαν ὄντως, καὶ ἐν ὁμοιώματι τοῦ τετοκότος, οἱ ἐν πνεύματι ἀδελφοί σου προσεκύνησαν καὶ προσκυνούσιν· ὅτι καθάπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκείνος, οὕτως ἐξ αὐτοῦ σὺ θεόφυτος βλαστὸς, ὡς ἐκ λέοντος σκύμνος ἀνεδόθης· καὶ ὡς περ λέων ἀναμέσον τοῦ κτήρου σου ἐκοιμήθης ἀναπεσών· καὶ οὐδεὶς ὁ ἀνιστῶν, ἦτοι τῆς πνευματικῆς μεθιστῶν κληρονομίας, ὅτι τὸν ὄνον σου

²⁶ Ephess. vi, 12. ²⁷ Dan. iii, 54. ²⁸ Matth. xix, 28. ²⁹ Psal. ii, 9. ³⁰ Apoc. ii, 7. ³¹ Gen. xlvii, 8.

καὶ τὸν πῶλόν σου, τὰ διὰ σοῦ πεπιστευκότα τῶν ἄθνηων πλήθη, τῇ τῶν λόγων ἑλικίᾳ πρὸς τὴν ἄμπελον ἐδέσμευσας τὴν ἀληθινήν· ὅτι καὶ αὐτὸς ὡς ἐν ὄνῳ τῷ σῶματι τὴν ἱερὰν τοῦ σώματος ἐπλυνας στολήν· καὶ χαροπούς μὲν ἔσχες, ἦτοι χαρίεσσαν ἀποστύλασθαι αἴγλην, τοὺς τῆς καρδίας ὀφθαλμούς· λευκοὺς δὲ ὑπὲρ γάλα τοὺς ὀδόντας, τῷ Πνεύματι πεφωτισμένους τῷ ἁγίῳ, καὶ καθαρὸν τὸ τῆς θεολογίας προϊέντας νάμα.

Χαῖρε, ὅτι οὐ πνεύματι μόνον κατὰ τὴν ἄνω γέννησιν, ὡσπερ οἱ ἄλλοι μαθηταί, ἀλλὰ καὶ σώματι κατὰ συγγένειαν ἀδελφὸς ἐχρημάτισας Θεοῦ· καὶ τῇ κατὰ φύσιν, τὴν ὑπὲρ φύσιν, καὶ τῇ κατὰ σῶμα οικειότητι, τὴν κατὰ πνεῦμα προσλαβόμενος, δι' ἀρφοῖν ἰσχυροτάτην τε ἅμα καὶ δραστηκωτάτην τὴν πρὸς τὸν μόνον ἀγαπητὸν ἀγάπην ἐπεδέξω· δι' ἧς συνήφθης καὶ υἱοθετήθης Θεῷ· κληρονόμος μὲν Θεοῦ, συγχληρονόμος δὲ Χριστοῦ γενόμενος.

Χαῖρε καὶ εὐφραίνου, ὅτι ὑμῖν ἡ δόξα καὶ ἡ βασιλεία καὶ ἡ ἀληθὴς ἡτοιμάσθη χαρὰ, ἡ ἀκατάληκτος, ἡ ὑπέρφωτος, ἡ ἀπρόσιτος· ἧς καὶ ἡμᾶς, ὧ τρισόλθιε, δέομαί σου, πρέσβευσον μετασχεῖν σὺν ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ προσκύνησις εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ ΙΔ'.

Εἰς τὸν ἁγίον καὶ παρεύφημον ἀπίστολον Μαθίαν (53).

Πῶς δαὶ ἄρα τὸν ἱερὸν Μαθίαν ὑπερίδωμεν; πῶς δαὶ ἤττονας λόγου παρὰ τοὺς ἑνδεκά καταξιώσωμεν; Εἰ γὰρ μιᾶ καὶ τῇ αὐτῇ ἐκείνοις μεμορφωμένος πύ-

⁴⁰ Rom. viii, 17.

(53) Esset actum agere, ad ea quæ erudite prosecutus est Godefr. Henschenius 24 Februarii de Mathia apostolo (re sic obscura atque perplexa) plura addere. Videtur Nicetas perinde incertus fuisse de martyrio; imo pene ratum habuisse, non fuisse Mathiam illo consummatum, sed confessorem duntaxat obiisse; multis scilicet pro fide exanilatis suppliciis, quibus testimonium Christo reddidisse ait, atque morti destinatum, et scelestissimo convivio servatum, divinitus fuisse liberatum; quod solemne Arabibus, si hos Æthiopas exteriores intellexerunt Menæa, Nicetasque et Niceph. primos Æthiopas. Vetera omnia monumenta et Martyrologia perinde tacent martyrium. Qui illo consummatum tradunt, omnes hausisse videntur ex Actis illis ex Hebræo redditis, quæ adjecta sunt ad Abdiam Babylonium, nec minus illo sorte apocrypha sunt; ex quibus ipsis sua Perionius consarcinavit. Hinc quoque, quod in Judæa passus legitur, atque ibi sepultus, indeque ad Germanos et Treverim, sive ad alios Europæos, translata ejus sacra pignora referuntur, idem pene Synaxarium habent Menæa mss. quod edita, habuitque Sirleti Basilianum Menologium: Ἐκήρυξε δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἐν τῇ ἕξῳ Αἰθιοπία, καὶ πολλαῖς καθυποβληθεῖς τιμωρίαις, τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο. Sic mss. noster Tilian. Edita vero, Ἐκήρυξε δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἐν τῇ ἕξῳ Αἰθιοπία, καὶ πολλαῖς τιμωρίαις ὑπ' αὐτῶν αἰκισθεῖς, τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέθετο. Sirleti Menologium: Prædicavit autem Evangelium in Æthiopia, ubi multis pro Christi fide superatis tormentis, spiritum Deo tradidit; quæ plane omnia martyrium sonare videntur. Verum sunt plerum-

quæ scilicet per te ad fidem adductarum agmina) sermonum capreolo seu clavicula, veræ viti alligasti: quod et ipse tuo cruore, tanquam vini liquoribus, sacram corporis stolam lavisti: ac quidem decoris ac gratiosis fuisti mentis oculis, nempe gratum fulgorem ac lucem emicantibus, dentibus vero lacte candidioribus, nempe Spiritu sancto illuminatis, et qui limpidum theologiæ laticem profunderent.

Salve sis et gaude, quod nedum spiritu, supernæ generationis ritu, velut reliqui discipuli, sed et corporalis cognationis jure Dei frater fuisti: ac naturali, ea, quæ natura superior est, ac corporali, ea, quæ spiritu est, adjuncta necessitudine, utrinque robustissimam simul ac efficacissimam in eum, qui solus prædilectus est, dilectionem ostendisti: qua Deo copulatus, inque filium ei adoptatus, hæres quidem Dei, cohæres autem Christi effectus es ⁴⁰.

Gaude et lætare, quod vobis gloria et regnum, verumque gaudium præparatum est; nunquam illud finem habiturum, omnem lucis claritatem vincens, inaccessum: cujus nos quoque (quæsumus, beatissime) una vobiscum precibus obtine esse participes, in Christo Jesu Domino nostro, cui est gloria et potestas et adoratio in sempiterna sæcula. Amen.

ORATIO XIV.

Laudatio sancti celebratissimique Mathiæ apostoli.

Quinam igitur fiat, ut Mathiam despiciamus? Quinam fiat ut minoris præ undecim summisque apostolis habeamus? Quando enim una eademque

que Synaxaria ipsa non tantæ fidei, ac reliqua ἀκολουθία (ut vocant), Officii scilicet series, Canones et Strophæ reliquæ, quibus unis constabat Triodium omne antequam Nicephorus Calixtus patriarcha ei Synaxaria adderet, iisque librum ecclesiasticum magnæ sane auctoritatis, non historicarum luce illustraret, sed suis erroribus fœdaret. Vidi ego venerandæ antiquitatis Tilianum Triodium illis purum, quippe quod Calixti ætatem superaret; quæ et pauca exstaret in Græcia legebam nuper, in PP. Societatis relatione insulæ S. Irenæ prope Cretam; atque utinam exstarent plura, nec eorum penuria cogerentur passim Græci iis uti, quæ Venetiis typis edita, Falamæ, Philothei, Calixti erroribus scatent; licuissetque Venetiis religiosiores esse, ut non sinerent alia Græcorum ecclesiastica apud ipsos vulgari, quam quæ Græcorum communis ipsa fides probaret; non quæ apud illos saniora capita rejiciant, hæreseosque insimulent. Iambi sæpius præfixi Synaxariis, ipse recentioris operæ exiguæque auctoritatis. Nullos habent Tiliana nostra Menæa. Nullius proinde frugis est, quod ligno sublatus, ac cruci affixus, illis iambis Mathias insinuatur, cum nulla veterum auctoritate nitatur. Ipse Hebræus, novam præter antiquorum fidem de Mathiæ martyrio, et quidem Jerosolymis, traditionem afferens, lapidibus obrutum, securi quoque Romanorum more percussus ait; ut, inquit, quasi præsidii Romanæ majestatis, in hoc aliquid deferretur. Quod mihi satis παράργον videtur, nec in Jacobo servatum, quem sic ut blasphemum lapidibus obruerunt, seu potius præcipitio, et fulonis fuste colliso capite necarunt, non gladio per-

ac illi formatus fide, una Christi doctrina, una gratia eodemque perfectus Spiritu, ipsum postremo beatissimum complevit duodenarium apostolorum chorum : qui fiat ut non paria illis præmia honoresque, tum in cælis a Rege gloriæ ac præmiorum justissimo arbitro, tum in terra apud sermonis non iniquos dispensatores obtineat? Laudemus itaque Mathiam, venerabile nomen, beatum, colendum; rem, quæ pro nominis ratione tum intelligatur, tum laudetur; vere nimirum Dei donum, his scilicet qui accipiunt. Hoc etiam sibi vult, quod sic appellatur. Laudemus cum cantico; ac, quanta facultas, eum, qui virtutis magnificentia omnem laudum splendorem superavit, magnificemus: nec verbis solum verum Jesu discipulum exaltemus, sed et quam magnificis donis Deoque acceptis, illius memoriam constipemus.

Quænam ergo sunt munera, quibus magnus sacerque apostolus lubens accipitur? Non aurum dico et argentum, nec unionum fulgores, aut vestes pretiosas (terræ scilicet fructum, et quæ in terra diffluant ac intereant), sed pærenni illi munere terrenorum abjectionem, amorem cœlestium, carnalium contemptum atque neglectum, spiritualium gnavam operam curamque offeramus: ac quidem pro pecunia longiusque a ratione abhorrente corporis voluptate ac libidine virtutis desiderium studiumque; pro cibi qui corrumpitur, operosa sollicitudine ac diligentia, sacrorum eloquiorum legisque spiritus vitæ puram meditationem fructificemus⁴¹. Sic enim vere, his qui sincere laudant, etiam corporis necessaria, cœlestis Patris munificentia omnino subministrat pro eo ac promisit⁴².

Non enim frustra sacra lex cessationem ab operibus corporalibus, per illos maxime dies quibus festorum solemnia aguntur, indixisse conspicitur; nec eo consilio, ut corporis otio ac desidia carnisque mollitie animum libidini laxaremus; secus vero indicta vacatione, hoc serio curat et agit, ut et corpore et mente et animo a terrena inquietudine laboreque ac molestia circa res vanas liberemur, atque ad bonum natura (verum illud bonum et amabile naturæ omni intelligenti ac rationis vi præditæ) erigamur; dumque a sæcularis vitæ laboribus ac molestiis otium agimus, potiore illam et manentem rationis atque virtutis operationem proferamus; divinisque canticis ac sacris Scripturarum meditationibus, jugi denique precum assiduitate, Domino perfruamur.

⁴¹ Joan. vi, 27; Rom. viii, 2. ⁴² Matth. vi, 37.

cusserunt, cujus non videntur Judæi habuisse jus, sed Romanorum duntaxat præsidem. Placent veteres tabulæ, quibus nudum Mathiæ consignatum natale, quibuscum malim profiteri nescire reliqua, quam quæ nesciam ut certa venditare. Crescit semper fama eundo. Displicent Acta illa ex Hebræo versa, quod unam Judæam velint Mathiæ provinciam, quæ fuit Jacobi Zebedæi, aliorumque apo-

σται, μιὰ τοῦ Χριστοῦ διδασχῆ, μιὰ χάριτι καὶ πνεύματι τῷ αὐτῷ καθηρτισμένος, καὶ τῆς μακαριωτάτης τῶν ἀποστόλων δυοκαίδεκάδος ὑστερον ἀναδέδεικται συμπληρωτής, πῶς οὐ τῶν ἰσῶν γερῶν καὶ τιμῶν, ἐν τε τοῖς οὐρανοῖς παρὰ τῷ Βασιλεῖ τῆς δόξης, καὶ τῶν ἐπάθλων δικαιοτάτῳ βραβευτῇ· καὶ ἐπὶ γῆς παρὰ γε τοῖς οὐκ ἀδίκους τοῦ λόγου διαιτηταῖς καταξιοῖτ' ἄν; Αἰνέσωμεν τοιγαροῦν Μαθίαν, τὸ σεβάσμιον ὄνομα, τὸ μακάριον, τὸ τίμιον, τὴ κατὰ τὸ ὄνομα, τὸ πρᾶγμα νοοῦμενον καὶ αἰνούμενον· τὸ ἀληθῶς δόμα Θεοῦ, δηλαδὴ τοῖς λαμβάνουσι· τοῦτο γὰρ ἡ προσήγορία βούλεται· αἰνέσωμεν μετ' ᾠδῆς, καὶ ἀποστολικοῖς ἐπαίνοις, ὡς ἐφικτὸν ἡμῖν, μεγαλύνωμεν, τὸν τῆ μεγαλοφυῶς τῆς ἀρετῆς πᾶσαν ἐπαίνων ὑπερανάβαντα λαμπρότητα· καὶ μὴ τοῖς λόγοις μόνον ὑψώσωμεν τὸν γνήσιον τοῦ Ἰησοῦ μαθητὴν, ἀλλὰ καὶ λαμπροῖς ὅτι μάλιστα δώροις καὶ θεοτερπέσι τὴν μνήμην αὐτοῦ καταπυκάσωμεν.

Τίνα τοίνυν τὰ δῶρα, οἷς ὁ μέγας καὶ ἱερός ἀπόστολος χαίρει φιλοτιμούμενος; Οὐ χρυσὸν λέγω καὶ ἄργυρον, οὐδὲ λίθων λαμπρότητας, οὐδὲ τῶν ἐσθημάτων τὰς τιμιότητας, γῆς ὄντας καρπὸν, καὶ κατὰ γῆς βέοντα καὶ ὀλλύμενα· ἀλλὰ δωροφορήσωμεν τὴν τῶν γῆινων ἀπόθεσιν, τῶν οὐρανίων τὴν ἔφεσιν, τῶν σαρκικῶν τὴν ὑπεροψίαν καὶ τὴν ἀμέλειαν, τῶν πνευματικῶν τὴν ἐργασίαν καὶ ἐπιμέλειαν· καὶ ἀντὶ μὲν τῆς βοσκηματώδους καὶ ἀλογωτέρας τοῦ σώματος ἡδονῆς, τὴν τῆς ἀρετῆς ἐπιθυμίαν καὶ τὴν σπουδὴν· ἀντὶ δὲ τῆς περὶ τὴν ἀπολλυμένην βρωσὶν πολυεργίας καὶ φιλοπονίας, τῶν ἱερῶν λογίων καὶ τοῦ νόμου τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς τὴν καθαρὰν μελέτην καρποφορῶμεν· ταύτη γὰρ ἀληθῶς τοῖς γνησίως δοξάζουσι, καὶ ἡ τῶν ἐπιτηδεύων τοῦ σώματος πρὸς τοῦ οὐρανοῦ Πατρὸς, ὡς ἐπήγγελται, πάντως ἔπεται χορηγία.

Καὶ γὰρ οὐκ εἰκῆ τὴν ἀπὸ τῶν σωματικῶν ἔργων ἀργίαν, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς ἱερὰς τῶν ἑορτῶν ἡμέρας, ὁ ἱερός φαίνεται νόμος συντεταχῶς· οὐδ' ὥστε βρασιῶν σώματος καὶ ἀνέσεσι σαρκὸς ἐφείναι τὴν ψυχὴν ἡδοναῖς· τούναντίον μὲν οὖν, καὶ σῶμα καὶ νοῦν καὶ ψυχὴν ἐξείργεσθαι μὲν τῆς κάτω περιφορᾶς, καὶ τῆς περὶ τὰ μάταια μοχθηρίας καὶ ὀλιγηρίας ἀπαλλάττεσθαι διὰ τῆς ἀργίας προμηθεῖται· ἀνατείνεσθαι δὲ πρὸς τὸ φύσει καλὸν, τὸ ὄντως ἐν ἀγαθῶν καὶ ἐπέραστον πάσῃ νοεῖσθαι καὶ λογικῇ φύσει· καὶ σχολὴν ἀπὸ τῶν βιωτικῶν ἄγοντας μόχθων, παντὶ σθένει τὴν κρείττω καὶ μένουσαν ἐργασίαν τοῦ λόγου καὶ τῆς ἀρετῆς προτιμᾶν· ὕμνοις τε θεοῖς καὶ ἱεραῖς τῶν λογίων μελέταις καὶ προσευχαῖς ἀενάοις τοῦ Κυρίου κατατροφᾶν.

stolorum, et qua relicta, ad alias gentes commigrarunt, uno relicto Jacobo fratre Domini Jerosolymorum antisite, quem solum cum Petro Paulus Jerosolymis et in Judæa viderit; aliis nimirum ipsoque Mathia per alias regiones pro apostolatus munere dispersis, ubi post annos 14 a sua conversione, eo ascendit ut Petrum inviseret, et cum eo Evangelium conferret.

Οὕτω γάννυται πᾶς ἀπόστολος δωροφορούμενος ἅ καὶ τιμώμενος· οὕτω καὶ πᾶς ἅγιος· οὕτω καὶ ὁ τῶν ἁγίων χαίρει Θεός, "Ἄγιος ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, καὶ δοξαζόμενος ἐν δοξαζομένοις, ὁ καὶ ἡμῖν τὸν τῆς ἁγιότητος νόμον νομοθετῶν.

Οὐκοῦν σχολάσωμεν σήμερον πάσης ἐργασίας βιωτικῆς· σχολάσωμεν, καὶ γινώμεν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Θεός, ὁ καθάπερ ἐν οὐρανοῖς τοῖς ἀποστόλοις αὐτοῦ κατοικῶν, καὶ ὅλος δι' ὅλου τούτοις ὑπερφυσταται τῷ πνεύματι συνενούμενος, καὶ σῶμα ἑαυτοῦ παναχήρατον, πανάμωμον κατασκευαζόμενος· καὶ μὴ περιφρονῶμεν, ἀλλ' εἰδῶμεν, ὡς ὅτι ἂν τρόπῳ τοῖς μαθηταῖς προσφερώμεθα, τοῦτο πρὸς αὐτὸν εὐθυδῶλως τὸν Διδάσκαλον ἀναπέμπεται. Καὶ ὡσπερ ὁ δεχόμενος αὐτούς, τὸν ἀποστελλαντα δέχεται· οὕτω καὶ ὁ ἀθετῶν, ἐκεῖνον ἀθετεῖ δηλαδή.

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα καὶ εἴρηται καλῶς καὶ πεπίστευται, φέρε δὴ καὶ σήμερον κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐπιχορηγημένης ἀνωθεν χάριτος, τῶν ἀποστολικῶν ἐπαίνων ἀψώμεθα, καὶ τοῦ ἱεροῦ καὶ θείου Μαθίου, κατὰ τὸ ἐνὸν τῆς δυνάμεως, τῶν εὐφημιῶν κατατροφῶμεν· οὐκ εἰς πλῆθος τὸν λόγον ἀποτείνοντες· οὐδὲ γὰρ ἀνέχονται μακρηγορίας οἱ περὶ τῶν θείων ὕμνοι· τῷ συντετμημένῳ δὲ μᾶλλον ἡδονταὶ καὶ γοργῶ. Ἄλλως δὲ, οὐδὲ καθ' ἕνα τῶν εἰρημένων αὐτῶ, ἢ πεπραγμένων, ὅσα ταῖς μακραῖς περιόδοις κατορθώσατο διεξιέναι σκοπός· ἀλλὰ πρῶτον μὲν τὴν ἱεράν κλήσιν, ἔπειτα τὴν ἀπὸ τῆς δευτέρας τῶν ἀποστόλων τάξεως ἐπὶ τὴν πρώτην αὐτοῦ προσυπομνήσαντες ἀναγωγῆν εἶτα τὴν μέθεξιν, ἣτοι λῆψιν τοῦ Πνεύματος, καὶ τὴν ἀποστολικὴν πορείαν ἐπιτέμνοντες, καὶ βραχέα προσφωνήσαντες, ἀφοσιώσμεθα μετρίως οὕτω τὴν ὀφειλῆν.

Ἐκεῖνος, Ἰσραηλίτης μὲν ἦν ἀληθῶς, ὡσπερ δὴ καὶ πάντες οἱ μαθηταί, καὶ τέκνον τοῦ Ἀβραάμ, ὡς τὸ ἔργον πεποιτικῶς τοῦ Ἀβραάμ· εἶπερ ἔργον ἐκεῖνου, πίστις εἰλικρινής, καὶ ἡ ἐπομένη αὐτῇ δικαιοσύνη· ἔλεγχος δὲ πάσης τῆς πίστεως, ὁ Κύριος Ἰησοῦς, ὃς καὶ λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα τεθεισθαι γέγραπται σκανδάλου, δηλαδή τοῖς καρδίᾳ κεχηρημένοις σκαμβῆ· ἀνευθέτῳ γνώμης στρεβλότητι καὶ διαστραμμένῃ διανοίᾳ, τῷ ἀγαθῷ καὶ εὐθεῖ τὴν φύσιν προσπατοῦσι, καὶ ἐφαρμοσθῆναι τούτῳ μὴ βουλομένοις, ἢ μὴ δυναμένοις· ὅσοις δὲ νοῦς εὐθύτητος μέτοχος καὶ ἀγαθότητος, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὁμοῖον ὡς τάχιστα γινόντες καὶ πεπιστευκότες, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου κατὰ φύσιν ὁρώμενον καὶ γνωριζόμενον, τὸν αὐτὸν καὶ Υἱὸν Θεοῦ ἀληθῆ τοῖς ὑπερφυσσταταῖς τῶν θαυμασίων βεβαιούμενοι, οὕτω καὶ τέκνα τοῦ Ἀβραάμ, ὡς τῷ ἐκεῖνου μιμήματι πιστεύοντες, καὶ τέκνα Θεοῦ, οὐκ ἀκολουθία φύσεως οὐδὲ σαρκίνῳ γεννώμενα θελήματι, διὰ πίστει δὲ καὶ ἀγάπῃ τοῦ Μονογενοῦς ἀναγεννώμενα.

Τούτων εἷς καὶ ὁ μακαριώτατος ἐρημάτισε Μαθίας, καὶ ἀγαθὸς τὴν ψυχὴν ἐκ παιδὸς ὢν, καὶ τὸν νοῦν εὐθύς, καὶ τὴν καρδίαν πραῦς, καὶ τὴν γλώσσην

Eum in modum muneribus accipi ac honorari gestiunt omnes apostoli : sic et sancti omnes ; sic et sanctorum Deus, qui Sanctus in sanctis conquiescit, laudibusque excipitur in iis qui laudantur, ac nobis ut simus sancti, lege sancit.

Igitur vacemus hodie ab omni ex sæculi usu opere ; vacemus ac intelligamus, quoniam hic est Deus, qui in apostolis suis habitat velut in cælis⁴¹ ; totusque ex toto eis supra quam eximia ratione spiritu unitur, suumque incorruptissimum et immaculatissimum corpus illos efficit : nec vero contemnamus, sed intelligamus, quo tandem modo usi discipulis fuerimus, id ad ipsum recta Magistrum spectare : ac sicut qui eos recipit, eum recipit qui ipsum misit, sic qui spernit, illum utique spernere, certo noverimus⁴².

Quandoquidem autem hæc recte tum dicta tum credita sunt, age hodie etiam pro concessæ cœlitus gratiæ modulo, apostolicas laudes aggrediamur, sacrique ac divini Mathiæ, quanta vis animi ac facultas, præconiis læti indulgeamus : non ea ratione ut sermonem copia protrahamus : nam neque divinæ laudes prolixitatem ferunt, quin brevi potius ac vivaci seu incitato eloquio preclive depanguntur. Ac nec præterea illud animo constitutum, ut dicta quæque aut facta (quæcunque scilicet per longos circuitus præclare illi gesta sunt) edisseram ; sed ut primum sacra vocatione relata, tumque ejus a secunda ad primam apostolorum classem promotione narrata ; exindeque compendio collatum Spiritus donum, ac pro apostolico munere suscepta itinera exsecuti, brevique acclamatione seu salutatione functi, sic vel modice debitum persolvemus.

Mathias vere ille quidem Israelita fuit, quemadmodum etiam reliqui discipuli⁴³, atque Abrahamæ filius, ut qui Abrahamæ opus fecerit : quippe opus illius, vera fides est ; ac quæ huic comes existit, justitia. Omnis autem fidei probatio, Dominus Jesus, quem lapidem offensionis et petram scandali Scriptura positum testatur ; nempe illis qui pravo versantur corde⁴⁴ ; qui nimirum inepta mentis perversitate ac obliquis animi rationibus, illi impingunt qui natura bonus rectusque est, nec ipsi coaptari aut volunt, aut possunt : quotquot autem ea mente præditi, quæ sit rectitudinis particeps ac bonitatis, simile simili quam celerrime cognoverunt ac crediderunt, Filiumque hominis natura conspicuum ac visibilem, eundem ipsum verum Dei Filium, præmagnifica signorum luce inducti certo existimarunt ; hi scilicet, tum filii Abraham, velut illius credentes exemplo, tum filii Dei, non naturæ ordine aut carnis voluntate nati, sed per Unigeniti fidem ac dilectionem renati, exstiterunt.

Horum e numero unus exstitit et beatissimus Mathias : nempe a teneris unguibus, bona anima atque indole præditus, menteque rectus et lenis

⁴¹ Psal. xlv, 11. ⁴² Luc. x, 16. ⁴³ Joan. i, 47 ; viii, 39. ⁴⁴ Isa. viii, 14 ; Rom. ix, 22.

animo, sensuque placidus ac modestus mitisque A
cum esset, ubi primum Jesu fama in omnium aures
insonuit, cœperuntque Christi miracula in Christo
increbrescere, haud satis putavit auditu solo ver-
bum suscipere; quin et cucurrit animo avidus ut
ipsis quoque oculis miraculorum inspector fieret.

Mox itaque ac vidit, non dubitavit, aut velut qui
modicæ fidei sunt, anceps hæsit. Non invidia
exarsit, velut malignissimi Judæi; non dementis-
simorum gentilium more segnior fuit; quin animo
revirescit, excitatur spiritu; ac quidem mente ad-
miratur, in desiderium vero transfert miraculum,
desideriumque desiderio cumulans, in divinum
amorem provehit. Vehementi denique contentoque
boniformis amoris ardore, depulsa terrenorum
omni cupiditate, omnique sæculi hujus excussa B
cura; atque necessariis quidem omnibus velut mi-
nime necessariis spretis, charissimisque relictis
velut extraneis, omnium vice unum oppido optabat
nancisci Jesum. Has unas percupiebat divitias:
totam illi vitam comes adhærere avebat; et ut di-
vinas illius mereretur audire prædicationes, pluris
illi servum esse, quam ut universorum herus esset,
habebat: unum illum vitæ suæ patrem et pasto-
rem atque magistrum et præceptorem ducebat.

Quid vero Dominus? num discipuli æmulationem
sprevit? Aut admisit quidem, sed tamen fidelium
turbæ innumerabili adlegit? vel denique paucis
quidem et qui facile numerarentur accensuit, a
prima tamen classe repulit? Minime gentium; sed C
cum primum secundæ discipulorum classis eum
effecisset, ac Septuaginta adlegisset, cunctisque di-
vinis sacratoribusque doctrinis ac miraculis abso-
lutiolem præstasset, eum in modum omni prove-
ctum pietate atque virtute, ad supremum eorum, qui
coryphæi essent, digne pro meritis sustollit gradum.

At quisnam, cedo, modus translationis? Domi-
nus Jesus, sui in terra incolatus absoluta mora, sa-
lutarisque dispensationis peracto opere, ac omni
Patris expleto consilio, ad vivificam beatamque
crucis passionem venerat. Ac Judas quidem unus
de duodecim, illo Judæis, data pecunia, prodito,
apostolicum munus laqueo commiserat. Judæi fla-
gellis cæsum, colaphis dehonestatum (o nulla ver-
borum vi explicabilem longanimitatem!) illusum D
que cruci affixerant. Is autem conculcata morte
ac eo qui mortis habebat imperium, a mortuis
suscitatus, jamque pluribus modis discipulis factus
conspicuis, postremo illis videntibus in cœlum re-
coptus erat. Postquam itaque hæc ita gesta fuerant,
*exurgit statim magnus Petrus*⁴⁶ (illi enim sermonis
principatus, jusque pascendæ atque regendæ Ec-
clesiæ concreditum erat) inque media apostolorum
turba, publica in Spiritu concione Judæ proditionem,
et quam ejus causa diruptis visceribus pœnam
is sustulisset, commemorat: duodenarium nume-
rum, quem Dominus in apostolis sacrum voluisset,
in Juda diminutum, haud despiciendum esse: aut

χρηστός, καὶ τὸν τῆς ψυχῆς τρόπον ἐπεικῆς, ὡς μόνον
ἢ τοῦ Ἰησοῦ φῆμι ἀνὰ πάσας τῶν ἀνθρώπων δι-
ηγεῖτο ἀκοῆς, καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ θαυμάσια ἐν Χρι-
στῷ ἀπεκκλύπτειτο, οὐκ αὐταρκῆς ἤγγεται δι' ἀκοῆς
μόνης τὸ ῥῆμα καταδέξασθαι· ἀλλὰ καὶ αὐτόπτης
τῶν θαυμασίων ἕδρασε γενέσθαι.

Ὡς οὖν εἶδεν, οὐκ ἐδίστασεν ὡς οἱ ἐλιγόπιστοι τῇ
διανοίᾳ. Οὐκ ἐδάσκηεν, ὡς οἱ κακοήθεις Ἰουδαῖοι·
οὐδὲ ἐῤῥαθύμησεν, ὡς οἱ ἀνούστατοι τῶν ἐθνικῶν·
ἀλλ' ἀναθάλλει τὴν καρδίαν, ἀναζωπυρεῖται τὸ
πνεῦμα· καὶ θαυμάζει μὲν τῷ νοί, εἰς πόθον δὲ
μετατίθησι τὸ θαῦμα· πόθῳ δὲ πόθον προστιθείς,
εἰς ἔνθεον ἔρωτα προκόπτει· τῷ σφοδρῷ δὲ τοῦ
ἀγαθοειδοῦς ἔρωτος καὶ ἐπιτεταμένῳ πᾶσαν τῶν κάτω
διακρουσάμενος ἐπιθυμίαν, καὶ πᾶσαν τοῦ νῦν αἰῶ-
νος ἀποτιναζάμενος σπουδὴν· καὶ οἰκείου μὲν πάν-
τας ὡς ἀνοικίους ὑπεριδῶν, ὡς ἄλλοτρίους δὲ τοὺς
φιλάτους ἀφείς, μόνον ἔχειν ἀντὶ πάντων ἐπόθει τὸν
Ἰησοῦν. Μόνον Χριστὸν ἐπόθει πλουτεῖν· αὐτῷ ἀκο-
λουθεῖν διὰ βίου παντός· αὐτοῦ τῶν θεορῆμοσυνῶν
καταξιῶσθαι· αὐτοῦ δοῦλος εἶναι, ἢ τῶν πάντων
δεσπότην ἐπεθύμει· καὶ αὐτὸν τῆς οἰκείας ζωῆς πα-
τέρα, ποιμένα καὶ διδάσκαλον μόνον ἐτίθετο καὶ
καθηγητήν.

Τί δαὶ ὁ Κύριος; ἄρα παρεῖδε τὸν ζῆλον τοῦ μα-
θητοῦ; Ἡ προσέσχε μὲν, τῷ ἀναρίθμῳ δὲ τοῦτον
πλήθει συνέταξε τῶν πιστῶν; ἢ τοῖς ὀλίγοις μὲν καὶ
εὐαριθμήτοις συνηρίθμησεν, τῆς πρώτης δὲ τάξεως
ἀπώσατο; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ τῆς δευτέρας μὲν τάξεως
τῶν αὐτοῦ μαθητῶν πρῶτον ἤξιωκῶς καὶ τοῖς ἑβδo-
μήκοντα συντεταχῶς, καὶ πάσαις αὐτὸν θεουργικαῖς
προκαταρτισάμενος, μυσταγωγῆσαι, οὕτω κατὰ πᾶ-
σαν εὐσέβειαν καὶ ἀρετὴν προκεκοφῶτα, πρὸς τὸν
ἀνώτατον τῶν κορυφαίων ἀξιοπρεπῶς ἀνάγει βα-
θμόν.

Τίς δαὶ καὶ τρόπος τῆς μεταθέσεως; Ἐπειδὴ
συντελεῖτο μὲν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ ἢ ἐπὶ γῆς μετὰ
σώματος διατριβῆς, τὸ ἔργον δὲ τῆς σωτηρίου διατε-
τελεχῶς οἰκονομίας, καὶ πᾶσαν τὴν πατρικὴν πε-
ράνας βουλήν, ἐπὶ τὸ ζωσχοῖον τοῦ σταυροῦ καὶ μα-
κάριον ἦχε πάθος· καὶ Ἰούδας μὲν εἰς τῶν δώδεκα
τοῖς Ἰουδαίοις τοῦτον ἀργυρίου προέμενος, βρόχον
ἠλλάξατο τῆς ἀποστολῆς· αἱ δὲ τοῦτον φραγελιώσαν-
τες κολαφίσαντες (ὦ μακροθυμίας ἀφάτου!) καὶ
καταπαλίσαντες ἐσταύρωσαν· ὁ δὲ τὸν θάνατον, καὶ
τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου πεκατηκῶς, τρι-
ήμερος ἀνίσχεν ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ τρόποις ἑαυτὸν
πλείοσιν ἐμφανίσας τοῖς μαθηταῖς, ὁρώντων αὐτῶν
ἔσχατον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναλαμβάνεται. Ἐπειδὴ οὖν
οὕτω ταῦτα συντετέλεστο, ἀρίσταται μὲν ὁ μέγας
Πέτρος εὐθύς· τοῦτῳ γὰρ τοῦ λόγου τὴν ἡγεμονίαν,
καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐγχεχειρίσθαι τὴν ποιμαντικὴν·
ἐν μέσῳ δὲ τῷ πλήθει τῶν ἀποστόλων ἐν τῷ Πνεύ-
ματι δημηγορῶν, ἀναμιμνήσκει μὲν τὴν Ἰούδα προ-
δοσίαν, καὶ ῥῆξιν ἦν δι' αὐτὴν ὑπέστη· οὐκ ἄξιον δὲ
φῆσι τὴν τῷ Κυρίῳ τετιμημένην δωδεκάδα μειωθεῖ-
σαν ὑπεριδεῖν, οὐδὲ τὸν τοῦ παραβεβηκότος τόπον

⁴⁶ Act. 1, 15.

 praeterne ac supersubstantialiter natum: ac deni-
 que Spiritum sanctum, ut qui eodem auctore praeter-
 aeternae prosiliat. Hortans totis viribus atque admo-
 neans, unius quoque supersubstantialis hujus
 Trinitatis unoque principatu pollentis benignissi-
 mam exinanitionem agnoscerent, Deique Verbi in-
 carnationem non abnuerent. Quin et suadebat na-
 tum ex castissima puella, et a Joanne intinctum,
 omnemque evangelicam doctrinam, ceu salutarem
 legem ac veritatis decreta, omnes reciperent. Praeter-
 C terea vero etiam propter nos susceptam crucem,
 mortemque et sepulturam, ut infirma et probrum
 habentia non erubescerent; sed qui triduanam ex
 inferis cum potestate suscitationem, mortuorumque
 pariter excitationem, atque in caelum ascensum
 considerarent ac crederent letarentur magis ac
 gloriarentur: quippe cum haec divinae virtutis per-
 spicua indicia essent: expectarent denique etiam
 secundam e caelo rursus cum majestate appa-
 ritionem, mundique universi in melius immuta-
 tionem, necnon mortuorum resurrectionem, justorumque vivificationem ac peccatorum condemnationem.

ἀσχοῦντες, qui vita severiori sanctitatem quamdam
 D vulgā majorem praeferrent, quos latuisse Philonem,
 Judaeine essent an Christiani, cum ipse Alexandriae
 ageret, rerumque Judaicarum peritissimus esset,
 nec cum res Christianae laterent, aegre suaderi
 potest. Accedunt alia quae prosequitur Valesius
 longe diversa ab illis quae erant Christiani ritus,
 et quae recepta Christianorum moribus Jerosoly-
 mis nos docet Actuum liber. Diversos ab Essenis
 ostendit Valesius contra Scaligerum. Mihi non
 licet plura inquirere. Monachorum Aegyptiorum
 origines, post illas Jerosolymis et in apostolis de-
 signationes, maxime probō, quas in monachis Rai-
 thonis et Sinaitis habet Ammonius a me produ-
 ctus, insinuatque Antonii Vita, et Pauli Eremitae,
 ac si quid exstat his antiquius, modo sanae fidei,
 non apocryphorum insomniis nutans, aut minus
 exploratum. Si cui tamen Eusebii, Hieronymi,
 Epiphani, etc., sententia placet, ut magis pia et
 favens instituto monachorum, adeat Baronium
 an. 64.

Hæc quidem ille, ceu plane verax ac veritatis præco, scripto pariter vivaque voce tradens, populis prædicabat. Ex illis vero, alii quidem verbis assentiebantur; quicumque scilicet recto animo erant, ac quorum cor invisibilis Spiritus afflatus tetigerat. Hos nimirum veritati doctrinæ admovens ac aqua emundans, Spirituque illuminans, necnon sacris divinorum signis initians atque consummans, filios immaculatos per lavacrum regenerationis Deo obsignabat. Quicumque autem pravo corde atque impii erant, in divinam contumeliosi doctrinam, superbo animo ac dura mente adversus disertissimum contumaces præconem, nimio furore percitidantibus in eum stridebant; struebantque insidias, qua aperta molitione grassantes, qua occultis consiliis malignantes, atque eos qui essent ex Ecclesia corripientes, magistratibusque ac præsidibus offerentes, calumniantes, facultates auferentes, modis omnibus aggredientes, omni machina arteque affligentes (ejuscemodi nimirum diaboli æmulatio est) omnisque generis inventis creaturos se molestiam animique angustam beatissimo viro arbitran-

tes. Is autem, haud secus ac grandis quædam marina rupes atque prædura, vixque non dicam, imo terræ sinu radicata, irruentium fluctuum incursibus omnibus ac reciprocis æstibus, cunctisque ventorum violentis flatibus inconcussa inflexaque manet; sic sane hic quoque, alto valde consilio atque animo, in vera, et quæ mente intelligitur, fundatus petra, rectissimisque ac fortissimis rationibus inconcusse in Christo radicans, concinne tranquillaque securitate in eo consistebat; nulloque terrentium insultu pavidus, ei, qui secundum doctrinam est, fideli sermoni incumbebat; atque ad omne tentantis periculum struemque impercussus atque inflexus manens, Ecclesiam suam firmiter tutans stipansque, ab adversantium flatuum injuria illasam conservabat.

Eum in modum vir inclytus Marcus, quæ in verbis posita est (quandoque vero etiam quæ in signis atque portentis) apostolicam virtutem erga Græcos ostendens, domesticorum fidei tanquam divinissimus antistes salutem adimplebat. Quis enim vero ejus implendæ modus? Divinæ sapientiæ verbis atque doctrinæ Spiritus, eorum quotidie mentes illustrabat; ac carnalem quidem amicitiam atque peccati consuetudinem inhibens, spiritus lege ac amoris vi Christo despondebat; ab omnique noxia cupiditate, ac terrenorum dementi ratione, appetitione arcens, cælestium duntaxat et stabilium, et quæ vera bona sint, desiderium instillabat.

Sic igitur, ut paucis dicam, sacris sermonibus atque doctrina fidelium mentes ædificans, rursusque operibus sacras sacrosanctorum mysteriorum

(56) *Τὰς ἱεράς τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἱεροτυπίας.* Est grave hoc testimonium pro Marci Liturgia, qua et modo utuntur Ægyptii, meminitque Balsamon, etsi locus non occurrit, qua tamen eis

Ταῦτα ὁ μὲν, ὡς ἀληθῆς τῷ ὄντι καὶ ἀληθείας εὐαγγελιστής, ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως παραδίδους τοῖς λαοῖς εὐηγγελίζετο τῶν δὲ οἱ μὲν ἐτίθεντο τοῖς λαγομένοις, ὅσοι τὸν νοῦν ἤσαν εὐθεῖς, καὶ ὧν τῆς καρδίας ἀοράτως τὸ Πνεῦμα κατεδράττετο· τούτους τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας προσαγόμενος, καὶ τῷ ὕδατι καθαίρων, καὶ τῷ Πνεύματι φωτίζων, καὶ ἱερομύστοις τελεσιουργῶν θεοπλαστίαις, ἀμώμητα τέκνα διὰ τῆς παλιγγενεσίας ἐσφράγιζε Θεῷ· ὅσοι δὲ σχολιάς ὄντες ἐτύγχανον καρδίας καὶ δυσσεβοῦς, πρὸς τὸν θεῖον λόγον ἐξυθρίζοντες, καὶ ἀλαζόνι φρενὶ καὶ γνώμῃ σκληρᾷ τοῦ λογιωτάτου κήρυκος ἀπαυθαδιαζόμενοι, ἔτριζον μὲν τοὺς ὁδόντας ἐμμαινόμενοι σφοδρῶς ἐπεσθούλευον δέ· τοῦτο μὲν ἀναφανδὸν κατ' αὐτοῦ συσκευαζόμενοι, τοῦτο δὲ καὶ κρυφῆ σκαιωροῦντες, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας συναρπάζοντες, καὶ τοῖς πολιτάρχαις προσάγοντες, συκοφαντοῦντες, ζημιοῦντες, πᾶσι τρόποις ἐπιχειροῦντες, πάσῃ μηχανῇ καχοῦντες (τοιούτος γὰρ ὁ τοῦ διαβόλου ζῆλος), καὶ πάσαις ἐπινοίαις τὸν μακαριώτατον ἄνδρα δοκοῦντες λυπεῖν.

Ὁ δὲ, καθάπερ τις πέτρα πελιδῶς μεγάλη καὶ στερεὰ, εἰς βάθος γῆς, οὐ μὲν οὖν ὅσον εἰπεῖν, ἐρρίζωμένη, πάσαις μὲν χυμάτων ἐμπτώσεσι καὶ παλιβόλαις, πάσαις δὲ βλαῖς πνευμάτων καὶ προσβολαῖς ἀβρόχῳ; τε μένει καὶ ἀκλινής, οὕτω δὲ καὶ οὗτος, βαθεῖα σφοδρὰ διανοία τῇ ἀληθινῇ πέτρᾳ καὶ νοητῇ τεθεμελιωμένος, καὶ λογισμοῖς εὐθυτάτοις τε καὶ στερεοτάτοις ἀκατασελίστως ἐρρίζωμένος Χριστῷ, ἔμενον μὲν ἀραρότως καὶ ἀπαθῶς ἐν αὐτῷ· ἀντείχετο δὲ τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, οὐδεμιᾷ πτυρόμενος τῶν νομιζόντων φοβεῖν προσβολῇ· ἀκατάπληκτος δὲ μένων πρὸς πᾶσαν τοῦ πειράζοντος πείραν καὶ ἀβρέπῆς, καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ ἀβραγῶς Ἐκκλησίαν συγκροτῶν, τῆς ἀπὸ τῶν ἐναντίων πνευμάτων ἐπηρείας ἀνεπηρέαστον ἐτήρει.

Οὕτως ὁ μέγας Μάρκος πρὸς τοὺς ἐλληνίζοντας, τὴν ἐν τοῖς λόγοις, ἔστι δ' ὅτε καὶ τὴν ἐν σημείοις καὶ τέρασι, ἀποστολικὴν δύναμιν ἐπιδεικνύμενος, τῶν οικείων αὐτῷ κατὰ πίστιν ὡς ἱεράρχης ἐνθεώτατος τὴν σωτηρίαν ἱερούργει. Ἀλλὰ τίς ὁ τῆς ἱερούργιας τρόπος; Λόγοις μὲν θεοσοφίας καὶ διδασκαλίας τοῦ Πνεύματος, τὰς αὐτῶν ὁσημέραι κατεφώτιζε ψυχάς· καὶ τὴν σαρκικὴν μὲν φιλίαν, καὶ τὴν συνήθειαν τῆς ἀμαρτίας ἐπικόπτων, τῷ νόμῳ τοῦ Πνεύματος καὶ τῷ φίλτρῳ κατηγγυᾶτο Χριστοῦ· πάσης δὲ βλαβερᾶς ἐπιθυμίας ἐξείργων τῆς ἀλογιστίας τῶν ἐπὶ γῆς, μόνον τῶν οὐρανίων καὶ ἐστῶτων, καὶ ὄντως καλῶν τὴν δρεξίν ἐνέσταζεν.

Ὡς ἐν βραχεῖ μὲν οὖν δὴ εἰπεῖν, οὕτως ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις τὰς πιστῶν ὠχοδόμει ψυχάς· ἔργοις δὲ πάλιν, τὰς ἱεράς τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἱεροτυπίας (56)

uti non prorsus liberum sit Constantinopoli, sed ea quam passim in sacris adhibet Ecclesia Constantinopolitana, nempe Chrysostomi; certis etiam diebus Basillii. Edidit Marci Liturgiam Joan.

πανιέρως διασκευαζόμενος, καὶ προσευχὰς ἐγγρά-
φους παραδιδούς, καὶ τὴν μυστικὴν καὶ ἀναίμακτον
τοῦ ζωαρχικοῦ σώματος, καὶ αἵματος ἱεροτελεστίαν
τε καὶ λειτουργίαν, θεοτυπώτως παραδόσασι, καὶ
ἀμώμοις τῷ πνεύματι διατυπούμενος ἀκολουθίαις,
τύπον τε τῶν βαπτισμῶν καὶ χειροτονιῶν ἱερῶν,
καὶ πᾶσιν ἀπλῶς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱεραρχίαν,
εὐχῶν τε μυστικῶν ἱερολογίαις, καὶ συμβολικαῖς
θεσμοθεσίαις ἀποστολικῶς διαταξάμενος, οὐ τῇ κατ'
αὐτὸν γενεᾷ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσαις ἐξῆς, ἱεραθέ-
της σωτήριος, καὶ καινῆς διαθήκης ἄριστος νομο-
θέτης ἀναπέφηνεν.

Καὶ οὐχ ὡσπερ Μωσῆς ἐκεῖνος ὁ πάνυ, κραταιᾷ
χειρὶ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐμπεπαιχῶς· πρὸς τὴν ἔρη-
μον δὲ καὶ τὸ ὄρος διαθεθικῶς· ἐδέξατο μὲν ἀνω-
θεν νόμον, τὸν ἐν γράμματι δέ· καὶ νομοθετεῖ μὲν,
μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ δέ· ἀλλ' Αἰγυπτίοις μὲν νοητοῖς,
ταῖς ἀντιτεταγμέναις δυνάμεσι, καὶ πᾶσι τοῖς ἀσε-
βέσιν τῶν Αἰγυπτίων συμπλεκόμενος, καὶ κατακρά-
τος τούτου, τροπούμενος, καὶ καθαιρῶν· τὴν ἀσε-
βειαν δὲ αὐτῶν καὶ ἀσέλγειαν ἀπημάντω· ὡς Ἐρύ-
θραν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ διαβάς, καὶ πρὸς τὴν ἡρε-
μαίαν τοῦ νοῦ κατάστασιν καὶ γαλήνιον, ὡς ἔρημον
προσχωρῶν, καὶ τῷ τῆς θεολογίας προσαναβαίνων
ὄρει στόμα κατὰ στόμα προσλαλεῖ τῷ Θεῷ· καὶ τὸν
νόμον ἐκεῖθεν οὐ τοῦ γράμματος, ἀλλὰ τοῦ πνεύμα-
τος νομοθετεῖται· καὶ ἱερουργίαν, οὐ τὴν ἐν τύποις
τε καὶ σκιαῖς, ἀλλὰ τὴν ἐν ἀληθείᾳ καὶ πνεύματι
θεωρουμένην μυσταγωγηθεὶς, οὐ τῇ κατ' αὐτὸν Ἐκ-
κλησίᾳ μόνον, ἀλλὰ τῇ καθολικῇ νομοθετεῖ. Καὶ οὐχ
ἐνὶ μόνον ἔθνεσι, καὶ τούτῳ μικρῷ καὶ ὄρειοις μικροῖς
διειλημμένῳ, τῇ οἰκουμένῃ δὲ πάσῃ, καὶ παντὶ τῷ
Χριστωνύμῳ πληρώματι μυστικῶς ἐπιστατεῖ· καὶ
διαθήκη καινῆ, καὶ παράδοσις ἀποστολική, καὶ νόμος
κλήθειας, πᾶν τὸ παρ' ἐκεῖνου λεχθὲν, ἢ παραδοθὲν,
οὐ τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ πάσαις καθ-
όλου ταῖς ἱεραῖς Ἐκκλησίαις χρηματίζει.

Ἐπεὶ δὲ πάσαις μὲν ἀποστολικαῖς θεοσημεσίαις,
πάσαις δὲ θείαις χρώμενος ἱερουργίαις, τὸ ἔργον εὐ-
άρεστον Θεῷ καὶ τέλειον τῆς αὐτοῦ παρέστησε δια-
κονίας, καὶ πολλοὺς μὲν τῷ χρίσματι τῆς ἱερωσύνης
τετελειωκῶς· παμπόλλους δὲ τῆς εἰδωλικῆς ἀπάτης
καὶ πλάνης ῥυσάμενος, διὰ πίστεως προσήγαγε τῷ
Χριστῷ, ἄξιον κέκριται μηδὲ τῆς ἀθλοφορικῆς (57)
αὐτὸν ἀπολελεῖσθαι τιμῆς.

a Sancto-Andrea, Ecclesiae Parisiensis canonicus, ex cod. monasterii S. Mariae τῆς Ὀδηγητρίας in Calabria, ex-cribente atque mittente Sirleto cardinale. Fuerintque adeo duo magni antistites ipsi sacrorum antistites et divinarum caeremoniarum auctores, ambo apostoli secundi ordinis, viri maxime spiri-
tales, Jacobus et Marcus: unde reliqui tanquam ex limpidissimo fonte, quæ ejus generis sancta tra-
diderunt, hauserint; sive etiam illis, ceu solidis-
simo fundamento, sua pro temporum ratione vel explicatoria vel breviata, seu aliter composita, su-
perstruxerint; sive id ita illis usurpatum divino instinctu, ac sponte ea assumpta provincia, sive quia majores apostoli istud muneris eis injunxerunt, dum illi, iis quæ sunt propius apostolici muneris, toti incumbunt, id est, prædicationi; quam Paulus sic proprium sibi munus voluit, ut ad hoc

A caeremonias sacratissime componens ac preces scripto tradens, mysticamque et incrementam vivi-
lici corporis atque sanguinis celebrationem ritum-
que divinis traditionibus, ac omni labe puris offi-
ciii informans; baptismatum denique ac sacrarum ordinationum ritum, omnemque prorsus ecclesia-
sticam hierarchiam precum mysticarum sacris ser-
monibus ac symbolicis institutionibus apostolico sensu nutuque instituens, [nedum suæ, sed et cun-
ctis deinceps ætatibus, salutaris sacrorum antistes, novique testamenti optimus legislator effulsit.

Nec sicut celeberrimus ille Moses in manu forti percussis Ægyptiis, atque in desertum secedens, conscensoque monte cœlitus quidem, at in littera
B tamen positam Legem accepit; ac lege quidem sancit, verum soli Israeli: quinimo cum spiritalibus Ægyptiis (adversariis scilicet potestatibus cunctis-
que Ægyptiorum impiis) congressus, iisque penitus fuis ac profligatis, necnon illorum impietate ac lascivia, instar maris Rubri innoxie in Christo Jesu superata; velutque in desertum, ad tranquillum
mentis statum quietumque secedens, tumque abunde conscenso theologiæ monte, ore ad os cum Deo sermones miscet; indeque non litteræ, sed spi-
ritus legem docetur; sacramque functionem, non quæ in figuris et umbris, sed quæ in spiritu et veritate intelligatur, hauriens, nedum suæ ipse, sed et universali sancit Ecclesiæ; nec uni duntaxat
C genti, eique ejusmodi, ut ipsa exigua angusti-
busque terminis comprehensa sit, sed universo terrarum orbi ac Christianorum omni cœlui my-
stice præscribit; novumque testamentum et apo-
stolica traditio, lexque veritatis audit, quidquid ab eo nedum Alexandrinis, sed et cunctis universim sanctis Ecclesiis dictum aut traditum sit.

Quod vero universis apostolicis signis divina virtute exhibitis, cunctisque sacris functionibus peractis, ministerii sui opus quam acceptum Deo perfectumque reddiderat, multisque sacerdotali unctione consummatis, complures a simulacrorum cultu atque errore liberatos per fidem Christo ad junxerat, operæ pretium visum est, ne et triumphalis eum pugnae honor deficeret.

D singulariter se missum a Spiritu sancto professus sit, non ad baptizandum, vel etiam ad ritus sacros conscribendum: quanquam tradidisse eum Corin-
thiis, quæ Eucharistiæ ritum spectarent, et ad εὐταξίαν in Ecclesia, aliaque ejus generis, nedum scripto, sed etiam verbo, ex ejus ad eos Epistolis comperitissimum est. De Jacobo alias dixi in meo Hippolyti indiculo, deque regendæ Ecclesiæ ac instituendæ sic inter illum et Petrum ac Joannem distributo munere.

(57) Μηδὲ τῆς ἀθλοφορικῆς. Marci martyrium perinde Menæa referunt, Metaph., Niceph., etc. Quod ignem accessisse ad reliqua tormenta scribit Nicetas, videtur singulare. Potuit sic turba tumultuante ac saviente, ut est Alexandrinorum ferox ingenium, cadaver in ignem conjici; unde Marci discipuli extractum honorifice sepelierint.

Cum jam itaque præsto esset emigrationis tempus ac præmia conferenda essent, repente Alexandrinorum nequissimis zelus inardescit; zelus scilicet dæmoniaci furoris ac sui impotens. Illi, consilium in sanctum ineuntes, atque in ejus ædes invadentes, cum Dominicum opus agentem offendissent, violenta manu abreptum, soli pavimento allidunt; tumque ligatis e collo funibus, alii quidem media Alexandria ludibrio propudiosoque spectaculo ab ante trahebant, alii secuti fustibus lapidibusque tundebant: qua is sævitia, sacra Deoque dilecta ac gratissima victima exstitit.

Eum in modum, apostolorum summa admiratione digne, sacrorum antistitum sacratissime, triumphatorum athletarum fortissime ac generosissime, crucientum adhuc necantium manibus scissum carnis integumentum relinquens, ad certaminis ipsum presidem ac Servatorem Christum corona redimitus receptus es; posteaque sacro illo corpuseculo igni sacrificato, ita undique ei, quem dilexeras, factus hostia, holocaustum perfectum immaculatum in odorem suavitatis oblatum es.

Ave itaque, divine divinoque sensu evangelista! Gaude, quod etsi inferiori duodecim ordine ac classe, Evangelii tamen functione ac Paracloti donis, ab eorum nihil perfectione deficias.

Gaude quod apostolis ut apostolus, evangelistis tanquam evangelista, patriarchis ut patriarcha, atque ut martyr martyribus communeratus sis ac cooptatus; hincque varii generis corona eximie præfulgens, summo omnium Regi astare a dextris dignus habitus es.

Gaude, quod non semel, sed et sæpius, bono Jesu testimonio perfunctus, neque semel vinctus funibus, media civitate tractus, et laceratus carnibus es, et tuo ipsius cruore infectus: sed post primam laniam, semivivus in carcerem conjectus, ac noctu angelica voce sanatus atque animatus, et in crastinum simili adhuc ratione ligatus tractusque, inque eum modum astantis Domini ac pacis osculo donantis aspectu recreatus nulla verborum vi explicabili gaudio et exultatione ad eum emigrasti.

Gaude, Marce, *Excelsi mandatum* ex nominis ipsa ratione. Vere enim Altissimi propemodum mandatum exstitisti, justificans eos qui sequerentur, ac condemnans eos, qui tuo Evangelio increduli essent. Gaude et letare, tuique memorum memor, tuæ nos claritatis et gratiæ, tuæ in cællis jucunditatis et splendoris participes precibus effice, in Christo Jesu Domino nostro, cui est honor, gloria et potestas æterna. Amen.

A Ἐπεὶ δὲ τῆς ἀναλύσεως καὶ τῶν στεφάνων ὁ καιρὸς ἤδη παρῆν, ζῆλος μὲν ἐξάπινα τοῖς τῶν Ἀλεξανδρέων ἀνάπτεται πονηροτάτοις· ζῆλος δαιμονιώδης, καὶ οὐ καθεκτός· οἱ συμβούλιον κατ' αὐτοῦ λαβόντες, καὶ τὴν οἰκίαν τοῦ μακαρίου πεφθακότος, καὶ τοῦτον τοῦ Κυρίου τὸ ἔργον καταλαβόντες ἐργαζόμενον, συναρπάξουσιν τε σφοδρῶς, καὶ τῷ τῆς γῆς ἐδάφει προσκράσσουσιν. Ἔτα καλωδίους αὐτοῦ τὸν τράχηλον ἐξάψαντες, οἱ μὲν ἐμπροσθεν εἶλον διὰ μέσης Ἀλεξανδρείας θεατρίζοντες καὶ παίγνιον τιθέντες· οἱ δὲ ξύλοις καὶ λίθοις ἐπόμενοι κατέκλων· καὶ θῦμα ἱερὸν οὕτω καὶ φίλον Θεῷ καὶ εὐχάριστον ἔβρυσαν.

B Οὕτως, ὦ θαυμασιώτατε τῶν ἀποστόλων, τῶν ἱεραρχῶν ἱεροτελεστικώκατε· τῶν ἀθλητῶν στεφρότατε καὶ γενναιώτατε, τὸ σάρκινον ἐλυτρῶν μαιφόνους· ἔτι ῥηγνύμενον χερσὶν ἀφείς, πρὸς τὴν ἀγνωθῆτην καὶ Σωτῆρα στεφανηφορῶν ἀνελήφθης Χριστόν· καὶ τὸ ἱερὸν δὲ μετὰ ταῦτα σωματίον διὰ πυρὸς ἱερουργούμενος, καὶ οὕτω, διὰ πάντων τῷ ἡγαπηχότι σε καθιερούμενος, ὀλοκάρπωμα τέλειον ἀμωμον εἰς ὁσμὴν εὐωδίας ἀνηνέχθης αὐτῷ.

Χαῖρε τοίνυν, ὦ θεσπέσιε καὶ θεόφρον εὐαγγελιστά. Χαῖρε, ὅτι εἰ καὶ τὴν τάξιν τῆς δωδεκάδος ὑποβέβηκας, ἀλλὰ τῇ ἱερουργίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τοῖς τοῦ Παρακλήτου χάρισμασιν οὐδὲν τῆς ἐκείνων ἐλείφθης τελειότητος.

C Χαῖρε, ὅτι τοῖς ἀποστόλοις ὡς ἀπόστολος, τοῖς εὐαγγελισταῖς ὡς εὐαγγελιστής, καὶ τοῖς πατριάρχαις μὲν ὡς πατριάρχης, ὡς μάρτυς δὲ τοῖς μάρτυσι συνηριθμημένος καὶ συντεταγμένος, καὶ ποικίλῳ στεφάνῳ διὰ ταῦτα καθωραϊζόμενος, ἐκ δεξιῶν παραστῆναι τῷ Παμβασίλει καταξιούσαι.

D Χαῖρε, ὅτι οὐχ ἅπαξ τὴν καλὴν Ἰησοῦ μαρτυρίαν ἐμαρτύρησας, πλεονάκις δὲ· οὐδ' ἅπαξ σχοινοῖς καταδεθείς διὰ μέσης τῆς πόλεως εἰλκυσθῆς, καὶ τὰς σάρκας κατετρύφθης, καὶ τῷ οἰκείῳ αἵματι ἐθάψης· ἀλλὰ μετὰ τὸν σπαραγμὸν τὸν πρῶτον εἰς εἰρηκτὴν ἡμιθανῆς ἐμβλήθεις, καὶ δι' ἀγγέλου φωνῆς νυκτὸς λαθεὶς καὶ προθυμοποιηθείς· καὶ τῇ ἐξῆς αὐθις ὁμοίως δεθείς καὶ κατασυρεὶς, καὶ οὕτως ἐπιστάντα τὸν Κύριον καὶ εἰρηνικῶς ἀσπαζόμενον τεθεαμένος, μετὰ χαρᾶς ἀφράστου καὶ ἀγαλλιᾶσεως ἐξεδήμησας πρὸς αὐτόν.

Χαῖρε, Μάρκε, ἡ τοῦ Ὑψηλοῦ ἐντολή, κατὰ τὴν σημασίαν τοῦ ὀνόματος· καὶ γὰρ ἀληθῶς τρόπον τινὰ τοῦ Ὑψίστου γέγονας ἐντολή, δικαιοῦσα μὲν τοὺς ἐπομένους, κατακρίνουσα δὲ τοὺς ἀπειθοῦντας τῷ Εὐαγγελίῳ σου· χαῖρε καὶ εὐφραίνου, καὶ τῶν μεμνημένων σου μεμνημένος, τῆς σῆς δόξης καὶ χάριτος, τῆς σῆς ἐν οὐρανοῖς εὐφροσύνης καὶ λαμπρότητος πρόσευξαι μετασχεῖν· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ ΙΓ΄.

A

ORATIO XVI

Εἰς τὴν ἀγίαν πρωτομάρτυρα καὶ ἀπόστολον
Θεκλάν (58).

Ἐπαινετὸς ὁ τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸς, ἐπαινεῖν
ἀεὶ τοὺς ἀξιεπαίνους προτρεπόμενος· εὐλογεῖν τε
καὶ μακαρίζειν, τοὺς ἔγγιζοντας θεῷ παραινῶν. Ἴνα
γὰρ μὴ ἀποστενούμενον τὸ ἀγαθὸν, εἰς μόνους τοὺς
κατορθοῦντας αὐτὸ περιορίζηται· πλατυνόμενον δὲ
καὶ χεόμενον εἰς πλείους ἐκτείνει τὴν εὐεργεσίαν,
τούτου χάριν εὐλογεῖν τοὺς εὐλογημένους ὑπὸ τοῦ
εὐλογητοῦ νενομοθετῆσθαι Θεοῦ. Οὐκοῦν εὐλογῶμεν
τοὺς εὐλογημένους, καὶ τοὺς ὑπὸ Κυρίου τιμημέ-
νους, μακαρίσωμεν· οὐχ ἵνα τινὰ τούτοις διὰ τῆς
ἡμετέρας προσθῶμεν εὐφημίας (ἔστήχασι γὰρ ἀεὶ
τῆς ἐν Κυρίῳ πεπληρωμένοι δόξης, καὶ τῶν ἀπὸ
γῆς ἐνδεδῶς ἔχοντες οὐδενός)· ἀλλ' ἐν ἡμῖς πρὸς
αὐτοὺς ἀνατεινόμενοι, καὶ διὰ τῆς μνήμης καὶ
τῶν ἐπαίνων νοερῶς συναπτόμενοι καὶ συγγινώ-

(58) Habuit Nicetas eadem ipsa Theclæ Acta
vetera, quæ habuit Basilius Seleuciæ, sive qui
exstat auctor ejus nomine, editus semel et iterum,
Petro Pantino Bruxell. interprete : alio tamen
stylo exornavit, pressiori illo quidem, sed eleganti-
ori, et quo egregie servet decorum, dum aliquos
loquentes seu concionantes inducit. Quæ videantur
aliquid habere alienum a regulis ecclesiasticis, vel
paucis perstringit, vel licentia rhetorica quandoque
supprimit. Multis card. Baronius in not. ad Mar-
tyr. Rom. Sept. 23, tom. 1 *Annal.* pro Actis sanctæ
Theclæ pugnat, omniaque illius veterum testimo-
nio vindicat, longeque alia ab Actis pridem repro-
batis, et quibus hæretici uterentur, demonstrat.
Viderat solum acta a Metaphraste conscripta, vel
etiam quæ de Thecla habeant Menææ 24 Septemb.,
quod die 23 solemnibus in eis habeatur memoria
conceptionis sancti Joannis; in quibus de bap-
tismo a Thecla usurpato nihil legerat. Habent tamen
Basilius Seleuc. et Nicetas, habueruntque Acta
vetera, quæ illi stylo exornant; potueruntque hæ-
retici hoc ex illis Theclæ exemplo abuti, ut sacram
functionem et hierarchicam feminis assererent;
cum et illud excusari possit, ut et excusat Petrus
Pantinus, quod non nisi defectu sacrarum mini-
strorum et necessitate cogente, id sibi illa indulse-
rit: quomodo etiam Latini feminæ baptismum non
repudiant, habentque legitimum, etsi forsitan
Græci non admittunt Orientales, videturque insi-
nuare Maximus in Collat., hincque adeo Nicetas
ipse Græcus et Constantinopoli rhetor, singulare
dicit Theclæ privilegium, nec ulli seminarum con-
cessum. Ἀλλὰ καὶ τῷ ἀγίῳ βαπτίσματι τελετοῦ-
γούσα, *Perficiens initiatusque sacro baptismate.*
Ταύτην γὰρ μόνη γυναικῶν εἴληφε τῆς ἐξουσίας.
Sola inter mulieres hanc nacta est potestatem, et
quæ sequuntur. Proinde valde adducor ut existi-
mem, illa ipsa acta esse, ex quibus veteres Græci
pariter ac Latini tanta illa de Thecla mutua-
ti sunt, ac scripto tradiderunt, quæ omnia
in illis hactenus continentur, et quæ nonnulli
ut apocrypha exceperunt, rem habentes cum hæ-
reticis, ac quod illis favere arbitrarentur. Fabulam
Leonis baptizati non moror, quæ una merito ex-
sulat, potuitque pio alicujus zelo expungi. Ut sic
dicam de Theclæ Actis non exiguo mihi momento
est, simile aliquid in Actis S. Georgii martyris,
inter apocrypha Gelasii Romani pontificis censura
relatis; quæ Lipom. spuria quædam et anilia Acta
Latina esse existimat, non illa duplicia quæ in li-
bris Græcorum ecclesiasticis passim exstant, ha-
bentque Græci ac legunt ut vera Georgii Acta;
cum tamen S. Nicephorus illa ipsa esse significet

Laudatio sanctæ protomartyris et apostoli Theclæ.

Laudabilis Ecclesiæ ritus, eos qui digni laude
merito habeantur, semper laudare jubet : eosque
qui Deo propinquant, benedicere ac beatos prædi-
care admonet. Ne enim bonum coangustetur,
intraque illos duntaxat qui illud gerunt, desinia-
tur ; sed ut dilatatum fustumque in plures bene-
ficiam producat ; idcirco benedicere, qui bene-
dicti sint a Deo benedicto, nobis est imperatum.
Benedicamus igitur benedictos, et qui a Deo
honorem adepti sunt, beatos prædicemus : non
ut nostris laudibus eorum cumulo aliquid confera-
mus (sunt enim semper in Domino claritate pleni,
nullusque terrenorum egent), sed ut intentis in
eos animis, memoriæque ac laudum cultu eis
mente conjuncti unaque versantes, quæ ex illis

Juris Orient. l. ii, ubi inter alios canones de libris
apocryphis : Τὴν Ἀποκάλυψιν Ἐσδρά καὶ Ζωσιμά,
καὶ τὰ δύο μαρτύρια τοῦ ἀγίου Γεωργίου, καὶ τῶν
ἀγίων μαρτύρων Κηρύκου καὶ Ἰουλίττης, καὶ τὴν
βίβλον Μάρκου καὶ Διαδόχου. οὐ χρὴ δέχασθαι· ἀπό-
βλητα γὰρ καὶ οὐ δεκτά. *Apocalypsim Esdræ et Zo-
simæ, et duo sancti Georgii Martyria, et sanctorum
martyrum Ceryci et Julitæ librumque Marci et Dia-
dochi suscipere non oportet. Rejicienda enim hæc,
non admittenda.* Quis enim putet Nicephorum de
aliis loqui Georgii Actis, quam de illis sic Græcis
tritis; quæ ipsa proinde Gelasii censura, non alia
obscura et fungi Acta, in angulo forte latentia, at-
tigerit; cum tamen Græci reliqui eam vel Nice-
phori vel Gelasii censuram non videantur amplexi,
aut quidquam repudiasse illa Acta Georgii. Sic An-
dreas Cretensis *Orat. in Georgium* totam ex illis
ejus delibat historiam, quam et meminisse vindicas-
se, quibus illa petitur ill. annalium patre, levi sa-
tis argumento ὁμωνομίας Athanasii Magi cum ma-
gno Athanasio. Eo nomine videantur proscripta,
quod quædam nimis portentosa, aut sic visa, ha-
beant; cum hæc ipsa, aut iis majora non desint,
aliorum quorundam martyrum Actis. Ceryci et
Julitæ Acta genuina, qualia Justiniani ætate col-
ligere potuit Theodorus Iconiensis episcopus, dedi-
it ex bibl. Regia; quæ ipsa per inscitiam in suspicio-
nem nonnullis venerant, quasi apocrypha illa Gelasio
ac Nicephoro notata, non quibus apocryphis itum
obviam esset, ac paratum antidotum sapientis viri
diligentia ac solertia. Erat et in antiquis illis apo-
cryphis Actis Julitæ feminæ baptismus, sed por-
tentosus et plumbo liquente; aliaque plane reji-
cienda, et ecclesiasticæ traditioni adversa, inscite
nimis P. Poree ord. Præmonstr. laudata ac, quod
mirum, in Galliæ aliquot Ecclesiis recepta, sed nunc
pene saniore sensu ab illis profligata. Τὴν βίβλον
Μάρκου καὶ Διαδόχου. Enimundus Bonetid. ita reddit,
librumque Marci et successoris. Quis vero Marci
successor, nempe apachoretæ? Habuerit episcopus,
vel etiam hegumenus aut archimandrita; nudus
monachus non ita facile habuisse dicendus sit,
cujus præcipue res obscuræ, etsi nota capita et
opuscula. Malim ergo *librum Marci, et Diadochi κατὰ
κρίνου, supple librum;* qui ipse exstat Francisco
Turriano interprete, *De perfectione spirituali,* cen-
tum capitibus comprehensus, etsi semel et iterum
in Bibl. PP. Colon. per errorem scriptum est, *De
persecutione, etc.,* in quo ipso libro non desint du-
riora, uti fere habent scriptores ejus generis, caute
proinde legenda, et ad sanioris theologiæ normam
componenda, ob quæ hanc Nicephori censuram ille
meruerit. Laudat tamen Maximus Qu. ad Thalassium.

est sanctificationem nobis asciscamus, condignamque illis vicem, salutem nostram offeramus.

Sanctum quidem ac convenientissimum, ut qui Deo propinquant, omnes laudibus atque honore prosequamur, sed eos maxime, qui maxima Deo necessitudine junguntur. Non enim omnes ejusdem ordinis ac classis existunt; sed in primo alii censu, alii in postremo habentur. Uti nimirum etiam apud reges terræ non unus idemque omnium concessus gradusque, sed alii primo, alii postremo habentur: quidam etiam medio, pro cuiusque virtutis ratione, aut ejus qui præest ad eos amore: ita nimirum etiam in cœlestibus arbitror, alios superiores eminentioresque, alios inferiores nactos sedes, ea rata ratione, qua a primis minore præstantia atque virtute recedunt. Quod si omnes beati merito prædicandi atque laudibus celebrandi, longe prius qui primo in illis gradu sunt, primaque Christo necessitudine devincti.

Quo igitur loco Theclam collocabimus, sacræ fidei decorum pignus, venerandæ virginitatis monile, intactam Christi sponsam, inviolabilem genialem lectum? Ubi inquam, quove ordine ac loco statuemus, quam ei convenientem laudem oblaturi sumus? Hisne accensebitur qui virginitate sanctisque moribus vitam instituerunt, ut quæ nimirum omnis castitatis vitæque religiosæ norma mundo extiterit? Haud enimvero a triumphali agmine abesse patitur; at neque primam martyrii lauream ulli mortalium cedat; quæ videlicet mulierum prima, contentione certandi, ingentique animorum vi, muliebris sexus probrum sustulerit, primaque spirituale pancratium desudaverit; quæ teneris pedibus draconem illum magnum protriverit, ac velut regina a dextris summi omnium Regis corona insignita sit. Quid igitur, triumphali agmini accensebitur? Enimvero Paulo prædicationis socia, eumque doctrinis ac operibus imitata, communique persecutionum ac tentationum stadio, Christi Jesu apostolus facta, martyrum cœtu coerceri nolit. Quonam igitur modo ejus laudibus defungentes, quæ grata futura sint, præstiterimus? Num plane, non tanquam ex una alterave solum excellentia, sed ex omnibus ejus sacris institutis, quibus summe claruisse, egregiaque

(59) Ἀσκητικῶν βίου νομοθεσία. Norma, regula vitæ religiosæ. Sic merito τιμνεῖον vocal sequentibus, ædiculam in monte prope Seleuciam, ubi quietam vitam agebat, extra civium turbas, et quo illam feminæ et ægroti conveniebant; ubi et a petra orans absorpta, ut ab spurcis hominibus esset illi tuta, illibata virginitas. Sit itaque Thecla, uti martyr, sic et sacrarum virginum, sub sancto instituto princeps et norma, vere ἀσκήτρια, ejus illi instituti auctore magno Paulo. Nostri Phocenses hanc laudem Marthæ tribuunt, sive etiam Mariæ Magdalena, quæ sic religiosam vitam coluerint; ac quidem Martham simulum virginum sodalitie, quod fidem haberet, nisi acta laborarent, quæ et Pius V e Rom. Breviario movere cogitabat, ut erat eminentissimæ naris, et sic incertis piam fidelium

Λ μνοι, τὸν παρ' αὐτῶν μὲν ἁγιασμὸν ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπασώμεθα· ἀμοιβὴν δὲ αὐτοῖς ἀξιοχρεῶν, τὴν ἡμῶν σωτηρίαν ἀφοσώσωμεθα.

Πάντας μὲν οὖν ὕμνεῖν καὶ τιμᾶν τοὺς ἐγγίζοντας τῷ Θεῷ, δοῖόν τε ὁμοῦ καὶ πρεπωδέστατον· μάλιστα δὲ τοὺς μάλιστα τούτῳ προσπωκωμένους. Οὐ γὰρ τῆς αὐτῆς εἶναι πάντας τάξεως καὶ στάσεως· ὡσπερ δὴ καὶ παρὰ τοῖς κρατοῦσι γῆς, οὐ μιᾶς οὐδὲ τῆς αὐτῆς πάντες καθέδρας ἢ στάσεως τυγχάνουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν πρώτης, οἱ δὲ ἐσχάτης· ἄλλοι δὲ τούτων μεταξὺ κατ' ἀναλογίαν τῆς ἀρετῆς, ἢ τῆς τοῦ ὑπερέχοντος πρὸς αὐτοὺς διατάττονται φιλότῆτος· οὕτως ἡγοῦμαι καὶ τοῖς οὐρανόις, τοὺς μὲν ὑπερτέρας, τοὺς δὲ καταδεεστέρας λαχεῖν τάξεως, ἀναλόγως τῆς μειωτικῆς ἀπὸ τῶν πρώτων ὑφέσεως καὶ ὑποδάσεως. Εἰ δὲ μακαριστοὶ πάντες, καὶ πάντες ἐπαινετοὶ, πολλῶν πρώτων οἱ πρώτοι τὴν τάξιν καὶ τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν οἰκείωσιν.

Ποῦ τοίνυν θήσομεν Θέκλαν, τὸ τῆς ἱερᾶς πίστεως ἄγαλμα, τὸ τῆς σεπτῆς παρθενίας κειμήλιον, τὴν ἀφαστον τοῦ Χριστοῦ νόμφην καὶ ἀνεπίδατον παστὰδα; Ποῦ ταύτην, καὶ ἐν ποῶν θέμενοι τάγματι, τὴν αὐτῇ πρέπουσαν αἰνεσιν προσάξομεν; Ταῖς παρθενικῶς καὶ ὁσίως βεδιωκυῖαις συντετάξεται, ὡς ἀγνότητος πάσης καὶ ἀσκητικῶ βίου νομοθεσία (59) τῷ βίῳ γενομένη; Ἄλλ' οὐκ ἂν τῆς ἀθλοφορικῆς ἀπολείπεσθαι τάξεως ἀνάσχοιτο· ἀλλ' οὐδὲ τὰ πρωτοτόκια τῆς μαρτυρίας ἄλλῳ παρεῖναι καταδέξαιτο· πρώτη γυναικῶν ἐντόνοις ἀγωνίαις τὸ τῆς θηλείας φύσεως θυεῖδος περιελούσα, καὶ πρώτη νοητῶν παγκράτιον διαγωνισαμένη· καὶ ποσὶν ἀπαλοῖς τὸν δράκοντα καταπατήσασα τὸν μέγαν· καὶ στεφηνόφορος οἷα βασίλισσα ἐκ δεξιῶν τῷ Παμβασίλει. Τί οὖν; τοῖς ἀθλοφόροις συντετάξεται; Ἄλλ' αὐτῇ Πούλῳ τοῦ εὐαγγελίου κοινωνήσασα (60), καὶ τῇ μιμήσει τῶν λόγων καὶ τῶν ἔργων· καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν διωγμῶν καὶ πειρασμῶν, ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ γεγεννημένη, οὐκ ἂν ἐθέλοι τοῖς μάρτυσι περιωρίσθαι. Πῶς οὖν αὐτὴν ἐπαινοῦντες, κεχαρισμένα δράσαιμεν ἂν; Ἡ δὴλον ὡς οὐκ ἐξ ἐνός ἢ δευτέρου· μόνον προτερήματος· ἐκ πάντων δὲ τῶν ἱερῶν αὐτῆς ἐπιτηδευμάτων, οἷς κατὰ τὸ ἀκρότατον ἐνευδοκιμηκέναι μεμαρτύρηται, ἀγχιπῆ ἂν ἐπαινεῖσθαι καὶ θαυμάζεσθαι.

laude perfunctam esse, conspicuum est, laudulitatem onerari a gre ferebat.

(60) Τοῦ εὐαγγελίου κοινωνήσασα. Sic evangelii, seu prædicationis socia Paulo Thecla existit, ut non nisi privatim ac necessitate, sive Pauli aliorumque ministrorum absentia, docendi munus usurparit: quod certe ipsis Pauli legibus ac Ecclesiæ, de mulierum in Ecclesia silentio, non nocet. Quod ergo ἀπόστολος dicitur singulari excellentia, more Græcorum est, qui apostolos proclive vocant eos omnes qui in rem fidei majoris aliquid operæ contulerunt. Sic illis discipuli omnes primi que ministri apostoli, sic Constantinus Augustus ἰσαπόστολος, par apostolis eisque consortus, ut Severus in Martino. Sic Menæa, Τῆς ἁγίας μεγαλομάρτυρος καὶ ἰσαποστόλου Θέκλης. Ανατὼλ. πρωτομάρτυς ἀπόστολος.

Πρῶτον μὲν οὖν τὴν παρθενικὴν αὐτῆς ἐκ νεότη- A
τος ἀναστροφὴν, μᾶλλον δὲ τὴν εἰς Χριστὸν ἀγά-
πησιν καὶ πίστιν κατὰ δύναμιν ἐπαινώμεθα· δι'
ἧς, ἡ τε παρθενία καὶ ἡ ἀθλησις ὑπερανθήσασα,
εἰς τὴν ἀποστολικὴν αὐτὴν προσανύψωσεν κορυφὴν
ἢ περιωπὴν. Ἄρτι γὰρ τοῦ μεγάλου τῆς ἀληθείας
εὐαγγελιστοῦ, τῆς οὐρανίας καὶ μεγαλοφωνοτάτης
τοῦ Εὐαγγελίου βροντῆς, τῆς ὑπερφώτου τῶν ἔργων
Χριστοῦ καὶ λόγων ἀστραπῆς (61)· Παύλου λέγω,
τοῦ στόματος Ἰησοῦ, τοῦ ὄργανου τοῦ Πνεύματος,
τῆς εὐχεστάτης Θεοῦ σάλπιγγος, τῆς τὰ πέρατα
συγκαλουμένης· τούτου, τ' ἄλλα τε τῆς οἰκουμένης
διούτου μέρη, καὶ τὸν τῆς ζωῆς λόγον ὡς περ τι
θεῖον καταβαλλομένου σπέρμα· ἔτι δὲ πρὸς τοῖς
ἄλλοις καὶ Ἰκόνιον κατειληφῶτος, καὶ παρ' ἀνδρὶ
ξαναγωγουμένου πιστῷ· καὶ ἄρτι μὲν τῷ ἀπὸ γῆς B
τὸ σωράτιον στηριζομένου· ἄρτι δὲ οὐρανίῳ τῶν
ἐπισυναγομένων στηρίζοντος καρδίας· καὶ θεῶν μὲν
ἀθέων, καὶ συνηθείας κακῆς, καὶ δεισιδαίμονος
ἀγωγῆς τὸ θεοστυγὲς διασύροντος καὶ μυσαρὸν·
ὑφῶντος δὲ τὴν δόξαν τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, καὶ τὴν
ἄρρητον σάρκωσιν τοῦ Ἰησοῦ· τό τε ζωοποιὸν πά-
θος καὶ σωτήριον· τὴν τε τριήμερον ἀνάστασιν ἐκ
νεκρῶν, καὶ τὴν τεσσαρακονθήμερον ἀνάληψιν ἀπὸ
γῆς· καὶ τὴν οὐρανόθεν αὐτῆς ἐπιφάνειαν καὶ κρίσιν·
καὶ τὴν δίκαιαν τῶν βεβιωμένων ἀπόδοσιν φιλοσο-
φοῦντος, καὶ ῥήμασι χάριτος ὑμνοῦντος μεττοῖς· ναὶ
μὴν καὶ τὸν ἡδυπαθῆ μὲν καὶ ἀκόλαστον βίον ἐπι-
σκώπτοντος ὡς βδελυκτὸν· τὸν ἄμωμον δὲ καὶ ἀγνὸν C
μακαρίζοντος καὶ παρθενικὸν, ὡς οἰκεῖον ὄντα Θεῷ
καὶ ἀρεστὸν.

Ταῦτα τοῦ ὑψηλοῦ κήρυκος τοῖς πρὸς αὐτὸν εἰσι-
οῦσιν ὁμιλοῦντος· καὶ τινῶν μὲν ἠδέως καὶ προσ-
ηγῶς ἀκροωμένων· τινῶν δὲ πρὸς τὸν λόγον ἀνεπαι-
σθήτως διατιθεμένων· Ἐ[σ]τι δ' ὢν καὶ ὑποτονορουζόν-
των, καὶ πονηρὰ λογιζομένων ἀντὶ ἀγαθῶν, Θέκλα
νεάνις, θυγάτηρ μὲν Θεοκλείας, μνηστὴ δὲ Θαμύρι-
δος, ἐξ ὑπογύου μένουσα τούτοις, καὶ διὰ τῆς θυρί-
δος τὸ οὖς ὑποσχομένη, τῶν Παύλου διδασκαλιῶν
ἐπηκροᾶτο. Καὶ τὸ πρόσωπον μὲν ἔρᾳν οὐκ εἶχεν·
οὕτω δὲ τῆς διδασκῆς καὶ τῶν αὐτοῦ λόγων ἐξήρτητο
μυσταγωγίας, ὡς ὅλην δι' ὅλου τῶν παρόντων ἀπ-
αναστάσιν, πρὸς τὴν εὐαγγελιζόμενον ἀρθῆναι Χρι-
στὸν. Οὕτως ἐκ πρώτης εὐθὺς ἀκοῆς, ὡς τῆς πίστεως! D
ἐξέστη μὲν τῶν οἰκειῶν· ἐξέστη δὲ αὐτῆς· καὶ μήτε
σημείων πείραν λαβοῦσα, μήτε χρόνῳ τὸν λόγον τοῦ
Εὐαγγελίου δοκιμάσασα, ἀλλὰ μηδὲ τὸν εὐαγγελι-
στὴν, τὸ παραδοξότατον, ἡμῶσι τεθεαμένη, οὕτω
κατέθετο τῇ ἀληθείᾳ, καὶ πρὸς αὐτῆς διὰ πίστεως
ἐγένετο, ὡς ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις ἀμνηστεῖν αὐτὴν
πάντα, καὶ βρώματος, καὶ πόματος.

Καὶ μήτηρ μὲν φιλοστόργῳ τινὶ καὶ φιλοφύχῳ
διαθέσει περὶ αὐτὴν εἰσιοῦσα, καὶ στένουσα καὶ δια-
πονουμένη· καὶ τί γὰρ ἡ μήτηρ; πῆ μὲν κολακεύ-
ουσα, καὶ αἰμυλλοῖς ὑποποιουμένη λόγοις. Τέκνον,
ἔββα, φίλτατον· τέκνον ἡδιστόν γ' οὖν καὶ τερ-

Primum itaque virginalem ejus a juventute
conversationem, quin potius, qua Christum pro-
secuta est, dilectionem ac fidem, pro virili nostra
laudamus, ejus nimirum ope, virginitas pariter
vigorque certaminis altiore cumulata flore, ad
apostolicum ipsam summum verticem seu specu-
lam abunde provexerunt. Jam enim magno veri-
tatis præcone, cœlesti vocalissimoque Evangelii
tonitru, luce omni clariore Christi operum ser-
monumque fulgetro, Paulo nimirum, Jesu ore,
Spiritus organo, Dei clarissima tuba, orbis con-
vocante fines : hoc, inquam, cum alias orbis
peragrante partes, ac verbum vitæ velut divinam
quamdam sementem jacente; ac cum præter alia
loca etiam Iconium venisset, et apud virum fide-
lem hospes ageret; ac pane quidem terreno
corpusculum confirmaret, cœlesti vero, eorum
qui ad eum congregarentur, animos fulciret,
inanumque deorum et pravæ consuetudinis, su-
perstitiosæque institutionis, invisum Deo scelus
detestandumque traduceret, Dei que altissimi glo-
riam, et arcanam Jesu incarnationem exaltaret,
vivificamque et salutarem passionem triduanamque
ex mortuis resurrectionem, atque e terris quadra-
gesimo die in cœlos receptionem, rursumque e
cœlis apparitionem, judiciumque ac justam præ-
vitæ meritis in eaque gestis retributionem sapien-
ter declararet, ac verbis gratiæ plenis laudaret :
necnon etiam voluptariam ac libidinosam vitam
velut detestabilem suggillaret, impollutam vero et
castam ac virginalem, tanquam Deo necessariam
eique placitam beatam prædicaret.

Hæc itaque sublimi præcone ad eum aduentibus
perorante, ac cum alii quidem dulciter placideque
audirent, alii vero nullo sermonis sensu afficeren-
tur, alii etiam murmurarent, ac pro bonis mala
cogitarent, Thecla puella, Theocleæ quidem filia,
sponsa vero Thamyridis, e vicino ædes habens,
ac per fenestram aurem accommodans, Pauli doc-
trinis auscultabat. Ac quidem faciem videre non
licebat; sic vero a doctrina ejusque sermonum
institutione pendebat, ut tota prorsus e terrenis,
ad Christum qui annuntiabatur, animo tolleretur.
Sic ex primo statim auditu (o fides!) excessit qui-
dem domo, excessit et seipsa; idque cum neque
signorum experimentum ullum fecisset, neque
Evangelii doctrinam per tempus probasset: ac
neque prædicatorem (rem summe inauditam!)
oculis usurpasset, sic veritati assensit eique per
fidem adhæsit, ut triduo omnium oblita sit, et
cibi et potus.

Mater vero materni quadam amoris vi, impen-
sioresque in eam carnali affectu ingressa, gemens-
que ac quiritans, (quid enim aliud mater?) modo
quidem blandiens, lenibusque verbis demulcens ac
sibi concilians, *Filia*, clamabat, *charissima! Filia*

(61) Τῆς ὑπερφώτου ἀστραπῆς. Fulgur omne vicens lumen. Pauli scitum epithetum.

mihī sane dulcissima, gratissimaque ac desideratissima, quid tibi et peregrino illi ac seductori? Ecquid causæ est, cur ad ejus absurdam hanc ac inauditam fabulationem aurem accommodaveris? Quid est quod excessisti, portentosum hunc horrendumque excessum? Cur tota anima, post seductionis hujus verba abiisti? Revertere ad genitricem tuam, quæ te educavit. Aspice in me, filia mea. Loquere ad me verbum; loquere ad me, viscera meū; abjectaque hac dementia, exsurge ut cibum sumas, o filia! exsurge ut bibas. Quid causæ est cur ita vecors mentisque inops sedeas?

Sic modo quidem obsecrans, modo vero etiā austerioribus ad eam verbis, Cur vero, velut insipientium una, increpabat, teipsam desperans, ac quasi quæ sensum omnem mentis consiliumque perdidideris, sic irrationabiliter sedes? Reverere matrem, quæ in te erubescit. Reverere cognatos, amicos, contemporaneos. Pudeat a facie servorum tuorum. Ubi virgineus pudoris rubor? ubi incessus? ubi gravitas? ubi ordo? ubi prior illa honestas? Nescis esse nos primos inter Iconii cives, totamque ad nos urbis æmulationem spectare, resque nostras cunctorum expositas sermonibus esse, sive illæ fausto ac ominato eeventu, sive secus succedant. Cur ergo te ipsa invidis gaudium, amicis vero reprehensionem ac probrum præbes?

En et sponsus adest. En civium flos, æqualium decus, Iconii oculus. En tuus Thamyris, Thecla. Exsurge, in amplexus rue, osculare. Scito cui sis desponsata, cui nuptialibus pactis obstricta. Ne spe vacuum, ne tuarum expertem gratiarum, ne tuo privatum colloquio virum repuleris.

Thamyris vero, qui et ipse aderat, quid non faciebat, quid non loquebatur, quibus emolli non verat animum atque a constantia tenoreque inflecti? Thecla, aiebat, mihī gratissima, mihī desponsata atque aptata! Convertite aspectum in prociū tuum: reverere vocem sponsi tui. Veni ad me qui amem te, qui te diligam, quique omnia mea omnemque meam substantiam, meque ipsum cum omnibus, tuis manibus credam. Convertere, et vide tuum Thamyrim, Thecla, eique loqui dignare; eodem percipiamus sales; ac, si lubet, nunc statim canamus hymenæum. Sin autem neque hoc lubet, iube mihī, et veniam ad te; quemadmodum ego totus sum ut tibi placeam, tuæ obsequar voluntati, tuo desiderio totus teneor; modo vocem audiam, modo dulcissimam mihī fabulationem, modo consilium tuum sentiam, modo non surdum ad te ingressum, non vanum, non inanem, o charissima, ad te mihī præbeas adventum.

Neque his duntaxat verbis, sed et nutibus ad inflectendum animum compositis allicere studens,

πρότατον καὶ ποθεινότερον· τί σοὶ καὶ τῷ ξένῳ τούτῳ ἀνδρὶ καὶ γόητι; καὶ ἴνα τί πρὸς τὴν αὐτοῦ λαλίαν τὴν ἀλλόκοτον ταύτην καὶ ξένην προσέθου τὴν ἀκοήν; Ἴνα τί ἐξέστης ἐξαισίαν ταύτην ἐκστασιῶν καὶ φοβικῆν; Ἴνα τί ὄλη ψυχῇ ὄλισσω τῶν λόγων ταύτης ἀπήχθης τῆς κλαρήσεως; Ἐπιστρέψον πρὸς τὴν γεννησαμένην σε, τὴν ἀγαθροψαμένην σε· βλέψον πρὸς με, τέκνον ἐμόν· φθέγγξαι πρὸς ἐμὲ λόγον· φθέγγξαι, σπλάγχνον ἐμόν, καὶ ἀποφρίψαμένη ταυτηνὴν τὴν παραφορὰν, ἀνάστηθι ἐπὶ βρωτῶν, ὦ θυγατερ· ἀνάστηθι ἐπὶ ποτῶν· καὶ ἴνα τί οὕτως ἀπονενοημένα κάθη;

Πῆ μὲν οὖν οὕτως παρακαλοῦσα, πῆ δὲ καὶ αὐστηρότερον αὐτῇ χρωμένη, Ἴνα τί, ὡς μία τῶν ἀφρόνων, ἐπέπληττεν, ἐαυτῆς ἀπεγνωκυῖα, καὶ ὡσπερ ἀπολωλυκυῖα σύνεσιν καὶ βουλήν παραλόγως οὕτως κάθη; Αἰδέσθητι μητέρα διατρεπομένην ἐν σοὶ· αἰδέσθητι συγγενεῖς, φίλους, ὀμηλικας· αἰσχύνθητι ἐκ προσώπου τῶν σῶν οἰκετῶν. Ποῦ τὸ πυρθένοισ πρέπον ἐρύθημα τῆς αἰδοῦς; ποῦ τὸ βάδισμα; ποῦ ἡ σεμνότης; ποῦ ἡ τάξις, καὶ ἡ προτέρα κοσμιότης; Οὐκ οἴσθα ὡς πρῶτοι τῶν Ἰκονιέων ἡμεῖς, καὶ ὁ ζῆλος τῆς πόλεως πρὸς ἡμᾶς ὄλος, καὶ τὰ ἡμέτερα λάλημα πᾶσιν, εἴτε δεξιῶς, εἴτε οὖν ἐτέρως ἔχει; Διὰ τί οὖν, χάριμα μὲν τοῖς βασκαίνουσιν, ἔλεγγον δὲ καὶ ὄνειδος τοῖς φίλοις ἐμπαρέχεις σαυτήν;

Ἴδού σοι καὶ ὁ μνηστήρ. Ἴδού τὸ ἄρθος τῶν πολιτῶν, τὸ κάλλος τῶν ὀμηλικῶν, ὁ τοῦ Ἰκονίου ὀφθαλμός· Ἴδού ὁ σὲς Θάμυρις, Θέκλα· ἀνάστηθι, ἀσπασαι αὐτόν. Γνώθι τὸν νυμφευσάμενον, τὸν κατεγγυησάμενον· μὴ κενὸν τῶν ἐπιπέδων, μὴ τῶν σῶν ἀμοιβῶν χάριτων, καὶ τῆς σῆς ἀποπέμφης ἀστοχοῦντα προσλαλιᾶς.

Θάμυρις δὲ παρῶν καὶ αὐτὸς, τί μὲν οὐκ ἔδρα, τί δ' οὐ προσελάλει τῶν ὄσα χαινοῦν οἶδε καὶ καταμαλάττειν ψυχῆν; Θέκλα, λέγων, ἐμοὶ κεχαρισμένη, ἐμοὶ ἡρμοσμένη, καὶ νυμφοστολουμένη ἐμοὶ· ἐπιστρέψον τὸ βλέμμα πρὸς μνηστήρα τὸν σὸν· αἰδέσθητι φωνῆς νυμφίου τοῦ σοῦ· γενοῦ πρὸς ἐμοῦ ταῦ περιληκότος σε, τοῦ ἡραπηκότος σε, καὶ πάντα τὰ ἐμὰ, καὶ πᾶσαν κτῆσιν καὶ ὑπαρξιν, καὶ ἐμαυτὸν πρὸς τοῖς πᾶσι, ταῖς σαῖς ἐγχειρίζοντος χερσίν. Ἐπιστρέψον, καὶ ἴδε τὸν σὸν Θάμυριν, Θέκλα, καὶ λόγου μετάδος· καὶ ἄλλῶν μετάσχωμεν τῶν αὐτῶν· καὶ, εἰ βούλει, αὐτίκα νῦν ἄδωμεν τὸν ἡμέραιον. Εἰ δ' οὖν οὕτως σοὶ φίλον τοῦτο, σύνταξον ἐμοὶ, καὶ ἤξω πρὸς σέ· ὡς ἔγωγε τῆς σῆς ὄλος ἀρεσκείας, τοῦ σοῦ θελήματος, καὶ τῆς ἐπιθυμίας ὄλος εἰμι τῆς σῆς· μόνον ἀκούσω φωνῆς· μόνον τῆς ἡδίστης ἐμοὶ λαλιᾶς· τῆς βουλῆς μόνον αἰσθητομένη τῆς σῆς. Μόνον μὴ κωφὴν τὴν ὡς σὲ εἰσοδόν, μὴ κενὴν, μὴ ἀνήγυτον, ὦ φιλιτάτη, παρασκευάσης μοὶ τὴν παρουσίαν.

Καὶ οὐ μόνον τούτοις τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ καὶ νεύμασι δυσωπητικοῖς ἐπικλίγειν δοκῶν, ἀλλὰ καὶ φιλή-

μασι χαυνωτικοῖς· ἡρέμα δὲ καὶ τῆς ὀθόνης ἐπαφώ-
μενος, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐφελκόμενος, Ἔγειραι, φά-
γωμεν, ἔλεγεν· τάχα γὰρ καὶ ἡ ἄσιτία τὸ πολὺ
μέρος ἐξέστησεν· τραπέζης δὲ μετασχοῦσα, καὶ
ἀγαθυνθεῖσα τὴν καρδίαν, ἑαυτῆς ἔσση, καὶ τὸν
γόητα τοῦτον ἄνδρα καὶ ποτηρὸν, ὡς ἀλήτην καὶ
πλάγον ἀποσεισαμένη, οὕτως τσλείως ἀνακάμ-
ψει ἡμῖν· καὶ τὸν γαμεταῖς προσήκοντα πόθον
πρὸς ἡμᾶς ἀνανεωσαμένη, τῆς νενομισμένης
αὐτίκα συγκυρήσεις ὀμιλίας.

Τί οὖν ἡ παρθένος; ἄρ' ἐπέβλεψε πρὸς τὴν μη-
τέρα; ἄρα τῷ μνήστορι προσέσχεν; ἄρα τινος τῶν
οικείων ἢ φίλων ἠττηθεῖσα, τὸ τῆς ἀκροάσεως ἐν-
τεταμένον ὑπεχάλασεν; Οὐδαμῶς· ὥσπερ δὲ ὀρνέων
ἔχην, ἢ σωματῶν ἀψύχων ψόφον τὰς τοιαύτας ἡγου-
μένη προσλαλιάς, καὶ ὥσπερ δὲ θάμνος, ἢ πέτρα
βαθύριζος, τοῖς ἔλκουσιν οὐχ ἐπομένη, μόνης τῶν
λόγων Παύλου τῆς χάριτος ἐν ἡρεμαίᾳ νοῦ κατα-
στάσει, καὶ συναισθήσει κατήκουε ψυχῆς.

Καὶ ἦν ἄξιον ὄντως τὸ γινόμενον ἐκπλήξεως.
Τρυφερὰ κόρη, ἀμυθήτω κάλλει καὶ ὠραιότητι σώ-
ματος πάσας ἀνθρώπων τὰς θυγατέρας παρευδοκι-
μοῦσα, ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ ἄνθει, ἐν αὐτῇ τῆς
νεότητος τῇ ἀκμῇ· καὶ γὰρ ἦν ἐπίγαμος, εἰς ἐφ-
ήβους ἤδη τελοῦσα· καὶ αὐτῇ, μήτε Γραφαῖς προπαι-
δευθεῖσα, μήτε νόμῳ Θεοῦ καὶ προφήταις παιδαγω-
γηθεῖσα, ὡς μόνον τῆς εὐαγγελικῆς ἐπήρθετο φθογ-
γῆς, καὶ ταύτης οὐ κατ' εὐθείαν, ἀλλ' ἐκ πλαγίας
ἐπ' αὐτὴν λούσης, ἐξέστη μὲν στοργῆς μητρικῆς·
ἐξέστη δὲ πάσης ἐπιθυμίας σαρκός. Οὐ μόνον δὲ,
ἀλλὰ καὶ ἑαυτῆς ἐκστῆσα τῷ πνεύματι, καὶ διανοίᾳ
καθαρᾷ καὶ πιστοτάτῳ νοῦ, τὸν εὐαγγελισθέντα λό-
γον εὐθὺς εἰσδέξαμένη· ἐν αὐτῇ δὲ τοῦτον ἐδρά-
σασα, καὶ ἐδρασθεῖσα παγίως ἐν αὐτῷ, ὠρᾶτο μὲν
ἐπὶ γῆς οὖσα, τοῖς οὖτιν ἐκ γῆς· ἦν δὲ ἐν οὐρανοῖς
ἀληθῶς, καὶ τῶν ἱερῶν Παύλου λογίων, ὡς ἐκ τοῦ
ὑπερουρανίου Θεοῦ κατακούσασα, οὐδεμιᾶς ἡξίου
τοῦς ἀπὸ γῆς φωνοῦντας ἐπιστροφῆς. Καὶ καθάπερ
ἡμεῖς περὶ τῶν ἀναγκαίων τινὸς πρὸς τῶν ὑπερ-
εχόντων ἡμῶν παραγγελλόμενοι, νηπίων ἐνίοτε
καρληρούντων εἰώθαμεν παραφρονεῖν, ἵνα μὴ τοῦ
κρείττονος λόγου διαμάρτωμεν· οὕτως ἡ μακαρία
παρθένος, ὅλον ἀκραίφνως διὰ θερμότητος πίστεως
ἐλλαβομένη τὸν Ἰησοῦν, συνετῶς καὶ πανευλαβῶς
ὑπέχετο τῷ ἱερέϊ κήρυξι τὸ οὖς, ἵνα τοῖς αὐτοῦ
λογίοις, τὸ τοῦ γνωσθέντος αὐτῇ Θεοῦ θέλημα γνοῦ-
σα, καὶ τοῦτο καταπραξαμένη, βέβαιον ἑαυτῇ καὶ
ἄτρεπτον τὸ οὐράνιον ἀγαθὸν διατηρήσειεν.

Σωκροσύνην γοῦν καὶ ἐγκράτειαν, ἀκτησίαν καὶ
παρθενίαν, πίστιν τε καὶ ἀγάπην, ὡς βεβαιοῦντα
Χριστῷ τὴν ψυχὴν ἐπακούσασα μακαριζόμενα, ἔρ-
γοις αὐτίκα καὶ πράξεσιν, τὴν ἱερὰν μετῆσι διδα-
χὴν· καὶ τῆς ἐγκρατείας περιείχετο, καὶ τῇ παρ-
θενίᾳ προσεφύετο, καὶ τὴν ἀκτησίαν ἡρετιζέτο· δι-
ὼν εἰς πίστιν τοῦ ἀγαπωμένου κραταιουμένη Χρι-
στοῦ, ἐκπληκτος μὲν ἐδόκει τοῖς εἰς αὐτὴν ὀρῶσιν,
ὅλη δὲ ἄρα ἦν ἐξεστῶσα τῇ θεωρίᾳ τοῦ Θεοῦ.

sed et mollibus osculis, sensim vero etiam appre-
hendo linteo ad seque trahens, Surge, edamus,
aiebat, forte vero inedia magnam partem stuporem
injerit. Ubi autem mensæ particeps, meliore jam
animo facta fueris, tua ipsius eris, huncque virum
præstigiatores ac nequissimum, velut seductorem
planumque submovens, sic perfecte ad nos redibis,
instauratoque amore conjugali, consuetum sermonis
usum continue recuperabis.

Quid igitur virgo? Num ad matrem respexit?
Num ad procerum animam attendit? Num ulii ce-
dens necessariorum aut amicorum, auditus rigo-
rem relaxavit? Nequaquam; sed velut passeru-
lorum stridulas voces, inanimumque corporum
fragorem istiusmodi verba alloquentium ducens;
sed et sicut fruticetum, aut petra alta radicata
humo, trahentem non sequitur, solam verborum
Pauli gratiam, tranquillo mentis statu atque
animi sensu audiebat.

Eratque sane quod gerebatur ejusmodi, ut stu-
porem merito ingereret. Nempe puella delicata,
immensa pulchritudine ac corporis venustate omnes
hominum filias longe superans, in ipso ætatis flore,
in ipso juventutis vigore (etenim virgo nubilis erat,
inter ephebos jam constituta), hæcque adeo, cum
nec ante Scripturis erudita fuisset, nec Dei legæ
atque prophetis instituta, ubi solum Evangelii so-
num percepit, eumque non recta, sed ex obliquo
ad eam venientem, materna continuo excessit amo-
ris vi; omni vero carnis cupiditate excessit: neque
id solum, sed et ipsa seipsa excedens spiritu, men-
teque pura ac fidelissimo animo, quam audierat,
statim arrepta doctrina, atque illius sinu alte col-
locata, ipsaque in illa firmiter constabilita, videba-
tur quidem in terra versari, his qui erant de terra,
vere tamen in cælis versabatur, sacrisque Pauli
eloquiis velut ex supercælesti Deo auditis, ne vel
minimum converti ad eos dignabatur, qui vocabant
de terra. Ac sicut nos, dum a viris principibus ac
majoribus necessariorum quidpiam jubemur, in-
fantium quandoque nugas ac deliria contempnere
solemus, ne per illa majoris momenti sermonem non
satis assequamur; sic beata virgo, quæ totum sin-
cere ferventissimo fide animi sinu accepisset Jesum,
prudenter omnique reverentia ac religione ejus præ-
coni aurem præbebat, ut illius eloquiis, Dei illi
cogniti cognita voluntate, eaque exsecuta fir-
mum sibi ac immobile cæleste bonum servare li-
ceret.

Castitatem igitur et continentiam, paupertatem
et virginitatem, fidemque et charitatem prædicari
audiens, ut quæ Christo animum firmiter astringe-
rent, opere statim ac actione sacram colens doctri-
nam, continentiam studebat, ac virginitati animum
adhibebat, atque paupertatem sibi deligebat: qui-
bus in Christi prædilecti roborata fide, stupore eor-
repta atque percita cernentibus in eam videbatur,
cum utique Dei contemplatione tota excessisset.

Quid igitur Thamyris? Amara inde æmulatione, A iraque et furore impletur. Ejusmodi enim est corporis philtum. Quandiu quidem adest quod in deliciis est, velut ignis illius cupiditate accenditur, quod amoris habetur; sed autem desiderato frustratur, mutata statim passione, desiderii flammam in iræ ignem accendit, adversus eum qui illius inhibere cupiditatem existimatur. Sic et ille æmulatione exæstuat, furit, injuriam queritur, incenditur, totumque succendit Iconium, omnemque populum civitatis, ac turbæ omnem adversus eum concionem cogit, a quo læsus injuria videbatur. Ubi diluxerat, Onesiphori domum irrumpit, injuriis, minis, maledictis procaz, turpissime Paulum se multatum jurans; trahens primum in forum et ad principes civitatis, pestem eum accusans ac civitatis B corruptiorem; adhuc vero etiam ejus, quæ illi desponsata esset; eundem postea etiam ad præsidem ducens. Quodque coactum judicium erat, præsesque pro tribunali sedebat, ac præsto judices assessores erant, populusque circumfusis stabat, ac præcosilentium indicebat, Paulusque adductus in judicium erat, Thamyris acensans ait:

Nec vestram potentiam, magnificentissimamque mentis solertiam, nec præsentium quemquam ignorare arbitror, quæ mearum rerum sunt. Scitis vero, tum mihi genus splendidum, tum longe gravem esse substantiam, honoremque, qui ipse opum affluentia paribus modis respondeat. Accedit et formæ venustas ipsa elegans, cunctaque illustra, ac cuncta conspicua. Ac ne verbis obtundere videar, mea omnia ejusmodi sunt, ut merito amorem cieant ac æmulationem. Sed et mihi uxorem despondi. Nostis omnes Theocleam; ejus filia addictus sum. Parata jam omnia; tempusque nuptiarum aderat, ac cuncta ad eas ambitioso cultu instructa. Repente vero malo genio homo iste hominibus lues, mihi que præ cunctis exitium (fabellis enim dilutis uxores dementans, virgines seducens; has quidem non sinit legitimis nuptiis viris copulari, illas vero viros contemnere facit), cum omnibus etiam meam Theclam corrupit; Theclam mihi sponsam a sana mente dejecit. Siquidem igitur sinatur hic vivere, præstantissime præses, nec urbem habiturus es. Corrupt Iconium, periit et omnis circumvicina regio: neque id modo, sed et omnis provincia atque civitas, D si ad illius legis ritum mores componere in animum inducat, haud evaserit quin tempore liberorum orbitate intereat. Etenim si nuptiæ in causa sunt ut petente sit humanum genus ac generatio, quæque ex aliis aliorum successio est; nimirum cælibatus liberorum orbitatem inducit, universique generis interitum affert.

(62) Τὸν Ὀνησιφόρου κατέλαβεν οἶκον. Hunc Onesiphorum existimat Baron, ipsum esse qui a Paulo nominatur, ut ad Tim. I et IV, quique martyr habetur in Rom. tabulis 7 Sept. Sola conjectura est. Menæa illo die, jungentia Evodio, primo post Petrum Antioch. episcopo: Τὸν δὲ Ὀνησιφόρον, ὃν ἔν τῇ πρὸς Τιμόθεον Ἐπιστολῇ ὁ Ἀπόστολος παρ-

ιβ'. Εὐθὺς δὲ κάμψας ὁ Μακάριος τὸ γόνυ πρὸς τὸν Θεόν, καὶ τὰς ὁσίας χεῖρας ἐπάρας εἰς τὸν οὐρανόν, ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας καὶ γλυκερῆς δάκρυσιν ἐξωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ· εὐχαριστῶν μὲν ἰσχυρῶς ὑπὲρ τῆς σταθερότητος, ἧς ἄχρι τῆς ὥρας ἐκείνης ἐνεδειξάτο· δεόμενος δὲ ἐπὶ ταύτῃ τελειωθῆναι τῇ ὁμολογίᾳ· καὶ τὴν ψυχὴν μὲν τῆς ἀποκειμένης τοῖς μάρτυσιν ἀναπαύσεως μετασελῆν· τὸ πολυπαθὲς δὲ σωματίον σεμνὸν τόπον εἰς κατάπαυσιν λαλεῖν· φυλακτήριον δὲ τοῦτο τῇ αὐτοῦ πόλει προσηύξατο δι' αἰῶνος χρηματίσαι· νόσων τε παντοδαπῶν ἰατήριον καὶ πάντων ἀλεξτήριον κακῶν. Προσηύξατο τοῖς εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβοῦσιν τὴν διὰ πίστεως σωτηρίαν, καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι τὴν διὰ μετανοίας ἐπιστροφὴν, τοῖς ἄρχουσι δικαιοσύνην· εὐπειθειαν τοῖς ἀρχομένοις, τοῖς πλουσίσι τρόπον ἐλεήμονα, τοῖς πένησιν ὑπομονὴν καὶ καρτερίαν, χαίρουσιν εὐχαριστίαν, λυπουμενοῖς παραμυθίαν, πλέουσιν εὐπλοίαν, ὁδοιποροῦσιν εὐοδίαν, τοῖς ἐν πολέμῳ τρόπαια νίκης, τοῖς εἰρηνεύουσι συντονίαν πρὸς πᾶσαν εὐσέβειαν καὶ δικαιοπραγίαν. Πᾶσιν ἐπεύχεται Χριστομιμήτῳ χρηστότητι τὰ χρηστὰ καὶ λυσιτελῆ, ὡς τέλειος Χριστοῦ μαθητῆς· ὡς φιλόπατρις, τῇ πατρίδι τὴν ἀπὸ κινδύνου παντολύτρωσιν· μάλιστα δὲ τοῖς γνησίως αὐτοῦ μνημονεύειν μέλλουσι, καὶ τῇ τῶν λευφάνων θήκῃ πελάζουσιν οἰκοδομαῖς· τε χαρίζεσθαι, ὕμνοις τε καὶ θυσίαις δεξιούσθαι· τούτῳ προσιοῦσι, πᾶσαν δεξιάν χάριν καὶ σωτήριον ἐπεύχεται δωρεάν.

κ'. Οὕτω προσευξάμενος ὁ θεὸς ἀνῆρ, καὶ ἐπὶ πολὺ τοῖς παρστούσι τῶν ἱερῶν ἀγγέλων ἱερῶς συνηδόμενος, καὶ νοερῶς κατατερπόμενος, εἶτα τρίτη σφραγίδι τὸ θεοειδὲς πρόσωπον σημειωσάμενος (ὡ τῆς τότε τὸν τόπον ἐκείνον πληρωσάσης μυστικῆς Θυμηρίας καὶ δοξολογίας), τὴν ἀγίαν αὐτοῖς ὁ ἅγιος παρα-

explicare nitatur Combefisius. Atque hinc suspicor, hunc esse Græcum Nicetæ rhetoris ornatum.

τίθεται ψυχὴν. Ταύτην μὲν οὖν εὐθύς ὁ παράδεισος εἶχε τοῦ Θεοῦ, τῷ Βασιλεῖ τῆς δόξης ἀνοσφθέγκτω χαρᾷ προσιοῦσαν, καὶ πανευαγῶς αὐτῷ προσκυνοῦσαν, καὶ τῷ τῆς ἀφθαρσίας στεφάνῳ τῇ Δεσποτικῇ καταστερομένην δεξιᾷ· ταύτην αἱ νοεραὶ πᾶσαι τῶν οὐρανῶν Δυνάμεις ἐπήνεσαν, καὶ ὡς νικηφόρον ἢ Χριστοφόρον ἑαυταῖς προσπικεύσαντο. Ταύτην ἀπόστολοι μὲν, ὡς ἀποστολικιώτατα βιώσασαν, ἀσμεναιότατα [ἀσμενέστατα] δεξιούμενοι περιεπτύξαντο· Μαρτύρων δὲ χοροὶ ἱεροὶ, ὡς οἰκεῖον αὐτῶν μέλος, καὶ τὸ τιμιώτατον ἀποδεχόμενοι τῶν μελῶν· καὶ τῷ πνεύματι συναρμολογοῦντες ἑαυτοῖς καὶ συμβιβάζοντες τῆς αὐτῆς αὐτοῖς δόξης καὶ μακαριότητος μέτοχον δι' αἰῶνος ἐκκληρώσαντο· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ προφητῶν καὶ ἁγίων θίασοι πάντων, ὡς τῆς Ἰσῆς αὐτοῖς ἀγιότητος ὑπερβαλλόντως μετέχουσαν ὀρῶντες, τὴν αὐτῆς ἀνάλυσιν καὶ ἐνδημίαν πρὸς τὸν Χριστὸν, λαμπρὰν ὅτι μάλιστα καὶ θεοπρεπεστάτην συνεχρῆτησαν ἑορτήν.

κα'. Τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον ἡ τρισολβία ψυχὴ τῆς τοῦ οὐρανίου Πατρὸς κατακληροῦται μονάς· ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο καὶ ἀθλοφορικὸν σκῆνος, ἢ οὕτως εἰς γῆν πεσοὺν παρεώραται, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς μάρτυρας τετίμηται· ὥσπερ δὲ τέρασι μελίσσει καὶ ἀφθονωτέροις λάμασιν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ περιλοτίμηται, οὕτω καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων τιμαῖς, ἀπάντων ὀλίγου δεῖν τῶν ἀθλοφορικῶν σωμάτων τὸ ἐπιδοξότατον ἠνέγκατο. Τότε μὲν γὰρ αὐτοῦ που πλησίον τῆς πόλεως γῆς βάθεισιν ὑπὸ τῶν εὐσεβούντων ὁ πολῦτιμος ἐντίμως καταχωσθεὶς θησαυρὸς, οὐμενοῦν ἀφικτὸς ἢ τινι γέγονεν ἐξ ἐκείνου θεωρητὸς, οὐ μὴν ταῖς ἀγαθουργίαις τῶν αὐτοῦ θαυματοποιῶν οἶός τε γίνεται λαθεῖν· ἀλλ' ἐκτενεστάταις μὲν ἰκασίαις τὸν Κύριον ἐνθὸν ὁ ὀθλοφύρος ἰλεούμενος, ἐξω δὲ ταῖς ἐπὶ τοῦ τάφου τελουμέναις λάσεσι δυσωπῶν, καὶ τοιούτοις πάλαι τὴν αὐτοῦ πόλιν ἐξ ἀπιστίας εἰς ὀρθότομον πίστιν καὶ ἀνυπόκριτον μετάγων, οὐδὲ μέχρι τοῦ νῦν ὁ θαυμάσιος διαλείπει. Λέγεται γὰρ, ὃ καὶ ὀρώμενον πιστεύεται, ὅτι ἐκάστης τοῦ ἐνιαυτοῦ περιτροπῆς τὴν τοῦ ἁγίου μνήμην ἐπαγούσης, δέησις περὶ τὸν ἱερὸν τάφον, ὑπὸ τοῦ ἱεροῦ παντὸς ἀναπέμπεται λαοῦ· ἀφνω δὲ χοῦς ἐν ἤχη τινὶ ξέῳ καὶ βοιζήματι πνεύματος ἐκ τοῦ βάθους κάτωθεν ἀναδίδεται ἢ ἀναρρίπιζεται, οὕτως σφοδρῶς ἐκφυσώμενος, ὡς καὶ τοὺς περὶ τὸν τάφον καιομένους λαμπτήρας, τῇ ἐπιπνοῖᾳ κατασθένυσθαι· αὐτὸ δὲ τὸ τοῦ τάφου στόμα, καὶ τὴν καλύπτουσαν λαρνακοειδῶς οἰκοδομίαν, ἀνάμιστα τοῦ ἱεροῦ χοῦς, καὶ τῆς τιμίας ταύτης κονίας εὐθέως ἀποδείκνυσθαι.

κβ'. Ἄξιον καὶ τοῦτο τῇ ἱστορίᾳ παραδοῦναι, ὡς οὐ πρὸ πολλῶν τούτων ἐτῶν, τῆς ἐτησίου κονίας ἀναδραττομένης, καὶ τὸν μέγαν τῆς χειρὸς δάκτυλον τοῦ θαυμαστοῦ Μάρτυρος κάτωθεν συναναδῆναί,

A mum. Hunc vero statim Dei paradiscus habuit, Regi gloriae, nulla verborum vi explicabili gaudio, accedentem, eique religiosissimo habitu cultum adhibentem, atque incorruptionis coronam Dominica dextera suscipientem. Hanc coelestium potestatum mentes omnes laudaverunt, ac velut victoriae trophaea, aut Christum ferentem, suis domesticam caetibus asciverunt. Hanc et apostoli, quae apostolicis praclarissime muneribus vitam egerit, placidissime accipientes complexi sunt. Sacri martyrum chori, velut proprium ipsorum membrum recipientes membrorumque nobilissimum, ac sibi ipsis spiritu concinnantes ac committentes, ejusdem sociam gloriae ac beatitudinis in aevum nacti sunt. Neque id modo, sed et prophetarum sanctorumque omnium chori velut parisi illis sanctitatis gratiis eximie auctam conspicientes, ejus ad Christum solutionem ac emigrationem, claram maxime divinissimamque festivitatem ac tripudium celebrarunt.

21. In hunc itaque modum ter beata anima caelestis Patris mansiones sedesque consequitur: at neque sacrum illud ac triumphale tabernaculum, vel sic in terram cadens spreum est, vel pari martyribus reliquis honore decoratum: sed sicut majoribus prodigiis uberioribusque sanitatum gratiis Christi munere honestatum est, sic et humanis honoribus ac obsequiis, cunctis fere victoria inclitorum martyrum corporibus majori gloria illustrius habitum. Ac tum quidem illic loci prope civitatem aggesto tumulto pretiosus thesaurus fidelium manibus honorifice conditus est: ac quamquam inaccessus, nullique eo ex tempore re conspectus est, per ejus tamen mirabilium operum benefica munera laud fieri poterat ut lateret. Quin jugibus contentisque supplicationibus intus Dominum martyr triumphalis placans, forisque in sepulcri memoria sanitatum munere permovens, hisque olim suam civitatem ab infidelitate ad rectam sinceramque fidem traducere, hactenusque vir admirandus non cessat. Aiunt enim (cui rei et ipse visus praestat fidem) vertente anni tempestate, qua ejus celebris memoria agitur, sacrae plebis circa sacrum tumulum obsecratione, repente insolito quodam sonitu, flatusque stridore ex imis sursum pulverem erumpere (12) seu exsufflari tanta vehementia, ut et tumulo circumpositas accensas faces spiratione exstinguat; ipsumque tumuli os, urnaeque in modum operientem fabricam, sacro pulvere pretiosoque cinere confestim adimpleat.

22. Dignum vero et istud commentario consignare; ante nimirum non multos hos annos (13), annuo pulvere erumpente ac ebulliente, dextrae quoque admirandi martyris majorem digitum una

(12) Idem fere miraculum narratur de sepulero S. Raymundi de Pegasus, uti dictum est ad diem 7 Januarii in ejus Actis, cap. 8.

(13) Hinc patet, cultum ejus Amastride adhuc floruisse saeculo nono.

ascendisse, ita integrum sanumque, ac si vivente recens dextera amputatus esset. Sic vero ascendisse arbitror, ut sancti eo loco corpusculi depositionis certiores faceret fidem, et ad templi fabricam fideles animaret. O sanctum pulverem in sancti pulvere imbutum sanctitate, qui universo populo distribuaris, parique cum sancto corpore virtute polleas! O pulvis, natura quidem terrenus, at cœlestis virtute atque potentia! Pulvis nimirum, mannae, quod olim e cœlo pluebat, gratia venerabilior, sanctimonia religiosior, virtute potentior efficaciorque. Nam illud quidem ad alenda corpora ac conservanda cœlo pluebat; hic vero, non solum ad corpora (a frigoris maxime æstusque tabe) curanda, verum etiam ad abundantem animis firmitatem præstandam ac illustrationem.

23. At, o martyrum omnium decus inclytum, fidelium gloriatio contritioque infidelium! O venerandæ patriæ bona stirps, imo vero stirps sancta, suo munere pravam patriam in bonitatem vertens, impuramque castam reddens ac sanctam, inhonoramque honorans! Stirps pretiosa cœlestisque Patris tui vere plantatione digna, quasi palma, jugi virtutum flore vernans, ac quasi cedrus secus aquas, infinitis sanitatum fructibus exuberans! O lapis pretiose vereque summo angulari digne lapide! Lapis, cui nomen cum Hyacintho commune (14); illo, inquam, Hyacintho, qui undecim pretiosis lapidibus, utrinque ordine digestis, annexus, summi pontificis rationale iudicii una componit! Lapis sancte, qui juxta Isaiam super terram volvaris, Amastridis murus vallumque; sive potius turris coronaque, omnes hostium capiendis urbibus machinas, arietes, catapultas, balistas aliaque propellens! Paphlagonum alta sublimitas eximiusque decor, imperii corona, sacerdotii laus ac gloriatio, nostrorum, quæso, etiam suscipere digneris sermonum primitias; ac vel si nihil tua dignum magnificentia exhibeant, prorsus tamen tibi charissimas, quod e vicinio fructus existant. Ac reliquis quidem, quæ illis prius a summo omnium Rege precatus es, præstare ipse ne cessaveris, quippe cui facultas non desit, quam inde acceperis: vicinis autem atque civibus, uti magis tibi fide ac charitate consentis, majorem bonorum Dei munerum copiam subministra, in Patris et Filii et Spiritus sancti gloriam, in sæcula sæculorum. Amen.

Α οὕτως ἄρτιον καὶ ἀλόκληρον, ὡς ἄρτι τῆς αὐτοῦ ζωσῆς ἀφαιρεθέντα δεξιᾶς· ἀνάβη δὲ, πίστιν τε, οἶμαι, τελειότεραν παρεχόμενος, τῆς ἐνταυθοῖ τοῦ Ἁγίου καταθέσεως, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ναοῦ διεγείρων τοὺς πιστοὺς κατασκευὴν. Ὁ χοῦς ἅγιος, ἐν τῷ τοῦ Ἁγίου ἁγιαζόμενος χοῦ, καὶ παντὶ τῷ λαῷ διαδιδόμενος, καὶ τῷ ἁγίῳ ἰσα σώματι δυναμούμενος. Ὁ χοῦς, τὴν φύσιν μὲν χοϊκὴς, οὐράνιος δὲ τὴν δύναμιν· χοῦς, τοῦ οὐρανοῦ πρῶτην ὑομένου μάνα τὴν χάριν αἰδεσιμώτερος! τὸν ἁγιασμὸν σεβασμιώτερος, τὴν δύναμιν δραστικώτερος· τὸ μὲν γὰρ εἰς σωμάτων ὕετο θρέψιν τε καὶ συντήρησιν· ὁ δὲ, οὐκ εἰς σωμάτων θεραπείαν μόνον, φύχως τε μάλιστα καὶ καύσωνος μαρασμοῦ, ἀλλὰ καὶ εἰς διαρκῆ ψυχῶν στηριγμὸν καὶ φωτισμὸν.

B

κγ'. Ἄλλ', ὃ πάντων μαρτύρων ὠράϊσμα, πιστῶν δὲ ἀγαλλίαμα, ἀπίστων δὲ σύντριμμα· ὃ πατρίδος σεμνῆς ἀγαθὸν φυτὸν· μᾶλλον δὲ φυτὸν ἅγιον, τὴν πονηρὰν ἀγαθὴν δι' ἑαυτοῦ πατρίδα, καὶ τὴν ἀναγνον ἀγνίσαν, καὶ τὴν ἀτιμὸν τιμῆσαν· φυτὸν τίμιον, καὶ τῆς τοῦ Πατρὸς σου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς φυτῆρας ἀληθῶς ἄξιον, ὡς φαίνεταίς ἀειθαλέσιν ἀνθῶν ἀρεταῖς, καὶ ὡσεὶ κέδρος παρ' ὕδατα τοῖς ἀπείροις τῶν λαμάτων πληθυνόμενος καρπῶν! Ὁ λίθε τίμια, καὶ τοῦ ἀκρογωνιαίου τῷ ὄντι ἐπάξια· λίθε, τῷ Ἰακίνθῳ ὁμώνυμε· ἐκείνῳ, τῷ τοῖς ἑνδεκά συστοίχοις τιμοῖς συνηρητημένῳ λίθοις, καὶ τὸ λογεῖον τῆς κρίσεως τοῦ ἀρχιερέως συγκατασκευαζομένου τοῦ μεγάλου· λίθε ἅγιο, κυλιόμενα ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸν Ἠσαίαν, τῆς Ἀμάστρας τὸ περιτσίχισμα καὶ περίφραγμα, μᾶλλον δὲ πύργωμα καὶ στεφάνωμα, πάσας ἐλεπόλεις καὶ μηχανὰς ἀποκρουόμενον ἐχθρῶν· τῶν Παφλαγόνων τὸ ὕψωμα καὶ καλλῶπισμα τῆς βασιλείας ὁ στέφανος, τῆς ἐρωσύνης ὁ ἔπαινος καὶ τὸ καύχημα, δέχους καὶ τὴν τῶν ἡμετέρων ἀπαρχὴν λόγων· καὶ εἰ μὴδὲν τῆς σῆς ἄξιον μεγαλοπρεπείας ἐπιφαίνουσας, ἀλλὰ φίλην γέ σοι πάντως οὔσαν, τῷ ἐκ γειτόνων εἶναι καρπὸν, καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις πᾶσιν, ἃ πρὸς τοῦ Παμβασιλείως πρότερον ἐπηύξω, μὴ διαλίπης αὐτὸς ἐνεργῶν· δύνασαι γὰρ ἐκαῖθεν λαθῶν· τοῖς γείτοσι δὲ καὶ πολίταις, ὡς μὲν ἀνηρητημένοις τῆς πίστεως καὶ ἀγάπης τῆς σῆς, πλείω τῶν ἀγαθοδῶρων Θεοῦ ἀγαθῶν τὸν περιουσιασμὸν ἐπιχορήγησον, εἰς δόξαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

D

ORATIO XX.

Laudatio magni Gregorii, Constantinopolitanæ urbis archiepiscopi, cognomento Theologi (1)

Magnum Theologum laudaturus accedo, tametsi is laudibus eminent. Æquum enim; nec vero duntaxat æquum, sed ut etiam maxime deceat oratione defungi viro eloquentissimo, omnisque eloquentiæ

regulæ ac magistro. Nec quod sit necesse, ut nedum ipsi, qui tantis ab illo partibus delicismus, sed et qui ad summam magnifici animi præstantiam evasisse videntur, ab eo quod est pro dignitate

(14) Satis clara hic est allusio, sicut etiam fuit in exordio, ad S. Martyris nomen, et pretiosum lapidem hyacinthum. De allusione ad flosculum ejusdem nominis jam diximus (not. 1).

(1) Ex codice Mazarinæo, Fr. Combefisio interprete, in Bibliotheca Patrum concionatoria, tom. VI, p. 616.

exerrent; idcirco inhibendus conatus, segniusque A
agendum quam ut rem aggrediamur. Magnum enim
ingensque est, ut vel temperate, in iis quæ maxima
sunt, vim argumenti tractes: nedum ut pro operum
merito exsequaris. Quia enim vero ille Dei Verbo
tum genitus, tumque perfectus, viventi Deo Verbo
necessitudine conjunctus est, quomodo non rationi
convenientissimum, ut pro virili nostra, ac quantum
assequi licet, honorem, qui ex sermonibus dicendi-
que facultate est, illi tribuamus? Laudetur igitur;
quippe æquum sanctumque, ut is, qui operibus
ac sermonibus, quoad vita superstes fuit tuendis
Verbi partibus labores, ac mœstias nimium
quantas jugesque sustinuit, laudibus quoque ex
eloquentia, sermonumque vi corrogatis ceu floribus
exornetur.

Porro Gregorium dico, divinæ summeque princi-
pis cognominem theologiæ; sive, ut loquar verius,
ipsam re ipsa theologiam. Quemadmodum enim vera
illa lux²⁵ pro nobis atque nobiscum orta, cum sit
sapientia, et justitia, et redemptio²⁶, sic potius,
quam ex illis deducto nomine nuncupata est. Sunt
enim divina hæc nomina ejusmodi, ut præpollcant,
divinisque aptiora existant, in quibus essentia cum
operatione pariter concurrat. Sic quoque vir hic
divinus, qui totam mentis vim eximie divinissimæ-
que theologiæ contemperaverit, totamque eam ani-
mo intelligenti expresserit, quinimo totus ab ea
comprehensus sit, velut ipsa re ipsa theologia tum
est, tum nominatus fuit. Qui igitur fiat, ut quæ ad
illam spectat laudatio, non recto tramite ad istum
evaserit? Theologiæ autem laudatio, ipsius sit per-
fecte, ac quam perfectis loquuntur²⁷, divinæ prin-
cipis sapientiæ celebratio; cujus iste amator, qua
nescio an ullus præstantia, ex eo hominum genere
qui a sæculo philosophiam colere statuerunt, effe-
ctus, viasque scrutatus, atque incertorum ac oc-
cultorum²⁸ illius mystica sacraque ratione scien-
tiam edoctus, sic mentis sensu, divineque interioris
perfectionem hominis adeptus est, ac par erat cum
adipisci, qui superna sapientia parente supremæ
virtutis cultu natus erat. Velut enim divinum vehi-
culum, sive eximius divinissimo Verbo eximia vite
ratione, verbique luce partus, evaserat.

Qua igitur ratione is, qui solari globo oculi vim D
deligit, simul quoque concretam illi lucem neces-
sario luminum acie attingit, sic qui laudis obtentu
in magnum Gregorium linguam laxaverit, Theolo-
giæ quoque in eo sedem habentis, sive sapientiæ
atque virtutis, dubio procul pariter laudes aggredi-
tur. Hæc enim non eorum qui foris sunt sapientum
typo, sed plane apostolica norma, neque Græca
ambitione, sed lege evangelica scitisque ejus, con-
templatione pariter ac actione, velut natura essen-
tiaque Gregorio conserta, eique concreta apparue-
runt. Parum abest, quin et hæc Gregorius dicatur to-
tus ex toto his commistus, ut vix ab eis subtili mentis

cogitatu dirimatur. Quemadmodum enim hocce
aeris corpus, solis radiis fulgoribusque imbutum,
totumque ex toto exsurgentis inde ac emicantis
splendoris corusco plenum, unam lucis plenam
aream oculis representat; ita et iste, spiritualibus
hisce radiis magni justitiæ Solis aciem intendens,
omnemque ejus, quem nemo capiat, eximia quadam
ratione claritatem capiens, animique essentiæ cor-
pore vacanti commiscens, tanto magis, eo, quem
diximus, aere, suæ illi conjunctior luci ostenditur,
quanto aer brevi temporis intervallo aspectabili
luce perfusus, illa migrante, noctis mox tenebris ac
caligine impletur; hic autem semel, iis, quos dixi-
mus, radiis animum adhibens, sicque mentis feli-
citate eorum fulgore illustratus, ut lucis (nempe
spiritalis) filius evaserit, ejus scilicet quæ in illo
ratione nullis verbis explicabili, formata, sive si-
gnata sit, indivisus a parente in sæculum manet;
luxque spiritualis ac pura, non sibi ipse duntaxat,
sed et his qui illi animum attendunt, efficitur at-
que cernitur.

Cum igitur istud in eum pulchre dictum sit,
fidemque meruerit; age jam nos quoque spiritales
intelligentiæ radios, spiritualibus intelligentis animi
manibus rapientes (radios scilicet Gregorio quidem
emicantes, at qui e cælo ad nos usque pervadant)
sermonemque virtutis, ac sapientiæ summitati la-
xantes, ejusque sacre Theologiæ profundo intentam
mentem adhibentes, atque inde velut claris nobis
collectis fulgoribus, id est, divinis illustrationibus
affulgentibus, præclaras Theologi res atque merita
pro eorum tum sublimitate, tum latitudine contuen-
tes, atque in eum rectis mentis oculis ac irretortis
intendentes, proprium ei ac conveniens munus
charumque, laudum primitias offeramus.

Ac vero diligenter attentam mihi aurem, ac bene-
volentem animum, mentem denique mundanis
seu carnalibusurbationibus liberam mundamque
exhibete, quotquot merito theologicis oblectari
canticis atque laudibus peroptatis. Plane enim
oratio, uti quæ honesta sunt sincere laudantibus,
sic vero etiam prudenter ac cata mente audienti-
bus, longe utilissima ac salubris existit.

Quæ enimvero ab imis haud secus ac corpus um-
bræ assectantur, ceu quæ ad eorum quæ dicta sunt
laudem non admodum conferant, omittenda operæ
pretium dūco; cum et præterea multi jam ea con-
scripserint, sintque omnibus conspicua, tametsi
nos minime eloquamur. Quænam vero hæc dico?
Putat, patriæ majestatem ac præstantiam, non quam
is quem laudamus, inde percipiat, sed qua ipse illam
potius excellentia virtutis impartiverit. Etenim,
quemadmodum non ea ratione illustris Christus,
quod natus in Bethleem, secus vero illa ejus clara
cunabulis orbique celebris evasit; sic et Gregorius,
non propter Nazianzum, ex qua duxit originem,
honestatis cumulo aliquid accepit; quin illa propter

²⁵ Joan. 1, 9. ²⁶ I Cor. 1, 30. ²⁷ I Cor. 11, 6. ²⁸ Psal. 1, 8.

Gregorium in orbis usque fines sui claritatem nominis protulit. Modum, quo in lucem susceptus : maternis enim precibus, ac fide, haud secus ac quæ Verbo præcurrit vox, aut velut sacer ille ex utero Samuel, impetratus, earumque dubio procul partus audiit ac effectus. Urbanam educationem, scitamque, ac qua educari eum decebat, qui sacrosancta decensque virtutis officina futurus erat. Ingenium subtile, ac capacissimum in juvene, ac tenero corpore ; animique solertiam tantam, sagacitatem ac præstantiam, quanta eum statim designari decebat, qui divinum ac magnificentum sapientiæ delubrum exstruebatur.

Ad hæc varias disciplinæ causa perégre susceptas profectioes ac itinera ; puta, Nazianzo Cæsaream ; indeque in Palæstinam ; exque Palæstina Alexandriam ; Alexandria in Græciam, Athenasque magnum illud doctrinarum decus, ac earum reginam ; ubi divino Basilio paris disciplinæ causa ille peregre agenti congressus, illiusque usus consuetudine, nedum lecti, victusque, ac mensæ socium habuit, sed et pulcherrimarum disciplinarum, omnisque virtutis concordiam mentis proposito, unaque animi conspiratione æque illi particeps accessit. Athenis vero Byzantium, urbem scilicet jam fere summam orbis arcem, in quam, uti reliquæ terrarum divitiæ ac ornamenta pro augustæ urbis majestate convenienter inferebantur, sic quoque tunc quod universis præstantius est, litteræ scilicet ac doctrina, ceu ad præstantissimam urbium in eam commigrabant.

In his itaque Gregorium, viros adeuntem scientia præstantissimos, iisque dantem operam ; atque omni arte grammatica poeticaque abunde exercitatum ; oratoria summe excultum, vimque omnem sermonis, elegantiamque, ac facundiam commodissime adeptum ; itemque philosophiæ, non quidquid duntaxat organicum est, atque ad mores ac naturam spectans, verum etiam quidquid magis eximium spiritaliusque, sublimissime contutum, mentisque intelligentia assecutum : qui denique cujusvis disciplinæ, omnisque (ut verbo dicam) Græcorum sapientiæ ac scientiæ potissima quæque decerpens, hisque ipse sibi ad ea contemplanda quæ vim mentis excedunt præclare admodum viam muniens, sic totam quidem mentis suæ vim ac intelligentiam, Trinitati, quæ ipsum antequam etiam nasceretur scivisset, sacrumque sibi Theologum prædestinasset, perfecte addixerit ; patriæ vero ac parentibus castum hoc corpusculum, majorique animum præfulgentem castitatis luce reddiderit. Hæc quidem, cui libuerit, narret ac philosophetur ; rudimentariis velut actionibus, defunctoriisque viri magni agitationibus facultatis dicendi vim non defunctorie promens ; siquidem in his quoque dignum aliquid ejus prudentia, animique præstantia ac magnitudine loqui licet. Nobis autem id propositum, non ut a

A deterioribus, sed præstantioribus, non ab iis quæ exterius, profanisque, ac quæ circa ipsum considerantur, sed a propriis, ac quibus per fidem ex Evangelii ratione egregie functus est, virtute scilicet (uti dictum est), sapientia ac theologia, pontificem magnum ac Theologum laudemus ; ipsum eundem invocantibus, ut canticis atque laudibus adjutor adsit, dexteramque benignius præbeat fatiscenti sermone.

Ille igitur mente animoque divinus : cujus actio omni major imitantis conatu ; contemplatioque eximie præcellit : cuncta scrutans in Dei Spiritu, ac dijudicans, quique ipse, ut divinus Apostolus loquitur, a nemine dijudicetur ³⁹. Magna cœlestis tonitruum proles ac filius ; sola temporis antecessione, nihil vero sacrorum dogmatum magnificis vocibus, divinorumque sensorum fulgetris, quibus trine subsistentis Deitatis consubstantialitas prædicata meruit fidem, a primo illo deficiens ; ob quæ etiam par illi nomen consecutus est. Qui clare, ac præ omnibus, qui præcesserunt, apertius, Trinitatem personarum Deitatis unitate Deum celebret ; naturæque unitatem in proprietatum Trinitate adorationem habentem, divinam enuntiet.

Ille, omni primum humana sapientiæ ac virtute præeruditus, abundeque animo ac mente ad pietatem exercitatione prævia excultus, ac cum se ipse per Spiritum vas Deo dignum præparasset, ita ad lavacrum regenerationis venit ; non ut sordes ablueret (audens dicam), sed clarioris animi illustratione donandus, baptisma demum suscipiens ; nec ut aboleret peccata, sed potiora dona percepturus, Spiritum gratiæ admittens.

Itaque hunc modum, secundæ hinc vitæ optinæque ac perfectioris disciplinæ ducens exordium, a vitæ illa ratione quæ carni impensior est, omnino se alienum exhibebat : quin et quodammodo a terrena tantisper et animali sapientiæ ⁴⁰ atque virtute excedebat. Sed et supra mundanam omnem amicitiam elatus, in spiritum solummodo commigrabat ; statuitque ut solam spiritus legem sequeretur, unam hanc teneret normam, ejusque virtutis ac sapientiæ quæ divino Spiritu præstat, internum animo nactus amorem, eumque magnificentum, inquam omnem prorsus viam declinabat ; cunctisque divinis mandatis probe perfructus, eorum cultu Christum appetibilem supremum votis persequabatur. Ac sicut pueri, cum teneriores decurrunt annos, infantilibus scitis vitæque rationibus educati, moribus quoque ac sensis puerilibus utuntur, in viros autem promoventes, cogitatis ac studiis quæ magis viros deceant, consequenti ratione accedunt, ita nempe, ut eo quod perfectum est, puerilis illis sensus ac institutio aboleatur : sic quoque magnus iste, quidquid ante lavacrum illi disciplinæ, tum ad eruditionem, tum ad actiones moresque spectans elaboratum fuerat, tanquam puerilem sensum re-

³⁹ 1 Cor. ii, 10 ; 1 Cor. ii, 15. ⁴⁰ Jacob. iii, 15.

linquens, quinimo ea cœu rudimento primaque Institutione ad perfectionem capessendam utens, apostolicum illud jugiter opere implebat: *Quæ sunt retro obliuiscens, ad ea vero quæ a fronte secundum præfixum signum ad brachium supernæ vocationis extendens in seipsum*⁴¹.

Cum enim duobus modis spectari philosophiam, nedum ab iis qui foris sunt, sed et a nostris exploratum haberet, tum nempe rationis, tum contemplationis ratione; profana quidem iis relicta qui foris sunt ac profanis, ipse illi quæ interna est solum inhaerescebat. Id nimirum vere philosophiam ducens, ut a mundo animis abrumperetur, omnemque in eo confusionem ac perturbationem transcenderet, solique primæ ac verissimæ luci per veram ac sinceram tum vitæ, tum doctrinæ, rationem misceretur, omni studio pernicatissimaque diligentia id enitebatur.

Intelligens autem, non alia se ratione id quod votis efflagitabat felici successu consequi posse, quam si ipse a se virtutis actionem coleret, cœlitusque a Spiritu auxilium operumque obtineret: esse enim pariter communem boni adeptionem ac consummationem, cum scilicet Deus semina, nosque, ut decet, operationem conferamus (2): ac Spiritus quidem ut bonum velimus, afflatumque in nobis mystice, secretiusque operetur, nos autem Spiritus secuti consilium, probæ mentis proposito illi cooperemur: hæc itaque vir ille magnifici animi cogitans, perspectoque quam in oppidis atque urbanam vitam agimus, quandoque, iis maxime qui tirocinia ponunt, instituto officere, id est, capessendæ sublimi philosophiæ, repente se a parentibus ac cognatis abrumpt; abrumpt vero ab omni sæculi cura; tollensque pedes in desertum agebatur a Spiritu.

Ac sicut magna Verbi vox, ac quæ illi præcurrit, præclarissimus Joannes, prophetis omnibus major qua illi vicinior quem prophetarum tangebant oracula, Domino prædicatus, cum deserto prius Deoque vocasset⁴², eximieque vitæ cultu ac eminentiori contemplatione superata creatura⁴³, creatori propius adhæsisset: post hæc utique ante Domini faciem incedens, illius vias paravit⁴⁴: sic plane etiam Gregorius, sæculi turbis ejusque salo placide prius avulsus, vitæque imperturbata atque ab omni pravitate commercio libera, mente sublimis factus; exque divinis (quoad concessum) contemplationibus deitate imbutus, nedum pœnitentiæ atque baptismatis hominibus præco, sed et omni majoris perfectione absolutissimæque Trinitatis magister e deserto emittitur. Id autem oratio processu declarabit.

Etenim magnum quidem Basilium, uti prius ejus philosophiæ quæ usu sæculari venit, ita postea spiritalis adiutorem sociumque adhibens, sic cum

A eo omnibus simul parandis virtutibus studio incumberebat, actione quidem iis defungens quæ actione constant, contemplatione autem iis, quæ contemplatione: vel, actione quidem, ad ea quæ contemplationis sunt, promovens; contemplatione autem ea sibi familiaria reddens quæ sunt actionis.

At quænam actio? Opera pretium enim existimo, ut per virtutes, quibus illa magnifice splendet ante contemplationem, eam designemus. Quænam igitur sunt virtutes? Primum quidem firma solitudo, seu quies, ac mundissima. Solitudo, inquam, ac quies animi pariter et corporis. Non enim loci duntaxat præsidio se tum civilibus, tum rusticanis subducebat tumultibus, sed longe magis in se ipse mentis constantia, seque medio, in Deum conversus, moribus potius solitudinem ac quietem obibat; tranquillamque ac mansuetam animi constitutionem adeptus, in qua velut pellucido speculo ac mundissimo, cœlestium illustrationum repræsentationes, terrenis impermixtas figuris ac seducentibus, suscipiebat.

Tum vero meditatio robusta jugisque. Meditatio sacrorum Spiritus eloquiorum, quæ nedum labiis, sed et corde vere in mysterio proferantur; eamque plane ob rem, non atramento, sed Spiritu animo inscribantur. Precandi autem studium jugale nactus meditationi, indivulsum a Deo animum oblinebat. Quemadmodum enim corpus solitudinis cultu, animumque meditationis vi consecrare Deo satagebat, sic utique etiam mentem jugibus supplicationibus instans Spiritui copulabat.

Cum autem in his tribus, ratione scilicet, ira, ac cupiditate, hominis totus animus consideretur; atque ad rationem quidem, tanquam augustissimam spectet ut præsit ac dominetur, ad reliquas vero, ut huic ipsa pareant, atque ab ea regantur (hæc enim viri perfectio est) virtute perfunctus quæ cuique animi parti apta sit ac conveniens; inque his summa vir magnus philosophia spectatus, temperantiam quidem cupiditati præseit, quæ scilicet nedum necessarii cibi, somnique partem maximam amputaret, sed et cunctis sensibus modos regulasque definiret; pulchritudinis ac formæ cupidinem omnem aboleret, omneque rerum intereuntium ac caducarum desiderium necaret; membrum omne omnemque motum disciplina componeret ac comprimeret, mentique, quæ est præstantior, subiceret.

Rursus vero mansuetudinem iræ adversam instruit: in qua nimirum omnis ei animi amaritudo iræque impetus solveretur; solveretur autem blasphemia et clamor: ac quidem malitia omnis ac rancor (iræ scilicet mala germina) penitus evellerentur; velutque ex perfecta radice, ex tenitate, omnis in eo benignitas atque probitas germinaret ac effloresceret.

⁴¹ Phil. iii, 13. ⁴² Matth. iv, 1: Luc. iv, 1. ⁴³ Matth. xi, 11. ⁴⁴ Luc. i, 76.

(2) Greg., orat. 38 et 42.

Modestiam autem (humilitatem vocant) ornatum optimum rationi imponit; in qua inanem omnem atque elatum animi sensum esset destructurus, omnemque altitudinem, extolentem se adversus præstantiorem scientiam, compressurus. Quemadmodum enim in hoc ratio constituta est, ut cupiditatis lasciviam temperantiæ vi, iræque inconsultum impetum lenitate retorqueat; sic quoque suum ipsa tumorem ac superbiam modestia castigans ac comprimens, piam se modestamque, ut Christo obediat, captivam addidit.

Sicut autem naturæ ipsa vi ac ratione lilio comes flagrantia est, sic et his virtutibus animi summa tranquillitas, cum quis illis perfunctus est. Tranquillitas, affectuum recessus, omnium ægritudinum, tum quæ animum, tum quæ corpus labe afficiunt, evulsio ac interitus; beatus status, nullaque turba pulsatus ac molestia; angelorum vita, futuræ arrhabo beatitatis.

Ad hanc cum evasisset divinus Gregorius, hancque septimum sui actionis vi ascensus gradum statuisset, illi deinceps optimum ac stabilissimum ternarium virtutum, fidem scilicet, spem ac charitatem, ceu pulcherrimam coronidem imposuit. Fidem quidem, in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unam deitatem et potentiam, ac regnum; ore quidem sinceram confessionem, corde autem ac mente, comprobationem irrevocabilem assensumque. Spem vero, horum ipsorum, quæ nunc obscure tenuique umbra ex fide conspicimus⁴⁸, perfectioris postmodum explicationis, id est, revelationis ac detectionis expectationem. Charitatem autem, supremum hujusce scalæ spiritualis ascensum: legis summam ac prophetarum⁴⁹, vinculum perfectionis⁵⁰, continuam, ac quam nullum dirimat medium, mentis propriæ cum Deo in Spiritu per Jesum Christum societatem atque compagem.

Hisce universis virtutibus, quæ actione ejusque gerantur cultu, eas, quæ mentis contemplatione consummationem habent, æquali numero attexuit; primum scilicet operationes, seu afflatus Spiritus, quos Spiritus septem Isaias nuncupavit. Hi nempe vere primoque in Christo requieverunt, orto illo ex radice Jesse⁵¹; secundo autem, illa, quæ ex eo est, societate ac commercio, tum in aliis qui sint ejus participes, tum vel maxime etiam in eo quem laudamus; qui hos mente agat ac intelligat, quinimo illis agatur ac consummetur, mystice requiescunt.

Quinam igitur afflatus ac Spiritus? Priore quidem loco sapientiam⁵²; quinimo ab inferioribus sursum versus ascendens, velut sapientiæ radicem ac principium, timorem Domini præjaciens, castum illum, ac qui teste Davide, permaneat in sæculum sæculi; eo confixus carnem⁵³, animum-

A que ac mentem circumseptus ac emundatus, ad divinæ Sapientiæ celsam evadit arcem.

Ad timorem autem, fortitudinem ac consilium assumens; prioris usi, nedum adversus affectus vitiaque, verum etiam dæmones robur iuluit, ac confirmatur. Nec vero contra hos solum, sed et contra ipsum principem potestatis aeris⁵⁴ convalescit: nec contra illum duntaxat, verum etiam contra ipsos dissidentiae filios⁵⁵, nempe incredulos, qui ejus afflatu aguntur; quibuscum opportune certamen commissurus erat. Spiritu autem consilii non id solum scrutans quod privatim suisque rebus conducere, sed quod etiam omnibus⁵⁶, aut plerisque foret utile; neque proprii voluntatem animi, sed Dominicam, summeque bonam atque perfectam, tanquam probus famulus explorans⁵⁷, eamque imis mentis penetralibus formans, pravi consilii genus omne cavebat.

Pietatem dogmatum veritate ac morum rectitudine colebat: nempe ab omni turpi cogitatu, omnique profano sermone, ac alieno omni hæreticorum furo defecate mundatus, in mentis vero novitate in Christo transformatus, ea plurimum promovebat atque præstabat.

Scientiæ autem, quæ sit intellectilium, id est, eorum quæ scientia noscuntur, tota quædam confertaque contuitio; uti etiam visio, eorum aspectus, quæ cerni oculis possunt; tantus ei cumulus copiamque accesserat, quanto etiam præ omnibus emundatus, ad angelicam contemplationem mente transmutabatur. Dum maris arenam, et guttas pluvix, diesque sæculi enumeraveris⁵⁸, quam etiam sacra ejus eloquia intelligentiæ vim præstant ac secundo edunt germine, intellexeris. Sacre namque Scripturæ sensus, velut rosa in calculo, dictionis obscuritate contextus erat. Is autem clare in spiritu explicans, suavique illius intelligentiæ fragrantia supra modum repletus, ea statim sacratissimam sapientiam sacratissimo nisu comprehendit.

Est igitur sapientia, illa quidem tum viva tum quæ per se est atque consistit, qui cum Patre ante sæcula Sermo est, ac cum eo una sempiternæ intelligitur: est vero etiam sapientia, qui de Sermonibus sermones sunt; quorum vi Sermo, iis qui pietate colunt, sacra occultaque ratione conspicitur. Tanto autem Theologo illustrior clariorque incomprehensi comprehensio efficitur, quanto et perfectiore donatus intelligentia, eaque uberius pollens, cunctis quoque præstantius perfectiusque sapientiæ sermones ac doctrinam decerpit.

Sic spiritualis Israel (vere is videns Deum) virtutibus quæ actione geruntur, eas conserens, quæ contemplatione præstantur, inque scalæ modum, tanquam sapiens architectus alias aliis opponens

⁴⁸ I Cor. xiii, 12. ⁴⁹ Matth. xxii, 40. ⁵⁰ Coloss. iii, 4. ⁵¹ Isa. xi, 1. ⁵² Eccl. i, 16. ⁵³ Psal. xviii, 10. ⁵⁴ Psal. cxviii, 120. ⁵⁵ Ephes. ii, 2. ⁵⁶ Ephes. v, 6. ⁵⁷ I Cor. x, 33. ⁵⁸ Rom. xii 2.

⁵⁹ Eccl. i, 2.

atque committens, ac per eas ascensiones in corde disponens⁸⁴, menteque in ipsum directus coelum, hunc plane postremum ascensum, mentis, rationis, seu Verbi ac Spiritus contemplationem disponit; quo scilicet ipsi clare, quæ scilicet huic innititur⁸⁷, unius principatus Trinitas, copulatus est.

Mentem igitur, rationis seu Verbi, ac Spiritus auctorem efficacem, vivumque nullo anteriori auctore, arbitror illum intellexisse (3), hancque Paternæ essentiae, quæ essentia omni superior est, typo accepisse. Rationem autem, seu Verbum, velut notionem atque conceptum, gignentis mentis naturæ accuratissimam expressionem ac simulacrum spectasse; rursusque Spiritum, qui mentem quidem auctorem ac principium habeat (4), velut aquæ fontis oculum; instar vero fluvii, per scaturiginem (rationem scilicet Verbumque) profluat; uti rationem Verbumque ad proles nativam cum gignente omni majorem essentia necessitudinem exemplo declarandam, sic ad divinæ processionis æqualem cum mente producente sub imagine reddendam dignitatem considerasse. Tantam scilicet magnus hic divinaque præclare sapientia fulgens animus contemplationis vi ac actionis conscendebat speculam; ipsique divinissimæ ac principii menti, rationi seu Verbo, ac Spiritui, per mentem in ipso existentem, verbumque seu rationem, ac spiritum consuescens versansque, intemperatis supra modum affusis radiis replebatur; sacratio- resque eas doctrinas ac initiationes nanciscebatur, quæ rationis vim omnem superarent.

At quisnam sacratiois illius doctrinæ modus? Præstat enim, puto, ut et illius, quoad nobis concessum, meminerimus; ut quemadmodum reliquæ virtutis, sic et illius divinæ prædicationis atque doctrinæ formam habeamus. Quænam igitur sacratiois doctrina ac initiatio? Deus in tribus personis intelligitur. Deus, qui primum, solumque ac vere sit. Sit, non factus sit; tametsi id postea, circa Filium ac quam assumpsit humanitatem, obtigit. Vivificans, non qui vivificetur; illuminans, non qui illuminetur; sanctitate imbuens, non qui imbuatur; principii finisque expers, æternus, essentia, vita, deitate superior; omnis essentiae conditor, omnis potentiae robor, omnis actus afflatusque effector; omnium, universe loquendo, eorum quæ sunt, intellectuum, utentium ratione, sensuum causas uniformiter ac complexione in seipso præhabens.

Nullisque adhuc rebus in naturam productis atque editis, erat lux vera ac prima, Pater luminum⁸⁸, ex quo ante sæcula Filius ac Verbum prima similiter veraque lux eximie effulget; incorporea,

A ex ea quæ vacat corpore; incomprehensa, ex ea quæ comprehendere non potest; ignotaque, ex ea quæ altior notitia est. Solus enim Genitor, uti est, Natum cognoscit, solusque Natus Genitorem novit⁸⁹. Quemadmodum autem soli quidem radius comes individuus existit (siquidem quod est infinitum exemplis sollicitare decet, iisque de illo coniecere), radio vero lux semper conjuncta est; sic Patri quidem Filius, Filio autem Spiritus Patris una comes adest. Ac sicut nunquam sol iste sine radio ac luce possit existere, ita neque ut Pater luminum absque Verbo ac Spiritu intelligatur unquam fiat. Ex illo namque tanquam ex radice quæ a se sit, primoque auctore ac originali totius augustissimæ deitatis orti, cœternam in illo existentiam nacti sunt.

Quemadmodum autem tribus facibus pari micatu in domo accensis, una quidem trium conspicitur lux, ita tamen ut sic uniformis subjectarum facium nihil distinctionem confundat, cum suis quodque propriis notis a comparari differat ac seceratur: sic, cum una essentia, id est, deitas, in Patre et Filio et Spiritu sancto consideretur, quædam singulos consequuntur proprietates immobiles, quibus personarum trina distinctio inconfuse consistit.

Quænam igitur sunt proprietates? Nempe, ingenitum, nativitas, ac processio. Esse enim Patrem quidem ingenitum, quod nulli auctori ac principio subjiciatur; omnisque quicumque auctor ac principium intelligatur, vel dicatur, auctor existat omnino primus, prorsusque originalis. Genitum vero Filium, tanquam Verbum atque Sermonem, ex Patre mente natum. Processisse autem Spiritum sanctum, seu verum essentiae paternæ defluvium. Esse autem sicut Filium paternæ formæ ac claritatis, sic plane etiam Spiritum Filii invariabile simulacrum (5). Nam quemadmodum mens, ejus qui in nobis internus sermo est, velut fons existit, eademque ipsa etiam sermonis qui ore profertur, ac sensum tangit, auctor est; verum conceptum quidem, velut sui vivum simulacrum mystice ac secreto gignit; conceptus vero rursus simulacrum, sermonem scilicet, profert ac edit: ita mens illa omni major cogitatu, primaque, quantum ex rebus exiguis licet quæ sunt maxima coniecere, velut alium se, innatum, ac substantialem ante sæculum Sermonem, seu Verbum, gignit; velutque Sermonem alium, seu Verbum rursus Spiritum (Verbum scilicet virtutis suæ⁹⁰) proferens ac edens, in eo creaturam universam absolvit.

Trinitas igitur in Unitate; atque Unitas in Trinitate, declaratur id quod colimus: Trinitas, perso-

⁸⁴ Psal. LXXXIII, 6. ⁸⁷ Gen. xxviii, 13. ⁸⁸ Jac. i, 17. ⁸⁹ Matth. xi, 27. ⁹⁰ Hebr. i, 3.

(3) Greg. oral. 13, p. 211.

(4) Orat. 37, p. 611.

(5) Ita fere Græci, non facile Latini, quibus Spi-

ritus vi originis formaliter non sit similis, etsi re ipsa est, uti et Deus.

nis, atque Unitas, essentia; immutabilis, pari sublimis honore, intemerata natura; eadem præfulgens claritate, eodem throno sedens: una voluntas, una operatio, eadem virtus; potestas, dominatio, regnum non divisum. Nullo enim modo quæ sunt ex ipsa (mente) ab ipsa differunt; quorum alteri quidem, ut gignatur, alteri, ut procedat auctor, existit.

Sic quidem igitur sanctus, Sancta sanctorum secretius doctus, quantum brevi sermone representare licet, deßaque huic theologiæ mentis acie, post eam ordine, quæ etiam ad creata spectant, divinas prædicationes aptavit. Haud vero abs re forsitan, ut et horum paucis, ex sacris illius eloquiis, meminerimus. Duplici enim mundo, ca quæ sunt, summa colligens (6), atque alterum quidem ejusmodi ut mente intelligatur, alterum ut sensu percipi possit; primum alterum, Deoque familiarem, atque intelligendi vi præditum; secundum alterum, extraneumque a deitate, ac materia concretum, intelligens; utrumvis ab altero sapientissima ratione ac sensu discernit.

Etenim alterum quidem spiritalem, velutque essentia igneam ac deiformem (angelicas scilicet naturas, ac a corpore absolutas), alterum vero corporeum tum esse, tum sibi ipsum compactum partibusque connexum; qui nempe ex continente rerum hanc universitatem, ac elementis quatuor constet. Ad majoris autem sapientiæ specimen, ex contrariorum mixtione unum quoddam animal artificie ratione compegisse; ejusmodi scilicet, ut tum caro existat, tanquam ex materia e terra formatum; tumque spiritus, tanquam insufflatio, atque ejus similitudo qui illi insufflavit. Porro, totum concretum hoc, hominem existisse, mentis sensusque competentem; ut sensu quidem, iis quæ sensilia sunt, mente vero, his quæ intellectilia tanquam familiaribus consuesceret.

Hunc, ut sacris proditum Litteris est, in paradiso collocatum esse immortalium plantarum, id est, divinorum sensorum spectatorem; nequissimi vero serpentis consiliis seductum, ac cum minus hactenus congruam importune speculationem attigisset, tum ab ipso conditore, tum a paradiso voluptatis extorrem merito ejectum esse. Inde vitam nullis molestam laboribus, extraque interitus aleam, sudoribus, ac laboribus, mortisque commutasse. Inde sermone, lege, iudiciis, prophetis, omni genere beneficiorum, omnique flagellorum periculo ferocientem, vixque tractabilem, quin desperatum omnino, ac insanabilem, eo adductus, ut primo indigeret auxilio, supremoque curandus esset remedio. In eo illud positum, ut ipse Deus Verbum, carnis expers, carnis ergo ex virgineis sanguinibus carnem indueret; animæque intelligenti propter animam commisceretur; ac qua demum morte

A defungeretur, naturam interitu mortuam excitaret, atque ad diviniorem vitam transferret.

Ejusmodi erant quæ Theologus hactenus in Ponto degens, philosophabatur. Hæc prius illic mente speculando contemplatus est; tumque postea sermone pro Theologi partibus dictavit. Atque hic ejus solitudinis, qua eremum co'uit, fructus est, quantum mihi equidem res ejus, ex ipsiusmet scriptis, saltem modice datum est prosequi.

B Totam igitur veterem totamque novam, qua nullus sagacitate tum antiquiorum, tum quos sequens protulit ætas, Scripturam meditatus; divini que enjusque verbi ac vocis accuratam notitiam, primanque veritatis intelligentiam divino Spiritu præceptore sacratius edoctus; ac cum ita Dei paradisum fructu omni dulcissimo, bonoque omni cogitatu ac intellectu confertum, suum ipse animum reddidisset, revertitur; primum quidem sacris parentibus, qui ejus maxime cum spiritali, tum corporali ope indigerent, tumque etiam omnibus quibus esset animo constitutum ut pietatem colerent, in communem se utilitatem, iisque utendum, exponens.

C Ac sicut Petrus, Christi discipulorum præstantissimæ primitiæ ac coronis; atque universe deiformis omnis apostolorum chorus, tota primum sinceritate divinissimum summeque principem Jesum assectati, fideique doctrinæ navantes operam, omni quidem animi macula abstergebantur, omnique divinæ scientiæ luce replebantur; perfectiore autem postea Spiritus adventu exhibitio, uberiorumque divinorum in eos afflatuum donorumque participationem nacti, sicque instructi, cupetis sospitatores gentibus mittebantur; haud secus hic quoque cum Domino Spiritu⁶¹ accensa primum fide inter solitudinis silentia versatus, ac cum scientiæ cultor, etiam contemplationi operam posuisset, omnemque prorsus vitii labem eluisset, ac divinam omnem illustrationem consecutus esset, perfectiore demum Spiritus afflatu, sic operatione donatus, atque ita, juxta divum Jacobum, sermone veritatis genitus, ipse quoque illorum more primitiæ quædam creaturarum Dei, missus est⁶².

D Qui primus homo conditus est, Dei imaginis, atque dexteræ gloriam, ac paradisi consecutus delicias, quod per carnis libidinem, vita, quæ in spiritu est, exciderit, carnalis ortus auspex auctorque hominibus exstitit; vitæque angelica ac nulli obnoxia interitui per socordiam amissa atque projecta, ejus quæ affectibus mortisque interitioni addicta est, parens inaudit. At Gregorius, primi quidem atque terreni prius gestans imaginem⁶³ (etenim homo erat), tumque eo abdicato, secundum postea atque coelestem Adamum induens; natusque atque perfectus secundum ejus imaginem (quippe præstantior homine) initium quoddam ac radix

⁶¹ I Cor. iii, 17. ⁶² Jac. i, 18. ⁶³ I Cor. xv, 39.

(6) Orat. 38 et 42.

spiritualis natiuitatis, ætatis suæ hominibus apparuit. Verbi enim Spiritusque potentia, ceu incontaminatam sementem pietatis verbum cunctorum cordibus disseminans; ac velut imbribus, continuis illud sermonibus ac colloquiis nutriens consummansque, atque ad mensuram spiritualis ætatis provehens; primum quidem, eorum qui carne genuissent, spiritu efficitur parens; exindeque etiam ad extraneos, mentis hanc, pulcherrimamque adoptionem supra modum ac latissime profert.

Ipsæ autem seipsum, omni dignum miraculo, ac longe absolutum virtutis exemplar proponens (7), primum quidem suæ in Pontum iugæ manifestas excusans affert rationes: quod nempe præclaro solitudinis afflatus amore, supernæque philosophiæ instinctus desiderio, urbanos tumultus declinaverit; ut se nimirum in ea, tanquam speculo nitidissimo, contemplatus, ac, quam prius per Spiritum divini sacerdotii unctionem nactus erat, perfectiore emundatione obsiguans, ratamque sibi ac firmam divini doni possessionem præstans, sic pure purissimo uti posset, ac ei consuescere. Tum sacerdotis ostendit dignitatem, ac qualem eum oporteat esse qui in episcopum præficiendus sit: quibus item rationibus præesse eum oporteat gregi utenti ratione, pulcherrime summaque philosophia sermone aliis tradens, ipse operibus, clarissimisque certaminibus implendo, fidem verbis addebat.

Quænam igitur opera? ac videamus nam plurimi ea facienda ac præmagnifica. Et quid enim, quam Theologi animo ac fide digna? Primum quidem templum ornatu venustum ac mole ingens ejus cura atque diligentia excitatum (8), velutque aliud in terra cælum in cælis habitanti palam consecratum. Verum id, præ iis quæ ejus sunt, minus ad miraculum. Qui enim ipse se templum Deo dignum atque augustum virtutum cultu extruxerat, quid mirum plurimam patri operam contulisse, ut ex lapidibus sacram eam ædem ædificaret?

Deinde parentum honores: qui nempe verbis, qui ipsa præstandi re: pupillorum tutamina, viduarum præsidia, pauperum patrocinia, senum, ægrotorum, mendicorum hospitia; tum quæ solus ipse ac seorsim extruxit in patria; tum quibus extruendis sociam manum contulit amico ac sodali Basilio; nee solis operibus quæ sua erant fovendis ipse conferebat, sed et verbis eximiam adhortationis vim habentibus, saxea ipsa pectora ad pauperum ac mendicorum amorem suscitabat.

Ac quidem erga adversarios rebus ac verbis contraria studia; erga autem domesticos fidei opitulationes, gubernationes, non tam ad corpus, quam ad animum spectantes⁶⁶, cum ejus doctrina ac lege cuncti gubernarentur ac pascerentur⁶⁷. Nam Cæsario fratre jam vivis exempto, cum pater

A Nazianzenam sedem regendam suscepisset, annisque gravis, ac corpore morbis attrito, Ecclesiæ certo Dei consilio molestis rebus, seu inæqualitatibus ferendis impar esset, Gregorius illi cuncta erat, senectutis laculus, morborum curatio, ædificatio corporis, animi requies, solamen spiritus; ac quod potissimum omnium, sensuum animi custodia, ac succussæ fidei emendatio.

Etenim ejusmodi aliquid ejus rationibus accidit. Quia enim Arianorum furor omnem propemodum terrarum orbem pervaserat; novaque adversus Trinitatis æqualitatem doctrina, ceu lues quædam, sive grangræna, per omnes provincias, urbesque grassabatur, ac tum imperatores, tum principes proceresque ac populos, quin etiam (quod dirissimum omnium) malos præsules sibi addixerat; quos vel eorum, qui rerum potiri videbantur, metus dejiceret, vel (quod mitissimum) ignorantia falleret. Quando scilicet videre erat dirui ecclesias, templa ablata, cruoribus fœdata, sacraque spoliata, sancta polluta, atque, ut proverbium est, illotis pedibus projecta ac conculcata. Quando qui sanæ rectæque fidei assertores, ac pietatis cultores in Ecclesia erant universi, suis ipsorum turpiter expellebantur, ac vel carceribus publicis, vel gravissima fame, aut acerrimis verberibus, aut longe plurimis variisque plagis ac dehonestamentis, aut durissimis exiliis, aut amarissimis, ut verbo dicam, cruciamentis ac molestiis tentati, extrema adibant pericula, nisi impietati assensum præberent; atque ii quidem sponte urbibus demigrantes, desertaque ac solitudines ultro petentes, cum bestiis ratione carentibus exerceri ad pietatem malebant, quam habitare cum iis⁶⁸, qui loqui in excelso blasphemiam temere audebant. Quotquot autem contrariæ opinionis erant, ac se impietati addixerant, ecclesias obtinentes, easque velut suæ ipsorum hujus nequitiae munita quædam præsidia existimantes, inde in eos qui pietatem colere staluissent irrupentes, eos disperdebant.

Tunc plane, tunc quoque in magni Gregorii patriam, velut aquarum vehemens impetus hæreseos scelus erumpens, quotquot leves inventi ac debiles, abripuit utique ac dissolvit (ubi et patrem fama est, mentis simplicitate delusum, litteris, non animo, ut nequissimis assensum daret, adductum esse [9]), quotquot vero Gregorii theologiæ ac fidelis petrae firmo fundamento hæserant, nihil hæretica vi ac injuria labefactati emotique permanserunt.

Noemus itaque olim, cum suæ ætatis scelerata gente ipse criminis expertem communem vitam agens, inventa gratia apud Deum, futurum aquarum illuvie mundi docetur exitium: quin et modum docetur, quo a malis liberandus sit: exque lignis affabre compacta arca, atque in eam cunctis simul

⁶⁶ Gal. vi, 8. ⁶⁷ I Cor. xii, 28. ⁶⁸ Psal. lxxii, 8.

(7) Id totum orat. 1.

(8) Orat. 19, p. 313.

(9) Greg. orat. 19, p. 297.

animalium inductis seminibus, uxoreque ac filiis ca inclsis, in eum modum cœlestes cataractas ac abyssus aquarum fontes, semen ipse ac primitiæ sæculi sequentis servatus, evasit. At Gregorius hærescon prævidens spiritale diluvium, tanto illud Noemi diluvio gravius, quanto animabus interitum parere ad nocumentum majus, quam labem corporibus inferre; suamque ipse Ecclesiam arcam fabricans, atque eam arcanis doctrinis recteque fidei documentis communiens; nec eos solum qui generis necessitudine contingebant, sed et qui alienigenæ videbantur (quos nempe omnes Dei protegens dextera adduxisset), perquam alacriter lubensque recipiens, edulisque eos ac suavissimis Trinitate tuenda sermonibus nutriens, ab omni illasos animi diluvio servat.

At quidem ille (Noemus scilicet) sui unius, ut videtur, rem agens, suæque duntaxat spectans, in octo solum maxima conjunctis necessitudine animabus salutem paravit: hic autem, in multorum, quam in suam ipse salutem affectu propensior; ac cum eum non minor eorum cura tangeret, qui se abscindebant, quam qui accedebant ac adungebantur; paterno quidem sermonis delicto sermonis vi, ac spiritus rectæque fidei abundantia oblecto, ac quidquid illius ergo offensionis inciderat, sublato, nec non sermonibus ad pacem decentibus tantisper effrenem æmulationem delinens, discordes patri conciliat animos; magnoque ac concordie tenaci Ecclesie cœtui sincera veraque fidei confessione devinciens, populum Domino peculiarem, sectatorem honorum operum⁸⁷, pastoris solertia salvum recepit.

Quibus igitur, is, qui spiritali ratione ab animi exitio liberat, illi præstet, qui a corporis labe; qui multitudinem numero majorem, illi, qui paucas animas salute donat; his Gregorius Noemi claritatem obscuraverit. Enimvero quid iis quæ illius minora sunt, immorans, orationem protrahere videor, cum operæ pretium sit ut ad majora illius mirabilia transeamus, gestisque perfectioribus perfectiorem ipsum ostendamus?

Sanctificatos quidem sanctissimo sanctos antequam nascerentur, uti et peccatores alienatos a vulva⁸⁸, verissime divino Spiritu testante comperitum est; omnium enim, tum quæ facta sunt, tum quæ fiunt, similiter inoffensam, certissimamque ac firmissimam apud eum esse notitiam. Alii itaque ad aliud divinæ voluntatis propensum consilium, aut gentis præfecturam, legemque ferendam; aut populi regimen, aut sacerdotii apicem, aut visionem propheticam, aut portentosam operationem, aut apostolicam gratiam; aut martyrii certamen; aut (ut verbo dicam) spiritale ministerium prædestinati,

A rato singuli ac congruo tempore, quod cujusque functionis est, implent ac præstant. Gregorius autem cui suprema credita theologia foret; atque ad personarum Trinitatem, ac Deitatis unitatem universo orbi prædicationis luminibus inferendam, missus esset, tametsi corporis ratione intra brevis loci erat definitus angustias; eorissis præmagnifice toto mundo theologiæ radiis, alios ad lumen vitæ attrahebat; quotquot scilicet potioris rationis ac pietatis erant; alios tenebris, dubiitate, confusione (non sua ipse indole ac proposito, sed illorum animi pravitate; quotquot nimirum erant hæreticæ labis) implebat.

B Porro etiam illum episcopali consummari mysterio decebat. Par namque videbatur, ut qui nedum episcopalem, sed et apostolicum, operum merito, ordinem explebat, omnino quoque ordinationibus sacris perficeretur. Operæ pretium autem erat id, non profanorum opera, sed sanctorum; neque per eos qui indigni instituto essent, qui et deitatem damnanda temeritate in tres alias aliis extraneas contrarietates scinderent, sed per eos qui gratiæ fidelissimi dispensatores, ac Trinitatis verissimi ministri essent. Qui autem ejusmodi essent nulli tunc, exceptis Gregorio, illius patre, ac Basilio, illic existebant; quorum alter filium patri secum nomine, iisdemque præditum moribus alacri animo episcopum designat; alter autem, cum jam Ecclesie Cæsariensis credita gubernacula accepisset, sacro ritu initiat atque ordinat; additque spiritum spiritui, ac donum adjungit dono. Quin potius, illi quidem, quantum oculis conspicuum erat, sacris symbolis initiat ac perficiunt: Spiritus autem qui proprium olim defensorem noverat, in eo perfectus manserat. Ac illi quidem, quod ordinatum certæ omnino cuidam civitati ac regioni, ex sacrorum canonum instituto (10) inncupari, ejusque designari titulo oportebat, ætenti solo angustæque præficiunt parœciæ, ne quidem hominum habitationi, nedum ut episcopali sedi sufficeret, satis commodæ, velut puto, qui doctrinæ vi, quod loci genio deerat, posset adimplere (11).

D Verum Spiritus sanctus, diviniore, ut videtur, propensa consilii ratione, nec eorum ejusmodi conatum inhibuit, nec ut ille ad majores hactenus infulas sedemque eligeretur constituit. Siquidem enim vetustæ Ecclesie, ac digniori datus episcopus esset, necesse forsitan erat ut illi fixus, haud inde transferri facile posset; ecclesiastica scilicet regula translationum id genus prohibente (12); atque adeo futurum erat ut urbium præstantissima, præstantissimi sui tum episcopi, tum pastoris jacturam incurreret.

Denique, sacræ quidem initiationis (etsi id quo-

⁸⁷ Tit. II, 14. ⁸⁸ Jer. I, 5; Isa. XLIV, 2; Psal. LVII, 4.

(10) Concil. Chalced. can. 6. Μηδὲνα ἀπολελυμένον; χειροτονεῖσθαι.

(11) Orat. 20, p. 556

(12) Conc. Nicæn. can. 13, conc. Antioch., can. 29.

que vi ; erat enim si quis mortalium quam maxi-
me a fastu alienus ; sic tamen quasi præbente
Altissimi dextera) summique sacerdotii sumpta
tessera ; ac cum Spiritu duce, ad quod eum gratia
opus segregaret, exploratum haberet, omnino qui-
dam Sasimorum abdicavit paræciam ; sacrorum
autem hactenus parentum pie cultu defungens,
paternumque gregem pastoralis solertiæ sermoni-
bus, ac operibus componens ; velutque prævia qua-
dam exercitatione, ac præludio patriæ episcopatu
usus, sese urbis Augustæ ; quin et orbis, præfe-
cturæ aptabat ; supernæque perfectionis arrhabone
suscepto, ad eam festinantem præferebat : ac pia
longanimitate, divinas promissiones recipiebat.

Abrahamus quidem patriarcharum clarissimus,
tribus viris Trinitatis typo hospitio susceptis⁶⁹ ; imo
cum trium virorum forma Trinitatem venientem
sub quereu refrigeraret, humaniusque exciperet,
benedictiones a Deo consequitur : hospitiique illius
præmio, optatissimam refert promissionem. Quæ-
nam vero promissio ? Nempe Sarræ supra speciem
omnem, ætatemque prolis susceptio ; seminis ea
multitudine diffusio, ut stellas cœli æquet ; terræ
optimæ hæreditas ac possessio. Illic autem, non
tribus viris, sed deitatis tribus personis ; neque
Trinitatis figura, sed ipsa vere suscepta Trinitate ;
neque ea quæ semel hospes venerit, sed quæ sem-
per abstrusissima ratione adesset ; non irrationabi-
libus cibus, sed vivis sermonibus, verisque animi
sensus, ac rationibus, ipsaque vere dignis Trinitate,
magnifice, ambitioseque illam convivio accipit ;
nec sub arboris umbra refrigerat, sed sub eximiorum
sensorum alto recreat ; melioresque ac certissimas
promissiones consequitur. Liberorum enim multipli-
catorum, non carnalium, sed spiritualium ; neque stel-
lis in aspectum cadentibus, sed quæ mente intelligen-
tur, tum multitudine, tum decore quam similium ;
nec terræ ejus, quam sceleratæ gentes aliæ, aliæque
subinde calcarent, sed quæ mitium⁷⁰ propria est
(cœlestis, inquam) possidendæ verissimas recipit
promissiones.

Ac quidem Abrahamus postea unigenitum primo-
genitumque, de quo facta promissio erat, cum ten-
taretur ut super uno montium victimam offerret⁷¹,
haud præceptum distulit, haud rem aggredi dubi-
tavit ; haud obstupuit, quin manum, atque gla-
dium (o animi magnitudinem, imo insignem pieta-
tis vim, ac religionem !) charissimi jugulo infer-
ret ; tametsi novo illo ac insolito sacrificio inhibi-
tus est, ariete statim cornibus devincto, qui victi-
mæ utentis ratione locum expleret. Gregorius au-
tem, tum altari admotus est, tum paternis initiatus
manibus integra victima, ac novæ sacerdos victi-
mæ sacerdotii initiatione oblatus. Nec a patre dun-
taxat, sed longe prius a teneris annis ipse se offe-
rens, non super uno aliquo ex iis montibus qui ocu-

lis cernuntur, moleque a terra assurgunt ; sed in
sacræ imperturbationis alto culmine ; cumque se
ipse magni primique pontificis manibus præbuisset,
non Isaaci more dimittitur, sed in duo secatur, vita
scilicet, quæ ad carnem spectat, tota emortuus ;
solaque ea quæ in spiritu est, vivus : ac terrena
quidem hæreditate, tanquam fluxa ac caduca ex-
cedens ; ad supernam autem, ac stabilem, muni-
cipatum vitæ rationes transferens, filiorumque
promissionis pulcherrimæ primitiæ, ac nobilissi-
mæ existens.

Nam quis præ illo, sicque se intelligentiæ vi
præditum, opimumque holocaustum, primæ illi
menti, Deoque pro intelligentissima illa ac spiri-
tali ara obtulit ? Quis vero sic victima viete ratio-
ne, ac immaculata omnium gratia immolatæ ra-
tioni, Verboque fecit ? Quis ita hostiam viventem,
sanctam, beneplacentem corpus suum, ac spiri-
tum, Domino Spiritui exhibuit⁷² ? Quis ita prius
tum carne, tum animo sanctitate imbutus, exinde
sanctitatis sacerdos, ac administer effectus est ?
Quis supremam ante nactus adoptionem, sic aliis
Patri spirituum⁷³ adoptandis conciliator ascitus est ?

Quodnam pastoralis solertiæ genus ; quodnam
virtutis vegeta actione non obiit specimen ? Quid
est, quod divinæ prædicationis sermonibus non
clarissime detexerit ? ut in eo majorem sermo,
atque doctrina præ actione admirationem habeat ;
quinimo actio præ sermone, atque doctrina majori
admiratione rapiat. Quis ita sermone clarus gra-
visque ; sic distinctus, atque elegans, ornatusque ;
sic verax ac perspicuus, ut videri, quam audiri
potius videatur, quidquid loquitur ; id est, pro
Theologi partibus de Deo exsequitur ? Imo quis ita
Deo afflatus, atque gratiæ conditus salibus ; ut om-
nem vitii, putentissimæque hæreseos exsiccet
tabem ; quidquid vero humanis moribus disso-
lutum, molliusque inest, atque diffuens, ad mentis
constantiam, sanarumque rationum transferat firmi-
tatem ?

Quis præ illo (dummodo principem illum pasto-
rum⁷⁴ excipias) magisque bonus Pastor, qui ser-
monis fistula ad bona pascua educat⁷⁵, inque bonas
atque utiles caulas inducat ? Quis sic probus, ac
industrius, ut gregem tum impinguare noverit,
tum copia augere ; ac quam procul a luporum feri-
tate incolumem servare ?

Jacobus quidem ille Isaaci filius suavissimis pa-
trem accipiens dapibus⁷⁶, ejus in se benedictionem
fratri prælatus attraxit. Tum Esau eadem spiran-
tis invidiam fugiens⁷⁷, faustis usus insomniis, quæ
ad scalam in cœlum protensam spectarent, pro-
speroque deductus itinere, ac se maternis laribus
inferens, Labani filiarum causa labores desudat⁷⁸ ;
desudat vero curando pecori, ac sibi vindican-
do ; tribusque in canalium alveis virgis apposi-

⁶⁹ Gen. xviii, 1 seqq. ⁷⁰ Matth. v, 4. ⁷¹ Gen. xxii, 1. ⁷² Rom. xii, 1 ; I Cor. iii, 17. ⁷³ Hebr. xii, 9.
⁷⁴ I Petr. v, 4. ⁷⁵ Joan. xi, 14. ⁷⁶ Gen. xxvii, 4. ⁷⁷ Gen. xxviii, 1. ⁷⁸ Gen. xxix, 4.

lis⁷⁹, ac sub eorum colore variante aspectum oves ad coitum emittens, plures maculosas facit, quam quæ nullis erant distinctæ maculis: hisque artibus deluso Syro, ac cum solerter sibi parasset substantiam, ita cum uxoribus ac liberis ab eo fugit; Deique copiis, ac turmis occurrit. Ad hæc cum Deo, qui apparuerat, conserta pugna, cujus etiam nutu mutata appellatione Israelis nomen accepit, cunctis liberatus molestiis, in paternam alacris domum rediit.

Quid vero Gregorius? Nonne optimis Theologiæ dogmatis divinum accipiebat Numen; presbyterumque etiam illi invisum funestum Arium gloria superans, divinarum decus benedictionum privilegio accepit? Nonne hic quoque illius crudelitatem fugiens, ad maternam domum, apostolicam scilicet Ecclesiam commigravit? Nonne scalam e terra in cælum, fastigiata, ac quæ virtutibus fabricaretur, prius aspexit? Nonne per eam, Dei qui illi innitebatur, angelorumque in ea ascendentium ac descendentium doctus est contemplationem? Quin hic quoque labores desudat, ac non ita ut mulierum venustate tabescat; non ejus gratia pulchritudinis, quæ ad horam floret; quæ ad modicum delectat, citiusque evanescit; neque apud Labanum, sed ejus nepotem Moysen: laborat autem, ut duarum ejus filiarum, veteris scilicet novique Testamenti, notitiam perfectam nanciscatur. Ac plane illarum compos efficitur; primum quidem senioris; exinde autem junioris. Sic enim forte par erat, ut cum legis prius littera, ac tum cum spiritu, societate jungeretur. Par erat, ut veteris Scripturæ sensum facilem, ac expeditum, nec admodum pulchrum aspectu, atque venustum vere primum coleret; sicque in eo alte latentem, inque gratiæ Evangelio manifeste proditam, formosam illam ac elegantem rationem (Dei scilicet Verbi incarnationis contemplationem) clare pernosceret, ac diligeret, inque ejus amplexus animi proposito rueret.

His utique duobus testamentis tanquam veris usus conjugibus, filios patri multiplicat. Animi parturiginum in spiritu, Dei promissionum hæredes, liberos procreat. Nec id tantum cura intenta agit, ut suscipiat liberos, sublimiores scilicet ac spirituales; sed ut etiam mancipia acquirat; nimirum corpori viciniore ac humiliores. His enim ille pro sui ratione spirituales sibi ac immortales divitias parat. Nam ipse quoque, paucis admodum ac brevi numero creditis, solertiaque ac labore in amplam grege provento sobolem; non omnes mercedis loco datos qui revertenti in paternam domum una comites essent, sed electos duntaxat; nec qui nota carerent, sed qui essent insigniti, in divinas subductos rationes, atque illius signatos thesauris intelligens; quidnam molitur? Quin potius quem in sensum provehitur, illius ductu qui

A non in somnis, sed ipsa vigilia, quæ e re essent ac conducerent, quotidie submonstraret?

Trium illarum loco virgarum, tribus Deitatis personis in Ecclesiis sermone propositis (has namque palam figurabant canalium alvei), hortansque ad eas animum attendentes pietate fetum uterum gestarent, optimæ contemplationis optimam rationem, salubrem rationem ut eniterentur, præstabat; quo ad supernas caulas, bono illo Pastore, summeque provido submitte, transirent.

B Omnis generis terrenas facultates, quas illi sapientia, virtusque paraverat, sumens; atque hactenus fidei ope, non ipsa specie angelicarum Potestatum castris humanissime acceptus, id est stipatus; ac cum Deo homine in spiritu congressus, mensque vere Deum videns nedum nuncupatus, verum etiam factus, per illum ad superna atque paterna tabernacula tuto comveavit.

C Hoc Theologo sapientiæ ac prudentiæ efficitur specimen. Virilis hoc animi, fortisque præludio, rem adversus hæreticos strenue gerendam fauste auspiciatus, ita se ad perfectiora aspectuque ipso terribilia certamina accingit. Ac sicut pugnacissimi athletæ, non a primo statim experimento fortioribus adversariis congregiuntur; sed ante pugna cum iis qui debiliores sunt tyrocinio quodam eruditi, majoribusque abunde luctaminibus instituti, ita demum ut cum potentioribus vires contendant, in arenam descendunt. Ad eundem etiam fere modum Gregorius, primum in patria cum impiis congressus, rationisque adversus eos lucta, ac victoriis fortis pugilis lacertos, ac multiplicem experientiam adeptus; deinque parentibus felici vitæ exitu consummatis, cum laudatorio sermone, tum justis legitimis perfunctus; paternoque grege velut in tuta mandra sua ipsius theologia communito, atque pastorum Principi in manus relicto, ipse se ad graviora sermonis causa, atque doctrinæ pericula expedit. Ad velut qui in modico fidelis probatus esset, ad multorum se curam parat. Relictaque Nazianzo, recta ad urbem Augustam iter contendit. Id vero temporis, ingens eam, gravisque hærescon caligo invaserat atque opplebat; quæ scilicet, tum aliæ aliis compugnarent, tum veritati infensa vehementius acie ingruerent. Sic enim fere comparatum est, ut vitium atque pravitas, nedum virtuti, sed et sibi ipsa acriter adversetur. Iis autem qui rectam tenebant fidem atrox procella incumbibat; immensaque undique offusa anxietas, ac consilii inopia erat, cum neminem tuenda doctrina certaminis ducem ac defensorem haberent.

D Igitur videre erat velut ingenti immensaque voragine exporrecto pelago ventos sese alios aliis immani impetu collidentes. Hi nempe lenioribus primum auris afflant, versantque ac circumagunt, paulatim procellam attollentes, ita tamen, ut necdum impactos stridentes fluctus dirumpant. Tum

⁷⁹ Gen. xxx, 37.

repente turbinis instar utrinque alii aliis ingruentes, atque collisi intoleranda flatuum vi mare tumulant, tumque diffringunt; assurgente procella ac desidente, interceptisque navibus pariter in altum sublatis, imoque depressis, atque fluctuum immanitate, æstusque submersis.

Similis quædam tum tempestas Constantini urbem invaserat; nequissimis scilicet spiritibus, adversantes linguas, ac mentes alias aliis committentibus; ac cum omnes loquendi immensa pruriginæ, ac libidine, pronisque molitionibus litibus alii alios diffringere, ac pessumdare superbe connitebantur: si quæ vero pars rectæ fidei addicta in tanta hominum turba reliqua erat, eam vero opprimere ac perditionis alto mergere contendebant.

Nam alii quidem Sabellii Libys confusione suscepta, nimiaque conjunctione, velutque concretione; nec, quanta par erat, discretione inconsulte usi, Patrem, Filium, ac Spiritum sanctum, nomine tenus honorant; quæ autem his significantur, probro habent, nudasque hæc nuncupationes arbitrari, ac quæ nec vere existant, inconsistentem re ipsa atque inanem, Judaica singularis principatus opinione, ac impietate, sibi fidem contingunt. Alii Arit dementiæ astipulantes, exque diametro, iis, quos dicebam, pugnantem sententia, pari tamen impietate proveci; quibus illi concretione, hi divisione impii, recti metas excedunt.

Quemadmodum enim priores, qui unam deitatis tum naturam sentiant, tum personam, procul a veritate exerrant; sic et secundi, qui præter ternas personas, etiam naturæ divisionem, Græcorum errore ac impietate inducant; alienos a Patre efficiunt, qui sunt ex ipso; quin et ipsos inter se alienos pronuntiant: imparibus scilicet, prorsusque indignis deitate gradibus, Filium Patri submittentem; ac Spiritus gloriam Filii claritate minorem, detrahentes; quin potius ipsi se una ac singulari deitate longe abdicantes, extraneis atque absonis opinionibus alii in alios merito incitantur.

Eos enim, qui a medio exerraverant, atque a regia declinaverant (in qua uti virtus omnis, sic et inculpata puraque consistit, ac spectatur fides) omnino par erat, excessibus ac defectibus inhærentes, in nimietatis scirtes incurrere; postremoque in contrarietatem dissidio, inimicitiasque prorepere. Idque adeo quemadmodum istis, in iis quæ ad trinam Deitatem spectant, ita rursus aliis, in iis quæ ad Dei Verbi incarnationem, aiunt accidisse: cum nempe alii ex Christo duplici natura duos sibi Filios inducendos sentirent; alii in unam eum naturam ex una personæ ratione cogere: cum par esset illic pariter, atque hic honesti terminis insistentes, tum simul dispescere, tum connectere ac

velut conflare; alterum numero, atque alterum naturæ ratione.

Nam excessus quidem, defectui; defectus adversatur excessui: ambo autem immoderatio sunt, ac improportio, velutque unum accepta vitium, cum ea, quæ ex recta mediocritatis ratione moderatio ac proportio consistit, velut cum virtute pugnant. In eum modum perversa opinio, nedum ut rectæ adversetur, sed ut etiam pravæ contraria sit, ex natura habet. Il igitur, in ea prolapsi absurda, tum cum aliis alii, tum cum veritate congregiebantur.

In his erant, qui Filio quidem, naturæ cum Patre conjunctionem indulgebant; Spiritum vero, quem a Patris, ac Filii divinitate alienum sentiebant, liberum alii, alii etiam servum blasphemia dicitare audebant. Aliud hoc pravæ opinionis genus. Apollinarii enim Syri, quidnam aliud vocem amentiam? qui scilicet doceret accepisse quidem Verbum carnem; eam tamen animo ac mente carere dementer assereret.

His utique, aliisque quamplurimis, ac deterrimis opinionibus, ceu sævis procellis immane quantum fluctuanti urbi Augustæ, velut quis optimus gubernator admirandus hic Gregorius a Deo, eoque auspice, incumbit. Ac sicut prius Dominus Jesus discipulis, pelago nocte navi conflictantibus; factus conspicuus, suo statim adventu tumentes comprimit fluctus; ventosque increpans, procellam in tranquillitatem convertit⁶⁰: sic verus re ipsa discipulus, ac, quoad licet, imitator strenuus, cum illo pariter, iis, qui spiritali tempestate jaclabantur, apparens, procellæ præcipit, atque in auram⁶¹, ejus fluetibus silentibus, statuit.

At quonam id modo? Hic mihi narrationis vernat amabilis conspectus. Ingreditur Byzantium, non satellite agmen adducens, sed virtutibus circumstipantibus. Non aurum, non argentum, non æs in zona habens; sed fide, spe, ac charitate, velut mundo præstantiore quam pro mundi ipsa ratione redimitus. Non pretiosas vestes, non mulorum convehendis sarcinis multitudinem; non aliud quidquam, vel exiguum, vel magnum, iis ex rebus quas comportare moris est viris luxu magnificis, ac carnis curam agentibus, inferens; sed Jesu sapientiam ac tenuitatem; cultamque apostolis paritatem, nudamque ac simplicem ad Evangelium (et, ut ita dicam) imparatam præparationem.

Sic igitur, eoque adveniens apparatu, qualis eum decebat, cui concredita apostolica functio esset; primum quidem apud quosdam necessitudine, quæ secundum spiritum est, conjunctos, hospes agit: id autem ad magnæ Anastasiæ (13) exiguæ domus proximas ædes. Una hæc, quod vili forsanschemate, peneque inutilis videretur, hæreticis neglecta.

⁶⁰ Psal. cvi, 29.

(13) Hanc ipse Nicetas egregio laudat encomio: nempe seniore ac seniore Roma ortam, nec nisi

æde illic sacra ac cultu Byzantinam; quo etiam modo auctor vocat suam.

fideliū, ac pietatis cultorum exiguo cœtui addicta manserat. Anastasiæ, inquam, illius illustris, ac nostræ; virginis corpore, virginis spiritu ac mente. Anastasiæ quæ olim jam ingens adversus diabolum eximio martyrii agone erecto tropæo, majorem adversus diversas hæreses Theologi opera subinde triumphum revexerit; nempe expugnatis quotquot contentiosiores erant, ac clarissima Orthodoxis asserata victoria.

Etenim exterius aspectabili specie, aspectabili ejus templo (tum quidem invenusto ac exiguo; per ipsum autem decore aucto, ac magnitudine; ipso scilicet quod nunc Theologi nuncupationem sortitum est) insistens antistes; interius autem in aspectabili mentis habitu, ipsi perspicue resurrectioni Christo per Anastasiam incumbens, in ea suos vacillantes fulcit, contractos erigit, nutantes confirmat; ac cum persecutoribus grassantibus vix spirantes invenisset, vitali actu ac potentia adimplet. Recto enim sermone atque doctrina tanquam verissimo tritico bonorum animos esurientes replet; mundissimoque inculpatæ theologiæ pane, longa fame tabescentia pectora cibo recreat.

Josephus quidem ille beatus, fraterna invidia Ægyptiis venditus⁸¹, nec heræ impudicæ præstigiis delusus; sed carcere munito castitatis causa circumseptus; visa somnia solerter dextreque interpretatus, Ægypti universæ princeps, frumentique largitor atque nutritor, nedum unius Ægypti, sed et jam exterorum, inaudiit. Gregorius autem, non ex fraterna invidia, sed Magni Basilii, fideique per-necessariorum hortamentis cedens; quinimo impensoris providentiæ consiliis adductus, non abs acclerata hera tentata pudicitia; palam vero hæreticorum maligne agentium insidiis appetitus, instarque carcerum instructos eorum dolos varios, ac machinamenta incidens, sapientiæque doctrina potioris contritos venantium laqueos effugiens, non unam provinciam, aut urbem; sed per unam, quæ sub cœlo sunt universas, beneficio impartire monstratur.

Ille igitur ejus cibi qui perit; hic ejus qui manet in vitam æternam, dispensator ostenditur, arbiterque magnificus. Atque ille quidem, non corporalis solum, sed et temporaneæ annonæ; idque adeo cum frumenta pretio venderet; hic autem, non solum spiritualis, ac quæ contineat animos; sed et in sæculum largus conviva enitet; uberrimumque, ac sine pretio pulchre esurientibus convivium propositus est. Quanto igitur mens sensu nobilior, tanto hujus illa frumenti distributio, præ illius præstantior, ut mea fert opinio, his, quibus sanæ sint animi rationes, facile judicabitur.

Verum erga quidem domesticos fidei ac necessarios talis cum esset divinus Gregorius, talis semper ad eos habuit: qualis vero etiam erga adversarios enituerit; in quam multos veritatis causa

labores ac pericula incidere; quantis Trinitatis causa certaminibus perfunctus sit, quam, quæso, sermonis vi representaverim? Quomodo præcipuum quiddam dixerim, nec ita procul consecranda veritate iverim? Quomodo illius res omnes tentans enarrare, non fastidio gravem orationem reddiderim; aut quomodo pleraque volens omittere, non ingenti auditorum damno affecerim? Illius plane necessaria vox, atque sententia, ut multa paucis exhibeantur. Illius namque hæc partium, atque indolis, uti sic magnifice atque strenue decertare, ita et certaminum magnificentiam sermonis magnificentia exhibere.

Cum jam igitur pessimi dæmones Græcanica incantatione, ac errore, impurisque sacris, ac omni impietate, divinorum apostolorum munere, ac triumphalibus præliis martyrum, cessissent; sublataque idolorum nefarii cultus caligine, ac vera fidei luce rectum omnem animum collustrante cum deinceps extraneorum opera pietatis cultores bello fatigare non possent, ipsos secum invicem Christianos concitantes; quinimo quidquid in nobis debilius erat errore abducentes, corruptisque sermonibus adversus eos qui præcipua pietate fulgebant instruentes, acri lite, pugnacissimaque excita contentione, alios aliis committunt; fraudeque usi ac audacia, partim quidem suavioris orationis artificio rationibus simpliciores dicto sibi audientes reddunt; partim vero imbecillioribus ingruentes, metuque procacitatis perterrentes, impio ipsorum sensui eos submittere conantur.

Quid igitur vir in divinis versatissimus, accuratissimæque Theologiæ infracta columna ac immobilis? Num nequissimorum pravitate minor apparuit? aut eorum omnino grassantium vi cessit? aut quid modicum e pietate remisit? aut illius causa mediocria pericula adivit? Haudquaquam; sed eorum audaciæ, prudentiam opponens; calliditati, vafrisque consiliis, animi præsentiam ac fiduciam; quin potius, fortitudinem adversus audaciam ac temeritatem; prudentiamque adversus calliditatem ac vafritiem educens; universimque adeo virtutem, adversus eorum totam pravitatem infesta acie instruens; sic omnino fudit, fugavitque, ac perexpugnavit, ut potius semitam navis mare secantis, aut serpentis vias super petram, aut volantium aquilarum vestigium⁸², ut habet paræmia, videas, quam illorum impietatis sæculo relicta vestigia deprehendas.

Nam illi quidem unum id opus erat ac studium, ut mendacii quidem vim infringeret; veritatem autem propugnaret; atque ut a scelestissimorum dissimilitudine quam alienissimus foret, consubstantialitatis autem opinioni omnino adhæreret. His autem ut ex animo eam executientes, suo ipsorum errori insisterent; ac quidem veritatis præconi, ut cunctos boni socios pro bonitatis indole habere

⁸¹ Gen. xxxvi, 28. ⁸² Prov. xxx, 19.

percuperet; mendacii autem patronis, ut tanquam perduelle, hosteque uterentur; ac tum illi necem inferre, tum quam docebat rectam fidem, extinguere tentarent. Quem enim animum absurdæ rationes, aut actiones occupato addiderint, sicque comparatus est ut qua tenetur præsumptione liberari nolit, tanquam insensos reformidat, si qui emendare tentaverint; reprehensionemque vibicis loco, ac plagæ ducens, amarum crudelissimumque animi consilio adversus arguentem exsuscitat atque instruit.

Ac quidem Theologo, divinæ prædicationis sermones prætendebantur; nempe sermones ejusmodi, qui nedum ad veram salubremque Trinitatis fidem proveherent, sed qui etiam Christi charitati per mandatorum observationem (quibus salus ac justitia provenire creditur) adjungerent. Ad hæc, carnis illi culta mortificatio, jugisque oratio, qua animi summa plenaque emundatio; ex qua mentis in Dominum excessus⁸⁴, diviniorum illustrationum perceptio, cœlestium splendorum societas; ac demum potiorum votorum adimpletio; quibus Dei verus homo absolutus, ac qui mentis renovatione Christi similitudine quoto quoque die transformatur, non vitæ minus deitate ac magnificentia, quam sermonis atque doctrinæ illustri claritate, iis qui salute digni sunt, salutis existit præsidio; Arianis autem, ac qui illis adjutores atque socii erant (porro erant adjutores consciscenda Sancto nece hæreticorum omnis cuneus; novit enim haud raro vitium vitio auxiliari belloque fatiganda virtute, uti dictum est, sociari concordia, quanquam sibi ipsum dissentaneum ac discors est); his itaque inimicitia, lites, æmulationes, iræ, ac quæ deinceps magnus Paulus⁸⁵ pridem percensuit carnis opera; ac quod omnium supremum malorum est, cædes ipsa accubatur nihil defunctorie.

Atque hi, primum quidem maleficæ dialecticæ sermonibus tentantes, litigantes, veritatis turrim dejicere molientes; velutque præsidio, qua pollebat sapientia submoti, sermonumque ac dicendi fiducia; ac tanquam duro saxo firmoque, viri magni fidei, procaci irruentes audacia, exque imbecillitate abacti, ac impudentia quidem adorientes, præ virium autem exilitate victi recedentes; quin potius contriti, ac velut pulvis vento ac turbine, alti ejus sermonis spiritu, æstiva arca excussi ac ventilati; cum absurdissimum videretur novos jam cum eo sermonum iure congressus, qui omni palam sermonis ac doctrinæ vi superaret, lapidibus deinceps tentabant obruere.

Ac sicut homicida Judæorum plebs, Stephano ad eos unum verbum prolocuto⁸⁶; apertos nimirum ipsi cœlos, ac Filium hominis ad Patris dexteram se videre, cum æqualem cum Genitore honorem prolis ferre non possent; continentibus aures, moxque surgentes, lapidaverunt theologiæ sacrum

interpretem, Sicut etiam Jesum, qui ante Stephani testimonium, in medio ipso concilio clamasset: *Ego, et Pater unum sumus*⁸⁷, surgentes lapidare nitebantur, quanquam fecit is, ut incassum lapides mitterentur: pari ratione Gregorio quoque Deum Patrem, Deumque Filium, ac Deum Spiritum sanctum, unam Deitatem, quæ tribus personis ejusdem substantiæ discrete ac velut dividue una consistat, eximie pro Theologi partibus disserente, immensa rabie acti, ac furore repleti princeps hæreticorum agmen inque illis antistes, tanquam suis eis dogmatis funditus labefactatis, præstantissimum theologiæ interpretem, velut sua opera, vique doctrinæ parem Trinitatis honorem asserentem, lapidibus petunt.

Quia vero, quam illi male impugnabant deitatem ac dividebant, hæc rite pro ea depugnantem, auxilio fovebat; ac Spiritus illi, qui in ejus spirabat gratiam, aderat: ab homicidarum eum injuria liberat; illæsumque a lapidum grandine servans, ad majora certamina, ac perfectiores coronas præparat. Idem namque ipsi ea ratione convicti, probroque affecti, ad aliud rursus fortissimum, ut putaverant, prorsusque ineluctabile vertuntur commentum. Nempe variis onerantes criminibus, iisque urbis præfectum, fidei ipsa communionem magis credulum ac proclivorem accedentes, cum et accusatores statuissent repente comprehensum Gregorium, pro tribunali sistunt. Atque, o stuporem! o insipientem sceleratorum aggressionem! Pacifici probatissimus discipulus, ac pacis mitissimus arbiter, seditiosi ac protervi crimen sustinebat; ac qui docendo, juxta divinum Apostolum⁸⁸, fidelem sermonem amplecteretur, tanquam qui aliena a fide, ac hæreticis propria doceret, ab impiis calumnia insimulabatur. Stabat autem vir strenuus, velut sodalium cuiquam ac notorum; non quasi tanto magistratui, judicique assisteret.

Quoniam modo scite apteque, vel præfecti superbiam, fastumque animi, ac sermonum arrogantiam; aut viri prudentiam ac lenitatem: certamque ad eum ac exquisitam satisfactionem verbis expediam?

PREF. Quid sibi vult, heus tu, quod sic præmagnificam augustissimamque civitatem seditiosis molitionibus turbas, cum præsertim extraneus atque hospes existas?

GREG. Cui ille: Quænam injuriæ, quæve adversum nos, inquit, accusatoribus divulgata, rumoreque sparsa seditiosa molitio ac petulantia? Nihil enim mihi ejusmodi rerum conscius sum.

PREF. Quod, inquit, inanibus verbis atque profanis, incompositam plebem ad res novas sollicitas: viderisque mihi turbas ciere, qui imperitorum ac insipientium tibi animos adducas, atque ad seditionem (quæ his facile succendatur) cestro quodam impellas.

⁸⁴ II Cor. v, 15. ⁸⁵ Galat. v, 20. ⁸⁶ Act. vii, 55.

⁸⁷ Joan. x, 30. ⁸⁸ Tit. i, 9.

GREG. Enimvero, ait rursus, seditiosæ molitionis, turbæque popularis tantum abest ut ulli ipse sim auctor, quantum qui olim mortui, a vestra civitate ac republica extranei agunt. Olim enim (neque me quisquam arrogantiae fastusque insimulet) omni sæculi, fluxæque gloriæ claritate sprete ac carnis universis cupiditatibus excussis, solique Christo fœdere adjunctus, ac qui ejus lege Spiritus agi maluerim, ab omni discordia ac rixa mundum meipsum servare contendo; nec solam pulcherrimam pacem solus ego amplector, sed et cunctos totis viribus eam amplecti, cum Paulo⁸⁹ hortor atque suadeo. Fore enim ut sine illa nemo videat Deum.

PRÆF. Quid vero, inquit, quod et aliena, ac pro hæreticis partibus doces? Nonne vobis sufficit fides, cui et magnus imperator astipulatur: omnisque ditio ac civitas assentitur? Solusne fidei novitatem illaturus es, orbemque solus in sententiam tuam pertrahes?

GREG. Nihil equidem novum, inquit, aut ab apostolica fide alienum, vel ipse cogitavi unquam, vel alios docui; sed quæcunque, juxta sacram Scripturam, *audivimus, et cognovimus ea, et patres nostri narraverunt nobis*⁹⁰, hæc sentimus, hæc loquimur: in his permanemus, quæ credidimus, ac nobis credita sunt, scientes a quo didicerimus⁹¹. Non humanis cogitationum rationibus inconcessa, iisque inaccessibleia metimur: neque naturam nulla verborum vi explicabilem, ac quam nemo intelligat, dialecticis methodis pensitamus. Neque enim ut quibusdam moris est, præter ea quæ sacris nobis oraculis exposita sunt, contumacius quidquam præsumimus. Omnis igitur qui ex Deo est, nostramque audit vocem, ac quam loquimur veritatem agnoscens: non nobis simpliciter, sed ipsi plane, nostra opera, veritati accedit, eique conciliatur.

PRÆF. Quid ergo, inquit, videmur tibi non ex Deo ac veritate nos esse, quod vestro consubstantiali non admodum assentimur: neque enim ex Scripturis habemus, ut ei certo assensum præbeamus. Quid vero tibi, qui nec imperatoris decretis consentias, inque tantum opinionis fastum vecors evaseris, nec cum tanto episcoporum cœtu concordiam colas? Num times ne in te ipse grave aliquid ex contentione inconsulte accessas?

GREG. Decebat quidem, o præfecte (qua mansuetudine, blandaque lenitate respondit Theologus) unigeniti gloriæ non impingere; nec adversus divini Spiritus honoris æqualitatem elatos, illius majestatem spernere: nec denique tanta testimoniorum neglecta copia, quibus Patri honore cœquantur, deterioribus animum opinionibus inficere. Sic enim una fidei confessione, mentisque concordia, tribus sanctificationibus velut sublimes Seraphim, unam dominationem, ac Deitatem laudantes⁹²,

A unum corpus, unusque spiritus Christiani omnes ageremus⁹³; jamque adeo non ex alio alii, alioque, sed ex Christo, omnes tum nuncuparemur, tum essemus, qui ad unam eandemque spem vocatio- nis pariter currem⁹⁴.

Quia vero nonnulli, animi potius pravitate, quam inscitia, si certæ veritati, clarisque testimoniis, ac auctoritatibus obnituntur: puta iis, quæ ad Filium spectant, quod Dei sermo cum esset in principio, erat apud Patrem⁹⁵, et Deus erat; quodque Unigenitus, et quod in sinu Patris. *Ego, inquit, in Patre, et Pater in me est*⁹⁶. Et, *Ego et Pater unum sumus*⁹⁷. Quod item splendor gloriæ⁹⁸, ac figura paternæ substantiæ, id est, imago invariabilis, divino Paulo prædicatus est; necnon aliis, quibus eadem deitatis natura astruitur. Quæ vero spectant ad Spiritum, quod Dominus est, quod mittit, quod sibi templum efficit⁹⁹, ac deificat; quod operari eum sicuti vult¹, ac dona dividere testante Scriptura² proditum est; quibus, aliisque plurimis, ejus quoque cum Patre sociæ, unaque dominatio ostenditur.

Quia igitur nulla tantorum Spiritus testimoniorum reverentia ducti, non horrent creatricem ac effectricem omnium causam creatis accensere; fiuntque creatura nequam, qui omni pudore semoto, naturam omni superiorem dominatu, in servitute arrogantiæ ac superbia detrahant, nec ex seipsis hactenus intelligere voluerint, cum animi interior ratio, atque notio ex mente nulla passione ac fluxione, nulla temporis inter capedine nascens, atque a gignente inseparabilis, quæque item sermonis prolatione ad sensum transit, ejusdem cum mente horum parente naturæ sint; vero etiam propius certa quadam ratione qui ex Patre luminum velut coæterna quædam germina existunt, ejusdem merito naturæ cum genitore debere existimari.

Id vero in causa est, ut ipsi ab eorum nos communionem, velut qui adversa veritati dogmata inducant, non injuria abscindamus; nec decretis acquiescamus, ac impietatibus assensum præbeamus, ne scilicet parem illis blasphemiam condemnationem sustineamus, quidquid orbi nunc universo imperare videantur; etsi vulgo videantur episcopi, etsi sublimes sedes conscenderint. Nobis siquidem, o spectande, imperatores non purpura, sed virtute nobiles atque inclyti: non auro, argento, pretiosissimisque capillis, vel auro compactis curribus, seu magnis exercitibus augusti ac formidabiles, sed fidei sinceritate, veraque ac genuina erga divinum Numen affectione. Episcopos autem non eos omnino habemus, qui sacerdotalibus præfulgent stolis, atque infulis; sed qui velut podere, id est talari, etiam virtute amicti sunt; rectamque fidem velut rationale judicii³, et veritatem, et manifestationem in pectore, animique precordiis gestant.

⁸⁹ Hebr. xii, 14. ⁹⁰ Psal. lxxii, 3. ⁹¹ II Tim. iii, 14. ⁹² Isa. vi, 5. ⁹³ I Cor. x, 17; I Cor. vi, 17. ⁹⁴ Ephes. iv, 1-4. ⁹⁵ Joan. i, 1 et 18. ⁹⁶ Joan. xiv, 11. ⁹⁷ Joan. x, 50. ⁹⁸ Hebr. i, 3. ⁹⁹ II Cor. iii, 17. ¹ Act. iii, 2; I Cor. vi, 19. ² I Cor. xii, 11. ³ Exod. xxviii, 4.

Sic autem animatus, ac cum ita de his sentiam, A siquidem ingruentia Trinitatis ergo pericula, ac exsilia, cruciatus, mortem (vitæ scilicet immortalis argumenta) detrectaverim; tum vero reipsa innueris me dignum mortibus ac periculis existimaverim.

Aiunt præfectum, his ex eo auditis, viri sapientiam mira quadam ratione virtuti temperatam admiratam esse: sicque adeo plebem pietate commotam, ac divina victam prædicatione, ut ingentem clamorem extulerit, ac nedum theologiæ nomine beatum prædicaverit, verum etiam illic primo Theologum appellaverit. Sic nimirum prorsus theatrum ceperat; sibi que iudicium (auditores scilicet) addixerat. Ac Gregorium quidem cum reverentia domum remisisse; accusatores vero tantisper objurgasse, ut qui ad causæ momentum arguendo viro nihil attulerant. Hinc etiam ille, ut divino proditum eloquio est, majorem ⁶ in plateis agebat libertatem, fidentiusque palam loquebatur. Omnis enim animus, cum certamina necdum adierit, plerumque formidare, seque pugnae subducere; lucta autem defunctus, auctusque victoria, fortiter ac strenue amat agere.

Homo sane illius Ausites ac beatus Jobus, præ virtutis præstantia invidiosus diabolo redditus, illique postulanti traditus, liberis quidem, omnique prius substantia nudatur; tumque etiam pessimis corpore ulceribus cæditur ⁷; ad hæc vermium tabo, acutisque amotus doloribus; ac, cum uxore dementia loquente, atque amicis imprudentius, nec pro rei indole consolantibus usus, nec minimum emolitus esset, vel ullam prorsus Deo stultitiam dedisset, magnifice claque præconio in fine certaminum celebratus est; ac, quod omnium præstantissimum, illius voce prædicatur justus, qui e turbine atque nubibus illi respondebat. Hic autem, nulla mala æmulatione, atque livore ablata substantia, sed Christi lege erogata in pauperes omni facultate; nec decem duntaxat confertim, unoque momento corporalem liberorum perpressus interitum, sed innumerabilium animi labem tabescentibus dolore visceribus sustinens ejus, qui expenerat, ira cæditur; nec vero solum corpore, quin potius medio ipso pectore, atque animo duriore plaga afficitur. Tentator enim velut armis, atque jaculis, nequissimorum dentibus, linguisque, velut acutis usus gladiis, hæreticorum loquendi licentia, atque pruritu continue tanquam mucronibus, ferit; percutitque blasphemis animum; atque eorum opera, qui simulata fide, amicitiam profitebantur (in quibus etiam fuit Maximus Cynicus; cujus pro Cynica indole supercilium, morumque impudentiam, ac insidias, velut cunctis notas, dimittam) omni, ut verbo dicam, machina, ac arte commode, incommode admota, qua ille fulgebat, veritatem redarguere, sibi que eam vindicare tentat actionis necessitudine, ac pro si-

multitudine. At Gregorius (quippe qui non nesciret ejus cogitationes) admirandam adversus omnia patientiam opponens ac longanimitatem, haud secus ac inturgentes spumas, decumanos injuriarum fluctus elidit: sed ei administratorum invidiæ omnem malignitatem sinistraque molimina convellit. In fine autem ea, quæ in censu erant, non duplicia recipit, sed multis partibus auctiora, velut scilicet bonus ille servus, accepta potestate super decem civitates, quinimo instar fidelis ac prudentis œconomi ⁸, ipse quoque (nec magnum dictu.) omnibus quæ sunt Domini sui præpositus. Minime autem prædicatur justus, sed efficitur: Theologus autem tum efficitur, tum magnifice prædicatur.

B Hinc Trinitas, haud secus ac lampas trino fulgens lumine, eximie in eo accensa, non jam silentii modo premi sustinebat: non jam ad eos indulgentia utendum arbitrabatur, quorum imbecillior erat animus; sed sicut lucidissimus iste sol, jam terræ solutus sinu, inque horizontem terra superiorum micantibus radiis tantisper prominens; hactenus quidem summos montium vertices sensum luce perfundens, densa tenebrarum ad terræ cava contrudit: paulatimque promovens, omnino caliginem dissipat atque dispellit universumque orbem terræ mundi communi luce ubertim impartit; nisi quid ex eorum genere est, quæ noctu pascuntur, nec solis radios ferre possunt; sic nimirum comparata, ut lucis excellentia eorum non tam illustretur visus, quam deteratur; aut propter meatus inferendæ luci non idoneos, nec satis explicatos ut splendorem recipiant; cujusmodi lustra subit, ac Petrarum specus. Sic quoque Gregorius; quin potius quæ in illo velut orbe solis rutilo quiescebat Trinitas, primum mente sublimiores illustrans, tumque omnem animum luce dignum amabili scientia replens, ferinum omne pectus, sensumque affectus a ratione alieni alumnus terræ abditis obscurum tradit: nempe non ferentem divini radii spiritalem illustrationem; atque ideo divinam repellentem lucem, quod vel malo naturæ genio, vel animi pravitate, excellentiam bonitatis suscipere non possit.

D Ergo civitati quidem, inque ea agentibus, atque civibus, quæ in Gregorio erat trini solis exoritur lux; provinciæ autem, ac quæ extra sunt, illius destituuntur luminis claritate? aut vicinis quidem, nec longius dissitis theologiæ splendor illucet, ad eos autem qui procul remoti sunt, ac extrema terræ occupant, sermonum gratia non attingit? aut pervenit quidem etiam ad illos, obscure tamen? aut clare quidem, at non firmiter, et ut perennet? Haudquaquam; sed cuncta simul purgat, illuminat, perficit. Purgat quidem hæresis placulo, eos qui ignorantia olim tenebantur; eximie ac cœlestis prædicationis divinis sermonibus, illuminat; augu-

⁶ Prov. i, 20. ⁷ Job xii, etc., 42. ⁸ Luc. xiv, 17.

atissimis divinis naturæ ejusdem conjunctionis A radiis concilians, perficit.

Non me latet eo provehi orationem, ut, qua excurrit prolixitate, jam nauseæ fiat; quamobrem duplici distrahor affectu, hincque inde studiis secor. Nam metus quidem ne plerisque molestior, ac decori insecius videar, sermonis mihi impetum inhibet. At quid patior? quippe etiam alias eum remittere non sinit, qui cogit amor, vimque facit: totumque peritus expugnans, sibi palam addicens. Is namque Theologi tum sermonum magnificentiam, tum divinam morum præstantiam longiore verborum ambitu exspatiantibus comparationibus clarius animo suggerens, ut in eis mente immorer, ac plura loquar, evincit.

Esto igitur, etiam cum Mose pro virili nostra B magnum Gregorium diligenter comparantes, hinc quoque antistitis præclare gestorum amplitudinem consideremus. Mose, inquam, illo, qui sancta quidem Abrahami radice germen progenitus sit, metuque Pharaonis infans in fluvio expositus; ac Pharaonis filie visus elegans, in filium palam adoptatus fuerit: quique adeo hæc ex causa omnem Ægyptiorum scientiam doceatur, nec tamen cognatorum dedoceatur amoris a natura vim. Ideirco, quod educantibus haud satis æquus, exque animo affectus, deprehensus esset, se fuga proripiens, atque ad Madian montem transiens, illicque uxori legitimis copulatus nuptiis, pecudum pastor effectus sit; seque rerum contemplationi impendens, quantum homini videre concessum est, in rubo Deum viderit.

Is rursus in Ægyptum cum signorum virtutibus missus, Ægyptiacique animi duritiem expugnans, multiplici prorsus eos verberare ac plaga affligit, inque brachio excelso populum suum liberat: ac quidem ab Ægyptiaca morositate redimens; ignisque columna, ac nubis ducens, eorum in terram promissam ductorem agit. Tum, mare Rubrum divisum, siccis eis vestigiis iter explicavit: idemque rursus in seipsum confusum, persecutoribus interitus simul, ac sepulcrum fuit. Hinc rupes dirupta, flumina profundit; lignumque aquarum sanat amaritudinem: ac quidem firmamentum aviculas pluit sicut pulverem; cælo verum panem, spisso D umbre, demittit: atque extensæ manus, innumera fugant hostium millia; Deique justa sententia, populum murmurantem vicissim neci tradit.

Quod omnium maximum, maximamque habet admirationem, ascendit in montem excelsum solus, dierumque quadraginta jejuniis corpore mundatus, animo expiatus, tremenda Dei coram animadversione, præstantiorique in specie ignis apparitione, atque vocibus, ac tubis, tanquam in symbolis, dignatur: lapideisque tabulis inscriptas leges accipiens, atque varios illic sacrificiorum ritus

edoctus, veri quoque tabernaculi figuram ex umbratilis forma ibi contuebatur. Illic candelabrum et mensam; illic aras et arcam, aliaque celestium similitudine assumpta, figuræ ratione vir Dei conspectu usus serio contemplabatur. Hæc vero tribulibus tradens, ac sacerdotium quidem Aaroni, germano corpore, germano spiritu præbens; ducis autem præfecturam Jesu famulo concedens, omnique operum ipsius ministerio ex consilio divini rationibus expleto, sic vitam caducam, mortique obnoxiam deponit.

Sic quidem Moses; isque (ut paucis complectar) ejus instituti vitæque rationis modus fuit. Quid vero Gregorius? Nonne sacrorum parentum, sacratissima proles eluxit? Nonne is quoque sæculo tanquam fluvio expositus, Spiritus quidem signaculo fiscella communitus est⁷: sæculari autem sapientiæ elegans, dexterque indole visus, atque in filium ei adoptatus, in ea eruditur, atque præparatur? Num illius sensum humilem ac superstitionem lubentissime fugiens, sublimiori contemplatione, ac magis e pietate usus est ad sapientiam mundo superiorem?

Non commigrans velut Moses ad montem Madian⁸, sed sacræ animi tranquillitatis, ac imperurbationis verticem conscendens; nec sicut ille, mortalem sibi conjugem assumens, sed perfectæ sapientiæ amore incensus, ejusque gratiarum corona eximie ornatus; nec pecudum rationis expertum, sed ratione vere utentium probatissimus pastor effectus, si quis alius mortalium Invisibilem videt⁹; ac revelatâ facie contemplatus Domini claritatem, tum contemplatione¹⁰, tum potentia repletur, atque in istam mittitur Ægyptum. Mittitur vero ut populum Domino peculiarem acquireret; atque a caliginosa hæreticorum ignorantia liberatos, ad lucidam in fide viventium veritatis hæreditatem transferret.

Virga quidem a Deo minime in manus tradita¹¹; quin ipse potius virga virtutis efficitur divinitus missa. Virga utique, non quæ in seductorem serpentem transformetur¹², sed quæ in formam Christum referentem, ac mentem immutetur: non quæ aquam potabilem in sanguinem potui inutilem vertat¹³, sed quæ potabili doctrina, salsam eorum abstergat. Non quæ ingruente reptilium copia, eaque edacissima adversarios confringat¹⁴; sed quæ efficacibus vivisque sermonibus durissimam mentem atque superbam velut flagello cadat; aliis quidem vulnus ac plaga tumens, non suapte indole, sed illorum morositate, qui omni ulcere insanabilius invidia vulnerati ac foedati essent¹⁵; aliis consolatio bona, fulcimentum ac gratia. Ac quidem aliis, instar grandinis, ignisque ingruens, tum densitate sermonum, tum divinatorum igne sensorum, contumacium animos consumebat¹⁶; aliis

⁷ Exod. ii, 3. ⁸ ibid. 15. ⁹ I Tim. i, 17. ¹⁰ II Cor. iii, 18. ¹¹ Exod. iv, 2. ¹² Exod. vii, 19 20.
¹³ Psal. civ, 29. ¹⁴ Exod. viii, 2; xvii, 21. ¹⁵ Exod. x, 5. ¹⁶ Exod. ix, 25.

velut ros e caelo leniter stillans, sensibus ut florent, præstabat : atque aliis quidem tenebræ palpabiles prostabat¹⁷ ; aliis lux mentis sancta, ex luce, quæ omni major sanctitate est, abunde effulgebat : quin potius, qui lux cunctis vera tum fieret, tum esset ; aliis quidem illustrandi vi pollebat (iis scilicet qui suæ mentis oculo ab ejus fulgoribus minime abhorrent), aliis obscurandi, qui propria mentis debilitate veram claritatem obtueri non possent ; qui lucem quidem, ut inimicam refugerent ; tenebras autem tanquam suavissimas sibi deligerent. Ac aliterum quidem mentis rationum ac actionum primitiva, argumentis confutans exterminabat¹⁸ ; aliorum autem incontaminatas in Christi sanguine animas conservabat.

Idem ipse ignis columna ac nubis efficitur¹⁹ ; peccati caliginem dispescens, virtutisque laborem refrigerio temperans atque leniens ; velutque nubis rore, Paraclæti consolatione, spiritalem Israellem levans, atque ad supernas mansiones traducens ; ac manu quidem excelsa sæculi mare illi scissum, innoxie transmittens ; eos vero qui dementi ac furienti in eum impetu, omni apparatu insequabantur, in eo suffocatos relinquens, purissimo ipse salvandorum cœtui, cum magnifico virtutis comitatu, ad beatas salutis sedes ductor præibat.

Fit petra²⁰ ; revera enim spiritalem petram²¹, non sequentem, ipsique comitem, sed in eo manentem, Christum vitæ latices manantem, habebat. Lignum quoque efficitur, potui inutilem²², atque amarum hærescon doctrinam, in rectæ fidei dulcedinem mutans. Manibus autem non interdum extensis, ac quæ graves deprimerentur, aliorumque opera sustentari deberent ; sed mente in Dominum jugiter sublata ac excedente, tum verum suffulciebat Israellem, tum verum fundebat fugabatque Amalec²³.

Alit autem, non pane qui prima luce e caelo pluens, plusculum ascendente sole mox colliquecat²⁴ ; nec avium carnibus immensa copia imbris instar depluentium, sed sermonum abundantia atque vi ; tum nempe magis spiritualium ac divinarum, eque sursum, atque sapientia quæ de sursum est, subministrante suppetentium ; tum corporaliom magis ac naturalium, ex terrena, ac quæ sæculi usu comparatur, intelligentia, mentisque solertia illi collectorum²⁵. His igitur, qui recti ac fideles essent, tum alebat, tum recreabat ; qui autem murmuratores, ac Deo detrahebant, eos miserabili ac deplorandæ morti tradebat.

Non in montem (terræ scilicet, qui in sensum cadat, tumulum) per breve tempus succedens, Deique illic usus colloquio²⁶, turbis se rursus legislator permittebat ; sed suprema theologiæ conscensa specula, non dierum quadraginta, sed jugi jejunio ;

A præstantiorem quam pro sensus ratione Dei visionem nactus ; non fragore mugientibus vocibus, tubisque aerem vi percutientibus, vehementiusque auribus insonantibus ; sed sine strepitu, atque leniter, et leni ac quieto Dei Spiritui colloquens, illique congregiens, ac silentio magnas sublimium decretorum voces percipiens : non tenebris ac caligine obducto corpore, sed supra quam ignoti incomprehensionis notitia oblecto : non procellis ac turbine ventisque flantibus, sed divini Spiritus mollioribus auris perflantibus ; non cœlestium imagines, ac figuras, nec veritatis obtuetur umbras, sed ipsa sacratius docetur cœlestia, ipsamque clare veritatem cernit. Symbolis enim, ac umbris Mosi conspectis ad ea quæ vera sunt intelligenda usus, ac per ea ad ipsum clare legislatorem devecus, vere gloriam contuitus est, nedum posteriorum Dei (quibus a Deo secunda, illoque auctore condita obscure significantur), verum etiam (ni audentius loquor) anteriorum²⁷ ; ipsius, inquam, existentia præeuntis supra quam ignotam infinitatis notitiam. Vidit autem Dei claritatem, non brevi temporis morula factam conspicuam, citoque abscedentem, sed quæ semper ita consistat : nec velut ille, in petræ protectus foramine, sed in unigenito Verbo paternam contuens gloriam, in Filii Spiritu eximie Filio circumfulgetur. Vidit quæ per tabernaculum, inque illo reposita vasa mystice significabantur ; quin ipse potius vario virtutum cultu insolubile se tabernaculum Deo exhibens, etiam arcam animi suum reddidit : arcam scilicet, non quæ haberet urnam auream²⁸, sed quæ cor auro rutilum, panem illum cœlestem gremio continens. Non quæ virgam amygdalinam, quæ floruerat, lapideamque ac fragilem tabulam ; sed quæ expolitam mentem ac inviolabilem, vereque Dei digito scriptam, conlegeret.

Idem pariter candelabrum septem habens lucernas constituitur²⁹, qui scilicet septem Spiritus donis Ecclesiam illustret. Constituitur et mensa, panem illum summe mysticum probe esurientibus appositum habens³⁰. Constituitur etiam altare, nedum thymiæmatum, velut suavissimos suffitus, precum jugiter hostias submittebat³¹ ; verum etiam holocaustorum, pietate pingues animas sacrificii ritu in ipso faciens³².

Idem quoque magnus pontifex effectus, non unctionis oleo caput barbamque diluitur, sed Spiritu exultationis mente ac animo sanctificatur. Nec variis tunicis, terrena e materia contextis perornatur, sed virtutum varietate, animi tunica varia induitur ; ac velut Aaron ille tintinnabula³³, concinnum apostolicæ sapientiæ sonitum assumens, ita sanctificationis sacerdos, atque hostiæ novæ sacrificus non per sanguinem, sed per spiritum fa-

¹⁷ Exod. x, 22. ¹⁸ Exod. xii, 29. ¹⁹ Exod. xiii, 21 ; xiv, 19. ²⁰ Exod. xvii, 6. ²¹ I Cor. x, 4. ²² Exod. xv, 25. ²³ Exod. xvii, 11. ²⁴ Exod. xvi, 14, 15. ²⁵ Jac. iii, 15, 17. ²⁶ Exod. xix, 3. ²⁷ Exod. xxxiii, 25. ²⁸ Hebr. ix, 4. ²⁹ Exod. xxv, 51. ³⁰ Isa. xi, 2. ³¹ Exod. xxv, 23. ³² Exod. xxx, 1. ³³ Exod. iv, 27.

clius est. Non enim ex umbræ rerum, sed ex veritatis ratione; nec juxta ordinem Aaron, sed qua ratione divinus Paulus, regni Evangelio defungens; ac, sicut magnus ille pontifex Jesus Christus pro suo populo victima factus, precesque offerens, non semel in anno in sanctis sanctorum versabatur; sed incessanter spiritali atque cœlesti altari propinquans, inde nobis salutem operatur.

In eum modum, nedum Moses Theologo exemplum efficitur, verum etiam Aaron: in quod aspiciens, quantum veritas umbram ipsam figura designantem præcellit, tantum, arbitror, illis illustrior ostenditur ac perfectior. Quid vero? Qui sic horum imitatus vitam, adeo iis superior clariorque eluxit; num a sequentium prophetarum atque justorum imitatione defecit? aut alios quidem aliis virtute claros imitatus est, non item aīos? aut omnes quidem, aliquo tamen præripiente palmam, ipsumque superante? aut paribus modis virtutem gessit? aut exiguo a se intervallo, proximeque secundas virtutis referentes illos reliquit? Minime gentium. Qui enim Moysen prophetis omnibus, ac iis qui leges tulerunt, longe præstantem, adeo antecellit; quanto magis reliquos abundantia magnificentiæ gratiæ superabit? Verum ad ea quæ continua serie ad ejus vitæ rationis monumentum spectant, operæ præmium iterum orationem reducamus.

Interim Gregorio hisce impenso, ac dum errantes quidem oves reducit³⁶; quærit autem quæ perierant, ac contritas alligat, uti sacræ prophetiæ verbis proditum est: virentibusque collocat pascuis, ac veræ refectionis aqua educat³⁷; omni que (tum quæ ad actionem moresque, tum quæ ad fidem pertinet) tanquam herba lethifera atque noxia, ipsas Iniquitate arcens, super semitas ducit justitiæ; ac lege sancit, non temporaneam corporis emundationem, sed sensus carnis mortificationem; neque ritum quo immolandæ animalium victimæ, ostendit; sed Spiritus vivificationem, quæ per fidem existit; ac velut sagittis solertissime Anomœorum corda ferit, velutque lucidissimis radiis, sacrosanctis doctrinis suis, electis lucem præterdit; de repente solvitur ruitque tyrannis, ac legitima imperii potestas designatur; ac impiorum quidem potestas penitus eliminatur, piorum autem reliquæ fiduciam sumunt; hæreticorum merito supercilium detrahitur, Deique populo cornu salutis suscitatur³⁸ atque exurgit, imperator clementissimus, malorumque odio propensissimus. Is, duo optima secum constituit; ut nempe, qui trinam monarchiam evertere viderentur, probrum honore commutantes everteret; qui autem pari honore, naturam honore parem, atque æqualem supra quam honorarent, atque colerent, honore exceptos erigeret, atque eos qui sedes vi inscenderant, spretim submoveret;

A injuste autem Ecclesiis submotos, locis propriis restitueret.

Porro ut auspiciatissimo exordio delatum imperium iniret, duo hæc ut exsequatur diligenter enititur. Quænam illa? Ut nempe œcumenica synodo Nicææ Patribus decreta confirmans, quæ succreverant hæresum novitates exstingueret, litesque ecclesiasticas dispelleret. Hæc Magni Theodosii prima consilii ratio; ut autem Gregorium in Constantinopolitana sede collocaret, id illi secundum opus, nihil priore impar, aut quidquam segnius curatum.

B Gregorius autem, qui animum omni superiore ambitione haberet, paternisque visceribus erga gregem affectus esset, concessam quidem Ecclesiam libentissimus recepit; inire autem sedem, hactenus differebat. Postea tamen, vi quidem, at cessit nihilominus episcoporum votis, cum aliorum plurimum, tum Antiochiæ præsulis; magni scilicet illius Meletii, qui multa pridem ac strenua sanctæ Trinitatis causa fertur desudasse certamina. Hujus divinis judiciis, probique imperatoris id enitentis vi, ac fidelium civium adactus obsecrationibus; quin divinis potius obsequens nutibus, ad celsam, pro antistitis munere prælationis sedem, evehitur. Lucerna super candelabrum sublimis collocatur; ac prædicator, speculam sublimiorem aggreditur. Quid vero? an quæ præstat regibus ut regnent super terram, ac tyrannis ut dominentur terræ³⁹, beata Trinitas, suscitaturque de terra inopem, ac de stercore elevat pauperem⁴⁰, non etiam probatissimum famulum, ipsisque rebus perfectissimum præsulem, in pontificia sede collocaret?

C At nemo illegitime, contraque ac sacra Ecclesiæ regula statutum est, ad tertiam eum arbitretur transferri sedem. Nam neque ea res translatio est, sed electio, primaque ac unica in urbe augusta pro episcopi dignitate, atque munere sedis collocatio. Nam quod primo Sasimis, uti dicebam, præfectus est, id solum promotionis causa fuit, cum neque sedem receperit, nec omnino illic ordinaverit, ullamve mysticam initiationem pro antistitis partibus celebraverit; quod nempe viculus ad sustentandam episcopalem sedem esset omnino ineptus. Nazianzenam autem cathedram quondam curavisse, cum pater illius episcopus esset: at non ejus creatum esse episcopum, aut sedem illam unquam suscepisse. Solum autem Patris hortatu ac jussu, ut sacri ministerii defectum impleret, sic Ecclesiæ curam suscepisse, ut senectæ fulcrum, ac paternæ imbecillitatis sustentaculum audiret. Ita vero se rem habere, etiam ex iis perspicuum est, quæ ipse ad Gregorium sibi cognominem scribit (14). *Inter omnes etenim constat me non Nazianzi, sed Sasimorum antistitem creatum fuisse; tametsi in patris reverentiam, et eorum, qui supplices hoc a me con-*

³⁶ Psal. XLIV, 8; Hebr. I, 9. ³⁷ Eccli. XLV, 10. ³⁸ Ezech. XXIV, 4, 5 seqq. ³⁹ Psal. XXII, 2. ⁴⁰ Luc. I, 69. ⁴¹ Prov. VII, 13. ⁴² Psal. CXXI, 7.

tenderunt, ad breve tempus, quasi hospites præfecturam suscepimus. Quod igitur pater mortalem vitam divina commutaverat, vacantem jam inventum divina Spiritus gratia, vitæque ac doctrinæ humana majore præstantia postea clarissimum effectum, in urbis augustæ solio quantum oculis conspicuum erat, constituit; quantum autem animo aspectabile, orbis terrarum bonum Pastorem, magnumque antistitem præficit.

Operæ pretium autem ut nec ipsum in eundæ sedis taceamus modum. Postquam enim divinum illud ac salutare præceptum atque decretum pervulgatum est fore Theologum in sede collocandum; perinde vero ac dicas, quam is Trinitatem Deum prædicabat; videre erat universam propemodum simul creaturam, illius sublimationis ergo ac projectionis secum ipsam moveri. Tunc enim, arbitrator, cælorum virtutes omnes, mente, immateriate, in aspectu, præeuntes, sequentes, stipantes, pro sacro divini præsulis ingressu jucunde applaudebant: omnes profanorum dæmonum turmæ, quotquot aeriam regionem circumeunt, ac quotquot locum terræ viciniorum adeptæ, hoc sibi studium ponunt ut hominum genus seducant, inferna festine latibula subibant, cum micantia divini Spiritus fulgetra non ferrent. Omnis vero piorum civium cœtus, fideli imperatori ex fidei pietate comes, monumentique maximi festivitatem antistitis ingressum ducens, splendide ovensque in sacram pariter ædem irrumpebat.

Vidisses igitur illic populi universi plausus, victoriæ cantica; ac quibus Deo, quibus imperatori grates exsolverentur. Vidisses viros, feminas, senes, pueros, servos, heros, hominum ætatem omnem, omne instituti genus qui solitariam, quique vulgo tritam vitam agerent, sacerdotes ac laicos, ex omni ferme hominum, quod sub cœlo est, genere, haud secus ac fluctuum eruptionem, confluentes, influentes, præeuntes, occursantes, impellentes, in adversum pellentes ac qui pellerentur, gaudentes omnes, omnes gestientes, jucundo omnes animo, bonumque certamen certantes. Ne quidem virginibus fas videbatur ut sacro illi spectaculo deessent. Ac verò hæc, honesta gravitate opertæ, sacra festive septa invadebant. Cunctis certamen erat, piaque contentio, alii ut antistitem prope accederet; alii, ut iis qui prope accedebant e vicino succederet; alii, ut vel eminus, ingressus videret, velut hinc quoque commodum aliquid percepturus esset. Animus enim fidei sensu, ei qui creditur mente conjunctus, dum vel ejus umbram procul speculando adverterit, cupiditate agitur, gestit, omnique studio ad ipsum contendit: ac velut quodam majoris amicitia stimulo, conspectu usus, corpore etiam, ut ita res ferat, enititur amato conjungi.

Non sic Judaicus olim populus circa templum Hierosolymitanum, Salomone dedicationem illius

A celebrante⁴¹, frequens confluit; nec sic plena ante eum uno totius populi conventu Davidi coacta celebritas est, tum, cum arca ut quiesceret locata fuit atque deposita, ac in illo ingressu conflata ferunt⁴²; nempe Gregorio sedem adeunte. Iis quidem qui recta fulgebant fide, talis quidam cursus ac alacritas erat; at neque hæreticorum agmen a communi illa populi glomeratione aberat. Aderant autem, atque alii quidem intus animo invidia dissecabantur; nec tamen pravitatem in lucem proferebant; alii more canum in rabiem acti, jam cædis avidi irruere, atque necare incitabantur; sed Dei occulta manu, cunctaque conservante, furens ille eorum impetus inhibebatur. Atque illi quidem insidias, strues, turbas ac seditiones, innoxieque sanguinis effusionem animis cogitabant; Trinitas autem (quippe boni amans) defensorem suum ac propugnatorem, ab omni tutum nequitia servabat.

Vidisses illinc utrinque congressiones fieri, pugnasque committi, Anomæis scilicet, tanquam ad ipsos spectantes, Ecclesias vindicantibus (iis enim qui longiori tempore possederint, vel si injustissima possessio sit, haud raro ex continua solummodo detentione, hominum judicio rata fides succurrit); Homousii autem defensoribus easdem mordicus retinentibus, velut qui recens Dei nutu, piique favore imperatoris, Theologo optimo præceptore, ac testatore, ceu legitima hæreditate illas adepti essent.

C Vidisses illic sacrum illud melos reipsa præstitum, nempe, justi quidem cornu exaltatum in gloria; peccatores autem videntes, et irascentes, et stridentes dentibus, ac tabescentes; eorumque perillase desideria⁴³. Non enim futurum erat ut in longum tempus falsitas reluctaretur ac obsisteret, neque ut veritatis adversum se aciem ad extremum sustineret: sed sicut hiberna tempestas, sive brumale frigus, procul adhuc morante sole, atque australem versante viam, late viget, omnemque constringit naturam, ac premit: illo autem rursus ipsas jam ad aquilonem decliviores detegente partes, atque æstivum gyrante solstitium, clarioresque ac mora firmiores radios immittente, incalescit, spiritusque ac vitam resumit, quidquid in rebus est, vereque latius diluente, bruma facile, frigusque exolescit ac dissolvitur, inque internos recessus atque latebras vicissim cogitur. Eodem fere modo, gravem illam hæresum, ac quam molestam caliginem, atramque tempestatem, haud secus ac crassissimam hiemem, nubemque Ecclesiis affusam, ac piorum prementem corda, Gregorii sermonum radios, velut e sole, Christo in eo manente promicantes; clariusque ac lucidius effulgentes dissolvisse ac consumpsisse; atque Ecclesie firmamentum in statum diei fulgoribus lucidum, ac pacis claritatem transmutasse.

Hujus vero certum argumentum, ac conjectura,

⁴¹ Il Par. vii, 8. ⁴² Il Reg. vi, 1. ⁴³ Psal. cxi, 2, 10.

quæ ante sacrum illum ingressum in aerem effusa densissima caligo ac obscuritas est. At ubi Ecclesiam ingressus est, universa civitate ac imperatore una comite, omnique Ecclesiæ cœtu decantante laudum cantica, ac divino antistite in sede collocato, cunctorumque vultibus præfervido lacrymarum imbre perfusis, compunctis scilicet omnium animis, nectantam beneficii vim siccis oculis suscipere valentibus; ubi denique clamor, gaudium, commistaque tristitia ac supplicatio, universi populi gestu, habitu oreque erupit; solvitur statim densissima illa nox ac tenebræ; luxque splendidissima confertim effulgens, hæreticorum quidem spes in obscurum trudit, piorum autem exceptis corporibus etiam animum claritate perfudit, exsuperante mœstitia in jucunditatem nimium quantam cedente, atque conversa. Sic nimirum Dominus, quemadmodum eos, qui ipsum clarificant, claritate augere, sic qui spernunt, spernere consuevit.

Admirandus quidem Jesus, Israelis belli dux Moysis loco creatus, siccoque vestigio cum omnibus copiis Jordane transmisso⁴⁴; atque adversus gentes regesque fortissimos instructa acie, belloque comparatus, sic incruenta victoria evertibat quidquid incurrisset, ac par erat everteret, ac pessumdaret, quem Altissimi dextera cum primis protegabat. Unico tubatum clangore, robustissima concussa mœnia corruiebant: tanque urbes integræ, civiumque omnis conferta multitudo excidebantur: bellicosissimi reges impressione facta, nedum armis, sed et cœlo lapsorum lapidum instar grandinis imbre cædebantur⁴⁵; quin et ii, præeuntium vesparum aculeis⁴⁶, dire pungebantur. Quodque majus ac insolentius, sol stabat, luna inhibebatur⁴⁷, ipsumque cœlum Israeli aderat belli subsidio adversus insipientes depugnans. His Dei providentia curaque excisis, eorum substantias ac facultates in funiculo distributionis, per manum Jesu, eorum terram, ac quidquid ditionis fuerat dividendis, partibus adibant.

Gregorius autem veri Israelis sacra præfectura concredita, velut anæ rapido glomerantes aquas, prolixas stulte impiorum nugas innoxie transmittens; quod et ipse excelsam manum valide protegentem haberet, tanquam civitates ac oppida, illegitimas hæreticorum sodalitates cœtusque, clarissime sonantibus suæ theologiæ tubis, repente solo allidebat, fortesque blasphemiarum patronos, ac antistites, tanquam saxorum ictibus, densaque grandine, cœlestibus sensis confringebat; velut denique multo vesparum examine, crebris sermonum suorum aculeis saucians, alios quidem omnino perimebat, quotquot scilicet longe maxima temeritate acti, præfracte cum Deo pugnare audebant; alios vita donabat potiori, quotquot nimirum veri-

tatis decretis, pari credulitate subnittere animo, operæ pretium ducebant.

Sol et luna, oculis quidem conspicua, haudquaquam cursu inhibita sunt. Quorsum enim? at qui mente sol intelligitur, non semel, sed in perpetuum, sublimi ejus menti, ac cœlum pervadenti assistens; quin et ejus sapientiæ quæ sæculi usu præstatur lucidissima specie velut lunæ jubar effulgens, victorem adversus Dei hostes, ac triumphatorem facit: quibus nec datis, quam possederant terram, nempe Ecclesiam, possessione adit.

Possidet, inquam, aditque hæreditatem, non quæ diffluat, atque facile dilabatur; sed stabilem, atque ad futurum sæculum commigrantem, nec eam duntaxat quæ in terris, atque oculis conspicua est; sed per eam, ad cœlestem Jerusalem, liberam illam⁴⁸ (primitivorum scilicet Ecclesiam⁴⁹) transiens; non solus ipse, sed cum cœtu, turbaque ipsi comite, pro rata cujusque laborum ratione, patribus ascriptas incorruptas sortes possidendas consequitur.

Melle ac lacte fluere terram promissam, Scripturæ sacræ testimonio proditum est⁵⁰; Gregorii autem, mel quidem, theologiæ dulcedo; lac autem, doctrina jugi latice manans. Vel mel quidem, virtutis operosus labor, quem animorum cultori instar apes argumentosæ, laborisque tenacissimæ abunde suppeditabat; lac vero, largissimus, ac qui maxime nutriendo esset, sermonum latex. His enim, optimis divinissimisque rationibus commo- dum Ecclesiam regebat.

Hæc ille ante adeptam sedem, hæc post etiam adeptam, studio agebat. Non enim requiem laborum, sed accessionem curarum, angorem, sollicitudinem, ac laborum exsuperantiam, præfecturam ducebat, unam vero animi jucunditatem noverat, discipulorum pietatis rationibus profectum; unam corporis refectionem ac laxamentum, secessum ad loca ab hominum usu ac consuetudine remotiora; in seipsum conversione, animi rationum diligentiam ac curam: qua nimirum mens illi ad altissimas assurgens contemplationes, unam Paraclæti lubens habebat consolationem; reliqua autem animi oblectamenta, ac corporis relaxationes, crassioribus atque ad corporis rationes magis comparatis, projiciebat.

Nam cum his tribus, hominis animus omnis capiatur ac insolescat, nempe gloria, divitiis, voluptate; nec inanis gloriæ fastu ac superbia elatus, mentis rationibus movebatur; nec pecuniarum amore emollitus, animo capiebatur; quippe cum a teneris ipsis unguibus ejusmodi rerum cupiditas omnis illi extincta esset. Ac neque (quod plerisque usu venit) variis ventris voluptatibus victus concedebat: sed omnis jam vitæ mollioris ac voluptatis fragili fluxaque jucunditate excussa ita laboribus ac sudoribus virtutis causa sese exercebat,

⁴⁴ Josue i, 2. ⁴⁵ Josue, x, 11. ⁴⁶ Sap. xii, 8.

⁴⁹ Exod. iii, 8.

⁴⁷ Josue, x, 12. ⁴⁸ Galat. iv, 26. ⁴⁹ Hebræ. xii, 23.

ut illi quam maxime opportunum es-et Davidi- A cum illud proferre, propter nimirum Dei laborum sermones, vias se duras custodisse ⁵⁰.

Alii quidem alia functi virtute, aut divinæ participes facti gratiæ, solam forte quisque suam ætatem beneficio afficere velit : Gregorius autem in eo laboravit, atque operam posuit, ut non suæ duntaxat ætati, sed et cunctis simul deinceps futuris divinam gratiam Dei exemplo explicaret. Sacris eloquiis fluminis instar ex ejus lingua fluentibus, doctrinaque ore tradita, ad ipsum adeuntes nunquam demereri cessabat, arguens, increpans, obsecrans ⁵¹, pietatis decretis ad sapientiam componens, sermonibus veritatis aptans atque instruens, cunctosque ad contemplationem pariter ac actionem expeditos agilesque reddere maxime cupiens. Conscriptis autem sacris monumentis futuros deinceps per ætates ædificans ; in iis, eversos constabilit, fideles confirmat ; sed et os omne fremens, aut quod futurum est, ut fremat loqui adversus Deum iniquitatem ⁵², obstruit.

Tanta vero Gregorio exacti sermonis, ac veritatis cura, cum venustate, incitatione, perspicuitate, ac gravitate, ut quanquam multi sæpius a sæculo orationes conscripserint, aut divinas enarrationes ediderint ; quantum stellæ a solis claritate, tantum universi ab illius divina prædicatione ac eloquio, vique sermonum, deficiant. Ego, quantum licet pro virili, dicam.

Cum in orationes invectivas incido, quibus is Julian prævaricatoris confutat dementiam, numinumque gentilium infelicitatem ac vanitatem exagitat ; ac quibus eorum Deos, ac demones traducit, Gedeonis gladium video, aut illius trecentas tubas, atque lampades, quibus alienigenas exterret, ac in stuporem vertit ⁵³ ; propriisque ipsorum sermonum atque actionum Jaqueis, innecti facit. Aut Barach ⁵⁴ Jephtheque ense ⁵⁵ ; aut Samsonis mandibulam, qua hostes milleni percussi collidebantur atque cadebant ⁵⁶.

Cum in eas, quibus Filii ac Spiritus Deitatem tuetur, quibus alienigenarum decretum omne atque doctrinam excindit, ac præsertim Macedonii Ariique ac sequacium impudentem amputat blasphemiam, statim admirandi illius Davidis facinoris memini, triplici lapide funda rotato alienigenam percutientis, atque proceax illud caput amputantis, ac salutis cornu Israeli erigentis ⁵⁷ ; aut Samuelis illo superiorum tonitruum, atque fulgurum, vehementiamque e cælo imbrium, quibus is insipientem Israel emendabat ⁵⁸ ; aut ignis Eliæ, quo holocausta ac ligna consumpsit ⁵⁹ ; uti etiam postea illo duorum quinquagenariorum principum audaciam contrivit ⁶⁰, aut ejus ipsius gladii quo prophetas confusionis (id est, Baal) justissime interemit ⁶¹.

Cum laudatorias ac quæ de Dei hominis in carne negotio sunt orationes lego, quibus sacras solemnitates exornat, Dei revera vocibus Ecclesias illuminans, atque oblectans, cum Elia in cælum levor ⁶², igneaque eloquia haud secus ac flammeos currus inscendens, sublimis ad Dominum tollor : ejusque etiam incertam, quam Elisæo tribuit, cogito ; quinimo, quæ illi comes est, duplicem Spiritus gratiam, qua nedum impietatis fluente inhibentur ⁶³, verum etiam steriles animæ fecundissimæ redduntur ; ac quæ per fidei pravitatem interierunt, creduntur vitam recipere ⁶⁴.

Cum autistitum laudes, ac martyrum ; ad hæc etiam, quæ illius, moribus instituendis adhortationes exstant ; divinæ ejus sapientiæ varietatem, multipliciaque ac diversi generis opuscula, ac lucubrationes metro, solutaque oratione mecum pertracto, Salomonis animi profundum contueor ; quin et præ illo, ac majus aliquid possumus dicere. Nam Salomon quidem, cum sapientiam, rerum scilicet scientiam petiisset, ac accepisset ⁶⁵ ; sic elementorum indoles, animalium ortus, plantarum diversa genera, ac eorum quæ sub sole sunt, aut fiunt, operationes viresque intellexisse perhibitus est, ut superiorum exsisterit nemo hac illi scientia par, aut post eum surrecturus sit ⁶⁶. Gregorius autem cum humana illa sapientia nihil, ac certe parum quid a Salomone deficeret ; ea ceu rudimento ad divinam sapientiam usus, tantum illa Salomoni præcelluit, quantum Salomon reliquis præfulsit. Ac quidem ille, creatorum se contemplationi dedens, perspicacem in ea animi vim insumit ; hic autem ex creatis ad incomprehensi supra quam ignotam notitiam transvectus, summeque mysticam ac abstrusissimam nactus incomprehensionem, eaque apprehensa, ipsam in ea contemplationem sistit.

Ac quidem Salomon multiformem ac dividuam naturæ doctus rationem, intelligentiæ abundantiam multis libris editis produxisse proditus est : Gregorius autem naturæ supra quam divinæ Unitate ac Trinitate eximie perspecta ac intellecta, sermonis pulcherrimi vi, ac illustrante Deitatis gratia, cunctis simul ætatibus divina alte edisserit. Atque ille quidem, ea, quæ sæculi usu consistit, solertia ac sollicitudine elatus, ac carnis prudentia victus, quam procul, heu ! ab spiritu recessit, eorum nomine quæ sibi deligenda putavit (ne quid nefandum dicam) vituperio dignus ⁶⁷. At Gregorius, qui Spiritu Dei ageretur ⁶⁸, quanquam ad ejusmodi sapientiæ pelagus evaserat, facile tamen, ac leni aura navigat, divino scilicet Spiritu per spiritalem disciplinam, vitæque institutionem ad cælestem supercælestis sapientiæ portum ipsum dirigente ; carnisque affectuum ac libidinum, tanquam flu-

⁵⁰ Psal. xvi, 4. ⁵¹ II Tim. iv, 13. ⁵² Psal. ii, 2. ⁵³ Judic. vii, 20. ⁵⁴ Judic. iv, 16. ⁵⁵ Judic. xi, 32. ⁵⁶ Judic. xv, 15. ⁵⁷ I Reg. xvii, 40. ⁵⁸ I Reg. xii, 17. ⁵⁹ III Reg. xviii, 38. ⁶⁰ IV Reg. i, 9. ⁶¹ III Reg. xviii, 40. ⁶² IV Reg. ii, 9 seqq. ⁶³ IV Reg. xii, 14. ⁶⁴ IV Reg. iv, 16. ⁶⁵ II Paral. i, 10. ⁶⁶ III Reg. iii, 12 ; iv, 30. ⁶⁷ III Reg. ii, 1 seqq. ⁶⁸ Rom. viii, 14.

ctuum insurgente vi natatu superior, atque emergens, tutissimo exitu animi propriam navigationem obsignavit, ac clausit.

Postquam autem, quam sibi propositam habuerat impensoris illius consilii actionem, faustum finem, ac pro ejus diligentia, ac spei ratione convenientem, vidit accepisse; omni scilicet populari tumultu ac contentione, Anomœorumque linguæ improbitate ac contradictione divisa prorsus, atque conscissa; omnique sacro Orthodoxorum cœtu sacris Ecclesiis restituto, sicque virtute ac fide adulto, ut super eos divina omnino efflorere sanctificatio conspiceretur⁶⁸. Aderant quidem quorum adventus expectabatur præstantiores episcopi atque proceres; aderant, non ut Ecclesias collapsas erigerent (jam enim sacri antistitis sudoribus id ante præclare præstitum erat), sed ut illius acta confirmarent. Non ut notantem fidem firmarent ac stabilirent (quam ille factis ac sermonibus adamantinis communiverat), sed ut ejus de Deitate doctrinam calculo approbarent. Nec ut Consubstantialitatis gloriam tunc Spiritui deferrent, Deumque pariter ac Patrem Filiumque assererent, sed ut omnes communi suffragio, illius divinis prædicationibus consentirent.

Quod enim magno prius tonitruo filio⁶⁹ concessum est, ad Unigeniti gloriam declararet, ac præ reliquis Evangeliorum scriptoribus, ipsum Deum clare prædicaret; quamobrem etiam scite Theologus nuncupatus est; hoc ipsum plane, huic quem laudamus, quod ad Paraclætum attinet, postea donatum est. Cum enim alii a Deitate extraneum traderent; alii componerent quidem Deitati, ut tamen palam Deum nuncuparent, induci non possent; sed vel suæ ipsi ignaviæ, vel imbecilliorum animis ea temperatione consulere; solus hic, primusque fere præ omnibus Spiritum Deum Patri ac Verbo consubstantialem perspicue ac valde clare fiduciaque prædicavit; cujus etiam liberæ prædicationis magnificentissimum præmium consecutus est, ut qua aliis præstat excellentia, Theologi nomen nancisceretur, auri scilicet thesauris innumerabilibus, cunctisque pretiosis lapidibus longe clarius.

Sacro igitur episcoporum cœtu, universaque civitate, quod Ecclesia victoria potiretur, id vero ejus certaminum, laborum, sermonum facinus, ceu rem omni majorem fide testantibus, eique mutationis in melius causam ascribentibus, ac velut dignum præmium sublimi eum sede collocandum operæpretium ducentibus; ipse negotiorum ecclesiasticorum, turbarumque pertæsus; ad hæc etiam ut de ejus institutione ac sede ortas disceptationes vitaret, eaque ratione Ecclesiarum pacem procuraret; quin jam quoque curam placendi aulæ, civibusque declinans. Plerique enim sacerdotes ad sua ipsorum desideria lubentius trahunt, quam ut

A eorum ipsi consilia sequantur; maluntque sibi eos addicere, quam ut ii pietatis lege ipsis addicantur. Ipse vero, cum hactenus omnibus placere sustinuisset, ut quod in ipso erat, juxta magnum Apostolum⁷⁰ omnes lucrifaceret; quod amplius est, velut studii libidine placendi, ac assentationis crimen submovens, diffiansque; necnon ejus quam amaverat a principio, coalumnamque habuerat, philosophiæ supra modum desiderio accensus; unamque eadem, supernam scilicet, nulli invidiae expositam, ac intransferibilem; vite autem hujus laborum mercedem, ejus ascensum, proque illa sessionem, sciens; quem homines honorem deferrent, spernit; litibusque expositam sedium celsitatem volenti cedens; ac Vale Ecclesie, Augustisque dicens, urbanis se turbis, ac negotiis eximens, ad terranam hactenus patriam commigrat.

B Illuc iterum reversus, paternaque Ecclesia, amentium labe purgata Apollinaristarum, atque domesticis fidei tradita; ac tum exinde, in terræ angulum solitarius secedens, ab exteriorum se curis omnino collegisset; Ecclesiarum quidem præsides per epistelas constabiliendo coagmentabat; ipse vero potioris vi contemplationis, absolutissimaque philosophia supremo desiderabili consuescens, ac ipso arcanorum præceptore utens, omnem tum figuratum sacrorum symbolorum expressius perfectiusque veram notitiam docetur; tum et ipsam symbolica omni repræsentatione superiorem, illique eminentem, veritatis scientiam.

C Alii quidem prophetarum, aliis in Spiritu visionibus vi animi rectrice ac mente informati; atque alii e quidem super solium excelsum et elevatum⁷¹; alii animalibus quadriformibus vectum, invisibilem conspicati⁷²; ac modo quidem electri, modo ignis specie⁷³; aliasque rursus humana eum forma considerantes⁷⁴, variis figurarum simulacris, ac diversi generis formis tanquam qui per naturam⁷⁵, nulla certo specie formaque designetur, sitque universorum auctor, atque ea ratione pro eo ac videntes capiunt, indulgentia cuncta subeat atque induat; tanquam in ænigmatis obscurisque repræsentationibus, omni vacantem quantitate ac qualitate, in antecessum videbant. Hic autem, omnium simul visionum, quas seorsim singuli aspectarunt, illustrationes, vimque sincerissime edoctus, omnique Evangelio exhibitæ veritatis luce, altissimæ contemplationis compendio imbutus; atque veteris fundamento, nova illa superædificata sacra scientia, omnis plenitudinis sapientiæ Dei vasculum, sedesque efficitur. In Christo quidem omnem plenitudinem divinitatis corporaliter inhabitare credimus⁷⁶; in hunc autem, totum per Spiritum sentimus Christum commeasse.

D Jonas quidem ille Amathi filius, Daniel quoque, ac tres pueri; prior quidem, belluæ marinæ projectus⁷⁷; alter, esca leonibus in lacu datus⁷⁸; postea, ix, 19. ⁷¹ Isa. vi, 1 seqq. ⁷² Ezech. x, 18 seqq. ⁷³ Ezech. 1, 27. ⁷⁴ Ezech. viii, 2. ⁷⁵ Dan. vii, 9. ⁷⁶ Col. ii, 9. ⁷⁷ Jon. ii, 2. ⁷⁸ Dan. xiv, 31 seqq.

⁶⁸ Psal. cxxxi, 18. ⁶⁹ Marc. iii, 17. ⁷⁰ I Cor. ix, 19. ⁷¹ Isa. vi, 1 seqq. ⁷² Ezech. x, 18 seqq. ⁷³ Ezech. 1, 27. ⁷⁴ Ezech. viii, 2. ⁷⁵ Dan. vii, 9. ⁷⁶ Col. ii, 9. ⁷⁷ Jon. ii, 2. ⁷⁸ Dan. xiv, 31 seqq.

strenu, in fornacem ignis injecti, horum singuli oratorium domum⁷⁹; Jonas, cetum; Daniel, lacum; tres pueri, fornacem effecerant. Precabantur enim, ut ipsorum vita ab interitione laeque emergeret; liberationem precibus exposcebant; et vero divino nutu obtinuerunt; Jonas, e ceto; Daniel, e lacu; pueri tres, e fornace ignis liberati. Gregorius autem, tum bestiam, tum lacum, tumque ignis fornacem, corpus existimans, corporisque malum habitum, seu ejus ægrotam valetudinem, atque vitia, quæ animo etiam summe philosopho, ac contemplatione provecissimo quandoque molestiam faciant, divinorumque (ut ipsius verbis utar (13) ei radiorum lucem tanquam interjecta nubes adimant, his tanquam vinculis exsolvi precibus ad Deum flagitabat; ac cum solvere desideraret, et esse cum Christo, ingemiscebat⁸⁰, quemadmodum magnus Apostolus, gravatus, ac, sicut ille, habitaculum quod de cælo est, indui cupiens⁸¹.

Enimvero etiam quod precibus enitebatur, ac cupienti in votis erat, hoc consequitur; Inque bona ac pingui senectute⁸², vitam solvit; ac cum pridem suas omnes vitæ rationes in cælum transtulisset⁸³, utique etiam eo commigrat. Ac quidem corpus, ut quod terra esset, terra obtegendum paterno in tumultu dimittit; ac cum ex tabulis cavisset sub uno occultandum lapide, spiritum in ejus deponens manus qui tradiderat⁸⁴, ad ipsum incontaminato animo transit. Ac sicut sacrum vas electionis divinus Paulus⁸⁵, divinissimo Christi sensu repletus, per eum non e terra, sed e cælo vocatus, inque lucem gentium⁸⁶, ac terræ salutem missus; cum multis defunctus periculis atque ærumnis, Dei salutare Evangelium mortalibus prædicasset, bonumque certamen legitime certasset, coronam justitiæ consecutus est⁸⁷; pariter etiam illius perfectus imitator altioris cælo Trinitatis nutu ad divinam Theologiam vocatus, ac cum ipse quoque per multa pericula divinam omni majorem essentia Consubstantialitatem annuntiasset, bonumque præclare certamen certasset, ac inoffensum pietatis cursum consummasset, rectamque accuratæ fidei regulam servasset, a rebus, quæ in aspectum cadunt solutus, his quæ mente intelliguntur, copulatur; atque peregre a mundo proficiscens, Deo præsens efficitur, ac tanquam mens incorrupta, incorruptis mentibus coaptatur.

Velut sapiens patriarcha, patriarchis; velut prophetica pollens gratia, prophetis; ac quidem apostolis unitur, tanquam apostolica maxime vita præfulgens; sacris præsulibus ac doctoribus, tanquam sacerrimus, doctrinaque præcipuus atque maximus; ac quidem martyribus, tanquam Trinitatis testimonio illis compar; justis autem, ac confessoribus,

tanquam plane exercitatione, quæ ad pietatem ducit, æqualis; ac demum societate cum omnibus, universis conjunctus; atque eam forte ob rem cunctis altius collocatus, ad ipsam pure purissimam Trinitatem propior accedit, atque ab ea, ejusque benignissima largitione, justitiæ coronam accipit; quin illam ipsam ornatu omnem mundum superante, inmarcescibilem coronam gloriæ induit.

Decebat enim, ut qui tantos illius gratia agones in terra desudasset, ipsam in cælis velut coronam gloriæ, ac dignum victoriæ præmium acciperet; atque is qui pro ea laboribus defunctus, atque humilis abjectusque effectus esset, laborum eam remissionem ac exaltationem inveniret. Decebat, ut qui pro Unigeniti gloria, ac Spiritus aequalitate omnem laborem ærumnamque proclivis, suscepisset, eorum quoque claritate in sempiternum præfulgeret.

Divino olim proditum oraculo est, Enochum Deo placuisse, ac carne translatum esse⁸⁸, nempe exiguæ illius Dei notitiæ præmio id consecutum, ut ita transferretur. Deinde etiam Eliam Thesbitem magnifice assumptum cum corpore⁸⁹. Igneus enim currus, ac equi ignei tollentes, non in cælum, sed, velut in cælum, aurigæ instar eum assumpserunt. Ut Gregorius, qui tanto præstantiori, ac majorem habente admirationem obsequio placuisset Deumque demeruisset, quanto fides quæ est veritate, illa perfectior est quæ in umbris posita est, ipse quoque ad Dominum commigrat, atque transfertur: neque id curru igneo cum corpore vectus, sed cum adhuc in corpore versaretur, virtutibus tanquam curru in cælum tollebatur, altisque animi sensis, ac contemplationibus, ad Altissimum sublimis assumptus, atque evadens, revelationum excellentia Deo excedebat; postea autem peregre factus a corpore, omninoque ad Dominum suum migratione e vita profectus, omnibus cum supermundanis virtutibus altiore quam pro mundi ratione cultu stipantibus, ac festive excipientibus augustissimæ coram Trinitati eximia præfulgens claritate apparet.

Verum, o mentis illius magnæ primæque ac divinissimæ discipule ac cultor, mentis perspicacitate maxima prædite. O Verbi illius vivi, quod primæ menti ac Patri unigena est, ac conjunctum natura, præco ac doctor eloquentissime! O divini Spiritus, qui cum Patre et Filio, ejusdemque classis atque ordinis numeratur, spiritualissime ac illustrissime adorator, clarissimeque ac summe conspicue Theologe! O qui diserte nobis, ac dilucide Trinitatem in unitate, ac unitatem in Trinitate adorandam Deum edisseris; hæc quæ a nobis tibi laudatio debetur. Ac siquidem condigna illa videatur, tum dubio procul munus, tanque laboris, ac tuæ in dno

⁷⁹ Dan. iii, 23. ⁸⁰ Philipp. i, 23. ⁸¹ II Cor. v, 2. ⁸² Gen. xv, 15. ⁸³ Philipp. iii, 20. ⁸⁴ Luc. xxiii, 46. ⁸⁵ Act. ix, 15. ⁸⁶ Isa. xlix, 6. ⁸⁷ I Tim. vi, 11. ⁸⁸ Gen. v, 24. ⁸⁹ IV Reg. ii, 11.

temporum prædictionis exitus (16) ac finis est. Sin autem longe abest a tua virtute, ipse cum Seraphim, vir beate, qui inaccessæ Trinitati assistas, ac ter sanctum modulum illi ter sancto ter sancte proloquaris, divino tuo ad nos spiritu propior accede, ac seraphico igneorum eloquiorum calculo, atque carbone indigna continge labia, emundansque ab iniquitate, ac perfectiori adimplens sacra scientia, divinioreque dignans consummatione; primum quidem sanctæ Trinitatis secretiore doctrina ac

scientia divina, nostram divinius sublimiusque mentem adimple; tum vero admirabilium tuarum virtutum dignos laudatores effectos, in tua nos incontaminata ac immortalia commeantes tabernacula suscipe; ut tua ope clariore ac diviniore claritate, atque gratia supra quam exuberantes, digne tecum Deo claritatem dare mereamur, cum Patre, et Filio, et Spiritu sancto, una Deitate, et regno, et potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(16) Ad calcem scilicet orat. 20.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΓΝΑΤΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΒΙΟΣ ΗΤΟΙ ΑΘΛΗΣΙΣ,

Συνεγγραφή δὲ παρὰ Νικήτα δούλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ καὶ Δαυῖδ, τοῦ Παφλαγόνος.

S. P. N. IGNATII

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

VITA SIVE CERTAMEN,

Auctore Niceta servo Jesu Christi, cognomento Davide Paphlagone (1)

(Mansi, *Concil*, tom XVI, col. 209.)

Præclarum juxta et salutare est, cum cæterorum quidem sanctorum omnium res in vita gestas exponere et enarrare, posterisque sæculis vitæ documenta, pariterque ad virtutem incitamenta tradere: tum vero maxime eorum qui fuere præditi venerando pontificatu, quique suo vitæ splendore acerbum adversarium ad gravissimam provocarunt invidiam, et cum invicta laborum omnium patientia, animique magnitudine, fortitudinem contra insectatorem eximiam declararunt. Quod si autem eosdem ad extremam et nostram aetatem propius accedere contingat, tum vero multo maxime præcunctis memorandi omnique laude prædicandi sint; ut qui propter temporum vicinitatem multo magis Ecclesiæ prodesse possint. Quod enim pervetustum est, longisque temporum intervallis remotum, etsi fidem propter scribentis auctoritatem mereatur, desperatur tamen a plerisque studium imitandi; ut

Πάντων μὲν τῶν ἀγίων τοὺς βίους ἀνατάττεσθαι καὶ διηγεῖσθαι, παιδευμά τε πρὸς ἀρετὴν καὶ παράκλησιν ταῖς ἐπιούσαις τῷ παραδιδόναι γενεαῖς, κάλλιστον ὁμοῦ καὶ σωτήριον· μάλιστα δὲ τῶν ἱεραρχίασεπτῇ κεκοσμημένων, καὶ διὰ τῆς οικείας λαμπρότητος τοῦ βίου εἰς ζῆλον ἀκάθεκτον τὸν πικρὸν διώκτην ἀνερεθισάντων καὶ δυσμενῆ, καὶ διὰ τῆς ἀνευδότου τῶν πόνων ὑπομονῆς καὶ γενναιότητος λαμπρὰν ἐπιδεδειγμένων τὴν ἀριστείαν κατ' αὐτοῦ. Εἰ δὲ καὶ πρὸς τοῖς ἐσχάτοις, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς τούτοις ἐγγίζοντες τύχοιεν καιροῖς, πολλῶ μᾶλλον ἀξιομνημονευτότατοι ἂν εἴεν ἀπάντων καὶ ἀξιεπαίνετοι, ὡς πολὺ πλέον οἰκοδομεῖν τῇ ἐγγύτητι δυνάμενοι τὴν Ἐκκλησίαν. Τὸ γὰρ ἀρχαῖον καὶ πάμπλου κατὰ χρόνον διεσθῆς, εἰ καὶ πιστεύεται τῇ ἀξιοπιστίᾳ τῆς γραφῆς, ἀλλὰ καὶ θάττον ἂν τοῖς πολλοῖς πρὸς τὴν μίμησιν ἀπογινώσχοιτο, λογιζομένοις, ὡς κρεῖττον ἢ κατὰ τὴν παρούσαν, τῶν πρεσβυτέρων

(1) Hujus versionis auctor Matthæus Raderus S. J., quod post Romanos editores Binius et Regius collector tacuerunt.

ἐκεῖνων δυνάμενιων κατορθοῦν γενεάν. Ὅσα δ' ἂν A
τοῖς καθ' ἡμᾶς κατορθοῦσθαι πιστεύοιτο καιροῖς,
μᾶλλον ἂν ὄμαι ταῦτα παρακνίζειν τοὺς εὐσεβεστέ-
ρους, καὶ πρὸς τὸν Ἰσον τῆς ἀρετῆς διερεθίζειν ζῆ-
λον. Διὰ ταῦτά μοι τοῦτον ἐνατήσασθαι νῦν [Ἰσ. νῦν
σκοπὸς] τῷ λόγῳ τὸν ἀγῶνα, καὶ μοι σφοδρὸς πόθος
κατακάρδιος ἀληθινοῖς διηγήμασι, καὶ πάσης προ-
λήψεως ἀπηλαγμένοις ψευδοῦς, τὸν μέγαν ἱεράρχην
καὶ ποιμένα τῆς βασιλίδος Ἰγνάτιον, ὑπὸ γε Θεῷ
Πνεύματι τῆς ἀληθείας ὑφηγητῆ καὶ συλλήπτορι,
τοῖς ἀγνοοῦσιν ὁποῖός τις ἦν, ἐκ τῆς κατ' αὐτὸν πο-
λιτείας ἀποδείξει· Ἰγνάτιόν φημι τοῦτον, τὸν ὑστε-
ρον μὲν τῷ χρόνῳ, καὶ πρὸ τῆς καθ' ἡμᾶς ταύτης
ἀναδειχθέντα γενεᾶς, οὐδενὸς δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ τι-
μῶν ἱεραρχῶν τὴν πίστιν, τὴν ὁμολογίαν, τὴν ὑπὲρ
τῆς δικαιοσύνης ἀθλήσιν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐδοκί- B
μησιν ἀπολειπόμενον. Τοῦτω τὴν παρακαλουθήσαν
ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους βλώσιν μετὰ πλείονος ὑφηγοῦ-
μενος τῆς ἀκριθείας, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ αὐτὸν ἀλή-
θειαν ἐκ τῶν ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως πεπληρο-
φορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων ἀπροσπαθῶς καὶ
ἀνυποστόλως διηγούμενος, πέποιθα πρῶτον μὲν
ἐνώπιον τῆς ἐνυποστάτου καὶ ζώσης δίκαια γράψειν
Ἀληθείας· δεύτερον δὲ, τὸ χρόνοις ἰκανοῖς ἤδη κατα-
πυκνωθὲν τῆς ἀγνωσίας νέφος, καὶ τὰς τῶν πολ-
λῶν ἀμαυρῶσαν διανοίας, λεπτῦναί τε καὶ σκεδά-
σαι· ὥστε τοὺς ἐθέλοντας πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων
ἀλήθειαν εὐκρινῶς ὄραν, τὸν ἐργάτην μὲν ἀληθῶς
τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἀρετῆς εἰδέναι, καὶ ὑμνεῖν,
καὶ ζηλοῦν· τὸν αὐτουργὸν δὲ τῆς κακίας καὶ τῆς

Ἰγνάτιος οὗτος ὁ μακαριώτατος καὶ θεῖος ἱεράρ- C
χης πατρίδα μὲν ἔσχεν ἐπὶ τῆς γῆς Κωνσταντινού-
πολιν, ταύτην δὲ λέγω τὴν πάσης χώρας καὶ πό-
λεων περιφανεστάτην βασιλίδα· πατέρα δὲ Μιχαὴλ
καὶ Προκοπίαν, τοὺς εὐγενεστάτους καὶ πιστοτάτους
βασίλεις. Ὦν ὁ Μιχαὴλ μὲν Θεοφυλάκτου πατριχίου
μεγαλοπρεποῦς υἱὸς ἦν, Προκοπία δὲ Νικηφόρου
θυγάτηρ τοῦ εὐσεβοῦς ὑπῆρχε βασιλέως. Τοῦτου
δὲ πρὸς τὰ ἄνωθεν χωρήσαντος βασιλεία, καὶ τοῦ
υἱοῦ δὲ Σταυρακίου ὀλίγιστον χρόνον ἐπιβιώσαντος
τῆ βασιλείᾳ, καὶ αὐτοῦ μεταναστάντος, Μιχαὴλ ὁ
προβήρθεος οὗτος, ἄτε γαμβρὸς ὢν ἐπὶ θυγατρὶ τοῦ
τετελευτηκότος Νικηφόρου, καὶ τὰ πρῶτα τῶν ἐν τῷ
παλατίῳ τιμωμένων ἀπαφερόμενος (κουροπαλάτης
γάρ ἦν), ψήφῳ μὲν Θεοῦ, ψήφῳ δὲ τῆς συγκλήτου
πάσης, τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἐγχειρίζεται. D
Τοῦτου τὴν περὶ τὸ θεῖον εὐσεβῆ γνώμην, καὶ τὴν
ἄλλην πᾶσαν ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην, τοῖς ἱστορεῖν
κατὰ μέρος ἐθέλουσι παρήσομεν· ἡμῖν δὲ ἀρκέσει
πρὸς ἔπαινον ἡ τοῦ ἡθους πραΰτης τε καὶ ἐπιείκεια
ἦν ἔργοις ἐκεῖνος, καὶ οὐ πλάσματι μόνον ἐπεδεί-
ξατο· διετῆ γὰρ ὀλίγου δεῖν χρόνον εὐσεβεστάτα τὴν
βασιλείαν διθύνας, ἐκουσίως αὐτῆς ἐξέστη, καὶ τῷ
τυραννικῶς ἐπιθεμένῳ, Λέοντι δὲ τῷ Ἀρμενίῳ,
φημί, στρατηγῷ μὲν πρῶτον ὑπ' αὐτοῦ τῶν Ἀνατο-
λικῶν προχειρισθέντι, κατὰ Βουλγάρων δὲ στρατευ-
σάμενῳ, κάκειθεν τὴν ἐπανάστασιν βουλευσαμένῳ,
ὕποχωρεῖ τῆς ἀρχῆς ὁ μακάριος ἐκὼν, καὶ τῆς κο-
σμικῆς ἀλαζονείας, καὶ τῶν ἐμφυλίων πολέμων καὶ

qui putent, illis majorum nostrorum sæculis multo
promptius fuisse quam nostris cum virtute vivere.
Quæ vero nostra memoria recte facta creduntur,
illa multo acrius, opinor, piorum mentes ad virtu-
tis decus æmulandum inflammant. Quapropter
ingens me desiderium animi impulit ad causam
hanc sive certamen oratione prosequendum, duce-
que et adjutore Deo, spiritu veritatis, ostendendum
nescientibus, qui vir Ignatius, qualisque et quantus
hic antistes et regię pastor urbis in vitæ suæ ra-
tione fuerit: Ignatius, inquam, iste, qui ævo qui-
dem posterior, nostra ætate floruit, prioribus ta-
men illis venerandis pontificibus nihil, vel de fide,
vel confessione, vel decertatione pro justitia, laudeve
pietatis erga Deum concessit. Hujus ego totum vi-
tæ cursum dum ab ipso exordio ad exitum usque
singulari cura exigo, rerumque de illo apud nos
testatissimarum veritatem sive fama, sive scripto
acceptarum, sine ulla affectus indulgentia et fraude
expono, certo mihi persuadco futurum, ut primum
teste ipsa vivente ac per se subsistente veritate,
æqua præscribam; deinde nubem annorum utcuñ-
que multorum intercapedine concretam, animos-
que tenebris ignorantie involventem, discutiam
dissipemque: ut qui veritatem penitus perspicere
volent, æquitatis et virtutis cultorem vere nosse,
celebrare laudibus, æmularique possint, malitiæ
vero et improbitatis architectum jure detestari. Sed
hinc jam nobis est exordium.

ἀδικίας ἐνδίκως ἀπωθεῖσθαι. Ἀρκτέον δὲ ἐντεῦθεν.

Beatissimus hic et divinus antistes Ignatius Con-
stantinopolim in terris patriam habuit, hanc, in-
quam, totius ditionis et imperii præclarissimam
regiam: parentes vero, Michaelē imperatorem
et Procopiam imperatricem, nobilissimos et reli-
giosissimos principes. Atque Michael quidem
Theophylacto patricio splendidissimo viro natus,
Procopia vero a Nicephoro pio imperatore pro-
creata est. Nicephoro porro ad cœleste imperium
evocato, et Stauracio filio, cum regnum exiguo
tempore administrasset, extincto, Michael hic
Nicephori gener, ut dictum est, mortuo Nicepho-
ro, cum inter palatinos (nam europalates erat)
principem locum teneret, auspice Deo senatusque
decreto imperii sceptrā suscepit. Cujus ego reli-
gionem in Deum, omniaque virtutis ornamenta
iis narranda relinquo qui res ab illo gestas sigil-
latim prosequi volent. Nobis ad decus illius memo-
randum sufficiat morum lenitas et clementia, quam
minime fucata factis ipsis declaravit. Etenim
cum non toto biennio imperium sanctissime admi-
nistrasset, Leoni Armeno per tyrannidem regnum
invadenti libens volensque cessit, quamvis ipse
præfecturam exercitus in Oriente illi prius commi-
sisset. Expeditionem tamen cum in Bulgaros sus-
cepisset, ibi per insidias defectionem molienti,
sponte beatus ille imperium concessit, seseque ab
omni fastu, bellisque civilibus atque invidia regni
subdixit; ratus multo sibi rei que publicæ commo-

diorem utilioremque voluntariam regni abdicationem et pacem, ut qui paci veræ natus esset, fore. Decedit ergo ex urbe cum tota familia, atque in Principes insulas secedit; ibique vitam monasticam cum conjugē et liberis, non cultu tantum corporis, sed re ipsa degit, causa sua supremo Numini permissa.

Beato huic Michaeli, omnique admiratione prosequendo, qui terrarum regna cœlestibus permittavit, quini omnino fuisse liberi perhibentur; muliebris stirpis gemini, Georgo prima natuque maxima, minima Theophano; quæ virginitatis laude per omnem vitam in religione sanctissime custodita, feliciter obierunt: tres vero stirpis virilis, Theophylactus, Stauracius, Nicetas: quorum natu maximus Theophylactus, et Stauracius, diademate imperii insigniti sunt: sed Stauracius admodum adolescens ante patris abdicationem oppetiit; Theophylactus autem una cum parentibus tunc in monachum attonsus, Eustracius est appellatus. Nicetam primum decennem ab avo Nicephoro hicanatorum domesticum aiunt creatum, cujus gratia munus illud primo institutum: quartum vero decimum ætatis annum agens, terrestri simul cum bonis parentibus regia relicta, et ipse monachum induit, et Ignatius est cognominatus.

Leo igitur, illa infausti nominis fera, cum, quam conceperat, peperisset iniquitatem, occupato per vim ac tyrannidem imperio, nullam omnia spectantis oculi rationem habuit, neque beatorum exsulum reveritus est modestiam et æquitatem; immemorque erat omnium beneficiorum, quibus beati illi indignum exornarant: a quo improbæ mentis artibus illecti erant adeo, ut imperator regionum illum liberorum in sacra baptismatis linctioe sponsorem et patrinum designaret. Sed nihil horum immitem illius ferocemque animum potuit flectere. Etenim in exsilium amandatos, alterum ab altero separavit, singulisque suam insulam assignavit, firmaque custodia circumsepsit. Filiis porro virilitatem ademit, membrorum castratione plectens, plusquam inhumanus et crudelis. Hinc sane, cum tam impia imperii jecisset fundamenta, vitam, exitu principis respondente, sibiit. Impiam enim invisamque Deo Iconomachorum sectam, ab impio illo Leone quondam meditatam, et a Constantino Leonis filio, patre etiam deteriore, corroboratam, sed divina Providentia per sanctam septimam synodum pie recteque sopitam ac sublatam, invisus draco, distortusque veritatis interpres conatus revocare, contra orthodoxæ pietatis propugnaculum, Nicephorum, inquam, religionis tunc antistitem, ac urbis imperantis patriarcham, erectus, illum minis juxta ac blanditiis oppugnat. Sed cum multo firmiorem quam sperarat, experiretur, vi tyrannica de throno deturbatum, ad dexteriores Steni, id est angusti freti regionem, in monasterium quoddam importunus ejecit (cum Ecclesiam apostolice per noveanum

Α φθόνων· πολλῶν ἄκρειττω καὶ λυσιτελεστέραν ἑαυτῶν τε καὶ τῶ κοινῶ τὴν ἐκούσιον ὑποχώρησιν καὶ τὴν εἰρήνην, ὡς υἱὸς τῆς ἀληθοῦς εἰρήνης, ἠγησάμενος. Ἀπαίρει μὲν τῆς πόλεως πανοικί· πρὸς τὰς Πριγκιπέτους δὲ νήσους μετακεχωρηκῶς, καὶ τὸν μονήρη βίον ἅμα γυναικί καὶ τέκνοις, οὐ τῶ σχήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶ πράγματι καταδεξάμενος, τῶ παμβασιλεῖ Θεῷ τὴν αὐτοῦ κρίσιν καὶ δίκην ἀνέθετο.

Qui mundanae sapientiae summam accipere presumunt cognitionem, omnia entia et creata ad tres principales et primarias causas seu principia referentes enumerant; has vocant mentem, materiam, et speciem, quas communia principia et communes causas omnium supponunt, cum nullo qui concipi queat modo, aut principium aut finem accipere unquam possunt aut poterunt. Mentem quidem Deum appellaverunt, ut per omnia diffusum, et omnia commoventem; materiam vero dicunt eorum quae vocantur elementa, quaternitatem; quintum autem adjicitur corpus coeleste: speciem denique propriam formam cujusque et perfectam substantiae proprietatem, quam substantialem qualitatem alii, alii ideam nominaverunt. Tres igitur illas entium et creatorum causas coprincipales, semper existentes et coeternas, neque principium neque finem habentes distincte per se demonstrari exponunt; e quibus sunt ex activa materia et propria causa, homines et animalia cuncta, et particulares omnes plantae, et aliunde alia per productionem in mundum semper inducta, et per destructionem consumpta, secundum fortuitam quamdam, infinitam et illimitatam circularem successionem; ita absque principio et fine in continuum perficiuntur. Talis quidem est horum superbiorum insania, ut paucis memorem, illi qui est digna attribuens atheistae eorum anarchiae et confusionis; et supremo omnium principio et causae per... contumeliam materiam, et sine substantia speciem pari virtute semper consociari dogmatizans; quorum stultae sapientiae turpitudinem et stultitiam merito theologis condemnatam linquentes, nos ad veram magis Gregorii sapientiam incumbamus, etc.

NICETAS BYZANTINUS.

MONITUM EDITORUM.

Circa ætatem Nicetæ Byzantini parum consentiunt qui scriptorum ecclesiasticorum historiam enarrarunt. D. Cellier eum floruisse putat post medium sæculum XII; sed id inconsulto scripsit. Allatius, quem sequitur Maius, eum ad finem sæculi IX floruisse asserit, et quamvis suam sententiam nullo argumento confirmet, a veritate tamen non aberrat.

Duo tantum supersunt Nicetæ Byzantini opera, quæ ex certis notis intrinsicis ad hanc ætatem referri debent; adeo ut mirum sit, tot viros oculatos qui de ætate Nicetæ disputarunt, eas non perspexisse.

In Refutatione epistolæ principis Armeniæ et Apologia concilii Chalcedonensis, eam fere agitatur controversiam quam Photius in scriptis suis ad Armenos tractat. Refellit epistolam principis Armeniæ, cujus verba singillatim recitat; quæ quidem epistola alibi exstare non memini, sed scriptam fuisse ex historiis Armeniæ narrat doctissimus Serpos (a). Adeo ut omnino verisimile sit principem Armeniæ quem Nicetas refutat, illum ipsum esse *Asutium* vel *Aschodum*, ad quem Photius sibi scribendum esse existimavit (b).

Id vel inde colligi potest, quod Basilius Macedo pacem conclusit cum Aschod, rege Armeniæ, quem *dilectissimum suum filium* appellabat, ut narrat Joannes Catholicos, celeberrimus Armeniæ historicus (c). At Nicetas pariter principem Armeniæ, quem refellit, nomine *filiæ dilectissimi* appellat, sive nomine imperatoris Constantinopolitani scripserit, sive, quod verosimilius, tanquam episcopus Ascotum filium in Christo nominaverit. Porro Basilius Macedo obiit anno 886, Aschod vero, anno 889. Refutatio ergo Nicetæ ante illam ætatem in publicam lucem prodiit.

Nec recentiora sunt opuscula quæ Nicetas Byzantinus scripsit contra Mahometanos. Quamvis enim nulla nota temporis in capite libri appareat, occurrit tamen *infra confutatio epistolæ secundæ ab Agarenis missæ ad Michaelem imperatorem, Theophili filium*. Atqui agitur hic de Michaeli III qui anno 836 natus est, et an. 867 a Basilio Macedone trucidatus est. Epistola illa secunda scripta est ergo ante annum 867, nec diu post a Niceta confutata, siquidem de ea loquitur quasi recenter scripta. Præterea ab initio summis laudibus extollit imperatorem cujus jussu se librum illum exarare declarat; quæ laudes maxime ad ætatem Basilii convenire videntur, vel ad initia regni Leonis Sapientis qui anno 886 patri Basilio successit.

Falso igitur Nicetæ opera recenserentur inter scripta sæculi XI (d) vel XII (e), etsi et illis ætatibus Græci cum Armenis de dogmatibus fidei disputaverint, sed prorsus collocanda erant inter monumenta exeuntis sæculi IX; quod nemo hactenus demonstravit.

Postquam Allatius in sua *Græcia orthodoxa* (f) asseruisset, Nicetam Byzantinum a Niceta Davide non esse distinguendum, quin opinionis suæ momenta exponeret, postea tamen ubi de Nicetarum scriptis ex industria disserit (g), duos esse auctores distinctos affirmat. Allatium sive affirmantem sive negantem identitatem utriusque auctoris cæce et candide sequitur card. Mai. Nobis autem longe verosimilior videtur secunda opinio, non tantum ideo quod scribendi ratio utriusque diversa sit, sed etiam quia Nicetas David e Paphlagonia oriundus, Nicetas vero philosophus Constantinopoli natus esse videtur. De iis penes doctos judicium esto.

J-B. M.

(a) Vid. *Compendio storico di Memorie chronologiche concernenti la religione e la morale della nazione Armena. Opera del marchese Giovanni di Serpos*. T. II, p. 44. Venezia 1786. Notat, epistolam quam Aschod I Constantinopolim misit, scriptam fuisse ab Isaaco Mrud, doctore serocis indolis, qui ex odio suo erga Græcos multa incongrue dixit, et sic Nicetæ, ut conjicimus, cum refellendi ansam præbuit.

(b) Vid. Opera Photii, t. II, p. 714, *Patrolog. Græc.* t. CII.

(c) *Histoire d'Arménie par Jean Catholicos* (l'his-

torien), pag. 126, Paris 1841.

(d) *Histoire d'Arménie de Matthieu d'Edesse*, traduite par Dulaurier, part. II, chap. 93, p. 135, Paris 1858, ubi Matthæus Edessenus narrat quomodo Kakig Ascoti filius, tempore Ducæ imperatoris, id est inter an. 1059 et 1067, Constantinopoli pro Armenis disputavit, et Græcis satisfecit.

(e) Conferantur disputationes Theoriani.

(f) *Græciæ orthodoxæ*. t. I in notis, ad calcem voluminis, ubi lectorem remittit ad Disquisitionem suam, postea edendam, *De Nicetis*.

(g) Apud Mai *Nova Bibl. Patr.*, t. VI, p. 9.

DE SCRIPTIS NICETÆ BYZANTINI.

(Ex Leonis Allatii *Diatriba de Nicetis*, ap. Maium, *Biblioth. nov. Patr.* tom. VI, part. II, p. 8).

Habetur: Νικήτα Βυζαντίου φιλοσόφου ἔκθεσις κατασκευαστική μετ' ἀποδείξεως τοῦ Χριστιανικοῦ δόγματος, ἐκ κοινῶν ἐννοιῶν, καὶ διαλεκτικῆς μεθόδου, καὶ φυσικῶν ἐπιχειρημάτων, καὶ συλλογιστικῆς πολυτεχνίας προαγομένη· καὶ ἀντίρρησης τῆς σταλείσης ἐπιστολῆς ἐκ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Μιχαὴλ βασιλέα υἱὸν Θεοφίλου, ἐπὶ διαβολῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· *Nicetæ Byzantini philosophi expositio confirmans cum demonstratione Christianum dogma ex communibus notionibus, et dialectica methodo, et naturalibus argumentis, et artificio syllogistico producta. Et confutatio epistolæ ab Agarenis ad Michaelem imperatorem, Theophili (non Theophylacti, ut Possevinus et Epitomatores Gesneriani vertunt) filium missæ, qua Christianam fidem calumniabantur.* P.: Δυσθήρατόν τι χρῆμα ἀλήθεια, καὶ τοὺς γε λίαν ὀξυωποῦντας.

Alius est ejusdem tractatus: Ἀντίρρησης, καὶ ἀνατροπῆ τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς τῆς σταλείσης παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Μιχαὴλ βασιλέα υἱὸν Θεοφίλου, ἐπὶ διαβολῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· *Confutatio et eversio secundæ epistolæ ab Agarenis ad Michaelem imperatorem Theophili filium missæ, qua fidem Christianam calumniabantur.* P.: Ἐβουλόμην, ὦ φίλος, τὸν περὶ πίστεως ἡμῶν, τοῦ Χριστιανικοῦ λέγω δόγματος, λόγον.

Tertius est: Ἀνατροπῆ τῆς πρὸς τοῦ Ἀραβὸς Μωάμεθ γραφείσης βίβλου ἐν κεφαλαίοις λ'· *Refutatio libri ab Arabe Mohameto conscripti, capitibus triginta.* P.: Μεγάλων καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀξίων ὑπαρχόντων. Hos tractatus contra Agarenos dicunt asservari in bibliotheca Vaticana Possevinus, et Epitomatores (a).

Est præterea pro synodo Chalcedonensi adversus epistolam Armeniae regis, qua ille dictam synodum hæreseos incusare veritus non fuerat: Νικήτα Βυζαντίου φιλοσόφου καὶ διδασκάλου Ελεγχὸς καὶ ἀνατροπῆ τῆς σταλείσης ἐπιστολῆς ἐκ τοῦ ἄρχοντος τῆς Ἀρμενίας, ἐπὶ διαβολῇ τῆς ὀρθοδόξου ἡμῶν πίστεως, καὶ τῆς ἀγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου, ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦ φιλοχρίστου καὶ εὐσεβεστάτου βασιλέως ἡμῶν. Ἐγράφη δὲ πρὸς τὸν ἄρχοντα ἐκ προσώπου τοῦ πατριάρχου· *Nicetæ Byzantini philosophi et doctoris refutatio epistolæ ab Armeniae principe missæ, qua invidiose fidem nostram orthodoxam, et sanctam atque œcumenicam quartam synodum criminatur, jussu Christi amanti et piissimi nostri imperatoris. Scripta est ad principem, et patriarcham inducit loquentem.* Epistolam hanc doctissimam tum argumentorum copia et vi, tum sententiarum gravitate, et sanctorum Patrum auctoritatibus referatissimam, et vere auream, non passus inter meæ litterariæ suppellectilis latebras diutius immorari, Latinitate donatam, edidit curavi in primo tomo scriptorum Græciæ orthodoxæ hic Romæ typis sacræ Congregationis de fide propaganda anno 1652, in 4, Græce et Latine.

Ejusdem etiam sunt: Προλεγόμενα, καὶ ἐξήγησις τῶν πέντε φωνῶν· *Prolegomena et expositio quinque locum.* P.: Μέλλοντες σὺν Θεῷ ἄρχεσθαι. In bibliothecis Italicis.

(a) Mirari licet, magnum Allatium, loqui· nunc ex aliena potius notitia, quam ex propria. Atqui codex Vaticanus DCLXXXI, qui illa Nicetæ Byzantini adversus Mohametum Agarenosque opera continet, jamdiu exstabat ante Allatium in bibliotheca Vaticana, ut nos diximus in hac *nova Patrum bibl.* T. IV, part. I, p. 321, ubi tamen nostra aliqua secundum hanc Allatii dissertationem reformanda videntur. Neque enim hic Byzantinus Nicetas idem est ac Nicetas David; quod cum in calce tomi I *Græciæ orthodoxæ* affirmasset Allatius, nosque eum sectati fuerimus, nunc idem alter sentit, eique nos ipsi obsequenter rursus consentimus. — Idem Allatius ignoravit codicem Latinum CCCXIV, qui pariter in bibliotheca Vaticana jamdiu exstabat; ideoque neque

A Nicetæ Aquileiensis episcopi, neque nobilium ejusdem scriptorum meminit, quæ nos, Deo laboribus nostris favente, illinc deprompsimus, scilicet *de ratione fidei, de Spiritus sancti potentia, et de diversis Christo Domino convenientibus appellationibus.* — Denique Allatius nullam facit mentionem Nicetæ episcopi Naupacti, quem pariter omnino ignorat Lequinius in *Or. ch.* T. II, col. 198 seq., ubi scribit illius urbis episcopos. Atqui ego in bibliotheca Vaticana manibus non semel contrectavi ms. ad quatuor Evangelia et ad apostolorum Actus copiosum Græcum Nicetæ episcopi Naupacti commentarium, quod egregium opus accurate postea describam, ejusque aliquem saltem fructum cum Ecclesia publice communicabo. A. M.

ΝΙΚΗΤΑ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΕΛΕΓΧΟΣ ΚΑΙ ΑΝΑΤΡΟΠΗ

ΤΗΣ ΣΤΑΛΕΙΣΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΕΚ ΤΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΤΗΣ ΑΡΜΕΝΙΑΣ

ΕΠΙ ΔΙΑΒΟΛΗ ΤΗΣ ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΗΜΩΝ ΠΙΣΤΕΩΣ

ΚΑΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ,

ΕΞ ΕΠΙΤΡΟΠΗΣ

ΤΟΥ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΗΜΩΝ.

Ἐγράφη δὲ πρὸς τὸν ἄρχοντα ἐκ προσώπου τοῦ πατριάρχου.

NICETÆ BYZANTINI

REFUTATIO ET EVERSIO

EPISTOLÆ AB ARMENIÆ PRINCIPE MISSÆ

QUÆ INVIDIOSE FIDEM NOSTRAM ORTHODOXAM

ET SANCTAM ET ŒCUMENICAM QUARTAM SYNODUM CRIMINATUR

JUSSU

CHRISTI AMANTIS ET PISSIMI NOSTRI IMPERATORIS.

Scripta est ad principem, et patriarcham inducit loquentem.

(Ex Leonis *Allati Græcia orthodoxa* t. I, p. 663.)

1. Cum Dei humanitate, et divinis judiciis, necnon piissimorum atque orthodoxorum nostrorum imperatorum benignitate supremam pontificatus sedem reginæ urbium gubernare in me receperim, omni studio animique alacritate rationis compotem gregem Christi nostri, inter pastores primarii, uti fas est, regere dirigereque adnitor, et ut vires ministrant, et oratio in oris apertione ab universorum Domino suggeritur, divinis sæpenumero dogmatibus instruere contendo, ne zizaniorum satori dæmoni in sincero ac purissimo frumento, vera scilicet rectaque fide et doctrina, super quam firma atque inconcussa catholica et apostolica Ecclesia fundata est, zizantias, hæreticas nempe opiniones disseminandi, noxamque divino gregi afferendi, locus sit. Quapropter licet nonnulli aulam Domini ingressi, nostrorumque arcanorum participes facti, postea ab aliquibus temerariis hominibus seducti, sive ex ignorantia, sive avita morositate oppressi, non ita recte exquisitam veritatis rationem, puramque Christianorum sententiam profiterentur, hos nunc quidem consuetæ oris allocutione corrigere, et in veritatis rectique dogmatis norma constabilire incumbimus, nunc vero eos, quos ob longum locorum intervallum præsentem alloqui non possumus, per epistolas confirmare studemus, et

Α α'. Θεοῦ φιλανθρωπία, καὶ θεοὶς κρίμασι, καὶ ἐδμεναίξ τῶν πανευσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων ἡμῶν βασιλέων, τὴν ἀρχιερατικὴν βαθμὴν τῆς βασιλίδος πόλεως πηδαλιουχεῖν ἀναδεδεγμένος, πάτη σπουδῆ καὶ προθυμίᾳ τὸ λογικὴν ποιμνιον τοῦ ἀρχιποιμένος ἡμῶν Χριστοῦ ἐννόμως διέπειν καὶ διιθύειν ἐπείγομαι· καὶ, ὡς ἡ δύναμις ἐγχωρεῖ, καὶ λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος παρὰ τοῦ τῶν ὄλων χορηγεῖται, καὶ θεοὶς δῶγμασι καταρτίζειν πυκνῶς τοῦτο ἐσπούδακα, ὡς ἂν χύραν μὴ λάβῃ ὁ τῶν ζιζανίων σπορεὺς διάβολος, καὶ τῷ ἀδόλιφ καὶ καθαρωτάτῳ σίτῳ, τουτέστι τῇ εὐκρινεῖ καὶ ὀρθῇ πίστει καὶ διδασκαλίᾳ, ἐν ἣ βεβαία καὶ ἀσάλευτος ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία ἔστηκε, ζιζάνια, ἡγουν αἰρετικὰς τινὰς ἐννοίας ἐπισπείρη, καὶ τινὰς τοῦ θεοῦ ποιμνίου καταλυμήνηται.

Β Διὰ τοι τοῦτο, εἰ καὶ τινες τῆς αὐλῆς Κυρίου ἐντὸς γενόμενοι, καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου μετασχεῖν καταξιωθέντες, εἶτα ὑπὸ τινῶν εἰκαίων ἀνδρῶν κατασφύρηντες, ἢ καὶ ἐξ ἀμαθειας, ἢ καὶ ἐκ προγονικῆς δυστροπίας κεκρατημένοι, καὶ μὴ λίαν ὀρθῶς τὸν ἀκριβῆ λόγον τῆς ἀληθείας καὶ καθαρᾶς δόξης τῶν Χριστιανῶν προσθεύοντες τυγχάνοιεν, τούτους πῆ μὲν τῇ (κατὰ στόμα ὁμιλίᾳ ἐπανορθοῦν, καὶ ἐπιβεβαιοῦν εἰς τὸν τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ ὀρθοῦ δόγματος λόγον προθυμούμεθα· πῆ δ' οἷς κατὰ πρόσωπον ὁμι-

λέιν, ὡς πόρρω που διεστῶτες, ἐξεδυνατούμεν, τοὺς διὰ γραμμάτων ἐπιστηρίζειν σπουδάζομεν· καὶ ἐπιπλῶς εἰπεῖν, πάντα τὸν περιούσιον λαόν, καὶ τὸ βασιλείον ἱεράτευμα χρηματίσαν Κυρίου, καὶ δεομένους ὠφελείας τῆς κρείττονος, ὡς οἶόν τε, ὁδηγεῖν ἡμᾶς ἐπάναγκας. Τοῦτι γὰρ χρέος, ἀφωσιωμένον ἀρχιερεῦσιν αἰεὶ καθέστηκε. Ταύτη τοι διαθέσει ψυχῆς καὶ πρὸς τὴν εὐκλείαν τοῦ πεποθημένου ἡμῶν τέκνου, καὶ χρονίας ἡμῖν ἀγάπης πρὸς αὐτὸν καθισταμένης, καὶ πλείστιον, ὡς εἰκόσ, πρὸς τὸ γράφειν ἡμῖν συνωθούντων, ἔδοξε μᾶλλον διὰ τῆ, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐν τοῖς τῆς Ἀρμενίας κλίμασι δόγματος οὐκ ὀρθοῦ ἐπεισφύλλοντος καὶ ἐπισκήψαντος, Σεβήρου τινός, φημί, ἀρτσιάρχου καὶ τοὺς ἐκεῖσε πάντας καταλυμηναμένου πρὸς τὸ γράφειν παρορμηθῆναι. Ὅθεν δὴ τῆς ἡμετέρας ἐπιστολῆς πολλαῖς ἀποδείξεσι χρησάμενοι, ἐν αἷ, θάπτον πρὸς τὸ θεόν καὶ ὑμᾶς πεισθήσεσθαι ἐδόκουν, καὶ ἀναμνηθέντας τὸ ἀληθές τῆς ἀμώμου καὶ καθαρᾶς πίστεως τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου μεθ' ἡμῶν στήναι· καὶ ἅμα τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ Κύριον, καὶ Θεὸν ἡμῶν τὸν ἐκ δύο φύσεων, καὶ ἐν δύο φύσεσι, καὶ δύο φύσεις ἔχοντα, μίᾳ δὲ τῇ ὑποστάσει ὄντα κυρίως δοξάζασι. Ὑπερ ἀνέκαθεν καὶ σχεδὸν εἰπεῖν ἡ ὑφήλιος πᾶσα, καὶ οἱ ἀρχιερατικοὶ πάντε θρόνοι τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας τὸ τηλικάδε ἐν τῇ Χαλκηδονέων μητροπόλει συναθροισθέντες, καὶ κατὰ πάντα ὁπαδοὶ καὶ ὁμόφρονες ταῖς πρώην τρισὶν ἀγίαις συνόδοις γενόμενοι, κατὰ μηδὲν διαφωνήσαντες συνοδικῶς ὠρισάν τε καὶ ἐθέτισαν. Τοιγαροῦν ἐκτοτε καὶ μέχρι τῆς σήμερον οἱ ὀρθῶς καὶ εὐσεβῶς μετὰ τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας βιοῦν ἐθέλοντες, τὴν ἐκεῖσε συγκροτηθεῖσαν σύνοδον ἀγίαν καὶ οἰκουμενικὴν τετάρτην πρὸς ταῖς ἄλλαις τρισὶν ἀσμένως ὑποδεχόμενοι, διαπαντὸς σέβουσι. Μενοῦνγε ἐλπίς ἡμῖν οὐχ ἡ τυχοῦσα παρήν, ὅπως ἐκ τῆς ἡμετέρας ἐπιστολῆς πεισθέντες, ὅτι τάχιστα τῆς χειρὸνος δόξης μετασταλήτε, καὶ πρὸς τὸ παρ' ἡμῶν ὀρθὸν δόγμα τῆς ἀληθείας πρεσβευόμενον, ἤγουν τὸ δοξάζειν δύο φύσεις καὶ μίαν ὑπόστασιν ἐπὶ τῆς οἰκονομίας Χριστοῦ, εὐμαρῶς μεταπέσοιτε.

β'. Ἐπεὶ οὖν τὸ ἐπιζόμενον ἡμῖν εἰς πέρας οὐκ ἐκδέθηκεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ γραφέντα ἐδυσχέρανας· καὶ οὐ μόνον τοῦτι, ἀλλὰ καὶ ἀντειπεῖν καὶ ἀντιβῆτικῶς ἡμῖν λόγους γράψαι ἐπειράθησ, τοῦτου χάριν πυρωθεὶς τῷ θεῷ ζήλω, καὶ τὴν τῆς σωπῆς ὑφορώμενος δίχην, οὐδ' ἐνταυθοὶ ἀτημέλητόν σε καὶ ἀθεράπευτον καταλιπεῖν ὤφθημεν. Διὸ ὅσα μὲν ἐν τῷ γράμματι σου ἐπὶ διαβολῇ τῆς ἡμετέρας ἀληθινῆς ὁμολογίας ἐμφέρεται, καὶ ἀξία ποσῶς λόγου ὄντα, ταῦτα εἰς μέτρον ἀγαγόντες, ἀνατρέψαι πειρασόμεθα. Τοιγάρτοι μικρὸν μετὰ τὸ προοίμιον τῆς σῆς ἐπιστολῆς οἶοναί ἐπισφίγγων καὶ ἐπισυνδέων τὴν τῆς ἀγάπης κτῆσιν μετὰ τὴν εἰς μίαν ὁμολογίαν τῆς ἀληθινῆς καὶ ἀμώμου πίστεως, σπουδάζων τοὺς ὁμοτρόπους ἐν οἴκῳ Κυρίου φωτίζεσθαι τε καὶ καταρτίζεσθαι. Εἰ καὶ τινες ἀπέδρασαν ἐκ ταύτης τῆς καλῆς καὶ ὀρθῆς ὁμολογίας, ἧς παρέδωκαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, καὶ κατώρθωσαν αἱ ἅγιοι τρεῖς σύνοδοι, καὶ τὰ ἐξῆς, ἀριδηλότατα ἡμῖν διὰ τούτων

ut verbo extricem universo populo accepto, et regio sacerdotio, quod fuerat Domini, necnon posterioris utilitatis indigenti pro viribus viam monstrare necessarium est: hoc etenim semper est proprium antistitum munus atque officium. Propterea tum inclinatione voluntatis qua ad gloriam nostri desideratissimi filii propendemus, tum amore diuturno, quo eum prosequimur, plerisque etiam ad scriptiōnem compellentibus, visum est satius, propter nescio qua ratione multo ab hinc tempore in regionibus Armenorum dogma non rectum, Severi cujusdam hæresiarchæ jam per omnes eas partes introductum, quod desævians omnes ibi habitantes summo opere lædit, ad scribendum animum applicare, ut inde nostræ epistolæ plerisque demonstrationibus usi, quibus quantocius vos ad id, quod æquum est, reduci existimo: et de novo veritatem inculpatæ sinceræque fidei Christiani mysterii edocti una cum nobis sentiatis, et simul unum Christum et Dominum, et Deum nostrum, qui ex duabus naturis, et in duabus naturis, et duas naturas habet cum unica hypostasi, uti est, tenentis, quod ab antiquo tempore, et fere, ut ita dicam, universus terrarum orbis, et quinque archieraticæ sedes catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ tum in Chalcedonensium metropoli coacti, in omnibus consortes ac concordēs, et a primis tribus synodis minime in aliquo discrepantes ex synodi sententia decreverunt et determinarunt. Quapropter ex eo tempore ad hunc diem, qui recte pieque cum catholica et apostolica Ecclesia vivere satagunt, ibi coactam synodum sanctam, et œcumenicam quartam, præ aliis tribus lubenter exosculati per omnia venerantur. Spes itaque certa nos tenet, vos nostrâ hac epistola persuasos, abjecta omni cunctatione a pessima vestra sententia recessuros, et ad rectum veritatis dogma, quod nos prostemur, nempe in œconomia Christi duas naturas, et unam hypostasim esse, facili negotio relapsuros.

2. Cum ergo, quod nos sperabamus, finem non habuerit, imo scriptis etiam nostris exasperatum et contra ire, et refutatoriam quoque orationem scribere conatus es, ideo divino zelo succensi, crimen silentii et accusationem effugientes, te neglectum et idcircuratum deserere operæ pretium esse non duximus. Quare quæcunque in epistola tua nostram veram professionem calumniatus attexuisti, aliquo tamen modo non indigna consideratione in medium afferentes, redarguere conabimur. Atqui paulo post inæ epistolæ proœmium, quasi astringens et alligans mutuam amicitiam cum una veræ et immaculatæ fidei professione, studensque ut tui similes in domo Domini illuminentur et instruāntur: *Licet nonnulli, ais, ex proba hac rectaque professione recesserint, quam sancti apostoli tradiderunt, et sanctæ tres synodi perfecerunt, etc.*, manifestissime nobis per hæc tuam opinionem indicasti, laudibus extollens et beatos eos existimans, quibus cum divino

amore veræ fidei professio una est. At quænam hæc fuerit verissima professio, quam apostoli tradiderunt, et tres sanctæ synodi constabiliverunt, licet aliqui ex hac recta fide rebellarint, omnino dices tuam, quæ unius naturæ unum Christum et Deum nostrum ex diversis naturis post unionem factum profiteatur, et ex duabus naturis et duas naturas habere in una hypostasi pernegat. Hunc enim compositionis modum in divini Verbi unione cum carne factum fuisse palam infra declamas. Heu rem miram! Quænam tu ratione testes oculatos et divinos veritatis præcones, necnon sanctos ac deiferos viros aliis atque aliis temporibus ad synodos congregatos tandem culpas et contumelia oneras? Quis enim ex iis, qui res dijudicandi peritia pollent, traditam esse, aut confirmatam dicet apud Verbi ministros, aut Patres divinos, quam tu profiteris sententiam, quæ asserat, Christum unius naturæ post unionem esse, et ex duabus unionem confectam, in duabus vero, aut duas esse naturas post unionem inficietur? Propterea accedat princeps apostolorum Petrus per suam confessionem, te quæ dixisti ementitum esse manifesto evincens et, per eum universus apostolorum cœtus. Etenim Christus Dominus et Deus noster dixit apostolorum principi Petro: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam*¹. Hæc porro Dominus Petro dixerat, cum Domino semetipsum hominem nuncupanti Petrus enuntiasset, *Tu es Christus Filius Dei vivi*². Tum vero in Christo Domino et Deo nostro hæc duo dicta copulata sunt, confirmatumque est, et Deum esse, et hominem. Si itaque ambæ hæc deitatis et humanitatis rationes, cum Christus Dominus et Deus noster unus existat, post ipsius unionem de eo dicuntur, et unus et idem est sempiternus Filius ante omnia sæcula a Patre sine tempore et mutatione prognatus, qui est una sanctissimæ Trinitatis hypostasis, Deus Patri secundum æternitatem æqualis, paternam essentiam et naturam in se perpetuo habens, sed qui extremis temporibus ex Spiritu sancto et Maria Virgine carnem et humanitatem assumpsit, hic æternus Filius sine ulla mutatione factus tanquam unus ex hominibus, per omnia præ uno peccato, nostra, quam ipse non habebat, natura accepta, in eo divina, quam ab æterno possidebat, permanente, manifestum est, in duabus naturis, et duas naturas possidere, qui unus est hypostasi Christus post unionem, si modo compellationes *Deus et homo* naturas indicant, tanquam quæ de multis dicuntur. Confessionis itaque de Christo verum dogma in Chalcedone celebratæ divinæ synodi sanctorum Patrum definitio recte decernit, Christum determinans, unam esse ex sancta Trinitate hypostasim duas naturas habentem, naturam divinam et naturam humanam.

Χαλκηδόνι συγκεκροτημένης θείας συνόδου τῶν ἁγίων ὑπόστασιν ἐκ τῆς ἁγίας Τριάδος εἶναι, δύο φύσεις ἔχοντα, φύσιν θεϊκὴν καὶ φύσιν ἀνθρωπίνην.

A ἐνέφηνα; τὴν σεαυτοῦ διέξαν ἀποσεμνόνων, καὶ μακαριστοὺς εἶναι οἰόμενος, οἷς ἂν μετὰ τῆς ἐνθέου ἀγάπης καὶ ἡ τῆς ἀληθοῦς πίστεως ὁμολογία μία πάρεστι. Τίς δὲ αὕτη ἡ ἀληθεστάτη ὁμολογία, ἣν οἱ ἀπόστολοι παρέδωκαν, καὶ αἱ ἅγιαι τρεῖς σύνοδοι κατώρθωσαν, εἰ καὶ τινες ἐκ ταύτης τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀπεδυσπέτησαν; Πάντως ἐρεῖς τὴν σεαυτοῦ, ἥτις μίᾳ φύσεως τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν ἐκ διαφόρων φύσεων μετὰ τὴν ἔνωσιν ἀποτελεσθέντα ὁμολογεῖ, καὶ ἐκ δύο φύσεων, καὶ δύο φύσεις ἔχοντα ἐν μιᾷ ὑποστάσει ὄντα ἀρνεῖται. Τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον τῆς συνθέσεως παρακατιῶν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς σάρκα ἐνώσει γεγενῆσθαι σαφῶς διαγορεύεις. Βαβαὶ τοῦ θαύματος! Πῶς εἰς τοὺς αὐτόπτας καὶ θελοῦς κήρυκας τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς

B κατὰ διαφόρους χρόνους συνοδικῶς συνειλεγμένους ἁγίου; καὶ θεοφόρους ἀνδρας τοσοῦτον ἐπιχέεις τὸν μῶμον; Τίς γὰρ τῶν ὑγιῶς κρίναιν εἰδόντων, παραδεδόσθαι, ἢ βεβαιουῦσθαι φήσεις παρὰ τοῖς ὑπηρέταις τοῦ λόγου, ἢ τοῖς θελοῖς Πατράσι τὴν οὕτως παρὰ σοῦ πρεσβευομένην δόξαν, τὴν φάσκουσαν τὸν Χριστὸν μίᾳ φύσεως μετὰ τὴν ἔνωσιν εἶναι, καὶ ἐκ δύο μὲν ἀποτελεσθεῖσαν τὴν ἔνωσιν, ἐν δύο δὲ, ἢ δύο εἶναι τὸ φύσει μετὰ τὴν ἔνωσιν ἀπαγορευούσαν; Διδεῖσα χθῆτῳ ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων Πέτρος, διὰ τῆς ἑαυτοῦ ὁμολογίας ψευδηγοροῦντά σε δεικνύων, καὶ δι' ἐκείνου ἅπας ὁ τῶν ἀποστόλων σύλλογος. Καὶ γὰρ Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν τῷ τῶν ἀποστόλων Ἐφῆ κορυφαίῳ Πέτρῳ· *Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρῳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾗδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς*. Τοῦτον δὲ τὸν λόγον ὁ Κύριος Ἐφῆ τῷ Πέτρῳ, ἥνικα πρὸς τὸν Κύριον, ἑαυτὴν Υἱὸν ἀνθρώπου κεκληχότα, Πέτρος εἶρηκε· *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*. Καὶ συνήχθησαν ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀμφότεροι οἱ λόγοι, καὶ πεπίστωται, ὅτι καὶ Θεὸς καὶ ἀνθρωπὸς ἐστίν. Εἰ οὖν ἀμφότεροι οἱ λόγοι, τῆς θεότητος, φημί, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ ἐνδὸς ὄντος Χριστοῦ καὶ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν, μετὰ τὴν ἔνωσιν αὐτοῦ κατηγοροῦνται, καὶ εἰς καὶ ὁ αὐτὸς ἐστίν ὁ αἰδιος Υἱὸς, ὁ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀχρόνως καὶ ἀπαθῶς γεγεννημένος, ὃς ἐστίν ὑπόστασις μία τῆς ἁγίας Τριάδος, Θεὸς ἴσος τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν αἰδιότητα, τὴν πατρικὴν οὐσίαν καὶ φύσιν αἰδιῶς ἐν ἑαυτῷ ἔχων, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν

D ἡμερῶν ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου σαρκωθείς, καὶ ἐνανθρωπήσας, οὗτος ὁ αἰδιος Υἱὸς ἀτρέπτως καὶ ἀναλλοιώτως, καὶ γεγονῶς ὡς εἰς τῶν ἀνθρώπων κατὰ πάντα, χωρὶς ἀμαρτίας, προσεληφῶς τὴν ἡμετέραν, ἣν οὐκ εἶχε, φύσιν, μεμενηκυίας αὐτῷ τῆς θείας, ἣν αἰδιῶς προεἶχε, φύσεως φανερόν, ὅτι ἐν δύο φύσεσι καὶ δύο φύσεσι ἔχων ἐστίν ὁ εἰς τῇ ὑποστάσει Χριστὸς μετὰ τὴν ἔνωσιν· εἴπερ τὸ Θεὸς ὄνομα καὶ ἀνθρωπὸς φύσεων εἰσι δηλωτικὰ, ὡς κατὰ πολλῶν φερόμενα. Οὐκοῦν τὸ τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας τοῦ Ἀποστόλου ἀληθινὸν δόγμα ὁ τῆς ἐν Πατέρων ὄρος ὀρθοτομεῖ, τὸν Χριστὸν ὀρίζων μίαν

¹ Matth. xvi, 18. ² Ibid. 16.

γ'. Καὶ ταῦτ' ἐστὶν τοῦτου παράδειγμα, εἰ θέλεις συνορᾶν, ὡς Προκείσθωσαν οὖν χρύσειοι τρεῖς, ὁ εἷς ἐβδληθεὶς πυρὶ, καὶ πυρωθεὶς ἐγένετο πῦρ, μεμενηκώς χρυσοῦς, οἷος ἦν. Σὺ οὖν εἰ θέλεις ἐν μέρει μὲν τοὺς ἄλλους δύο χρυσεῖους, ἐν μέρει δὲ πολλοὺς ἀνθρακας πυρίλους, εἶτα τὸν χρύσειον τὸν πυρωθέντα, καὶ πῦρ γενόμενον μεταξύ τῶν ἄλλων δύο χρυσεῖων καὶ τῶν ἀνθράκων, τὸν διάμεσον ἐάν θεάσῃ χρύσειον ἔχοντα τὴν τε φύσιν τῶν ἄλλων δύο χρυσεῖων τελείαν, τοῦτέστιν ὄντα χρυσὸν, ὡς τοῖν δυοῖν ἐκείνοι τοῖν χρυσεῖοις ἐκάτερον, καὶ τῶν ἀνθράκων φύσιν, ἐπειδὴ πῦρ ἐστίν, ὡσπερ τῶν ἄλλων ἀνθράκων ἕκαστος τὸν αὐτὴν δὴ τρόπον ὁ αἰθεὶς Υἱὸς ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς, οὐχ ὑπόστασιν ἐξ ἡμῶν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἔλαβε, καὶ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, ὡς ὁ θεὸς ἀπόστολος Παῦλος λέγει, *πεπειρωσθαι κατὰ πάντα κατ' ἡμετέραν ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας*. Τοῖνον οὖν ὁ αἰθεὶς Υἱὸς ἔχει τὴν τε τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἣν αὐτὸς προείχε φύσιν, τὴν ἡμετέραν ἀνθρωπίνην φύσιν μετὰ καὶ τὴν ἑαυτοῦ σάρκωσιν, μία ὑπάρχων ἐκ τῆς ἁγίας Τριάδος ὑπόστασις, τῆς ἁγίας Τριάδος προσθήκην οὐκ εἰσοδεξαμένης. Εἰ δὲ τοῦτο φανερὸν καὶ τοῖς μικρὰ δυναμένοις συνορᾶν ἐστίν, οὐτὶ τὴν σεαυτοῦ δόξαν, τὴν περὶ μιᾶς φύσεως τοῦ Χριστοῦ, οὔτε τῶν ἀποστόλων ὁ χορδὸς παραδέδωκεν, οὔτε μὴν αἱ ἅγιαι τρεῖς σύνοδοι, αἱ κατὰ διαφόρους καιροὺς παρ' εὐσεβῶν βασιλέων προνοίᾳ Θεοῦ συναθροισθεῖσαι, αἷς καὶ αὐτὸς διὰ τοῦ σου γράμματος συνομολογεῖς, καὶ ἀποδέχῃ, ἐπεὶ καθαιρέσει μὲν τῆς τοῦ Ἀρείου, καὶ Μακεδονίου, καὶ Νεστορίου κακοδοξίας πρῶτον σύνοδοι συναίγηγερμέναι, αἱ μὲν πρότεραι δύο τὴν ἐπὶ θεολογίᾳ ὀρθὴν ὁμολογίαν ἐτράνωσαν τε καὶ ἐθέσπισαν, τοῦ ὁμολογεῖν ἀληθῶς τὸν αἰθεῖον Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁμοούσια τῷ Πατρὶ καὶ ὁμοφυῆ, καὶ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς θεότητος, ἰσοκλεῶς τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα μετέχειν, καὶ ἕνα Θεὸν τὰ τρία δοξάζειν, κἂν τρία ταῖς ἰδιότησι πιστεύηται, καὶ μηδέτερον εἰς κτίσμα τούτων κατάγειν. Αὗται δὲ περὶ μιᾶς φύσεως τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου οὐδαμῶς ἐθέσπισαν τε καὶ ὤρισαν. Ἡ δὲ πρώτη μὲν ἐν Ἐφέσῳ, τρίτη δὲ πρὸς ταῖς δυσὶν οἰκουμένη ἁγία σύνοδος, αὕτη μὲν τὴν τοῦ Νεστορίου κακοδοξίαν θριαμβεύσασα, ἥτις τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν εἰς δύο υἱοὺς καὶ δύο πρόσωπα κατατεμεῖν ἐτόλμησε, καὶ τὴν πάναγον καὶ ἁγίαν Παρθένον Θεοτόκον καλεῖν ἀπηρυσθρασμένως ὁ δειλαῖος οὐκ ἤξιον, μᾶλλον μὲν οὖν Χριστοτόκον, ὡς ψιλὸν ἀνθρώπον γεννήσασαν. Τὰς γὰρ δύο φύσεις τοῦ Ἐμμανουήλ, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς ὁ Χριστὸς ἐθεωροῖτο, ἡγουν τὴν θεότητα, φημί, καὶ τὴν ἀνθρωπότητα, ἀνά μέρος τιθεὶς, καὶ ἰδιοσυστάτως ταύτας ὁμολογῶν, καὶ φύσιν ἀπρόσωπον μὴ δοξάζων, καὶ διὰ τοῦτο ὄσαι μὲν αἱ φύσεις, τοσαῦτα καὶ τὰ πρόσωπα συνεισάγων, καὶ σχετικὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὸν ἐκ Μαρίας γεννηθέντα ὡμολογῶν. Τοιγάρτοι τοῦτον ἀναθεματίσασα, ἐθέσπισέ τε καὶ ἐκύρωσε τὴν καθ' ὑπόστασιν

5. Et præclarum hujusce rei exemplum, dummodo id non renuas, tibi habeto. Sint aurei nummi tres : unus in ignem conjectus et ignitus factus est ignis, remanens id quod prius erat aurum. Tu porro si seposueris alios duos nummos aureos in una parte, et ex alia multos carbones ignitos, postmodum ignitum illum aureum, et ignem jam factum inter alios duos aureos et carbones conjicias, medium nummum aureum inueheris naturam aliorum duorum aureorum habentem perfectam, tanquam qui aurum est, quemadmodum et duo alii aurei, carbonum quoque naturam, quando ignis est, sicut et ex aliis carbonibus quilibet. Non alia ratione sempiternus Filius de cœlo descendens non a nobis hypostasim, sed naturam accepit, et factus est tanquam unus ex nobis. Et divinus Paulus apostolus asseverat, *tentatum fuisse per omnia secundum nostram similitudinem absque peccato*. Igitur sempiternus Filius habet Patris et Spiritus sancti, quam semper antea possederat, naturam, et nostram humanam, post suam incarnationem, cum sit unæ sanctæ Trinitatis hypostasis, nullo sanctæ Triadis adilitamento. Id si ita est, manifestum sit iis, qui pusilla etiam capere possunt, tuam de una Christi natura sententiam, neque apostolorum cœtum, neque tres sanctas synodos diversis temporibus a piis imperatoribus divina Providentia congregatas, quas et ipse per tuam epistolam recipis, et eodem atque nos animo voluntateque probas, tradidisse. Ad refellendas equidem Arii, Macedonii et Nestorii versanas opiniones illæ coactæ sunt, primæ duæ professionem de Deo rectam exposuerunt, et decreverunt, ut omnes vere profitentur, sempiternum Filium et Verbum Dei et Patris, necnon et sanctum Spiritum ejusdem essentiæ naturæque esse cum Patre, et eandem et unam divinitatem æquali gloria cum Patre Filium et Spiritum sanctum participare, et unum Deum tria hæc confiteri, licet proprietatibus tria esse credantur, et ex his neutrum a creaturas deferre. Et hæc de una natura mysterii secundum Christum nihil sanciverunt, aut definiverunt. Prima autem Ephesina, sed tertia ordine œcumenica sancta synodus, Nestorii hæresi debellata, qui unum Christum et Dominum et Deum nostrum in duos filios, et duas personas dividere ausus, immaculatissimam sanctamque Virginem vocitare *Deiparam* inverecunde nimis miser renuebat, sed potius *Christiparam*, tanquam, quæ purum hominem genuisset : namque duas Emmanuelis naturas, ex quibus et in quibus Christum contemplamur, deitatem nempo et humanitatem per se unamquamque separans, et æque ac si propria hypostasi subsisterent asseverans, et absque persona naturam nullam agnoscens, et propterea tot personas, quot erant naturæ, introducens, secundum habitudinem unionem Dei Verbi ad eum, qui ex Maria prognatus erat, assererat, eundem anathemate ferit, decre-

³ Hebr. iv, 15.

vitque et constituit unionem essentialem et secundum hypostasim duarum naturarum, deitatis scilicet et humanitatis, in uno Christo, una nempe hypostasi observari. Nullo itaque modo sancta synodus, vesani Nestorii opinionem, quæ duas in Christo personas astruebat, condemnans, unam in Christo naturam prorsus asserendam esse decernit. Etenim neque prima sancta synodus, quæ tres naturas in divinis, quæ erat Arii opinio, sustulit, protinus et triadem hypostascon denegavit. Sic et Ephesina tertia synodus de duabus hypostasibus sententiam anathemate feriens, non statim et naturarum diversitatem condemnavit. Quinimo ad stabilendam secundum hypostasim et essentialem unionem naturarum unius Christi, deitatis et humanitatis, hominis exemplum usurpavit, qui ex duabus naturis, corporea atque incorporea conflatus, in duabus naturis consideratur, licet una tantum hypostasis sit quicumque homo. Et quamvis exemplum de homine particulari non in omnibus assimilatur unioni Christi, eo tamen solummodo ad insanam Nestorii opinionem refellendam usa est, qui palam affirmabat nullam esse absque propria persona naturam, fierique non posse, ut duæ naturæ secundum hypostasim et essentialiter unitæ in una hypostasi observentur, quæ non inferant et duas personas, quod unionem scheticam, sive secundum habitudinem, efficit, ideoque duos filios et duos Christos miser deprædicabat. Hanc falsam opinionem dirimens, hominis exemplum usurpavit. Imo plerosque deiferos Patres in sancta tertia synodo Ephesina divus Cyrillus in medium adduxit, stabiliens secundum hypostasim unionem in una hypostasi, qui est Christus in diversis naturis agnitus. Quod vero in diversis naturis agnoscitur, omnino in illis est, in quibus agnoscitur. Cum itaque oratio demonstraverit de una Christi natura confessionem, neque ab apostolis fuisse assertam, neque a sanctis tribus synodis constabilitam, frustra falsa fabularis enuntians, eam a sanctis apostolis traditam, et a sanctis tribus synodis fuisse confirmatam: nam oratio potius naturarum diversitatem in uno Christo representavit. Illud autem rursum asserere, *etsi nonnulli ex hac sententia nempe affirmante, unius esse naturæ Christum post unionem, transfugerunt, ad eos scilicet, qui duas naturas Christum habere post unionem profitentur, quosnam ignorantia terminos non exsuperat? Quis enim non novit partem a toto, minus a multesimo decedere? Et non contra. Quapropter qui vestrae sunt sententiæ, si ad eos, qui nostræ sunt, comparentur, minimam atque infimam partem occupare comperientur. Quare indecore agis dicens nos ex vestra sententia aufugisse. Quin, ut potius verum dicam, vos a nobis decessistis.*

4. Infra etiam in epistola tua nolens sanctam et universalem synodum admittere, quam nos inter reliquas alias sanctas tres synodos annumeramus,

καὶ οὐσιώδη ἔνωσιν τῶν δύο φύσεων, τῆς θεότητος, λέγω, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ, ἦγουν τῇ μιᾷ ὑποστάσει θεωρεῖσθαι. Οὐδαμῶς οὖν ἡ ἀναίρουσα ἀγία σύνοδος τὸ τοῦ ματαιόφρονος Νεστορίου φρόνημα, τὸ δοξάζον ἐπὶ Χριστοῦ δύο πρόσωπα, συνεισάγει ἐξάπαντος τὸ μίαν φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ ὁμολογεῖν. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς θεολογίας, οὐχ ἡ ἀναίρουσα πρώτη ἀγία σύνοδος τὸ τρισδὸν τῆς ὁμολογίας τῶν φύσεων τὸ τοῦ Ἀρείου φρόνημα, ἤδη καὶ τὸ τρισδὸν τῆς ὑποστάσεως ἀνήρει. Οὕτως καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἀγία τρίτη σύνοδος ἀναθεματίσασα τὸ διττὸν τῶν ὑποστάσεων φρόνημα, οὐκ ἦν καὶ τὸ τῶν φύσεων διάφορον ἀνεῖλε. Μενοῦντος πρὸς βεβαίωσιν τῆς καθ' ὑπόστασιν καὶ οὐσιώδους ἐνώσεως τῶν φύσεων τοῦ ἐνὸς Χριστοῦ, φημὶ δὲ τῆς θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ τὸν τινα ἀνθρώπον ὑποδείγματος χάριν προσεβλήθη, ὃς ἐκ δύο μὲν φύσεων, σώματος τε, φημὶ, καὶ ἀσωμάτου, τὴν σύνθεσιν ἐσχῆκε, καὶ ἐν δύο φύσεσι θεωρεῖται, μία τις ὑπόστασις οὐσα ὃ καθέκαστα ἀνθρώπος. Καὶ οὐ κατὰ πάντα ἐξομοιούμενον τὸ παράδειγμα τοῦ τινος ἀθρώπου πρὸς τὴν κατὰ Χριστὸν ἔνωσιν, ἀλλὰ μόνον πρὸς τὴν τοῦ Νεστορίου κακόνουαν ἀποτεινομένην, ὃς τρανῶς ἔφασκε, μὴ εἶναι φύσιν χωρὶς οἴκειου προσώπου, καὶ ἀδύνατόν ἐστιν ἰδεῖν δύο φύσεις καθ' ὑπόστασιν, καὶ οὐσιωδῶς ἠνωμένους ἐν μιᾷ ὑποστάσει, μὴ συνεισάγουσας καὶ δύο πρόσωπα, ὅπερ ποιεῖ σχετικὴν ἔνωσιν, καὶ διὰ τοῦτο δύο υἱοὺς, καὶ δύο Χριστοὺς, ὃ δολίαιος ἐκήρυττε. Ταύτη τοι τὴν ψευδῆ δόξαν ἀναίρουσα τῷ τινος ἀθρώπου παραδείγματι ἐχρήσατο. Ἄλλὰ καὶ πολλοὺς τῶν θεοφόρων Πατέρων εἰς τὴν κατ' Ἐφεσον ἀγίαν τρίτην σύνοδον προεχόμενον ὃ ἐν ἀγίοις Κύριλλος, συνιστῶν τὴν καθ' ὑπόστασιν ἔνωσιν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, ὃς ἐστιν ὁ Χριστὸς ἐν διαφόροις φύσεσι γνωριζόμενος. Τὸ δ' ἐν διαφόροις φύσεσι γνωριζόμενον πάντως καὶ ἐν ἐκείναις ἐστίν, ἐν αἷς καὶ γνωρίζεται. Ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος παρέστησεν, ὅτι τὴν περὶ μιᾶς φύσεως τοῦ Χριστοῦ ὁμολογίαν, οὐτε τις τῶν ἀποστόλων εἶρηκεν, οὐτε μὴν ἐκ τῶν ἀγίων τριῶν συνόδων ἐβεβαιώθη. Μάτην ψευδοπεῖς λέγων, ὅτι περὶ ἐκ τῶν ἀγίων ἀποστόλων παρεδόθη, ἐκ δὲ τῶν ἀγίων τριῶν συνόδων ἐβεβαιώθη: ὁ λόγος γὰρ μᾶλλον τῶν φύσεων τὸ διάφορον ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ παρέστησε. Τὸ δὲ πάλιν εἰρηκέναι, εἰ καὶ τις ἐκ ταύτης (ἦγουν τῆς δόξης, τῆς λεγούσης μιᾶς φύσεως εἶναι τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἔνωσιν) ἀπέδρασαν, ὡς δὴθεν τοὺς δύο φύσεις τὸν Χριστὸν ἔχειν μετὰ τὴν ἔνωσιν ὁμολογοῦντας, ἐξ αὐτῶν ἀποδεδραχέναι, ποίας ἀμαθίας ἀνάμεστον οὐκ ἂν εἴη; Τίς γὰρ οὐ σὺνοιδεν, ὅτι τὸ μέρος ἐκ τοῦ ὅλου, τὸ ὀλιγοστὸν ἐκ τοῦ πολλοῦ ἀποδρᾶν εἴωθεν: οὐ μὴν ἐμπαλιν; Διὸ οἱ τῆς ὑμετέρας δόξης πρὸς τοὺς τὴν ἡμετέραν πρεσβεύοντας εἰ παραβληθεῖεν, τὸ ὀλιγοστὸν ἂν καὶ ἐλάχιστον μῶριον ἔχοντες φανελεν. Ὅστε οὐ δεῖ ἀποφαίνεσθαι σε, ἡμᾶς ἀποδεδραχέναι ἐκ τῆς ὑμετέρας δόξης, ἀλλὰ μᾶλλον τάλιθες εἰπεῖν, ὑμᾶς ἐξ ἡμῶν.

δ'. Παρακατιῶν δὲ ἐν τῷ γράμματί σου, καὶ ἀποδυσπετῶν πρὸς τὴν ἀποδοχὴν τῆς ἀγίας καὶ οἰκουμηνικῆς τετάρτης συνόδου, διὰ τὸ ἡμᾶς συναρῖθμιον

ποιῆσαι τῷ ἀριθμῷ τῶν λοιπῶν ἁγίων τριῶν συν-
 ὄδων, καὶ ὡς περ ἐξ εὐλόγου αἰτίας ταύτην ἀπαναινό-
 μενος, τοιαύδε γράφεις· Οἶδα μὲν, ὅτι οὐκ ἔστι
 κεκρυμμένον εἰς ὑμᾶς ὁ τρόπος τῆς τετάρτης
 συνόδου, ὅτι ἐν τῷ γράμματι αὐτῆς ἡ ἀγνωσύνη
 σου ἐμνήσθη ταύτην τὴν σύνοδον, καὶ ἔταξεν
 αὐτὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τριῶν συνόδων, καὶ θέ-
 λει καὶ ἡμᾶς ταύτην δέχεσθαι, ἣν οὐκ ἐδέξαντο
 οἱ Πατέρες ἡμῶν, οὔτε οἱ διδάσκαλοι ἡμῶν, ἐπι-
 στάμενοι τὴν κενοφωνίαν αὐτῆς ἐκ τῶν λοιπῶν
 τριῶν συνόδων, τῶν διαγνωσθέντων, καὶ κηρυ-
 ξάντων ὅλη τῷ κόσμῳ τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ Υἱὸν
 καὶ Κύριον, ἐνωθέντα ἐκ δύο φύσεων, ἀσυγχύ-
 τως, καὶ ἀτρέπτως, καὶ ἀχωρίστως, τῆς αὐτῆς
 συνόδου εἰς δύο φύσεις κεχωρισμένας λεγούσης,
 καὶ ἐνεργείας, καὶ θελήσεως, ὁμοφωνήσασα τῷ
 Νεστορίῳ, πλὴν εἰς τὰ δύο πρόσωπα· ἐκείνου
 μὲν λέγοντος δύο πρόσωπα, αὐτῆς δὲ δοξαζού-
 σης ἕν, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ὀρθοδόξους χλευά-
 σασα, ὅτι οὐ συμφωνεῖ τῷ Νεστορίῳ. Θαυμάζειν
 μοι ἔπεισι τοιαῦτα γράφοντός σου· οὐδὲ γὰρ συν-
 ἦκας, ὡς γέ μοι δοκεῖ ἐκ τῶν σῶν ῥημάτων, τῆς
 ἁγίας τετάρτης συνόδου τὸ τε βούλημα καὶ τὴν
 πραγματείαν. Οὐδαμῶ γὰρ φαίνεται ἡ τοιαύτη ἁγία
 σύνοδος, δύο φύσεις κεχωρισμένας ἰδιοσυστάτως οὖ-
 σας, καὶ καθ' ἑαυτὰς ἀνὰ μέρος ὑπαρχούσας ἐπὶ τοῦ
 κατὰ Χριστὸν μυστηρίου δοξαζούσας, εἰ καὶ ἀδίκως
 παρ' ὑμῶν συκοφαντεῖται, μᾶλλον μὲν οὖν τὰς παρ'
 ἑκάτερα τῆς μεσότητος, ἤγουν τῆς ἀληθείας, δόξας,
 φημί δὴ τὸν πλεονασμὸν καὶ τὴν ἔνδειαν, ἐκτροπὰς
 οὖσας τῆς μεσότητος, καὶ διὰ τοῦτο ψευδεῖς οὖσας
 ἐξοστραχίσασα, τὴν μέσσην τάξιν ἔχουσαν δόξαν, ἀλη-
 θείας ἐχομένην ἐκράτουνε. Καὶ γὰρ ὡς περ ἐπὶ τῆς
 θεολογίας ἡ μεσότης φαίνεται ἔχουσα τάληθὲς δόγμα
 τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, ὁ δὲ
 πλεονασμὸς καὶ ἡ ἔνδεια τὸ ψεῦδος (ὅς γὰρ διὰ τὸ
 τρισσὸν πῆς ὑποστάσεως καὶ διάφορον, καὶ τὸ τρι-
 σσὸν τῶν φύσεων δοξάσεις, ναὶ μὴν καὶ ὅς διὰ τὸ
 ἑνιαῖον τῆς φύσεως, καὶ τὸ μοναδικὸν τῆς ὑποστά-
 σεως συνεισφέρει, τάχα μοι δοκεῖ καὶ τῆ ἀληθείᾳ,
 τῆ κατὰ πλεονασμὸν καὶ ἔνδειαν δόξῃ νενοσηχέναι.
 Ὅπερ πέπονθεν Ἀρειός τε καὶ Σαβέλλιος ὁ Αἴβυς,
 τὰ ἐκ διαμέτρου κακὰ, καὶ ὁμοίμα τὴν ἀσέβειαν.
 Ἡ δὲ τῆς ἀληθείας ὁδὸς μέση τις οὖσα, καὶ τοῦ
 μὲν τὸ τρισσὸν τῶν φύσεων, τοῦ δὲ τὸ συγχυτικὸν
 καὶ μοναδικὸν τῆς ὑποστάσεως ἐξοστραχίσασα, ἕνα
 θεὸν, ἤγουν μίαν οὐσίαν καὶ φύσιν, καὶ τρεῖς
 ὑποστάσεις ὁμοουσίους ἐπὶ τῆς θεολογίας τρανῶς
 ἀνακηρύττει. Ὅπερ εὐσεβῶς ἡ ἁγία καὶ οἰκου-
 μενικὴ πρώτη σύνοδος ἐθέσπισέ τε καὶ ὤρισε)
 τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας τετάρτης
 συνόδου θεωρεῖν ἐνεστι. Τοῦ γὰρ Νεστορίου διὰ τὸ
 δισσὸν τῆς ὁμολογίας τῶν φύσεων, καὶ τὸ δισσὸν τῆς
 ὑποστάσεως εἰσάγοντος, καὶ διὰ τοῦτο δύο υἱοὺς ἐπὶ
 τῆς οἰκονομίας δοξάζοντος, τοῦ γε μὴν Εὐτυχοῦς, καὶ
 Διοσκόρου, καὶ Σεβήρου καὶ τῆς ἀμφ' αὐτὸν συμμο-
 ρίας, διὰ τὸ ἑνιαῖον τῆς ὑποστάσεως, καὶ τὸ μοναδι-
 κὸν τῆς φύσεως λέγοντος· φανερὸν δήπουθεν, ὅτι ὁ
 μὲν τῆ κατὰ πλεονασμὸν ψευδεῖ δόξῃ νενόσηκεν, ὁ

A quasi ex rationabili causa eam respuas similia scri-
 bis : *Sat novi apud vos non esse in occulto quartæ
 synodi modum, cujus sanctitas tua in epistola men-
 tionem induxit, eamque una cum aliis tribus synodis
 collocavit : caputque nos eam recipere, quam neque
 Patres, neque doctores nostri receperunt, scientes eam
 aliis tribus synodis, quæ determinarunt, et universo
 terrarum orbi promulgarunt, unum Christum et Fi-
 lium et Dominum unitum ex duabus naturis incon-
 fuse, immutabiliter et inseparabiliter, absõna ac
 diversa censuisse, cum asserat duas naturas divisas,
 et operationes, et voluntates, Nestorio ipsi, duas per-
 sonas si excipias, consentiens ; ille enim saletur duas
 personas, synodus unam, sicque orthodoxis suam
 faciens quasi non consentiat Nestorio. Admiratio
 sane me tenet, te similia scribere. Neque enim in-
 telligis, ut ipse ex tuis verbis conjicio, sanctæ quartæ
 synodi neque propositum, neque scopum. Siquidem
 sancta hæc synodus duas naturas ex se subsisten-
 tes separatimque existentes in Christi mysterio
 nunquam tenuit, licet vos illam non sine calumniæ
 ignominia criminamini, quinimo inter extrema me-
 dium veritatis duntaxat sequens, excessum et de-
 fectum, quæ sunt e medio diverticula, ideoque
 falsa abjudicans, medium locum occupantem sen-
 tentiam veritati innixam constabilivit. Quemadmo-
 dum enim in divinis medium oblinet verum ca-
 tholicæ et apostolicæ Ecclesiæ dogma, ita excessus
 et defectus falsum. Qui namque, propter hyposta-
 seon triadem ac diversitatem, naturarum item tri-
 dem persenserit, vel propter naturæ unitatem sin-
 gulare etiam hypostaseos introduxerit, næ is mihi
 videtur a veritatis opinione in ea, quæ ex excessu
 et defectu consequitur, falsitate graviter aberrare.
 Quod perpessi sunt Arius et Afer Sabellius, mala
 ex diametro se invicem adversantia, juncta tamen
 impietate. Sed veritatis via media, et hujus quidem
 triade naturarum, illius confuso ac hypostaseos
 singulari proscriptis, unum Deum, unam scilicet
 essentiam, et naturam, et tres ejusdem naturæ hy-
 postases in divinis palam deprædicat, quod pie san-
 cta et œcumenica prima synodus decrevit et de-
 terminavit. Simili ratione et de sancta quarta sy-
 nodo philosophandum est. Nam Nestorio, propter
 geminam naturam, geminam etiam hypostasim in-
 troducente, ideoque duos filios in œconomia asse-
 rente : Eutyche vero ac Dioscoro, necnon Severo,
 aliisque ejusdem doctrinæ consortibus, propter uni-
 tatem hypostasis, singulare quoque naturæ laten-
 tibus, manifestum est, hunc quidem ex excessu,
 alios ex defectu mala opinione laborasse. Sed defi-
 nitio sanctæ Chalcedonensis synodi mediam verita-
 tis viam ingressa, sanctamque et œcumenicam pri-
 mam synodum secuta, quæ mediam veritatis viam
 constabilivit, absurda penes extrema, duplex nempe
 hypostaseos, quod duos filios facit et duos Chri-
 stos, quod est per excessum, imo et defectum, qui
 propter singulare hypostasis, naturæ quoque unita-
 tem exhibet, corrigens, veritatis viam, quæ medium*

occupat confirmavit, et palam constat in unione Christi secundum hypostasim, duas naturas convenisse partium locum in uno Christo continentes, et unam hypostasim: quando medium aliquid obtineat cum extremis commune, et in aliquo differat, et in quibus cum excessu disconvenit, cum defectu concordat; in quibus autem a defectu discordat, cum excessu convenit. Exempli causa: Ecclesiæ opinio, quæ ab Ario secundum naturas dissentit, cum Sabellio unam naturam asserente consentit; quæ cum Sabellio pugnat secundum singulare et confusum hypostasis, non abhorret ab Ario secundum triadem hypostaseon. Sic etiam discurrendum est in œconomia de media via, veritatis nempe sententiam in aliquo cum extremis concordare, in aliquo differre, et in quibus differt ab excessu, cum defectu concordare, in quibus a defectu, cum excessu. Sit pro exemplo. Ponantur opiniones, Nestorii, inquam, et Eutychetis, et Severi, quarum altera duas naturas et duas personas fatetur, altera unam naturam et unam hypostasim asserit. Manifestum inter eas secundum excessum atque defectum nimium interesse, siquidem earum longissime diversa ratio est, nihilque est, quo natura, vel hypostasis inter se communicent. Quare assumatur ea opinio, quæ medium veritatis occupat; ea omnino in aliquo cum extremis convenire debet, et in aliquo discrepare, et in quibus ab excessu disconvenit, cum defectu consentire, in quibus defectui non concordat, cum excessu conjungi. Talis est sanctæ quartæ synodi sententia, in Christo duas naturas et unam hypostasim annuntians, quæ a Nestorio secundum hypostasim dissentiens (ille enim duas, hæc unam profitetur), cum Eutychete atque Severo consentit, quod et ipsi unam hypostasim constituentur. Sed rursum a Dioscoro, et Eutychete, et Severo disconveniens secundum naturam, quod illi unam naturam in œconomia asserant, illa duas, non dissidet a Nestorio, qui duas tantummodo naturas in Christo posuit. Nemoque ex eo quod in aliquo quis communicat cum alio, omnino cum eo communicare opinetur, et tanquam una sentientem eum, qui in aliquo cum quopiam sentit, in eodem habeat, atque exsecratur; quandoquidem et vera Ecclesiæ opinio, quod in aliquo cum extremis concordat, Ario et Sabellio, ut oratio comprobavit, proscribetur. Et quis tantam blasphemiam ferre poterit? Pari ratione et de sancta quarta synodo pie disserendum est. Quia consentit in aliquo cum Nestorio, ideone et una cum eo sentire dicemus? Apage. Hæc itaque synodus hoc modo mediam veritatis viam evulgans non est improbo consilio, et summa ignoratione calumnianda, abjudicandaque, sed potius ubi prius rectum ipsius dogma amplexus fueris, exosculanda, annumerandaque cum aliis sanctis tribus synodis, quod, ut oratio demonstravit, nihil præ aliis sanctis tribus synodis innovavit; quinimo, si verum fateri volumus, eadem prorsus, æqueque omnia

A δὲ τῆ κατ' ἐνδειαν. Ἡ δὲ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου θεσμοθεσία μέσην ὁδὸν τῆς ἀληθείας βαδίσασα, καὶ μιμησαμένη τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν πρώτην σύνοδον, ἥτις τὴν μέσην ὁδὸν τῆς ἀληθείας ἐθεβαίωσε, καὶ αὐτὴ τὰ παρ' ἑκάτερα ἄτοπα, τὸ διασθῆναι τῶν ὑποστάσεων, ὅπερ ποιεῖ δύο υἱοὺς καὶ δύο χριστοὺς, ὃ ἐστὶ κατὰ πλεονασμὸν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ἐνδειαν, ὅπερ διὰ τὸ ἐνιαῖον τῆς ὑποστάσεως τῆ φύσει τὸ μοναδικὸν δίδωσι, τὴν μέσην τάξιν ἔχουσαν ὁδὸν ἀληθείας ἐκρίτουμε, καὶ ἀνακηρύττει ἐπὶ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἐνώσεως τοῦ Χριστοῦ δύο φύσεις τὰ συνελθόντα, μερῶν τάξιν ἔχοντα ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ, μίαν δὲ τὴν ὑπόστασιν. Ἐπειδὴ ἡ μεσότης ἐπὶ τι κοινωνεῖ τοῖς ἄκροις, καὶ ἐπὶ τι διαφέρει, καὶ ἐν οἷς διαφέρεται τῷ πλεονασμῷ, κοινωνεῖ τῇ ἐνδειᾷ, ἐν οἷς δὲ διαφέρεται τῇ ἐνδειᾷ, κοινωνεῖ τῷ πλεονασμῷ. Οἷόν τι φημι· Τὸ τῆς Ἐκκλησίας φρόνημα, διαφερόμενον τῷ τοῦ Ἀρείου κατὰ τὰς φύσεις, κοινωνεῖ τῷ Σαβελλίου, τῷ μίαν φύσιν δοξάζειν· τοῦ δὲ δὴ Σαβελλίου διαφερόμενον κατὰ τὸ μοναδικὸν καὶ συγχυτικὸν τῆς ὑποστάσεως, συμφρονεῖ τῷ τοῦ Ἀρείου κατὰ τὸ τρισθῆναι τῶν ὑποστάσεων. Οὕτως ἐνεστὶ σκοπεῖν καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τὴν μέσην ὁδὸν τῆς ἀληθείας δόξαν, ἐπὶ τι κοινωνεῖν καὶ διαφέρεσθαι τοῖς ἄκροις· καὶ ἐν οἷς διαφέρεται τῷ πλεονασμῷ, κοινωνεῖ τῇ ἐνδειᾷ, ἐν οἷς δὲ διαφέρεται τῇ ἐνδειᾷ, κοινωνεῖ τῷ πλεονασμῷ. Οἷόν τι λέγω· Προκείμεθωσαν δόξαι, τοῦ Νεστορίου, φημι, καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ Σεβήρου, ἡ μὲν δύο φύσεις καὶ δύο πρόσωπα κηρύττουσα, ἡ δὲ μίαν φύσιν καὶ μίαν ὑπόστασιν δοξάζουσα. Φανερόν ἐστι κατὰ πλεονασμὸν καὶ ἐνδειαν ἔσονται ἀντικείμεναι· εἴπερ τὰ οὕτως πάντῃ ἀντίκεινται, καὶ οὐδεμίαν κοινωνίαν φύσεως ἢ ὑποστάσεως πρὸς ἀλλήλας κέκτηνται. Οὐκοῦν ληφθῆτω τις δόξα, ἡ τὸ μέσον τῆς ἀληθείας ἔχουσα· αὕτη οὖν ἐπὶ τι τοῖς ἄκροις ἐποφείλεται κοινωνεῖν, καὶ ἐπὶ τι διαφέρειν, καὶ ἐν οἷς διαφέρεται τῷ πλεονασμῷ, κοινωνεῖν τῇ ἐνδειᾷ, ἐν οἷς δὲ διαφέρεται τῇ ἐνδειᾷ, κοινωνεῖν τῷ πλεονασμῷ. Τοιαύτη τις ἐστὶ καὶ ἡ τῆς ἁγίας τετάρτης συνόδου ἐπὶ Χριστοῦ, δύο φύσεις καὶ μίαν ὑπόστασιν κηρύττουσα, ἥτις διαφερομένη τῷ Νεστορίῳ κατὰ τὴν ὑπόστασιν (ὅτι ὁ μὲν δύο, ἡ δὲ μίαν κηρύττει), κοινωνεῖ τῷ Εὐτυχεῖ καὶ Σεβήρῳ, κατὰ τὸ μίαν ὑπόστασιν ὁμολογεῖν καὶ αὐτοὺς. Πάλιν δ' αὖ διαφερομένη τῷ Διοσκύρῳ, καὶ Εὐτυχεῖ, καὶ Σεβήρῳ κατὰ τὴν φύσιν (ὅτι οἱ μὲν μίαν φύσιν ἐπὶ τῆς οἰκονομίας κηρύττουσιν, ἡ δὲ δύο), κοινωνεῖ τῷ Νεστορίῳ, κατὰ τὸ τὰς δύο καὶ μόνον φύσεις δοξάζειν ἐπὶ Χριστοῦ. Καὶ οὐ δεῖ ἐκ τοῦ κατὰ τι κοινωνεῖν, καὶ τὸ ἀπλῶς κοινωνεῖν λογίζεσθαι, καὶ ὡς ὁμόφρονα τὸν κατὰ τι κοινωνοῦντά τινι, ταυτὸν ἐκείῳ λογίζεσθαι καὶ μυσάττεσθαι. Ἐπεὶ καὶ τὸ ἀληθὲς φρόνημα τῆς Ἐκκλησίας, διότι ἐπὶ τι κοινωνεῖ τοῖς ἄκροις, Ἀρείῳ, φημι, καὶ Σαβελλίῳ, καθὼς ὁ λόγος παρέστησεν, ἀποκηρυχθήσεται. Καὶ τίς ἂν ὑπόσῃ τὸ βλάσφημον; Οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας τετάρτης συνόδου εὐσεβῶς συνορῶν ἐνεστὶ· διότι κοινωνεῖ ἐπὶ τι τῷ Νεστορίῳ, ἤδη ὁμο-

φρονεῖν δώσομεν; Οὐ μὲν οὖν τὴν οὕτως ἀγίαν σύνοδον, τὴν μέσθην ἑδὼν τῆς ἀληθείας κηρύξασαν, οὐ δεῖ κακοβουλία καὶ ἀμαθεία συγκυφαντεῖν ἐδόγμα ὁμολογήσαντα, ἀποδέχεσθαι, καὶ μετὰ τῶν λοιπῶν ἀγίων τριῶν συνόδων καταριθμεῖν. Διὸ ὁ λόγος ἐδείξε μηδεμίαν κενοφωνίαν εἰσάγουσαν τὴν ἀγίαν τετάρτην σύνοδον πρὸς ταῖς λοιπαῖς ἀγίαις τρισὶ συνόδοις, μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τάληθές εἰπεῖν, μεγίστην συμφωνίαν διὰ τὸ καὶ αὐτὴν τὴν μέσθην ἑδὼν τῆς ἀληθείας βαδίσαι, ὡσπερ ἐκεῖναι.

ζεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν ἀνατρέχειν, αὐτὸς οὐκ οἶδ' ὅπως ἀκρίτως τὰ παρ' ἡμῶν ἐπιγελάς, καὶ πρὸς τὰ γραφέντα ἀντιλέγεις, καὶ ἀποθαυμάζων, ὡδὲ πη γράφεις· Καὶ ἄλλο θαῦμα ἐγνωμεν ἐν τῷ γράμματί σου, ὅτι ἡ σύνοδος τῆς Χαλκηδόνος ἐν πρόσωπον καὶ δύο φύσεις διὰ τοῦτο ἐλάλησεν εἰς Χριστὸν, ὅτι τῷ ἐνὶ λόγῳ τοῦ Θεοῦ λογίζονται, καὶ ἀνατρέχουσι τὰ πάθη, πρὸς ὃν ὁ μακάριος Κύριλλος θεότυπος ἀπελογήσατο. Ὅντως τὰ ἄμικτα μίγνων, καὶ τὰ μηδὲν κοινωνίαν κατὰ διάνοιαν ἔχοντα, ὁμοιότροπως λογίζη, καὶ εἴτε ἐκῶν, εἴτε ἀκῶν, Θεὸς ἂν εἰδῆται μόνος, καὶ τὸ διάφορον τῆς ἡμῶν γραφῆς, καὶ τῆς τοῦ Νεστορίου κακονοίας, συνῆσαι οὐ βούλει. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ταυτὸν οἰόμενος εἶναι φύσιν καὶ πρόσωπον καὶ ὑπόστασιν, καὶ τὴν τὸ ἐν ἀμφοῖν διάφορον ἀγνοῶν, καὶ πᾶσαν φύσιν ἰδιοῦστατον λογίζόμενος, πρὸς τὴν καθ' ὑπόστασιν ἔνωσιν ἀπεδυσπέτει, ὡς δῆθεν τῶν φύσεων συναιρουμένων ἐν τῇ ἐνώσει τοῦ ἐνὸς προσώπου. Εἰς τὸν θεῖον τοιγάρου ἄλογον ἐπισφαλῶς οἰεται, πρὸς ὃν ὁ ἐν ἀγίοις Κύριλλος ἐκ τοῦ παραδείγματος τοῦ κατὰ τὸν ἀνθρώπον ὑπεδείκνυε, δύο φύσεων ἐν μιᾷ ὑποστάσει θεωρουμένων, οἷον τί φημι, σώματος καὶ ἀσώματος, εἰ καὶ τί λέγεται παθεῖν ὁ ἀνθρώπος, οἷον καίεσθαι, ἢ τέμνεσθαι, κατὰ σῶμα τοῦτέ πέπονθε, τῆς ψυχῆς ἀμειώτου καὶ ἀβλαβοῦς φυλαττομένης. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ λόγου ἔστιν ἰδεῖν. Τοῦ γὰρ Θεοῦ λόγου σωματικῶς πάσχοντος, αὐτὸς ἀπαθῆς, ὅσον ἦχε τὸ ἐπ' αὐτῷ, καθὼς Θεὸς ἀναρχος καὶ ἀσώματος ἐστὶ, διετηρεῖτο. Καὶ οὕτως μὲν Νεστόριος νοήσας, ἐναντία γέγραφε πρὸς Κύριλλον. Ὁ δὲ δὴ τῆς ἀγίας τετάρτης συνόδου σκοπὸς ἐτέρῳ τι καὶ οὐ καθ' ὃ Νεστόριος ὁ ἐναγῆς, ἀλλὰ καὶ τὸ διάφορον τῆς φύσεως, ὃ ἔχει πρὸς τὴν ὑπόστασιν, συνοδικῶς καὶ Πατρικῶς διακριθὲν σαφῶς ἤδει, καὶ πᾶσαν φύσιν ἰδιοῦστατον εἶναι μὴ λογιστένην, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν καὶ οὐσιώδη ἔνωσιν τὴν ἐπὶ Χριστοῦ ἀκριβῶς ἐπισταμένην, καὶ ὅτι ὁ ἀίδιος λόγος ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει ὑπέστησε τὴν ἡμετέραν φύσιν, καὶ τῷ λόγῳ τῆς οἰκειώσεως, τῆς φυσικῆς, φημι, καὶ οὐσιώδους, καὶ οὐ τῆς προσωπικῆς καὶ κατὰ σχέσιν θεωρουμένης, ἀπαγε, ἦν καὶ Νεστόριος πρὸς τὸν ἀνθρώπον ἔχειν τὸν λόγον ἐκλήρουτεν, ἀλλὰ μᾶλλον, ὡς ἔφαμεν, τὴν φυσικὴν καὶ οὐσιώδη, ἥτις ἐν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἐνώσει θεωρεῖται, καλῶς γινώσκουσα, καὶ ὅτι τὸν ἀίδιον Υἱὸν δοξάζουσα ἀνθρώπον γεγενῆσθαι, τοῦτο ἔλεγε, ὅπερ Ἀθανάσιος καὶ Κύριλλος οἱ τῆς Ἀλεξανδρείας εἰρήκασιν ἱεράρχαι, καὶ πάντες οἱ Πατέρες, ὅτι κτίσας ἐκ τῆς πανάγου Παρθένου Μαρίας ἐαυτῷ σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ, τὴν ἀνθρωπίνην σάρκα καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν ἰδίαν τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως ἐποίησατο. Καὶ ὅν τρόπον ὁ Πέτρος, ἢ ἄλλος πῶς σῶμα ἀνθρώπινον ἔχων καὶ ψυχὴν ἀνθρωπίνην ἀνθρώπος ἐστὶ, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ὁ ἀίδιος Υἱὸς κτίσας τῇ ἐαυτοῦ ὑποστάσει σῶμα ἀνθρώπινον καὶ ψυχὴν ἀνθρωπίνην, καὶ ἰδία ἄμφω αὐτοῦ ποιησάμενος, γέγονεν ἀληθῶς ἀνθρώπος. Ὅσπερ δὲ τὸ τοῦ Πέτρου σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ ἀμφοτέρω τῆς ἐαυτοῦ ὑποστάσεως

A recurrant, tu ipse, nescio qua ratione, inconsulte nostra deridens, scriptis contradicis, nec sine admiratione hunc in modum loqueris: *Aliud quoque admiratione non indignum in tua epistola legimus, synodum Chalcedonensem ideo unam personam et duas naturas censuisse in Christo, quod unī Verbo divino ascribantur passionēs, et ad eum referantur, cui beatus Cyrillus, uti par erat, respondit.* Vere quæ misceri non possunt immiscens, quæ nulla communione, etiam per intellectam, conjunguntur, eadem ratione perpendis, et sive id libens, sive invitus agas, Deus tantummodo noverit, et nostræ descriptionis, et Nestorianæ vesaniæ discrimen cognoscere renuis. Ille enim idem esse personam et hypostasim existimans, quidque inter utraque intererat, ignorans, et omnem naturam per se subsistentem reputans, secundum hypostasim unionem ægre ferebat, quasi duæ naturæ contraherentur in unione unius personæ. Ipse itaque in Verbum divinum gravissime peccat, cui divus Cyrillus ab exemplo hominis commonstrabat, duas naturas in una hypostasi considerari, ut corporei et incorporei, et si quid dicitur homo pati, ut si uratur, si abscindatur, secundum corpus illud perpeti, anima integra illæsaque remanente. Eadem ratione et de Filio Dei philosophandum est; namque divino Verbo corporaliter patiente, ipse impatibilis, quantum in eo est, qua Deus est absque principio et citra corpus, conservabatur. Et ita Nestorius sentiens contraria scripsit Cyrillo. At sancta quarta synodus alio proposito, et non ut execerandus Nestorius diversitatem naturæ, quam habet ad hypostasim, synodi Patrumque sententiis edocta, et omnem naturam per se minime subsistere posse sciens, cauteque tenens secundum hypostasim, et essentialem unionem in Christo, et sempiternum Verbum in propria hypostasi sustinuisse nostram naturam, et rationem appropriationis, naturalis et essentialis, non personalis, et quæ secundum relationem consideratur, apage, quam Nestorius erga hominem habere Verbum divulgabat, sed potius, ut diximus, naturalis, et essentialis, quæ in unione secundum hypostasim conspicitur, probe sentiens et sempiternum Filium hominem factum sciens asserbat, quod Athanasius et Cyrillus Alexandrini antistites, et Patres universi affirmarunt, creata ex immaculata Virgine Maria sibi ipsi carne, animata anima rationis compote et intellectuali, humanam carnem et humanam animam propriam suæ hypostasis effecisse. Et quemadmodum Petrus, vel alius quispiam humanum corpus et humanam animam possidens, homo est, ita et sempiternus Filius creans suæ hypostasi corpus humanum et animam humanam, et ambo propria sibi faciens, vere homo factus est. Cum vero Petri corpus et anima, ambo illius hypostasis, non alterius hypostasis propria sunt, proptereaque ea obtinens omnino humanam habet naturam, quæ non ipsius solius hypostaseos, sed cujuslibet hominum hypostasis existit, ideo sempiternum Filium

synodus tradit, unum Trinitatis, una hypostasi duas habere naturas, non privatim utraque sua hypostasi separata, sed divina quidem natura ipsi, et Patri, et Spiritui sancto communi, humana natura ipsi et singularibus. At hypostasis ipsius potissimum ipsi soli præ Patre et Spiritu sancto decreta est, et corpus ipsius, et anima proprie utraque ipsius hypostasi præ reliquis hominibus. Ideoque quæcunque subiit et perpressa est sempiterni Dei caro, et humana ipsius anima, ipse sempiternus Filius subiisse et perpressus fuisse dicitur, ipsique vere contigerunt, ipsique vindicantur, quemadmodum quæcunque patitur Petri caro et anima, Petro accidunt, ipsique vere ascribuntur. Proptereaque veritatem confitentes dicimus, ipsum sempiternum Filium esuriisse, sitiisse, turbatum et delassatum fuisse, faciem ipsius alapis casam, et sempiterni Filii manus ac pedes clavis affixas, eundem consputum et flagellatum in cruce pependisse, et mortuum, et sepultum, et die tertia resurrexisse. Hæc omnia sempiterno Filio contigerunt. Sed ista perpressus est modo quo pati poterat, hoc est sua ipsius humana carne et anima, non sua ipsius divina natura. Modo itaque naturalis et essentialis appropriationis uni Verbo hæc omnia acciderunt, non ut erat Verbum, ut diximus. Quapropter sancta quarta synodus unam hypostasim et duas naturas in Christo statuit. Verum Nestorius alia ratione Verbi passiones intelligens, ut supra explicavimus, probe a Cyrillo Alexandrino refutatus est. Et hoc quoque inane nulliusque roboris, quod ipse tanquam alicujus momenti afferebas, demonstratum est.

Διὰ τοῦτο ἡ τε ἁγία τετάρτη σύνοδος μίαν ὑπόστασιν καὶ δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ ἐδογματίσεν. Ὁ δὲ Νεστόριος ἐτέρωθι τρόπῳ τοῦ Λόγου νοῶν τὰ πάθη, καθὼς ἀνόπιν εἶπομεν. Διὸ πρὸς αὐτὸν καλῶς ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας Κύριλλος ἀντιῆκε. Καὶ τοῦτό σοι ἀποδέδεικται ἔωλον καὶ πάντῃ ἀνίσχυρον.

21. Videamus nunc quid ipse in subsequentibus scribas: namque scriptum tuum ita se habet: *Sed objicientes dicamus ex oppositis verbis, quæ ipsi dicunt, quemadmodum legimus in epistola; nam si naturas separant, et personas unientes firman, mistio sequitur, et personam fieri addecet, quod Apostolus pro duabus personis scribat. Qui in forma Dei cum esset, formam servi accepit: formam itaque et formam dixit. Nunc itaque quamnam ex his duabus amant onerare personam, quam dicunt unam? Si deitatis, Sabellii errorem incurrunt, si humanitatis, quid illud fuerit, quo vere in forma hominis Dominum videbant? Hic enimvero orationem componis veluti ex adversis contra nos prolatam, et nos, cum videamur duas in Christo naturas unamque hypostasim asserere, in absurda rapere conaris, ut scilicet ex eo quod nos in absurdum inducis, tuum ipsius dogma, unius nempe naturæ Christum esse comprobas. Quare quod adversus nos a te tanquam certum decernitur, tale quid est, licet stolidè exprompsisti, quandoquidem non citra errorem naturæ et hypostasis, personæ nempe nomen, quasi idem significet in œconomix mysterio accipis: et quot sunt naturæ, tot etiam hypostases,*

Ἰδία, οὐκ ἄλλης τῶν ἀνθρώπων ὑποστάσεως· ταύτη τοι ἐσχηκώς ταῦτα, πάντως τὴν ἀνθρωπίνην ἔχει φύσιν, ἧτις οὐχὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ μόνης, ἀλλὰ καὶ ἐκάστης ὑπάρχει τῶν ἀνθρώπων ὑποστάσεως, τούτου χάριν τὴν αἰδίον Υἱὸν ἡ σύνοδος λέγει, ἕνα τῆς Τριάδος ὄντα μίᾳ ὑποστάσει δύο φύσεις ἔχειν, οὐκ ἰδικῶς ἑκατέρας τῆ αὐτοῦ ὑποστάσει διαφερούσης, ἀλλὰ τῆς μὲν θείας φύσεως, αὐτῷ τε καὶ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἰσχυρούσης, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, αὐτῷ τε καὶ τοῖς κατὰ μέρος. Ἡ μέντοι ὑπόστασις αὐτοῦ διαφερόντως αὐτῷ μόνῳ παρὰ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀφώρισται, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ ἡ ψυχὴ, ἰδίως ἀμφοτέρω τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους. Διὸ καὶ ὅσα ὑπέστη καὶ πέπονθεν ἡ τοῦ αἰδίου Θεοῦ σὰρξ, καὶ ἡ ἀνθρωπίνη αὐτοῦ ψυχὴ, αὐτὸς ὁ αἰδίος Υἱὸς ὑφυστᾶναι καὶ πεπονθέναι λέγεται, καὶ αὐτῷ συμβέβηκε κατὰ ἀλήθειαν, καὶ αὐτῷ ἐπιγράφεται, ὡς τρόπον ὅσα πάσχει ἡ τοῦ Πέτρου σὰρξ καὶ ἡ ψυχὴ, τῷ Πέτρῳ συμβαίνει, καὶ αὐτῷ κατὰ ἀλήθειαν ἐπιγράφεται. Διὰ τοῦτο τὴν ἀληθινὴν ὁμολογοῦντες λέγομεν, ὅτι αὐτὸς ὁ αἰδίος Υἱὸς ἐπέλασε, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἠγωνίασε, καὶ ἐκοπίασε, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐρραπίσθη, καὶ ἐνεπτύσθη, καὶ ἐμαστιγώθη, καὶ τοῦ αἰδίου Υἱοῦ καθηλώθησαν αἱ χεῖρες καὶ οἱ πόδες, καὶ αὐτὸς ἐπὶ σταυροῦ ἐκρεμάσθη, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, καὶ ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Ταῦτα δὲ πάντα τῷ αἰδίῳ συμβέβηκεν Υἱῷ. Ἀλλὰ ταῦτα πέπονθε καθὸ δυνατόν παθεῖν, τουτέστι τῇ ἑαυτοῦ ἀνθρωπίνῃ σαρκὶ τε καὶ ψυχῇ, οὐ τῇ ἑαυτοῦ θεῖα φύσει. Τῷ λόγῳ οὖν τῆς φυσικῆς καὶ οὐσιώδους οἰκειώσεως ταῦτα πάντα τῷ ἐνὶ Λόγῳ συμβέβηκεν, οὐ καθὸ Λόγος, ὡς ἔφαμεν.

καὶ. Ἰδόμεν δὲ ἐν τοῖς μετέπειτα τί γράφεις· ἔχει δὲ καὶ τὸ σὸν γράμμα οὕτως· Ἀλλ' ἀνθυποφέροντες λαλήσωμεν ἐκ τῶν ἐναντίων ρημάτων, ὧν αὐτοὶ λέγουσι, καθὼς ἀνέγνωμεν ἐν τῷ γράμματι. Ἐὰν γὰρ τὰς φύσεις χωρίζωσι καὶ τὰ πρόσωπα ἐνοῦντες λέγουσι, κρᾶσιν εἶναι λοιπὸν, καὶ πρόσωπον πρέπει γίνεσθαι, διότι ὁ Ἀπόστολος διὰ δύο πρόσωπα γράφει, ὅτι ἐν μορφῇ Θεοῦ ὢν, μορφήν δούλου προσελάβετο. Μορφήν οὖν καὶ μορφήν εἶπεν. Ἀρτίως οὖν ποῖον ἐκ τῶν δύο ἀγαπῶσι φορτῶσαι ἐπὶ τοῦ προσώπου, οὗ λέγουσιν εἶναι; Εἰ μὲν τῆς θεότητος, τὴν τοῦ Σαβελλίου ἀσθένειαν ἀσθενήσουσιν· εἰ δὲ τῆς ἀνθρωπότητος, τί ἐστὶν ἐκεῖνο, ὃ ἐν ἀληθείᾳ ἐν μορφῇ ἀνθρώπου τὸν Κύριον ἔβλεπον; Ἐνταῦθα μὲν σχηματίζεις τὸν λόγον, ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων καθ' ἡμῶν προβαλλόμενον, καὶ ἡμᾶς ἐν τῷ δοκεῖν τοὺς δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ λέγοντας, καὶ μίαν ὑπόστασιν, εἰς ἄτοπον περιστρέφεις, ἵνα δῆθεν ἐκ τοῦ ἡμᾶς εἰς ἄτοπον ἀπάγειν, τὸ οἰκεῖον αὐτοῦ δόγμα, τὸ μίᾳ εἶναι φύσεως τὸν Χριστὸν, κατασχευάσειας. Τοιγάρτοι τὸ παρὰ σοῦ δογματιζόμενον καθ' ἡμῶν ἐστὶ τοιόνδε, εἰ καὶ ἀνοήτως αὐτὸ ἐξηγήνοχας, ἐπειδὴ ἐσφαλμένως τὸ τῆς φύσεως καὶ ὑποστάσεως, ἡγοῦν προσώπου

ὄνομα ταυτὸν δηλοῦν ἐπὶ τῆς οἰκονομίας ἐπινοῆ, καὶ
 ὄσαι μὲν αἱ φύσεις, τοσαύτας καὶ τὰς ὑποστάσεις,
 ἦγουν πρόσωπα συνεισάγεσθαι δίδως, ἥνικα ἂν ἡμεῖς
 δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ καὶ μίαν ὑπόστασιν εἰπω-
 μὲν, παραυτίκα συνάγεις κατὰ οἰκεῖον θέλημα, ὅτι
 ἀνάγκη, κρᾶσιν συμβαίνει γίνεσθαι τοῖς προσώποις·
 εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον τὸ λέγειν, κρᾶσιν γίνεσθαι τῶν
 προσώπων, ἀνάγκη μίαν ὑπόστασιν ὄντα, ἀνάγκη
 καὶ μίαν φύσεως. Ὡς τῆς ἀμαθίας τῶν ταῦτα λεγόν-
 των! Οὐδὲ γὰρ συνῆκαν περὶ ὧν τε λέγουσι, καὶ περὶ
 τίνων διαβεβαιουῦνται. Τίς γὰρ τῶν εὖ φρονούντων,
 τὸ κοινὸν, ἦτοι τὸ καθόλου ταυτὸν φήσειεν ἂν εἶναι
 τῷ ἰδικῷ, ἦγουν τῷ καθέκαστα, ὅπερ ἐστὶ πρόσωπον,
 ἢ ὑπόστασις; Τὸ μὲν γὰρ κατὰ πλείονων εἴωθε φέ-
 ρεσθαι, οἷον ὁ ἄνθρωπος κατὰ Πέτρου καὶ Παύλου,
 τὸ δὲ καθ' ἑνός, ἦτοι τὸ πρόσωπον καὶ ἡ ὑπόστασις,
 καὶ οὐκ ἀνάγκη ἀντιστρέφειν πρὸς ἄλληλα τὴν τε
 φύσιν καὶ τὸ πρόσωπον· τῷ μὲν γὰρ ὑπόστασιν εἶναι
 λέγοντι, ἀνάγκη παρεῖναι τὴν φύσιν, εἴπερ τὸ πρό-
 σωπον, ἦτοι ἡ ὑπόστασις οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ φύσις
 μετὰ ἰδιώματος, ἢ καὶ ἰδιωμάτων, ὅλον τι καθ' ἑαυτὸ
 λεγόμενον· τῷ δὲ καθόλου, ἦτοι φύσιν φάσκοντι,
 οὐκ ἀνάγκη καὶ τὸ καθέκαστον, ἦγουν τὸ πρό-
 σωπον, ἢ τὴν ὑπόστασιν παρεῖναι. Τὰ γὰρ καθόλου ἐν
 τοῖς καθέκαστα θεωρούμενα, συμπληρωτικὰ τούτων
 ἐστίν, οὐ μὴν τὰ καθέκαστα ἐν τοῖς καθόλου. Οὐκοῦν
 οὐ διὰ τὸ δύο φύσεις λέγειν ἡμᾶς ἐπὶ Χριστοῦ, καὶ
 μίαν ὑπόστασιν, συμβαίνει καὶ προσώπων κρᾶσιν
 γίνεσθαι. Οὐδεὶς γὰρ καταναγκάζει λόγος, ἐπεὶ οὐ
 ταυτὸν φύσις καὶ πρόσωπον, οὐδὲ μὴν ἀντιστρέφει,
 ἵνα ὄσαι ἂν εἶεν αἱ φύσεις, τοσαῦτα καὶ τὰ πρόσωπα.
 Ἐν πολλοῖς γὰρ ἐνεστὶν ἰδεῖν ἐν μιᾷ ὑπόστασει δύο
 φύσεις θεωρούμενας, καὶ δύο φύσεων ὄντων μὴ γί-
 νεσθαι δύο προσώπων εἰς ἑνός προσώπου κρᾶσιν,
 οἷον ἐπὶ τοῦ καθέκαστα ἀνθρώπου, καὶ ἐπὶ τοῦ σι-
 δῆρου τοῦ κεκυρακτωμένου, καὶ ἐπ' ἄλλων πλείστων
 δύο φύσεις εὐρηναὶ ἀσυγχύτως ἠνωμέναι, οὐ μὴν
 καὶ πρόσωπα δύο, ἵνα καὶ κατὰ κρᾶσιν καὶ ἐν γέ-
 νωνται. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου ῥητὸν
 κακῶς συνῆκας τὸ λεγόμενον· Ὅς ἐν μορφῇ Θεοῦ
 ὑπάρχων, οὐχ ἀρπαγμὸν ἠγῆσατο τὸ εἶναι Ἰσα
 Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφῆν δούλου λαβὼν.
 Τὸ μὲν οὖν τῆς μορφῆς ὃ τε μέγας Βασίλειος ἐν Ἰσῳ
 δύνασθαι σημαίνειν τῷ ἐν οὐσίᾳ καὶ φύσει τῇ πα-
 τρικῇ τὸν Υἱὸν ὄντα, μορφῆν δούλου, ἦγουν φύσιν
 ἀνειληφέναι τὸν Κύριον, καὶ γεγονότα ἄνθρωπον·
 καὶ ὅσοι ἂν τοῦδε τοῦ ῥητοῦ τὴν ἐξήγησιν ἐποιή-
 σαντο Πατέρες, ἐν οὐσίᾳ, ἦτοι φύσει, τὸ τῆς μορφῆς
 ὄνομα σημαίνειν νενοήκασιν. Αὐτὸς οὖν καὶ τότε ταυ-
 τὸν ἠγῆσάμενος σημαίνειν τῷ προσώπῳ καθὰ καὶ
 τὴν φύσιν, ἀμαθῶς καὶ ἀναποδείκτως συμπεραίνεις.
 Καὶ ἄλλως εἰς τὸ αὐτό· Εἰ μὲν οὖν τὰς φύσεις κευ-
 ρισμένας, ἦτοι ἰδιοσυστάτους, καὶ καθ' ἑαυτὰς οὐσας
 ἔδογματίζομεν, οἷον τὸν Θεὸν Λόγον ἰδίως μετὰ τῆς
 θεϊκῆς αὐτοῦ φύσεως ὄντα, καὶ πάλιν ἄνθρωπον καθ'
 ἑαυτὸν προὑποστάντα, καὶ διαπλασθέντα, εἶτα τὴν
 ἔνωσιν τῶν φύσεων λέγοντες, καὶ δύο αὐτὰς ὁμολο-

vel personas induci concedis, et cum nos duas in
 Christo naturas et unam hypostasim asserimus,
 illico tu pro libidine colligis, necesse esse, mistio-
 nem fieri personarum, quod si id dicere absurdum
 ineptumque est, mistionem personarum fieri ne-
 cesse esse, unius hypostasis cum sit, unius quo-
 que esse naturæ. O ignorantiam similia traden-
 tiam! neque enim norunt, de quibus sermonem
 habent, et de quibus decernunt; quis enim, dum-
 modo animus illius a sapientia et prudentia re-
 motus non sit, commune, seu universale dicet
 idem esse ac individuum, sive singulare, quod est
 persona, sive hypostasis? Hoc enim ad plures re-
 ferri solet, ut homo ad Petrum et Paulum, hoc
 vero ad unum, ut persona et hypostasis: nec est
 necesse, ut sibi mutuo respondeant natura et
 persona; namque hypostasim esse asserenti, ne-
 cesse est, ut adsit natura, si modo persona,
 sive hypostasis nihil aliud est, quam natura cum
 proprietate, vel proprietatibus, totum quoddam
 per se dictum; at universale, sive naturam enun-
 tianti, non est necesse et singulare, personam
 nempe, aut hypostasim adesse. Universalia enim
 in individuis considerata, horum faciunt ad com-
 plementum, at non singularia in universalibus.
 Non itaque ex eo quod dicimus duas in Christo
 naturas et unam hypostasim, evincimur etiam
 dicere et immistionem personarum fieri. Nulla id
 cogit ratio, cum non idem sit natura et per-
 sona, neque una pro alia sumatur, ut quot sint
 naturæ, tot etiam sint personæ. In multis enim
 conspicimus in una hypostasi duas naturas con-
 siderari, et duabus naturis existentibus non fieri
 duas personas in unius personæ mistionem, ut in
 singulari homine, et in ferro succenso, et in pleris-
 que aliis duæ naturæ comperiuntur inconfuse
 unitæ, non autem et duæ personæ, ut per mi-
 stionem unum fiant. Similiter etiam Apostoli di-
 ctum non probe intellexisti, quod ait: *Qui cum
 in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est,
 esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit
 formam servi accipiens* *. Nomen itaque formæ et
 magnus Basilius perinde esse idemque innuere,
 ac qui in essentia et natura paterna Filius
 erat, formam servi, hoc est naturam, assumpsit
 Dominus, factusque est homo, et quicumque alii
 Patres dictum hoc interpretati sunt, in essentia
 naturæque significatione formæ nomen acceperunt.
 Tu itaque et hoc non aliud ratus notare quam
 personam, quemadmodum et naturam, temere et
 absque ulla demonstratione concludis. Alia quo-
 que ratione de eodem. Si naturas divisas, per
 se nempe subsistentes, et separatas decerneremus,
 nempe Deum Verbum separatim cum divina sua
 natura, rursumque hominem secundum se antea
 in hypostasi subsistentem, et creatum, tum unio-
 nem naturarum affirmarem, easque duas profi-

* Philipp. ii, 6.

teremur et unam hypostasim, necessario sequeretur, duas personas in unam contractas fuisse, quod si alienum est a Christianorum fide orthodoxa, idque nos tanquam Nestorii sententiam exsecramur, frustra adversus nos similia concludis. Nos enim dicimus divinum Filium divinam naturam in se perfecte habentem, postea naturam humanam cum præscriptis illi proprietatibus in propria hypostasi individuam, et hypostaticum Dominicum hominem facientem, in ipso conceptu ipsi unitum, et non antea conflictum in utero Virginis, sed statim in ipsius prima productione simul tria fuisse, assumptionem, existentiam, et deificationem ipsius a Verbo, sicque intelligi, dicique Deiparam sanctam Virginem, non tantum ob naturam Verbi, sed ob unionem hominis, quorum simul conceptus et existentia non sine miraculo effectum habuit: conceptio quidem Verbi, carnis vero in ipso Verbo existentia per ipsam Deiparantem supra naturam creationem Creatori, et incarnationem Deo, et factori universi, quod erat assumptum deificanti suppeditantem, conservante unitate quæ erant unita, talia et qualia in unionem convenerunt, non divinum, inquam, solo modo, sed etiam humanum Christi, quod erat supra nos et secundum nos. Quod si id est, temere ex eo quod nos de Christo duas naturas et unam hypostasim dicimus, personarum mixturem colligi contendis. Et sane ad vestras querelas, et adversus rectam magnæ et œcumenicæ synodi Chalcedonensis doctrinam criminationes et convicia, nostræ responsiones et instantiæ, per quas a calumniis, qui cum hac sancta synodo una sentiunt, vindicantur, illis qui rectum justumque amplecti appetunt, a nobis sic dispositæ hic finem habeant.

22. Reliquum est, ut ea etiam, quæ in vestra professione non tantum ex improbitate, quam anticeptæ animo informationis tyrannide depravate intelliguntur et conservantur, gravis enim essent, si discerem ex inscientia et contentione studio, considerem. Non prorsus a recta circa fidem ratione excidistis, sed ex parte, nisi quis proverbi illud velit vobis appingere, Qui parvum negligit, paulatim cadet; quodcumque vero in casum abducit, et casum a Deo, execrationis aversionisque dignum est. Namque Filii et Verbi Dei cum Patre sine principio, et sanctissimo vivificoque ipsius Spiritu ante sæcula existentiam recte secundum catholicam et orthodoxam Ecclesiam tenetis. Præterea Dei Patrisque beneplacito, et sanctissimi Spiritus concursu in utero semper virginis ac Deiparæ Mariæ habitationem, et nostræ naturæ inconfusam et inseparabilem unionem, immutabili remanente Deo Verbo, in propria natura, nempe deitate, et immutabili conservata ipsius humanitate, nempe humana natura, omnia vere præseferente quæ hominis sunt, excepto peccato solo, corpus, animam, et mentem. His vero per vos comprobatis, perfectus in deitate et perfectus in humanitate com-

Α γούντες, καὶ μίαν ὑπόστασιν, ἀνάγκη τὰ πρόσωπα τὰ δύο εἰς ἓν πρόσωπον συνηρῆσθαι. Εἰ δὲ τοῦτο ἀλλότριον τῆς τῶν Χριστιανῶν ὀρθοδόξου πίστεως (ὡς γὰρ Νεστορίου φρόνημα ἂν μυσαιτόμεθα), μάτην τῶν κατὰ ἡμῶν συμπεραίνεις. Ἡμεῖς γὰρ φάμεν τὸν Θεὸν Λόγον τὴν θεῖαν φύσιν ἐν ἑαυτῷ τελείαν ἔχοντα, εἶτα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν μετὰ τῶν ἀφοριστικῶν ἰδιωμάτων ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει ἀτομώσαντα, καὶ ὑποστατικὸν τὸν Κυριακὸν ἄνθρωπον ποιήσαντα, ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἐνωθέντα αὐτῷ, καὶ μὴ προδιαπλασθέντα ἐν τῇ νηδίῃ τῆς Παρθένου, ἀλλ' ἅμα τῇ εἰς τὸ εἶναι τοῦτου παραγωγῇ ὁμογενέσθαι τὰ τρία τὴν πρόσληψιν, τὴν ὑπαρξιν, τὴν θέωσιν αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Λόγου, καὶ οὕτω νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον, οὐ μόνον διὰ τὴν φύσιν τοῦ Λόγου, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἔνωσιν τοῦ ἀνθρώπινου, ὧν ἅμα ἡ σύλληψις καὶ ἡ ὑπαρξις τεθαυματουργῆται, ἡ μὲν σύλληψις τοῦ Λόγου, τῆς δὲ σαρκὸς ἡ ἐν αὐτῷ τῷ Λόγῳ ὑπαρξις δι' αὐτῆς τῆς Θεομήτορος, ὑπερφυῶς χορηγούσης τὸ πλασθῆναι τῷ πλάσαντι, καὶ τὸ ἀνθρωπισθῆναι τῷ Θεῷ καὶ ποιητῇ τοῦ παντὸς θεοῦντι τὸ πρόσλημμα, σωζούσης τῆς ἐκώσεως τὰ ἐνωθέντα τοιαῦτα ὅσα καὶ ἦντωνται, οὐ τὸ θεῖον λέγω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Χριστοῦ, τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ κατὰ ἡμᾶς. Εἰ δὲ τοῦτο, μάτην διὰ τὸ δοξάζειν ἡμᾶς δύο φύσεις, καὶ μίαν ὑπόστασιν ἐπὶ Χριστοῦ, καὶ προσώπων κρᾶσιν συναγεσθαι λέγοις. Καὶ αἱ μὲν πρὸς τὰς κατὰ ἡμῶν μέμφεις, καὶ τὰς κατὰ τοῦ ὀρθοῦ δόγματος τῆς μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κατηγορίας καὶ διαβολὰς, ἀπαντήσεις τε καὶ ἐνστάσεις, δι' ὧν ἀθῶοι πάντες οἱ σύμφρονες τῇ τοιαύτῃ ἁγίᾳ συνόδῳ δεικνύνται τοῖς ὀρθῶς εἶναι βουλομένοις παρ' ἡμῶν ἐκτεθῆναι καὶ ἐνθάδε περιωρισθῶ.

Κβ'. Λοιπὸν καὶ τὰ κατὰ τὴν ὁμολογίαν ὁμῶν οὐ τοσοῦτον ἐκ μοχθηρίας, ἕσον τῇ τῆς πρόσληψεως τυραννίδι ἐσφαλμένως νοούμενά τε καὶ φυλαττάμενα (ὀκνηρὸν γὰρ εἶπαι ἐξ ἀμαθίας τε καὶ φιλονεικίας), ἐπισχεπτέον. Οὐ πάντῃ τοῦ ὀρθοῦ περὶ τὴν πίστιν διαπεπιώκατε λόγου, ἀλλ' ἐπὶ μέρους. Εἰ μήτι ἄρα τὸ παροιμιακὸν ἐκεῖνός τις βουλευθεῖη ὑμῖν ἐπαφῆναι ῥητὸν, ὅτι Ὁ καταφρονῶν τὸ μικρὸν κατ' ὀλίγον πεσείται· πᾶν δὲ τὸ εἰς πτώσιν ἀπάγον, καὶ πτώσιν ἀπὸ Θεοῦ, μίσους καὶ ἀποστροφῆς ἀξίον. Τὴν γὰρ προαιώνιον τοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου τοῦ Θεοῦ σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι ὑπαρξιν, ὀρθῶς δοξάζετε κατὰ τὴν οἰκουμενικὴν καὶ ὀρθόδοξον Ἐκκλησίαν. Ἔτι γε μὴν καὶ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ συνεργίαν τοῦ παναγίου Πνεύματος γενομένην τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐν τῇ γαστρὶ τῆς ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, οἰκησὶν τε καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀσύγχυτον καὶ ἀχώριστον ἔνωσιν, ἀμεταβλήτου μελιναντος τοῦ Θεοῦ Λόγου τῇ οἰκείᾳ φύσει, ἡγουν θεότηει, καὶ ἀμεταβλήτου τηρηθείσης τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ, ἡγουν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, πάντα ἀψευδῶς προβαλλομένου τοῦ ἀνθρώπινου πλὴν τῆς ἀμαρτίας μόνης, τουτέστι σῶμα, ψυ-

χην, καὶ νοῦν. Τούτων δὲ παρ' ὑμῶν ὁμολογουμένων, τέλειος ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι δείκνυται εἰς καὶ ὁ αὐτὸς ὢν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς Λόγος ἐνωθεὶς τῇ ἀνθρωπότητι, τελείαν ἔχων τὴν θεότητα, τελείαν τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ καὶ καθ' ὑμᾶς φυλάττων ὁμολογεῖται, τίνι λόγῳ οὐχὶ καὶ ἐκ δύο, καὶ ἐν δύο φύσεσι, καὶ δύο φύσεις ἔχοντα αὐτὸν πιστεύετε, ἀλλὰ μιᾶς αὐτὸν ἀναγορεύετε φύσεως; Εἰ οὖν τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἑκατέρᾳ πεφηνότα φύσει ὁμολογεῖτε, δῆλον ὅτι καὶ ἀριθμῶ ταύτας τὴν τε θείαν φύσιν φημί καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, τῷ τρόπῳ τῆς διαφορᾶς ἀριθμουμένας καθυποβάλλετε, καὶ οὐ τῷ διορισμῷ τῆς ὑπάρξεως ὑφ' ἡμῶν καὶ τῆς ἀγίας τετάρτης συνόδου λέγειν ὀριζούσης οὕτως ἐπὶ Χριστοῦ τὰς δύο φύσεις ὁμολογοῦντες, ἐντὸς τῆς ἀληθείας ἐστήκατε. Εἰ δὲ ὁμολογοῦντες, ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ ἐνὶ Χριστῷ ἢ τε θεία καὶ ἀνθρωπίνη φύσις ἓν ἐστὶ, ταύτας δὲ τὰς φύσεις κατὰ τὸ διάφορον οὐκ ἀριθμεῖτε, ἐν δύο φύσεσιν αὐτὸν, καὶ δύο φύσεις ἔχοντα τὸν Χριστὸν λέγοντες, φανερόν ἐστι ἀσύμφωνοι ἀλλήλων ἐστέ, πῆ μὲν ὁμολογοῦντες, πῆ δὲ ἀπαρνούμενοι. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ μὴ ἀριθμεῖν τὴν διαφορὰν, τὰς φύσεις ἀναιρεῖτε, διὰ δὲ τοῦ ἀναιρεῖν τὰς φύσεις, καὶ τὸ ἀσύγχυτον καὶ τὸ ἀτρεπτον μετὰ τὴν ἔνωσιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Ὁ δὲ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα, πῆ μὲν ὡς ἔχον φύσεως ἀπαγγέλλων, πῆ δὲ ὡς οὐκ ἐστὶ τὸ αὐτὸ ὡς πρότερον εἴρηκε διαχυριζόμενος, ἢ παραφρονεῖ, ἢ κακουργεῖ, ὢν οὐδέτερον ὑμᾶς εὐχόμεθα πάσχειν. Τὸ μὲν γὰρ ἀθλίον καὶ ἐλέους, τὸ δὲ κολάσεως ἄξιον. Εἰ δὲ τῶν τοιούτων ἕκτος ἐγκλημάτων οἴεσθε ἑαυτοὺς παριστᾶν, ὁμολογοῦντες τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κατὰ θεότητα ἔχειν τὸ ὁμοούσιον, πρὸς τε τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ ἀριθμεῖτε δηλονότι λέγοντες, Δύο φύσεις ἔχει ὁ Χριστὸς, καὶ ἐν δύο φύσεσι, καὶ δύο φύσεων εἶναι μετὰ τὴν ἔνωσιν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ τὴν ἐν Καλκηδόνι σύνοδον τοῦτο θεσπίσασαν μεθ' ἡμῶν σεβάζεσθε, καὶ οὕτως ὀρθοδόξως πολιτεύεσθαι θαρραῖτε. Τὸ δὲ λέγειν, Καὶ οὐχ ἀπλῆν ὁμολογοῦμεν τῶν φύσεων τὴν ἔνωσιν, θεότητος, φημί, καὶ ἀνθρωπότητος, εἰ μὲν τὸ συντεθὲν μιᾶς ὑποστάσεως, δύο τε φύσεις ἔχειν φαίητε, ὅντως ὀρθῶς καὶ μετὰ ἀληθείας λογισθήσεσθε· εἰ δὲ τὸ ἐκ διαφόρων φύσεων μιᾶς συνθέτου φύσεως ἀποτελεσθὲν καθάπερ ἐπ' ἀνθρώπου ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος μία φύσις ἀποτελεῖται, οὕτως ὁμολογεῖτε, φανερόν ἐστι τῆς οἰκείας ὁμολογίας ἀναιρεῖτε. Δέδεικται γὰρ διὰ πολλῶν ἐμπροσθεν ἐπιχειρημάτων, ὅτι τὰ ἀσύγχυτως συντιθέμενα, καὶ μίαν φύσιν ἀποτελοῦντα, μήτε αὐτὰ πρὸς τὰ ἐξ ὧν συντετέθη ὁμοούσια, ἢ ὁμοφυῆ εἶναι, ἢ τὰ ὑπὸ τῆς κοινότητος αὐτῶν ἀναγόμενα ἄτομα. Εἰ δὲ τοῦτο, ὁ Χριστὸς οὐχ ὁμοούσιος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Εἰ δὲ τὸ ὁμοούσιον καὶ ἐν τῇ ἐνώσει βούλεσθε διασώζειν, τὸ δοξάζειν μίαν φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ ἐξ ὑμῶν ἀπορήψατε. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ ἐπόμενα ἄτοπα ἐκ τῶν παρ' ὑμῖν ὁμολογουμένων ἐπὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ συμβαίνοντα ἐνανθρωπήσεως, διὰ τὸ μὴ ἔπεσθαι

A monstratur unus et idem Christus Deus noster. Si itaque Deus Verbum unitus humanitati perfectam habeas deitatem, perfectam suam humanitatem, vobis hoc idem non abnuentibus, conservat, quam ob causam ex duabus, et in duabus naturis, et duas eum naturas habere non creditis, sed eum unius naturæ tantum pronuntiat! Si perfectum ipsum in utraque apparuisse natura confitemini, manifestum est, vos eandem, divinam scilicet naturam et humanam, differentiarum ratione numeratas, numero subijcere, et non existentiarum determinatione, ita sancta quarta synodo injungente. Sic in Christo duas naturas asserentes a veritate non aberratis. Quod si affirmantes in ipso uno Christo divinam et humanam naturam fuisse, naturas secundum differentiam non numeratis, in duabus naturis, et duas naturas Christum habere probantes, palam est, vos inter vos non convenire, nunc quidem confitentes, nunc abnegantes: ex eo enim quod differentiam non numeratis, naturas tollitis, et ex eo quod naturas tollitis, tollitis etiam inconfusum, et immutabile post unionem, et per consequens consubstantialia Patri secundum deitatem, et consubstantialia nobis secundum humanitatem. Qui vero rem eandem nunc quidem ut se habet pronuntiat, nunc eam non ita se habere, ut antea dixerat, contendit, aut mente captus est, aut malitiose agit, quorum nulli ne obnoxii sitis Deum exoramus; id enim miserum et commiseratione, hoc castigatione dignum est. Si autem vos ab his criminationibus exemptos judicatis, dum fatemini, Filium Dei secundum deitatem habere naturam eandem cum Deo Patre, et nobiscum secundum humanitatem, et numeratis, verbi gratia dicentes, Duas naturas habet Christus, et in duabus naturis, et duarum naturarum est post unionem in una hypostasi, et Chalcedonensem synodum illud decernentem nobiscum veneramini, sic ut orthodoxi pie vitam agentes, bono sitis animo. Sic dicere, Non simplicem confitemur naturarum unionem, deitatis nempe et humanitatis, si compositum unius hypostasis duas naturas habere concesseritis, recte equidem nec citra veritatem opinamini. Quod si ex diversis naturis unius compositæ naturæ effectum, ut de homine ex anima et corpore una natura efficitur, hac ratione profiteremini, manifestum est, vos vestras confessiones destruere: antea enim multis argumentationibus demonstratum est, ea quæ inconfuso uniuntur et unam naturam efficiunt, non esse eum illis, ex quibus composita sunt, neque ejusdem essentiae, neque ejusdem naturæ, aut quæ sub universitate eorum referuntur individua. Id si est, Christus non erit consubstantialis Deo et Patri secundum deitatem, et nobis secundum humanitatem. Quod si consubstantialia etiam in unione conservare prætenditis, unam in Christo naturam tenere, a vobis abjicite. Et hæc quidem absurda consequuntur ex iis, quæ a vobis astruuntur de

Filii Dei incarnatione, quod vos non sequimini rectam Christianæ fidei traditionem a sanctissima et œcumenica Chalcedonensi synodo traditam. Ex eo porro quod vobis illius sana exquisitaque decreta improbatis, inverecunde, imo stulte intelligitis, erratisque circa ea, quæ de incarnatione unigeniti Filii Dei et Domini nostri Jesu Christi dicuntur, hæc sunt.

23. Concursus autem dictionem vulgaris futilisque plebeculæ usus de duobus, aut pluribus decertantibus, aut equo, pedibusque de cursu contententibus accipit, at sapientium virorum conceptus non hoc tantummodo notare concursum vult, sed et duarum, aut plurium rerum celerem ac subitanam in idem absque ullo temporis intervallo terminationem, quemadmodum in paralytico factum agnovimus: statim enim atque dixit Dominus: *Surge, et ambula, Subito*, ait evangelista, *surrexit et ambulabat*¹⁰. Pernicem itaque Dominici imperii abolitionem cum paralytici sanitate concursum sapientes nuncupant; simul enim cum Dominica jussione hominis sanitas cucurrit. Similiter et in sacro Petri, et maris increpatione, et similibus. Patres itaque duarum naturarum in eodem et uno Christo Domino nostro concursum astruentes, nihil aliud innuere videntur, quam citra ullam expectationem, et absque ullo temporis intervallo, simul atque Excelsissimi virtus semper Virgini Deiparæ obumbravit, duarum naturarum unionem effectisse. Vos vero secundum priorem significatum concursus divinæ cum humana natura unionem accipientes, divisam et propria hypostasi subsistentem utramque essentiam Patres asseruisse calumniamini: vestramque ignorationem Patrum blasphemiam rati, longe a veritate, et, quod idem est, salute aberrastis. Edocti itaque et hujusce concursus significatum, et usum in Filii Dei incarnatione, ex ea quæ ab ignoratione oritur maledicentia recedite, et in exactam duarum naturarum in Christo unionem, quam nos tuemur, confugite. Namque ex eo consequentini primum quidem catos sapientesque reputari, postmodum veritatem, in quibus decernitis, sectari. Quodsi nonnulli ex hæreticis concursus nomen secundum primum significatum in proprii dogmatis subdolum fraudem assumpserunt, ideoque illud rejicitis in unione divinæ humanæque nature unius Domini nostri Jesu Christi, nunc cum alterum illius significatum apprehenderitis, deque unione firmum illius ac cautum callentes, eum in posterum ne negligatis: neque enim æquivocatio eorum, qui non ita se habent, proprie ita se habentia destruit. Quando vero uni Domino nostro Jesu Christo omnes uno consensu, quæ in Evangelio referuntur, dejecta excelsaque vindicatis, corporeo incorporeoque inseparabiliter inconfuseque in eo conservatis, cuinam ex naturis, quæ in uno Christo convenerunt dejecta ascribetis, quale illud fuerit proficere ætate, cola-

A ὁμᾶς τῇ ὀρθῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἐκθέσει παρὰ τῆς ἀγιωτάτης καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Χαλκηδόνι τετάρτης συνόδου. Ἄ δὲ δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ ἀθετεῖν ὁμᾶς τὰ ἀκριβῆ ταύτης δόγματα ἀναιδῶς, μᾶλλον δὲ ἀμαθῶς νοεῖτε, καὶ ἀμαρτάνετε περὶ τὰ λεγόμενα ἐπὶ τῇ ἐνανθρώπησει τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, Κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ταῦτά ἐστι.

χγ'. Τὴν δὲ λεγομένην συνδρομὴν, ἡ μὲν τοῦ πολλοῦ καὶ ἀγυρτώδους λαοῦ χρῆσις, ἐπὶ τινῶν δύο ἢ καὶ πλειόνων ἀμιλλωμένων, ἱππαζομένων τε καὶ πεζῆ τὸν δρόμον ἐξανυόντων παραλαμβάνει ἡ δὲ τῶν σοφῶν ἀνδρῶν διάνοια, οὐ τοῦτο μόνον σημαίνει τὴν συνδρομὴν βούλεται, ἀλλὰ καὶ τὴν δύο τινῶν ἢ καὶ πλειόνων πραγμάτων ὀξεῖαν καὶ ἀκαρῆ εἰς ταῦτο περάτωσιν παντὸς χρονικοῦ διαστήματος ἄνευ, ὡς ἐπὶ τοῦ παραλυτικοῦ τοῦτο γεγονός ἐγνωμεν. Ἄμα γὰρ Ἰψὴ ὁ Κύριος, Ἔγχειραι καὶ περιπάτει, Εὐθέως, φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, ἀνέστη καὶ περιεπάτει. Τὴν οὖν ὀξεῖαν τῆς προστάξεως τοῦ Κυρίου πλήρωσιν μετὰ τῆς τοῦ παραλύτου ὑγείας, συνδρομὴν οἱ σοφοὶ λέγουσι. Συνέδραμε γὰρ τῇ Δεσποτικῇ κελεύσει καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ὑγεία. Ὅμοίως καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Πέτρου πενθερᾶς, καὶ τῆς ἐπιτιμήσεως τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν τοιούτων. Οἱ οὖν Πατέρες συνδρομὴν λέγοντες τῶν δύο φύσεων ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἐν Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, οὐδὲν ἄλλο δηλοῦν φαίνονται, ἢ ὅτι πάσης ἀναμονῆς ἐκτὸς καὶ παντὸς χρονικοῦ διαστήματος ἅμα ἐπεσκίασεν ἡ τοῦ Ὑψίστου δύναμις τῇ Ἀειπαρθένῳ Θεοτόκῳ, τὴν τῶν δύο φύσεων ἔνωσιν ἀπειργάσατο. Ὑμεῖς δὲ κατὰ τὴν προτέραν σημασίαν τῆς συνδρομῆς τὴν ἔνωσιν τῆς θεϊκῆς φύσεως μετὰ τῆς ἀνθρωπίνης ἐκλαμβάνομενοι, διαιρετὴν, καὶ καθ' ἑαυτὴν ὑφισταμένην ἑκατέραν τῶν οὐσιῶν τοὺς Πατέρας εἰρηκέναι συκοφαντεῖτε, καὶ τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν, Πατρικὴν βλασφημίαν οἰόμενοι, μακρὰν τῆς ἀληθείας, καὶ ταυτὸν φάναι, τῆς σωτηρίας, ἀποπειπλάνησθε. Μεμαθηκότες οὖν καὶ ταύτης τῆς συνδρομῆς τὴν σημασίαν, καὶ τὸ ταύτης χρειώδες εἰς τὴν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐνανθρώπησιν, ἀπόστητε τῆς καθ' ἄγνοιαν ὑμῶν δυσφημίας, καὶ εἰς ἀκριβῆ ἔνωσιν τῶν δύο ἐν Χριστῷ φύσεων ταύτην, καθὼς ἡμεῖς, προβάλλεσθε. Ἐφεται γὰρ ὑμῖν ἐκ τοῦτου, πρῶτον μὲν τὸ σοφοὺς καὶ εἰδόμενας πεφνημέναι, ἐπειτα δὲ καὶ τὸ ἀληθεῖς, ἐν οἷς δογματίζετε, διαγγέλλεσθαι. Εἰ δὲ καὶ τινες τῶν αἰρετικόντων τὸ τῆς συνδρομῆς ὄνομα κατὰ τὸ πρῶτον σημαινόμενον ἐξελάβοντο εἰς τὴν τοῦ οἰκελοῦ δόγματος κακουργίαν, καὶ διὰ τοῦτο παραιτήσθε ταύτη ἐπὶ τῇ ἔνωσει τῆς θείας καὶ ἀνθρωπίνης φύσεως τοῦ ἑνὸς Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, νῦν τὸ δεύτερον σημαινόμενον ταύτης κατανενοηκότες, καὶ τὸ ἐκ τοῦτου ἀσφαλὲς περὶ τὴν ἔνωσιν μεμαθηκότες, τοῦ λοιποῦ ταύτην μὴ ἀπαγορεύσητε. Οὐδὲ γὰρ λυμᾶνεται ἡ ὁμωνυμία τῶν μὴ οὕτως ὑπαρχόντων τὰ κυρίως ὄντα πράγματα. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ αὐτοῦ ἑνὸς Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἶναι ὁμολογεῖτε τὰ ἐν Εὐαγγελίῳ φερόμενα ταπεινά τε καὶ ὑψηλά, τοῦ

¹⁰ Matth. ix, 5.

τε σώματος καὶ τοῦ σώματος ἀπαρασπάστως καὶ ἀσυγχύτως ἐκ' αὐτοῦ φυλαττομένων, πότερον ποία τῶν συνελθουσῶν φύσεων ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ τὰ ταπεινὰ δώσετε, τῇ ἀνθρωπίνῃ, ἢ τῇ θεία, τούτεστι τὸ προκόπτειν ἡλικία, καὶ τὸ ῥαπίζεσθαι, τὸ δεσμεῖσθαι, τὸ ἡλοῖς πεπερονῆσθαι, τὸ τεθνάναι, καὶ τὰ τοιαῦτα; Εἷς μὲν γὰρ ἀληθῶς καὶ ὁ αὐτὸς ἐστὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὁ ταῦτα ὑπομεμενηκώς· ἀλλ' οὐδεὶς νοῦν ἔχων κατὰ τὴν θεϊκὴν ταῦτα ὑπομενηκέναι φύσιν ἔρει. Ἀπαθὴς γὰρ ἡ θεία φύσις, καὶ αὐξήσεως ἀνεπίδεκτος. Ὅμως γε πέπονθε ταῦτα ὁ αὐτὸς Κύριος ἀληθῶς. Ἄρ' οὖν οὐχὶ καὶ αὐτοὶ οἱ ἄλλοι κεκράζονται, κὰν ὑμεῖς σιγήσητε, ὅτι κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην αὐτοῦ ταῦτα φύσιν ὑπέστη ὁ τέλειος ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι, εἷς Κύριος Ἰησοῦς; Εἰ δὲ κατὰ ἀνθρωπίνην αὐτοῦ ταῦτα φύσιν ὑπέστη, δῆλον ὅτι ἐν δύο φύσεσι θεωρεῖται ὁ εἷς τῷ προσώπῳ καὶ τῇ ὑποστάσει Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. Τὰς δὲ κατὰ τοῦ Νεστορίου τοῦ ἐπαράτου μέμφεις καθ' ἡμῶν τῶν ἐν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν εἰδόντων ἐν τῷ ἐνὶ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ἀφρόνως ἐπιφημιζετε. Ἡμεῖς γὰρ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἔνωσιν ἐν τῷ Χριστῷ ὁμολογοῦντες, καὶ ἐν αὐτοῦ πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν μετὰ τὴν ἔνωσιν δοξάζοντες, καὶ τὴν ἐν γαστρὶ τῆς ἀειπαρθένου σκῆνωσιν ἀνυμνοῦντες, καὶ τὴν αὐτοῦ πανάμωμον Μητέρα Θεοτόκον κυρίως δοξάζοντες, καὶ ἕνα τὸν αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Υἱὸν τῆς Παρθένου ὁμολογοῦντες, ὧν ἀπάντων οὐδὲν ὁ μάταιος ἐκεῖνος καθωμολόγει, πῶς τῆς αὐτῆς αὐτῷ μέμφεως κριθείημεν ἄξιοι παρ' ὁμῶν; εἰ μὴ τι ἄρα τὸν ὑμῶν ἐφαρμόζοντα ψόγον διὰ τὴν ἐξ ἀμαθείας τοῦ ὀρθοῦ δόγματος παρατροπὴν ἀποτρέψαι βουλόμενοι, διὰ τῆς καθ' ἡμῶν τῶν ὀρθῶς φρονούντων ἀλόγου διαβολῆς τοῦτο ποιεῖν προαιρεῖσθε. Ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς ἀμώμητος καὶ ἀδιάβλητος δόξα, περὶ τε τῆς κατὰ τὴν ἁγίαν Τριάδα θεολογίας, περὶ τε τῆς κατὰ τὴν ἑνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὀρθοτομίας ἐκ τοῦ παρ' ἡμῶν ὁμολογουμένου ἱερωτάτου καὶ θείου συμβόλου δείκνυται, ἀρξαμένου μὲν ἀπὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου Πατέρων, καὶ διὰ τῶν λοιπῶν ἁγίων τε καὶ οἰκουμενικῶν ἐξ συνόδων βεβαιουμένου, ἥπου ἄρα καὶ τοῦτο κακῶς ὑμεῖς νοοῦντες μέτρου, ἐπεὶ καὶ κόρος λόγου πολέμιος ἀκοαῖς.

A phis cædi, vinculis alligari, clavis transligi, mori, et similia? humanæ, an divinæ? Unus enim est vere idemque Deus et homo, qui illa sustinuit. Sed nemo, dummodo cor habeat, secundum divinam illa tolerasse naturam dicet: neque enim passionibus obnoxia est divina natura, et capax incrementi: nihilominus ea vere perpassus est Idem Dominus. Annon igitur saxa ipsa clamabunt, etiamsi vos tacueritis, secundum humanam ipsius naturam hæc subiisse, perfectum in deitate, et perfectum in humanitate unum Dominum Jesum? Quod si secundum humanam ipsius naturam illa passus est, jam palam est in duabus naturis esse unum persona, et hypostasi Dominum nostrum Jesum Christum, et execrandi Nestorii adversus nos, qui unam personam et unam hypostasim confitemur in uno Christo Deo nostro, criminationes insipienter intorqueri. Nos etenim, qui secundum hypostasim unionem in Christo confitemur, et unam ipsius personam et unam hypostasim post unionem teneamus, et in utero semper virginis habitationem celebramus, et ipsius Matrem immaculatam Deiparam proprie prædicamus, et unum eundemque Filium Dei et Filium Virginis astruimus, ex quibus omnibus nihil insipiens ille asseverabat, quomodo eadem atque ille criminatione notaque a vobis merito condemnabimur, nisi vituperationem, quam vos propter ignorationem et a recto dogmate aberrationem commeruistis, avertere contendentes, per irrationabilem calumniam in nos, qui probe sentimus, conferre studetis? Verumtamen nostra inculpata innoxiaque opinio tum de sacra Triadis theologia, tum de incarnationis œconomix Filii Dei rectitudine ex sacrosancto divinoque symbolo, quod nos profitemur, incepitque a tercentum decem et octo sanctis Patribus, in Nicæna synodo congregatis, et a reliquis sanctis sex œcumenicis synodis constabillitur, nisi id etiam vos per importunam amentiam haud recte intelligentes, criminari non veremini, late patenterque demonstratur. Et hæc quidem plus satis sint, et præter mensuram, cum et sermonis satietas auribus adversetur.

διασύρει πειράσεται. Καὶ ταῦτα μὲν πέρα τοῦ

DE SEQUENTI NICETÆ BYZANTINI OPERE MONITUM.

(Ang. Mai, *Bibliotheca nova Patrum*, t. IV, p. 321.)

Fridericus Sylburgius in præfatione libelli sui, quem *Saracenicæ* inscripsit, ediditque anno 1595, sic scribit: « Romæ in Vaticana bibliotheca exstare dicitur Nicetæ Byzantini philosophi contra Mohamedem liber, et epistolæ ab Agarenis missæ consutatio, ad Michaellem Theophili filium, imp. Constantinopolitanum. Sed quoniam neque illius neque hujus exemplaria Græca nancisci nobis licuit, alia eorum edendorum exspectanda fuit occasio. » Vides annos 250 et amplius effluxisse ex quo Sylburgius, facto Vaticani codicis indicio, optavit hunc Byzantinum Nicetam edere, quem nos demum post tantam temporis intercapedinem in sempiternam lucem protrahimus. Cæteroqui Sylburgii dictum, ut sit in rebus absentibus, non est undique exactum: nam non una, sed duæ sunt Agarenorum epistolæ, hasque ad Michaellem

imp. missas titulus dicit, non autem diserte quod Nicetas ipsarum refutationem ad Michaellem scripserit. Decennio post Sylburgium Ant. Possevinus in Apparatus principe editione Veneta t. II, p. 477, et t. III, in catalog. p. 16, plenior et accuratior operis Nicetiani titulum recitavit, eatenus tantum mendose, quatenus pro *Theophili* utroque in loco scripsit *Theophylacti*. Reliquos, qui ex prædictis hauserunt, prætermitto bibliographos, excepto tamen Leone Allatio, qui in calce prioris tomi *Græciæ orthodoxæ* diserte contendit Nicetam hunc Byzantinum eundem esse, qui et Nicetas David, et Paphlago, et Dadybrorum etiam episcopus, appellatur. « Floruit, inquit, Michaelis, Basilii et Leonis, imp. ætate, ut colligitur ex proœmio vitæ S. Ignatii patriarchæ, quam ille neque indocte neque ineleganter concinnavit, et aliis ejusdem scriptis : » quo postremo dicto (de scriptis ætatem Nicetæ designantibus) intelligi ab Allatio puto refutationem præsertim quam fecit Nicetas noster epistolarum ab Agarenis ad Michaellem imp. missarum. Pergit ibi Allatius Nicetæ scripta recensere, quorum prope extrema ponit hæc adversus Mohamedem et Agarenos dictata; neque tamen codicem Vaticanum, qui ea continet, nominat aut se novisse demonstrat. Habuit sane Allatius aliud Nicetæ egregium opusculum pro concilio Chalcedonensi ad Armeniæ principem; idque in prædictum *Græciæ orth.* tomum inseruit, indubitanter affirmans unius ejusdemque Byzantini Nicetæ setum esse; id quod ego verissimum judico, quia præter cæteram styli similitudinem, clausula certe prædicti opusculi eadem omnino est, quæ in duarum ad Michaellem imp. epistolarum refutatione conspicitur. De hoc demum Niceta ejusque scriptis uberius dixit Allatius in inedita adhuc dissertatione sua de viginti Nicetis, cujus ego particulam de nostro loquentem vulgavi in præf. ad t. IX *Scriptorum veterum*; neque tamen hanc ipsam dissertationis particulam dedi integram, quia id tunc præter argumenti mei propositum erat. De vetere operis Nicetiani notitia hætenus. Cur autem Byzantinum hunc Nicetam nonnulli bibliographi in XII sæculo collocent, equidem nescio, neque ejus rei documenta ulla afferri video; nisi forte tot Nicetarum copia perturbationem, ut sit, in ipsorum historiam invexit. Sed ut jam propius ad rem accedam, ego quidem quanquam nondum inspexeram Sylburgii, Possevini et Allatii testimonia, nihilominus in meis ante complures annos bibliothecæ Vaticanæ cui præeram perlustrationibus, hunc codicem observaveram sub numero 681, pulchrum sane, antiquum, membraneum, integerrimum. Attamen aliis editionibus occupatus, Nicetam plus nimio distuli: sed nunc demum de codicis, ut reor, unici incertis fati cogitans, qui casu aliquo perire aliquando posset; tum etiam rei sine dubio bonæ dulcedine et utilitate illectus, exscribendum manu propria, Latinum quoque labore meo ut cætera omnia faciendum, et typis mora omni abrupta tradendum judicavi.

Nunc de ipso opere breviter præfandum est. Ludovicus Maraccius, qui phylarabes cunctos refutati Alcorani laudè superavit, queritur in præfatione ad prodromum de illorum exiguo numero, saltem veterum, qui contra Mohamedem ejusque librum calamum strinxerunt, et pauca certe nomina recitat, Joan. nempe Damascenum, Joan. Cantacuzenum, Petrum Cluniacensem, et Chaldæos duos. Atqui dilatare numerum parumper poterat, citato Euthymio Zygabeno cum aliis brevibus ejusmodi scriptis, edente Sylburgio; Theodoro Abucara, edente Gretsero, quanquam hic præ Zygabeno valde tenuis est. Sed enim in Romanis Gr. codicibus erant: 1. Ejusdem Zygabeni dialogus adversus Mohamedem, quem nos vulgabilimus. 2. Nicetæ Choniatae capitulum in *Panoplia*, quod nos in Romanum jam Spicilegium intulimus. Sed quod omnem copiam superat, erant Arabici codices Vaticani, quorum catalogum a nobis ex Assemani schedis editum qui legerit, numerosam adversus Alcoranum Christianorum scriptorum instructam aciem conspiciet; videlicet in codicibus Arabicis 99, 112, 113, 114, 118, 119, 127, 128, 135, 141, 143, 180, 504, 545, 550, 645, et fortasse aliis. Utique magnus Maraccius in prædicta præfatione p. 7 globalim memorat Arabicos codices diversarum Romanæ urbis bibliothecarum, qui ei adjumento fuerunt, ut in scholiis et in polemicis disputationibus postea demonstravit, ubi lautas Arabum de hac controversia scriptorum opes exposuit; rectius tamen fecisset, vel certe hodiernæ methodo accommodatius, si singulorum quibus usus est codicum nominatim catalogum vel notitiam perscripsisset.

Jam vero fructus hujus nostræ Nicetæ editionis multiplex, ut spero, futurus est. 1. Christianæ religionis nova defensio, et Mohamedanæ superstitionis fraudisque accusatio atque subversio. 2. Theologiæ apud Græcos scholasticæ seu speculativæ imaginem genuinam hic aspiciamus, et qua methodo, quo acumine, quibus dialecticæ et communium notionum, sive sensus, viribus, Trinitatis præsertim perdifficile perobscurumque mysterium apud ethnicos Mohamedanosque Christiani approbarent: in qua profecto disputationis parte Nicetas noster mirabilis est; Græcique ingenii et doctæ solidæque subtilitatis insigne exemplum suppeditat. 3. In singulorum satanici libri capitum confutationibus, recitatur Græce Mohamedis textus, vel ipso Niceta interprete, vel ex cujusvis Græci hominis translatione, quam nunc neque in libris editis, neque in ipsis ut arbitror manuscriptis codicibus videre est. Certe Græcos Alcoranum non semel tantummodo, sed fortasse pluries, ad linguam suam transtulisse, dubitari nequit; cum immanem sectam in prospectu, imo et in imperii visceribus receptam haberent, et cum ejus doctoribus necessario contenderent; id quod Græca monumenta superstitionum disputationum testantur. Nunc itaque festivum est videre, quantopere interdum Græcus Alcorani textus apud Nicetam ab Arabico, quem vulgo legimus, differat: quam rem, partim ex interpretis Græci imperitia, partim ob polysema Arabicæ linguæ vocabula, partim denique propter ipsius Alcorani editionum varietatem, contigisse credendum est. Nam

septem criticas diversasque Alcorani Arabici editiones nominat Herbelotius, Medinenses duas, præter-
 eaque Meccanam, Cufensem, Bassorensem, Syriaticam, et κοινήν sive vulgatam : quarum varietas Cora-
 nicis Arabum interpretibus uberrimam disserendi copiam obtulit. Porro quod nulla apud Græcos Alcorani
 translatio superesse nunc videatur, odio rei scilicet factum credo. Ecce enim ne Latini quidem Alcora-
 num habuerunt usque ad Petrum Cluniacensem, qui illum in Hispania per Robertum Retenensem, rudi-
 licet opere, ex Arabico interpretandum curavit, atque ad divum Clarævallensem Bernardum misit, et
 Theodorus Bibliander anno 1550 apud Helvetios prelo commisit. Ante hanc tamen editionem Alcoranum
 Itali lingua propria ex Latino Regensis textu vulgaverant anno 1547, editore Andrea Arrivabeno,
 typographo Veneto : quem nitidum præcisumque librum, nec facile obvium, multi, quos inter ipse Marac-
 cius, ignorant. Longe recentiores sunt Ryerii et Savarii sermone Gallico editiones, itemque duæ lingua
 Germanica, quas Bern. Rubeus, magister olim meus, in Lexico auct. Arab. memorat. Sed nostri demum
 Maraccii anno 1698 interpretatio optima lucem aspexit, cui philarabes cuncti fascēs submiserunt. Quan-
 quam vero hæc operis Nicetæ editio multas postulare videbatur tum criticas tum historicas adnotatio-
 nes, et quandoque etiam grammaticales in dissidentibus ab Arabico sensibus ; ego quidem ad alia prope-
 raus suspenso propemodum aut certe levi pede omnia transiliam ; nisi forte per otium postea locus aliquis
 paulo accuratius exponendus videbitur.

ΝΙΚΗΤΑ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΑΝΑΤΡΟΠΗ ΤΗΣ

ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΡΑΒΟΣ ΜΩΑΜΕΤ ΠΛΑΣΤΟΓΡΑΦΗΘΕΙΣΗΣ ΒΙΒΛΟΥ

NICETÆ BYZANTINI PHILOSOPHI

CONFUTATIO

FALSI LIBRI QUEM SCRIPSIT MOHAMEDES * ARABS.

ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ.

α'. Μεγάλων καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀξίων ὑπαρχόν-
 των πάντων π[ρ]εσβε[ι]ων (1) τῷ θεοφιλεστάτῳ βασι-
 λεῖ, λόγοις γεραίρειν αὐτά, διὰ τὸ μέγεθος, καὶ μέ-
 τρω περιορίζειν, διὰ τὸ ἀπειρον, οὐχ ὅσοι τε
 ἐσόμεθα τὸ παράπαν· ἀλλ' ἡ τοῦ θαυμάζειν παρα-
 σκευάζουσα πᾶσαν διάνοιαν ἐκπληξίς, καὶ τοὺς ὑψη-
 λούς τὸν νοῦν κηρύττειν καὶ διαγγέλλειν σαφῶς ἐξ-
 εἰργουσα, τοῦτο τὸ ἔργον [cod. τούτων τὸ ἔργον]
 ἡμᾶς τοὺς χαμαιζήλους ποιεῖν κατηνάγκασεν· οὐκ
 ἐπὶ πάντων δὲ (τοῦτο γὰρ ἦν πανταλῶς καὶ ἀμήχα-
 νον), ἀλλ' ἐφ' ἐνὸς αὐτοῦ προτερήματος· οὐδ' ὅπως
 δι' ἐγκωμίων αὐτὸν καταστήσωμεν· ποῦ γάρ μοι
 τοσαύτη χρυσεῶν ἐπῶν περιουσία, ὡς ἀν χρυσογρα-
 φήσαιμι (2), τὰς δίκην πολυανθοῦς λειμῶνος ἐξεν-
 θούσας τῶν ἀρετῶν αὐτοῦ λαμπρότητας καὶ τερ-
 πνότητας ; ποῦ γάρ θήσω τὴν τῆς βασιλείας πάνσο-
 φον πεδάλιουχίαν ; ποῦ δὲ τὴν τῆς Ἐκκλησίας εἰρη-
 ναίαν τε καὶ ἀτάραχον διαγωγὴν ; ποῦ δὲ τὴν τῆς

Α

PROGRAMMA.

1. Cum tantus supraque nostram æstimationem
 sit meritorum cumulus dilectissimi Deo imperatoris,
 verbis quidem illorum sublimitatem ornare, aut
 mensura aliqua eorundem infinitatem comprehen-
 dere, proorsus non valebimus. Sed enim ille qui
 omnem mentem ad admirandum rapit stupor, et
 ad prædicandos excelsi animi viros palamque
 commendandos impellit, is me quoque humi re-
 pentem mortalem ad hoc opusculum componendum
 adegit. Neque tamen de gestis omnibus dicam, hoc
 enim nullatenus fieri potest, sed de uno ipsius prin-
 cipali facinore ; neque laudibus imperatorem coro-
 nabo ; namque undenam mihi aureoram verborum
 copia, ut splendorem ac suavitatem virtutum ejus,
 quæ prati instar variis floribus luxuriantis sunt,
 auro conscribam ? Quid enim de ejus sapientissima
 regnandi arte dicam ? quid de Ecclesiæ imperturbata
 et pacifica administratioque ? quid de generali rei-

B

(*) In codicibus scribitur Μωάμεδ, Μωάμεθ, Μω-
 άμετ, Μαχούμεδ. Primam scripturam in Latinitate
 mea sequor (in quam incidit et secunda, ut ex
 Θεός, Deus), quamquam Nicetas tertiam tenet.

(1) Vocativum evanidum.

(2) Respicit morem scribendi auro in pergame-
 nis, regii præsertim argumenti aut divini, cuius-
 modi splendida exemplaria in codicum bibliothecis
 supersunt.

publicæ recta legislatione? quid de ejus patientiæ ac benignitatis pelago? quid de beneficentiæ ac liberalitatis imbribus? quid de orthodoxo fidei dogmate? quid demum de apostolica, ut ita dicam, Evangelii Christi prædicatione? Etenim non contentus imperator infausta barbarorum corpora in fugam vertere, nisi etiam rebelles Deo animas, ceu gladio ancipiti, veritatis verbo dissecet; Arabes quoque ad veram religionem vocat, doctrinæ veræ argumentis absurdam fallacemque vulnerans impietatem: confidens scilicet auctori victoriarum Christo Deo nostro, quem illi maledictis pulsant, fore ut post illorum blasphemiarum refutationem, de impiis quoque ipsorum exercitiis, militaribus suis expeditionibus triumphet. Quamobrem id, quod imperator opere efficit, ignavi nos tanquam in palæstra verbis ludemus: et quod ille quotidie factis peragit, nuda nos sed magnisonante oratione prædicare proposuimus. Utinam vero honorum omnium arcarius et dator Dominus, Christi amanti imperatori salutem animæ corporisque largiatur, ut diu vivat et de hostibus victorias referat, nostramque simul linguam roboret, ut prout pia Christianorum fide dignum est loquatur, et barbaricam impietatem refellat. Quod precibus gloriosissimæ Deiparæ et omnium sanctorum fiat! Amen.

βάρβαρον ἀπελέγξει δυσσέβειαν· πρεσβείαις τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων γένοιτο. Ἀμήν.

Finis præemii.

2. HÆC SUNT IN PRÆSENTI OPERE.

βεβηκός· εἰ δὲ οὐ συμβεβηκός, ἐνυπόστατόν ἐστι, καὶ
καθ' ἑαυτὸ τὸ εἶναι ἔχει· ἐστὶ δὲ καὶ ἀεί· πᾶν δὲ τὸ
ἐνυπόστατον, καὶ καθ' ἑαυτὸ τὸ εἶναι ἔχον, ἀεί ὄν,
οὔτε ἀρχὴν ἔχει χρονικὴν οὔτε τέλος· τὸ δὲ οὕτως
ἔχον, πάντως καὶ ἀκτιστόν ἐστι καὶ ἀγένητον· συν-
άγεται ἄρα, ὅτι ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγιότης καὶ ἡ ἔμπνευ-
σις, ἢ καὶ Πνεῦμα Θεοῦ λέγεται παρὰ τῆς θείας
Γραφῆς, ἀγένητόν [ita cod.] ἐστὶ καὶ ἀκτιστόν· ἀγέ-

Ab alio, constat quod nec extrinsecus. Quod si
minime extrinsecus, ne adoptive quidem: omne
enim adoptivum ita se habet.

15 Adhuc aliter. Si Deus adoptivam habet san-
ctitatem, constat eam illi accidisse. Quidquid
autem accidit, limitatum est, et in natura creata
sine dubio habet subsistentiam. Colligitur ergo
Deum esse creatum, et creatam habere naturam.
Quod si ita est, vel a se ipso creatus fuit, vel ab
alio. Sed si a se ipso, erit idem producens simul
et productus, creans et creatus, artifex et arte-
factus. Atqui nihil huiusmodi in rerum natura
est: non igitur semet ipse creavit Deus. Sed neque
ab alio creatus fuit; nam si hoc quispiam conce-
dat, erit Dei Deus, deque hoc similiter ambigemus;
idque in infinitum. Non igitur Deus adoptivam
habet sanctitatem suam et donorum inspirationem.
Si ergo sermo noster multis argumentis impossi-
bile ostendit adoptivam a Deo possideri sanctita-
tem suam et inspirationem, constat eam naturaliter
ab eo haberi. Si ergo naturaliter eam habet, id vel
necessario, vel plerumque; sed quod non plerum-
que, constat; nam quod plerumque tantum evenit,
id naturæ defectum indicat: frustrationem enim
aliquando natura patitur dum minorem partem
fert: bono autem successu utitur tum in iis quæ
plerumque accidunt, tum etiam in necessariis.
Atqui frustrari in divinam naturam non cadit;
siquidem omnis frustratio non sine passione est:
Deus vero cuilibet passioni superior. Non ergo
habet Deus quasi plerumque sanctitatem suam.
Reliquum est, ut necessario. Sed si necessario,
semper quoque habet, quandoquidem hæc necessa-
riorum natura est. Jam si semper Deo inest sua
sanctitas et inspiratio; ea quidem vel enhypos-
tatica est, et per se ipsa subsistit; vel in altero
non subsistat nec sit accidens, ita fere palam

16. Deus simplicissimus est, omnique composi-
tioni compositoque mentis conceptui superior,
sicut et communes notiones tenent. Omne autem
accidens, æque ac illud cui accidit, compositum est
et ita reputatur. Quare sic licet argumentari: Deus
simplicissimus est: omne autem accidens æque ac
illud cui accidit, neque simplex est neque reputa-
tur: concluditur ergo Deum esse accidentis inca-
pacem. Habet autem sanctitatem in se ipso et in-
spirationem, quæ etiam Spiritus Dei vocatur, sicut
etiam vestra Scriptura testatur, id est Mohamedis
liber. Itaque illa non est accidens. Quod si non
accidens, enhypostatica est, et in se ipsa subsisten-
tiam habet, semperque est, neque temporale
initium habet neque finem. Quod vero ita se habet,
id omnino increatum est et ingenitum. Constat
ergo ut Dei sanctitas atque inspiratio, quæ et Spi-
ritus Dei dicitur apud divinam Scripturam, inge-
nita sit et increata. Jam ingenitum cum ingenito,

quatenus non fuit factum, et increatum cum in-creato, quatenus non fuit creatum, idem est et homogeneous atque consubstantialis. Patet profecto enhypostaticam esse sanctitatem Dei, quæ etiam Spiritus a divinis Scripturis diserte dicitur, verusque Deus est, et consubstantialis Deo Patri Filioque ejus.

17. Si ergo Deus Pater, ut omni communi sensui consentaneum est, enhypostaticus est, semperque et in se ipso existentiam habet: demonstratum est, potentiam quoque Dei, qua potens est, et qua agit, et sine qua nihil agit, quæ Verbum quoque et Sapientia Dei est ac dicitur, et perpetuam esse et enhypostaticam. Similiter autem etiam sanctitas, quæ et Spiritus Dei dicitur, enhypostatica est et perpetua, et in se ipsa subsistentiam habet. Quod autem perpetuum est, cum perpetuo et perpetuo; et enhypostaticum, cum enhypostatico et enhypostatico, tres esse hypostases homogeneas consubstantialesque comperies. Atque hic nobis est Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus. Ille quidem genitor et productor, impassibiliter, inquam, intertemporaliter et incorporaliter. Reliqui autem, alter genitura, alter processio. Nam si Pater est verus Deus, Filius pariter ac Spiritus sanctus, tanquam eadem et una deitas, indivise, tanquam in divisis, ut ita dicam, spectata. Et tamen haud tres dii. Quodque hoc verum sit, ut superius promisi, conabor ostendere. Omnis numerus est quantitatis subjectarum rerum demonstrativus, non autem naturæ rerum; idque non quatenus eadem sunt, sed quatenus diversæ. Similiter etiam omnis connumeratio, id est, in unum numerum complexio, diversitatum, quatenus alia est, compositio complexioque est. Idque fiet manifestum, si quis aureum nummum sumat, eumque in quinque comminuat signatos nummulos, jam non quinque aureos dicet, ut rei ejus naturam denotet, sed quinque aureos signatos solidos, ut rei subjectæ quantitatem significet, et hos quidem non tanquam unum quid, sed diversos. Pari modo hi rursus connumerati, id est quinque in unum numerum coadunati, diversorum quatenus alii sunt compositionem conficiunt. Etenim numerus, diversarum rerum complexivusque est.

18. His a nobis expositis, animadvertite quid comprobatum sit. Quoniam divina ac beata natura, tota quatenus tota, indivise in Patre et Filio et Spiritu sancto spectatur, ut sermo noster ostendit: neque in hoc plus est, in illo minus, sed æqualiter pariterque prædicamentum fit; neque aliud prius, aliud posterius ab ipso prædicamento significatur, sed unum quid coæternum, et omnimode simile: etenim totum vel ante partes cogitatur, vel in ipsis participibus; idque rursus vel in uno totum, ceu totum indivise spectatur, vel etiam in reliquis: totum autem dico, non id quod ex partibus compositum conglutinatumque est; absit! sed id, quod utpote natura, in personis propriis spectatur. Ex dictis, inquam, constat, Patrem

νητον δὲ ἀγενήτην καθ' ὃ οὐ γέγονε, καὶ ἀκτιστον ἀκτίστῳ καθ' ὃ οὐκ ἔκτισται, τῆ φύσει ταυτὸν ἐστίν· εἰ δὲ ταυτὸν, καὶ ὁμοφυῆς καὶ ὁμοούσιον· φανερὸν ἄρα ὅτι ἡ ἐνυπόστατος ἀγιότης τοῦ Θεοῦ, ἢ καὶ Πνεῦμα παρὰ τῶν θείων Γραφῶν τρανώς λέγεται, Θεός τε ἐστὶν ἀληθινός, ὁμοούσιος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ αὐτοῦ.

ιζ'. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ὡς πάσαις κοιναῖς ἐννοίαις ἐπόμενον, ἐνυπόστατος τε ἐστὶ, καὶ ἀεὶ καὶ καθ' ἑαυτὸ τὸ εἶναι ἔχει· δέδεικται δὲ ὅτι καὶ ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ, καθ' ἣν ἐστὶ δυνατός, καὶ δι' ἧς ποιεῖ, καὶ ἧς χωρὶς οὐδὲν ποιεῖ, ἢ καὶ Λόγος καὶ Σοφία Θεοῦ ἐστὶ τε καὶ λέγεται, ἀεὶ τε ἐστὶ καὶ ἐνυπόστατος· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἀγιότης, ἢ καὶ Πνεῦμα Θεοῦ λέγεται, ἐνυπόστατος τε ἐστὶ, καὶ ἀεὶ, καὶ καθ' ἑαυτὸ τὸ εἶναι ἔχει· τὴ δὲ ἀεὶ καὶ ἀεὶ καὶ ἀεὶ· καὶ ἐνυπόστατον [cod. ἐνυποστάτῳ καὶ] τῷ ἐνυποστάτῳ καὶ ἐνυποστάτῳ ὁμοφυεῖς καὶ ὁμοουσίους εὐρήσας· καὶ τοῦτό ἐστὶν ὁ Θεὸς ἡμῖν ὁ Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁ μὲν, γεννήτωρ καὶ προβολεὺς, λέγω δὴ ἀπαθῶς καὶ ἀχρόνως καὶ ἀσωμάτως· τῶν δὲ τὸ μὲν, γέννημα· τὸ δὲ, πρόβλημα· εἰ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ Θεὸς τε ἐστὶν ἀληθινός, καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς θεότητος, ἀμερίστως ὡς ἐν μεριστοῖς, ἴν' οὕτως εἴπω, θεωρουμένης· ἀλλ' ὅμως οὐ τρεῖς θεοί· καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθές, ὡς ὑπεσχόμεν ἄνωτέρω, πειράσομαι δεῖξαι. Πᾶς ἀριθμὸς τῆς ποσότητος τῶν ὑποκειμένων ἐστὶ δηλωτικὸς, οὐ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων, καὶ τούτων οὐχ ἢ ταυτῶν, ἀλλ' ἢ διαφόρων· ὁμοίως δὲ καὶ πᾶσα συναριθμησις, τούτέστιν ἢ εἰς ἓνα ἀριθμὸν συναίρεσις, τῶν ἑτεροτήτων πως, ἢ ἕτερα ἐστὶν, σύνθεσις ἐστὶ καὶ συναίρεσις· καὶ τοῦτο δῆλον, εἰ λάβῃ τις χρυσὸν, καὶ τοῦτον κατακερματίσει εἰς πέντε χαρακτῆρας, οὐχὶ πέντε χρυσοὺς ἐρεῖ ὅπως τὴν φύσιν ὑποσημάνῃ, ἀλλὰ πέντε χρυσοὺς χαρακτῆρας, ὅπως τὴν ποσότητα τῶν ὑποκειμένων δηλώσῃ· καὶ τούτων οὐχὶ ἢ ταυτῶν, ἀλλ' ἢ διαφόρων· ὡσαύτως δὲ καὶ ταῦτα συναριθμούμενα, τούτέστιν εἰς ἓνα ἀριθμὸν τῶν πέντε συναριθμούμενα τῶν ἑτεροτήτων πως καθ' ὃ ἕτερα τὴν σύνθεσιν εἰσάγουσιν· καὶ γὰρ ὁ ἀριθμὸς τῶν διαφόρων πραγμάτων, ἢ διάφορά ἐστι, περιεκτικὸς καὶ περιληπτικὸς ἂν εἴη.

quatenus diversæ sunt, comprehensivus com-

δη'. Τούτων οὖν ἡμῖν ὑποτεθέντων, σκόπει τὸ κατασκευαζόμενον. Τῆς θείας καὶ μακαρίας φύσεως ὅλης ὡς ὅλης, ἀμερίστως ἐν τε τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι θεωρουμένης, ὡς ὁ λόγος εἰδείξεν· καὶ οὐ τοῦ μὲν μᾶλλον, τοῦ δὲ ἥττον, ἀλλ' ἐπ' ἴσης καὶ ἰσοχλιῶς τῆς κατηγορίας κατηγορημένης· καὶ οὐ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον τῆς κατηγορίας ἐμφαινούσης, ἀλλ' ἅμα καὶ συναῖδιως καὶ κατὰ πάντα ὁμοιοτρόπως οὐσης· καὶ γὰρ ἡ ὁλότης ἢ πρὸ τῶν μερῶν ἐπινοεῖται, ἢ ἐν τοῖς μετέχουσιν· καὶ τούτων ἢ ἐν τῷ ἐνὶ ὅλῃ ὡς ὅλη ἀμερίστως θεωρουμένη, ἢ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς· ὁλότητα δὲ φημι οὐ τὴν ἐκ τῶν μερῶν συγκειμένην καὶ σύνθετον, ἀπαγε, ἀλλὰ τὴν ὡς φύσιν ἐν ταῖς οἰκείαις ὑπο-

στάσεις θεωρουμένην· φανερόν ὅτι ὁ Πατήρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ μίαν θεότητα τε καὶ ἐξουσίαν καὶ κυριότητα ταυτίζονται, καὶ ἐν εἰσίν· εἴπερ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς θεότητος ἐπ' Ἰσῆς πεφύκασιν. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καθ' ὃ τῆς μιᾶς θεότητός τε καὶ ἐξουσίας ἰσοκλεῶς ἔχουσιν, ἐν τέ εἰσι καὶ πιστεύονται, ὡμολόγηται δὲ ὅτι πᾶς ἀριθμὸς τῆς ποσότητος τῶν ὑποκειμένων ἐστὶ δηλωτικὸς, καὶ οὐ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων· καὶ τούτων οὐχ ἡ ταυτῶν, ἀλλ' ἡ διαφορῶν· καὶ πᾶσα συναριθμησις, τουτέστιν ἡ εἰς ἓνα ἀριθμὸν συναίρεσις τῶν ἑτεροτήτων πως, ἡ ἑτέρα ἐστὶ, σύνθεσις ἐστὶ, φανερόν ἄρα ὅτι Θεὸν τὸν Πατέρα ἰδίως λέγοντες, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ τρεῖς θεοὺς εἰσάγομεν συναριθμοῦντες τὴν φύσιν· ἦν γὰρ ἂν ὁ ἀριθμὸς καὶ ἡ συναριθμησις τῆς φύσεως, καὶ οὐ τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων τῆς ποσότητος, καὶ τῶν ταυτῶν ἡ ταυτά ἐστὶ, καὶ οὐχὶ τῶν ἑτέρων ἡ ἑτέρα ἐστὶν, ὅπερ οὐχ ὡμολόγηται· διὸ Πατέρα ὡμολογοῦντες καὶ υἱόν καὶ Πνεῦμα ἅγιον, οὐ καθ' ὃ Πατήρ ἡ υἱὸς ἡ Πνεῦμα ἅγιον ἐν ἐστὶ καταγγέλλομεν (ταῦτα γὰρ διάφορα), ἀλλ' ἡ μία θεότης τε καὶ ἐξουσία, καὶ εἷς Θεὸς θεωρεῖται, καὶ τρεῖς ταῖς ὑποστάσεσι πιστεύεται.

19. Καὶ ἄλλως ἐστὶ δεῖξαι, ὅτι οὐ τρεῖς θεοὺς εἰσάγομεν ἐπὶ τῇ μιᾷ θεότητι, καὶ τρεῖς ὑποστάσεις ὡμολογοῦμεν· εἰ οὖν ὁ Πατήρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀκριδῶς παρ' ἡμῖν δέδεικται ὅτι τῆς μιᾶς καὶ ἀκτίστου καὶ ἀγενήτου θεότητος συναϊδίως ἔχουσι, καὶ μία φύσις τῶν τριῶν κατηγορεῖται, καὶ οὐχ ἑτέρα καὶ ἑτέρα, φανερόν ὅτι τρεῖς ὑποστάσεις λέγοντες, οὐ συνεισάγομεν καὶ τρεῖς θεοὺς· εἰ γὰρ τις ἡμῖν τοῦτο καταφημίζει, οὐδὲν ἄλλο αὐτὸν ἐστὶ λέγειν, ἀλλ' ἡ κατὰ ταυτῶν ἐν τε καὶ πολλὰ εἶναι, καὶ τὴν ἀντίφασιν συναληθεύειν, καὶ τὰ ἐλάττονα τῶν ἐπιπλέον κατηγορεῖσθαι καὶ ἐξισάζειν, ὅπερ οὐδὲ ταῖς λογικαῖς μεθόδοις, οὐδὲ τῇ ἀληθείᾳ σύμφωνον· καὶ ὅπως ἡμῖν σαφὲς γένηται τὸ λεγόμενον, ὡς ἐν ὑποδείγματός τρόπῳ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν λαβόντες, καὶ ἐφ' ὧν ταύτη κατηγορεῖται, δῆλον ὑμῖν τὸ λεγόμενον παραστήσω· Ἔστω ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ὡς ἐν ὑποθέσει τριῶν ὑποστάσεων μόνων κατηγορουμένη, οἷον Πέτρου, φημί, καὶ Παύλου καὶ Θωμᾶ· αὕτη οὖν ἡ φύσις ὅλη ὡς ὅλη ἀμερίστως, ἐπὶ Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Θωμᾶ κατηγορεῖται· καὶ γὰρ ἕκαστος [cod. ἕκαστον] τούτων, ζῶον λογικὸν θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν ἐστὶ· φανερόν ὅτι καὶ τὰ μετέχοντα, καθ' ὃ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς φύσεως μετέχουσιν, ἐν τε καὶ ταυτά εἰσι· καθ' ὃ δὲ διάφορα ταῖς ὑποστάσεσι, καὶ τὸν τρεῖς ἀριθμὸν ἐκλήρωσαντο. Εἰ οὖν τις τὴν ἀνθρώπος φωνήν, ἥτις ἐστὶ φύσεως δηλωτικὴ ἐπὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, μίαν οὔσαν καὶ τὴν αὐτὴν καὶ ἀμερίστως αὐτῶν κατηγορουμένην, εἶτα καὶ ὡς τριῶν συναριθμουμένην, καὶ ταύτην τὴν ἀνθρώπος φωνήν ἐξ ἀνάγκης ταῖς ὑποστάσεσι συναριθμήσει, τρεῖς ἀνθρώπους φάσκων, οὐδὲν ἄλλο λέγει, ἀλλ' ἡ τρεῖς φύσεις ἐν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι θεωρεῖσθαι· ἡ γὰρ ἀνθρώπος φωνὴ φύσεως ἐστὶ δηλωτικὴ· εἰ δὲ τοῦτο,

et Filium et Spiritum sanctum, secundum unicam divinitatem, potestatem ac dominationem, idem unumque esse; siquidem unam eandemque deitatem æque tenent. Si ergo Deus Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, quatenus eandem deitatem ac potestatem æque habent, unum quid sunt et creduntur; in confesso autem est omnem numerum demonstrare subjectarum rerum quantitatem, non autem rerum naturam, et harum quidem non quatenus earumdem, sed quatenus potius diversarum; et si omnis connumeratio, id est, in unum numerum contractio, diversitatum, quatenus diversæ sunt, compositio est; constat prorsus, quod cum Patrem seorsum dicimus, itemque Filium et Spiritum sanctum, tres deos non inducimus quasi numerando naturam. Secus, numerus et connumeratio naturam afficeret, non autem subjectarum rerum quantitatem; et quidem eas tanquam easdem, non diversas prout diversæ sunt; quod non conceditur. Itaque cum Patrem confitemur et Filium et Spiritum sanctum, non quasi Pater et Filius et Spiritus sanctus unum quid sint pronuntiamus; hi enim diversi sunt, sed quatenus una deitas, una potestas, et unus Deus consideratur, quanquam tres personæ creduntur.

19. Adhuc aliter rem demonstrare possumus, nequaquam tres Deos a nobis induci in una divinitate, etiamsi personas tres confitemur. Si ergo Pater et Filius et Spiritus sanctus, prout accurate nos demonstravimus, unam nec creatam nec factam divinitatem perpetuo simul habent, unaque natura trium prædicatur, non alia et alia, patet quod, dum tres personas dicimus, haud tres deos inducimus. Quod si quis nobis imputet, idem facit dicenti, aliquid secundum idem, et unum esse et plura, et contradictioni inesse veritatem, et minora majoribus exæquari pariterque appellari: quod neque logicis regulis neque veritati consonat. Atque ut nobis dicta res clarior fiat, humanam naturam ad exemplum sumens, secundum ejusdem prædicamenta, perspicuam vobis faciam orationem meam. Esto humana natura tanquam in subjecto trium tantum personarum prædicata, veluti Petri, Pauli, ac Thomæ. Hæc igitur natura tota prout est indivisa in Petro, Paulo ac Thoma, denominatur: nam horum unusquisque, animal est rationale, mortale, mentis scientiæque capax. Constat hos participes, quatenus unam eandemque naturam participant, unum quid idemque esse: quatenus autem diversi sunt personis, ternarium numerum habere. Si quis ergo vocabulum homo quod naturam denotat, quodque unum idemque et indivise de tribus prædicatur; deinde tanquam tribus jam simul connumeratis, idem hoc vocabulum homo necessario cum personis connumeret, tres dicens homines; nihil aliud dicit, nisi tres naturas in personis tribus spectari: namque hominis vocabulum naturam denotat. Quod si verum est, utique idem secundum idem comperietur, id est humanam naturam, et unum quid esse et contra: et quod contradictio est, verum evadet; quod est absurdum.

Neque hoc solum, sed et minora id est, personæ, majorum, id est, naturarum prædicamentum sortientur, eisque æquabuntur; quæ res ita declaratur.

τῶν ἐπιπλέον, τουτέστι τῶν φύσεων συμβαίνει κατηγορεῖσθαι καὶ ἐξισάζειν· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο δῆλον ὧδε·

20. Humana natura in tribus personis prædicata, haud vicissim ex his prædicatur, neque convertitur, propterea quod plus est quam unaquæque persona. Nam si quid est Petrus, hoc et homo; non tamen si quid homo, hoc et Petrus. Namque in prædicatis, illa invicem convertuntur quæ sunt æqualia, veluti homo et risibile; nam si quid est homo, hoc et risibile; et si quid est risibile, hoc et homo. Quæ autem excedunt, ea invicem non convertuntur, propter excessum. Veluti si quid homo, hoc et animal; non si quid animal, hoc et homo. Si ergo, cum humana natura plus sit singulis tribus personis, prædicetur autem ternarius numerus trium personarum, non absolute, sed secundum talem subjectorum quantitatem; idem autem numerus, quem et numerabilem dicimus, cum qui numeratur magis quam numerat, prædicetur etiam de vocabulo homo adæque ac numerus personarum; sic, inquam, comperietur unaquæque persona uni naturæ æquata, et vicissim prædicata. Nam tres et tres numerati, non sunt plures, sed pares. Nam et si duo quædam sint, alterum autem de uno prædicetur, veluti risibile de homine; demonstretur autem alterum esse par, necessario accidit ut prædicamentum invicem fiat, et homo prædicetur pro risibili. Quamobrem constat, quod si quis connumeraverit personis naturæ ipsarum nomen, faciet ut minora prædicentur de majoribus et exæquentur; quod abhorret a logicis regulis et a veritate, ut diximus.

21. Pari modo quod attinet ad divinam naturam, hoc exemplo viam nobis demonstrante, veritatem nanciscemur, erroremque depellemus. Nobis enim tres in divina natura personas consistentibus, necesse non est tres quoque deos invehere, propter illas quas jam diximus absurditates. Quamobrem nobis manifestum apparet, quod tres personas, secundum suas proprietates, in una divina natura consistentes, nequaquam tres deos invehimus, sed unum Deum; quandoquidem una deitas est, atque ad unum illa, quæ inde sunt, referuntur. Nomina enim Patris ac Filii, haud naturam significant, sed relationem, nempe quomodo se habeat ad Filium Pater, et ad Patrem Filius. Sicut enim apud nos hæc appellationes legitimam genituram significant, ita illic genitum cum genitore homogeneous demonstrant. Similiter et Spiritus nequaquam naturam significat, ut et cætera: etenim relationis inter has personas differentia, differentem quoque illarum appellationem effecit. Idecirco cum ad deitatem respicimus, primamque causam, et monarchiam, unum quid

εὐρεθήσεται τὸ αὐτὸ κατὰ ταυτὸ, τουτέστιν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐν τε καὶ οὐχ ἐν· καὶ ἡ ἀντίφρασις συναληθεύσει, ὅπερ ἄτοπον· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλ' ἢ καὶ τὰ ἐλάττονα, τουτέστι τὰς ὑποστάσεις

κ'. Ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐπὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων κατηγορουμένη, οὔτε ἀντικατηγορεῖται ἐκ τούτων, οὔτε ἀντιστρέφει διὰ τὸ ἐπιπλέον εἶναι ἐκάστης ὑποστάσεως· καὶ γὰρ εἴ τι Πέτρος, τοῦτο καὶ ἄνθρωπος, οὐκ εἴ τι δὲ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ Πέτρος· τῶν γὰρ κατηγορουμένων, τὰ μὲν ἐξισάζοντά εἰσιν, ἀ καὶ ἀντιστρέφουσιν, ὡς ὁ τε ἄνθρωπος καὶ τὸ γελαστικόν· εἴ τι γὰρ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ γελαστικόν· καὶ εἴ τι γελαστικόν, τοῦτο καὶ ἄνθρωπος· τὰ δὲ ἐπιπλέον, ἀ καὶ οὐκ ἀντικατηγορεῖται διὰ τὸ ἐπιπλέον· ὡς εἴ τι ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ ζῷον· οὐκ εἴ τι ζῷον, τοῦτο καὶ ἄνθρωπος. Εἰ οὖν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπιπλέον οὐσῆς μιᾶς ἐκάστης τῶν τριῶν ὑποστάσεων, κατηγορεῖται δὲ ὁ τρεῖς ἀριθμὸς τῶν τριῶν ὑποστάσεων, οὐκ ἀπολελυμένως, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοιῶσδε ποσότητα τῶν ὑποκειμένων· τὸν δὲ αὐτὸν ἀριθμὸν, ὃν καὶ ἀριθμητὸν λέγομεν, ὃς καὶ ἀριθμεῖται μᾶλλον ἢ περ ἀριθμεῖ, κατηγορήσεται καὶ τῆς ἀνθρώπου φωνῆς ἐξ ἰσοῦ τῶ ἀριθμῶ τῶν ὑποστάσεων, εὐρεθήσεται ἐκάστη ὑπόστασις ἐξ ἰσοῦ τῆ μιᾶ φύσει καὶ ἀντικατηγορουμένη· τὸ γὰρ τρεῖς καὶ τρεῖς ἀριθμούμενον, οὐκ ἐπιπλέον ἔστιν, ἀλλ' ἐξ ἰσοῦ· καὶ γὰρ ἐὰν δύο τινὰ ᾧσι, θάτερον δὲ κατηγορεῖται τοῦ ἑνός, ὡς τὸ γελαστικόν τοῦ ἀνθρώπου· δειχθῆ δὲ καὶ θάτερον ἐξισάζον, συμβαίνει ἐξ ἀνάγκης τὴν κατηγορίαν ἀντιστρέφειν, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀντικατηγορεῖσθαι τοῦ γελαστικοῦ· ὥστε φανερὸν ὅτι εἴ τις συναριθμεῖ ταῖς ὑποστάσεις τὸ τῆς φύσεως αὐτῶν ὄνομα, συνάγει τὰ ἐλάττονα τῶν ἐπιπλέον κατηγορεῖσθαι καὶ ἐξισάζειν· ὅπερ ἀσύμφωνόν ἐστι ταῖς λογικαῖς μεθόδοις καὶ τῆ ἀληθείᾳ, ὡς ἔφαμεν.

κα'. Τὸ αὐτὸ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως, ὡς ἐκ τούτου τοῦ παραδείγματος ποδηγούμενοι τὸ ἀληθὲς λάθωμεν καὶ τὸ ψεῦδος ἀποκρουσώμεθα· καὶ γὰρ ἡμῶν τριῶν ὑποστάσεων ὁμολογούντων ἐπὶ τῆς θείας φύσεως, οὐκ ἀνάγκη καὶ τρεῖς ἡμᾶς θεοὺς εἰσάγειν διὰ τὰ προδεδειγμένα ἄτοπα· ὥστε δῆλον ἡμῖν ἀνέφηκεν, ὅτι τρεῖς ὑποστάσεις κατὰ τὰς ιδιότητας ἐπὶ τῆς μιᾶς καὶ θεϊκῆς φύσεως ὁμολογούντες, οὐκ εἰσάγομεν καὶ τρεῖς θεοὺς, ἀλλ' ἓνα Θεόν, ὅτι μία θεότης, καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐξ αὐτοῦ τὴν ἀναφορὰν ἔχει· τὸ γὰρ Πατὴρ καὶ Υἱὸς ὄνομα, οὐ φύσιν ὑποσημαίνουσιν, ἀλλὰ σχέσεώς τε καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ἢ ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα· ὡς γὰρ ἐφ' ἡμῶν αὐταὶ αἱ κλήσεις τὸ γνήσιον σημαίνουσιν, οὕτως ἐκεῖ τὴν τοῦ γεγεννημένου πρὸς τὸ γεγεννηκὸς ὁμοφυῆσαν σημαίνουσιν· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα οὐ φύσιν σημαίνει, ὡς περ καὶ τὰ λοιπά· τὸ γὰρ διάφορον τῆς πρὸς ἀλλήλα τούτων σχέσεως, διάφορον αὐτῶν καὶ τὴν κλήσιν πεποίηκε· διὸ ὅτι ἂν πρὸς τὴν θεότητα βλέπωμεν καὶ τὴν πρώτην αἰτίαν καὶ μοναρχίαν, ἐν ἡμῖν τὸ φανταζόμενον· ὅτι ἂν δὲ

πρὸς τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης τὰ ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἀχρόνως καὶ ὑμοδόξως ἐκλάμπαντα, τρία τὰ προσκυνοῦμενα· καὶ ταῦτά ἐστι, ὁ Πατήρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰς ἃ πιστεύομεν καὶ βαπτίσαμεθα, καὶ οἷς λατρεύομεν.

κβ'. Εἰ δὲ ἀναιδέστερον πρὸς τὰ λεχθέντα οἱ ἐκ τῆς Ἄγαρ διατεθεῖεν λέγοντες· Εἰ καὶ κυρίως τὸ τῆς φύσεως ὄνομα οὐ συναριθμεῖται, ἀλλ' οὖν καταχρηστικῶς παρὰ τῆ συνηθεία εὔρηται λεγόμενον, καθ' ὃ λέγομεν τρεῖς ἀνθρώπους καὶ τρεῖς ἵππους· οὐκοῦν καὶ καθ' ὑμᾶς λεγέσθω εἶναι ἡ παρ' ὑμῶν Τριάς σεβομένη καταχρηστικῶς λόγῳ τρεῖς θεοὶ ὡς τρεῖς ἄνθρωποι, ἢ ἄλλο τι συναριθμούμενον, φημὲν ἡμεῖς πρὸς αὐτούς· ὅτι τὸ τῆς φύσεως ὄνομα, τότε ταῖς οἰκείαις ὑποστάσεσι συναριθμεῖται καταχρηστικῶς, ἥνικα αἱ ὑποστάσεις τὴν εἰς ἄλληλα περιχώρησιν (6) οὐκ ἔχουσι, ἀλλὰ πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων διακεχωρήκασιν, μετὰ καὶ τοῦ ἔχειν διάφορον τὸ θέλημα καὶ ἐνέργειαν καὶ βούλησιν, καὶ πλεῖστην τὴν διαφορὰν κεκτήσθαι, ἤττονα δὲ τὴν κοινωνίαν· οἷς δὲ γνώμη μία, καὶ βούλητις ἀδιαίρετος, καὶ φύσεως ταυτότης, καὶ μία ἐξουσία, καὶ θέλησις, καὶ ἐνέργεια, καὶ πάντα κοινά, πλὴν μιᾶς μόνης τῆς τῶν ὑποστατικῶν ἰδιοτήτων διαφορᾶς, ἃ καὶ τὸ ἀνεκφοίτητον πρὸς ἑαυτὰς, καὶ ἡ εἰς ἄλληλα περιχώρησις, οὐδαμῶς εἴρηται τὸ τῆς φύσεως αὐτῶν ὄνομα συναριθμούμενον, οὔτε κυρίως, οὔτε καταχρηστικῶς· διὰ τοῦτο, καὶ τὸν Πατέρα ὁμολογοῦμεν Θεὸν καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα ὡσαύτως, οὐκ εἰσάγομεν καὶ τρεῖς θεοὺς· οὔτε μὲν ἀπαιτούμεθα οὔτε κυρίως οὔτε καταχρηστικῶς συναριθμεῖν· ἐπειδὴ ἡ εἰς ἄλληλα περιχώρησις πρόσεστι, καὶ τὸ ἀνεκφοίτητον καὶ τὸ ἀδιάστατον καὶ γνώμη μία καὶ βούλησις καὶ ἐνέργεια καὶ τὰ ἄλλα ἅπερ ἔραμεν. Εἰ δὲ πάλιν ἀνθυποφέροιν λέγοντες, ὅτι τὸ Θεὸς ὄνομα οὐ τῆς φύσεως τῆς θείας ἐστὶ δηλωτικόν, ἀλλ' ἐνεργείας (7), τὰ δὲ τῶν ἐνεργειῶν ὀνόματα συναριθμοῦνται, ὅσον λέγομεν τρεῖς ῥήτορας καὶ τρεῖς φιλοσόφους ἢ τρεῖς τέκτονας, λέγομεν καὶ πρὸς ταῦτα, ὅτι τότε τὰ τῶν ἐνεργειῶν ὀνόματα συναριθμεῖται, ἐν οἷς γνώμης παραλλαγή παρεισδύεται, καὶ βουλήσεως ἑτερότης πάρεστι, καὶ ἀπορία καλοῦσα πρὸς τὴν χρείαν, καὶ ἐνέργεια οὐ μία, ἀλλὰ διάφορος καὶ ἀποτετμημένη· οἷς δὲ μία ἐνέργεια φυσικὴ ἀδιαίρετος πάρεστιν, οὐδαμῶς τὰ τῶν ἐνεργειῶν ὀνόματα συναριθμεῖται. Ἐπεὶ οὖν ἡ ὑπερούσιος Τριάς, ἡ γοῦν ὁ Πατήρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ παρὰ τῶν Χριστιανῶν εὐσεβῶς καὶ ὀρθοτόμως πιστευομένη καὶ λατρευομένη, μιᾶς ἐνεργείας ἀδιαστάτου ἐστίν, φανερὸν ἔρα καὶ τὸ Θεὸς ὄνομα ἐνεργείας ἐστὶ δηλωτικόν, χῶραν τὸ συναριθμεῖσθαι κατὰ τοῦτο οὐχ ἔξει· ὅθεν πάσης διαβολῆς καὶ κατηγορίας ἡ καθ' ἡμᾶς πίστις ἀνωτέρα, ὡς καὶ δέδεικται.

κγ'. Ἐνεστί δὲ καὶ ἄλλως ἡμῖν δι' ἐπιστημονικῆς καὶ ἀφύκτου διαιρέσεως τὰ περὶ τῆς ὁμοουσίου καὶ

A imaginamur. Cum vero ad ea in quibus deitas consistit, ea tunc spectamus quæ ex prima causa intemporaliter et cum honoris paritate explendescunt, tria adoranda, quæ sunt Pater et Filius et Spiritus sanctus, in quæ credimus et baptizati fuimus, et quæ latreutico cultu prosequimur.

22. Age vero, si forte impudentius adversus hactenus dicta Agareni consurgant dicentes : Quod etiamsi proprie naturæ vocabulum non connumeratur, attamen abusive secundum consuetudinem sic dici comperitur ; veluti dicimus tres homines, et tres equos : quamobrem etiam apud vos dicatur esse culta illa a vobis Trinitas abusive sermone tres dii, æque ac tres homines, aut aliud quidvis connumeratum : nos ita iis respondemus : nempe quod naturæ vocabulum tunc cum propriis personis abusive connumeratur, cum personæ non habent invicem circuminsessionem, sed plurimum invicem distant ; præter quam quod voluntate differunt et operatione et deliberatione, permultamque aliam differentiam præ se ferunt, minime vero communionem. Verumtamen illorum, quorum una inseparabilisque est deliberatio, natura eadem, una potestas, voluntas, atque operatio, cunctaque communis, sola excepta personalium proprietatum differentia, quorum item impossibilis separatio, et quæ invicem circuminsident ; horum, inquam, naturæ vocabulum nunquam invenietur connumeratum, neque proprie neque abusive. Quamobrem etiamsi Patrem confitemur Deum, pariterque Filium et Spiritum sanctum, tres deos non invehimus, neque cogimur sive proprie sive abusive connumerare ; quandoquidem invicem circuminsessio adest, nec non inseparabilitas et indivisibilitas, sententia una et deliberatio atque operatio, et alia quæ diximus. Quod si rursus adversentur dicentes, Dei vocabulum naturæ divinæ significativum non esse, sed operationis ; operationum autem vocabula connumerari solere, veluti dicimus tres rhetores, et tres philosophos, vel tres architectos ; nos his ita occurrimus : tunc videlicet operationum vocabula connumerari, cum sententiæ immutatio subit, et deliberationis diversitas adest, et perplexitas de rei gestione, nec una operatio, sed diversa et abrupta. In illis autem, quorum una operatio physica indivisa est, nequam operationum vocabula connumerantur. Quia igitur supersubstantialis Trinitas, id est Pater et Filius et Spiritus sanctus, quæ a Christianis religiose et recte creditur atque adoratur, unam habet inseparabilem operationem, constat profecto, etiamsi Dei vocabulum operationis significativum sit, haud tamen hac in re fore obnoxium connumerationi. Quamobrem calumnia omni et criminatione excelsior est fides nostra, uti demonstratum fuit.

23. Possumus nos et aliter doctrinali invictaque distinctione, de consubstantiali et sancta Trinitate,

(6) De theologico vocabulo περιχώρησις copiose Petavius *De Trin.* lib. IV, 16. Utitur etiam Nice-

phorus a nobis editus in *Antirr.* i, 43, 47.

(7) *Supra* col. 675.

tanquam brevi dictato, demonstrationes sic proferre : **A** Deus, siquidem est verus Deus et creditur, vel unum quid est natura atque persona; vel unum utique natura, sed plura quod attinet ad personas : vel vice versa, persona quidem est unum, natura autem plura : vel denique natura atque persona plura. Sed inde statim emergit absurditas : nempe quod hac ratione se habet, polyarchicum est ; polyarchicum autem, seditiosum ; denique seditiosum, anarchicum est et inordinatum : at inordinatum, initium est dissolutionis ; quod si ita est, corruptibile quoque est et periturum. Jam si forte sit persona unum, natura autem plura, hoc quoque absurdum : nam quod est ejusmodi, id compositum est. Omne enim quod ex diversis naturis unum quid constituit, in rerum compositarum sorte ponitur. Porro compositum, solubile est ; solutionem autem subsequitur corruptio ; corruptionem excipit annihilatio. Conficitur ergo ut Deus corruptibilis sit, et in nihilum deciduus ; quæ summa absurditas est. Si igitur plura esse tum natura tum persona, falsum convincitur ; pariterque unum esse persona, plura autem natura, superest ut duarum propositionum altera vera sit. Si ergo unum quidem esse natura, plura autem persona, sermo noster verum firmumque ostendet ; constat reliqua falsa argui, atque hoc vere dici. Quod unum sit natura, personis autem plura, hinc fit exploratum. Natura vel commune quid est, vel proprium : at si proprium, singillatim est ; quod si singillatim, atomus quædam est : quod si ita se habet, vel una atomo extincta, necesse est naturam quoque simul exstingui. Nam si eorum, quæ sunt eadem, alterutrum perimatur, necesse est alterum quoque una perimi. Sic ergo moriente Moyse, contigisset humanam naturam mori. Atqui moriente Moyse, non fuit imminuta natura. Non est ergo singularis natura. Quod si singularis non est natura, ne propria quidem est, quia proprium tale est.

24. Et aliter. Si natura res propria est, oportet eam de uno tantummodo prædicari : atqui de pluribus prædicatur, veluti animal rationale mortale, de Petro, de Paulo, de Thoma, et de hominibus singulis : non est ergo propria res : quod si non propria, ergo communis. Item aliter. Si ergo natura res propria est ; et persona pariter proprium quid est ; habet autem natura personas, de quibus pronuntiatur ; comperietur utique rei propriæ esse quid proprium ; quod reapse inveniri nequit. Non est ergo quid proprium ; quod si nequaquam proprium, commune est. Adhuc aliter. Si igitur commune quid est et universale, quod de pluribus prædicatur ; natura autem ita se habet ; sequitur ut natura commune aliquid sit et universale. Quia ergo supersubstantialis et increata, et non facta substantia est divina natura, apparet ipsam quoque esse commune aliquid et universale ; quoniam jam ostendimus naturam esse commune aliquid et

A ἀγίας Τριάδος, ὡς ἐν βραχείᾳ ἀπηχῆσαι, τὰς ἀποδείξεις καὶ ὧδε παριστᾶν· Ὁ Θεὸς, εἴπερ ἐστὶ Θεὸς ἀληθινὸς καὶ πιστεύεται, ἦτοι εἷς ἐστὶ τῆ φύσει καὶ τῆ ὑποστάσει· ἢ εἷς μὲν τῆ φύσει, πολλὰ δὲ ταῖς ὑποστάσεσιν· ἢ τὸ ἀνάπαλιν, τῆ μὲν ὑποστάσει ἓν, τῆ δὲ φύσει πολλὰ, ἢ καὶ τῆ φύσει καὶ τῆ ὑποστάσει πολλὰ· ἀλλ' εἰ μὲν τῆ φύσει καὶ τῆ ὑποστάσει πολλὰ, πρόδηλον τὸ ἀτοπον· τὸ μὲν γὰρ οὕτως εἶναι, πολυάρχον ἐστὶ· τὸ δὲ πολυάρχον, στασιῶδες· τὸ δὲ στασιῶδες, ἀναρχόν ἐστὶ καὶ ἀτακτον· τὸ δὲ ἀτακτον, ἀρχὴ λύσεως· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ φθειρόμενον καὶ ἀπολλύμενον· εἰ δ' αὖ τῆ ὑποστάσει ἓν, τῆ δὲ φύσει πολλὰ, καὶ οὕτως ἀτοπον· καὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον, ἀναγκαιῶς σύνθετόν ἐστι· καὶ γὰρ ἅπαν τὸ ἐκ διαφόρων φύσεων ἓν τι καθιστάμενον, ἐν τῆ τῶν συνθέτων μοίρᾳ τέτακται· τὸ δὲ σύνθετον, διαλυτόν ἐστι· τῆ δὲ διαλύσει ἔπεται φθορά· φθορᾶ δὲ τὸ μὴ ὄν· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ Θεὸς φθαρτός ἐστὶ καὶ μὴ ὄν [cod. 2 manu ὄν], ὅπερ ἀτοπώτατον. Εἰ οὖν τὸ πολλὰ τῆ φύσει καὶ τῆ ὑποστάσει ἐλήλεγκται, ὡσαύτως καὶ τὸ ἐν τῆ ὑποστάσει, πολλὰ δὲ τῆ φύσει, λείπεται τῶν δύο ὑποθέσεων τὴν ἑτέραν ἀληθῆ εἶναι. Εἰ οὖν τὸ ἐν μὲν τῆ φύσει, πολλὰ δὲ ὑποστάσει δείξει ὁ λόγος ἀληθές τε καὶ βέβαιον, φανερόν ἐστι καὶ τὸ λοιπὸν συναπελήλεγκται· καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθές, τὸ ἐν μὲν τῆ φύσει, ταῖς δὲ ὑποστάσει πολλὰ, ἐντεῦθεν δῆλον· Ἡ φύσις ἦτοι κοινόν τι χρῆμά ἐστιν, ἢ ἴδιον· ἀλλ' εἰ μὲν ἴδιον, καθ' ἕκαστά ἐστιν· εἰ δὲ καθ' ἕκαστα, καὶ ἀτομον· συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ φύσις ἀτομόν ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἑνὸς ἀτόμου ἀναιρεθέντος, ἀνάγκη καὶ τὴν φύσιν συναναιρεῖσθαι· τῶν γὰρ ταυτῶν ἕν ἑτέρον ἀναιρεθῆ, ἀνάγκη καὶ ἑτέρον συναναιρεῖσθαι· οὐκοῦν Μωϋσεὺς ἀναιρεθέντος, συμβαίνει τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀναιρεῖσθαι· ἀλλὰ μὴν Μωϋσεὺς ἀναιρεθέντος, ἡ φύσις ἀμειωτός ἐστιν· οὐκ ἄρα τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν ἡ φύσις· εἰ δὲ μὴ τῶν καθέκαστα, οὐδὲ ἴδιον, διὰ τὸ ἴδιον τοιοῦτον εἶναι.

C **κδ'** Καὶ ἄλλως· Εἰ οὖν ἡ φύσις ἴδιόν ἐστι χρῆμα, ἀνάγκη καθ' ἑνὸς μόνου κατηγορεῖσθαι· ἀλλὰ μὴν κατὰ πλειόνων κατηγορεῖται, ὡς τὸ ζῶον λογικόν θνητόν, κατὰ Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Θωμᾶ καὶ τοῦ καθ' ἕκαστον ἀνθρώπου· οὐκ ἄρα ἴδιόν τι χρῆμά ἐστιν· εἰ δὲ μὴ ἴδιον, κοινόν ἐστιν. Καὶ ἄλλως· Εἰ οὖν φύσις χρῆμα ἴδιόν ἐστιν, ἐστὶ δὲ καὶ ἡ ὑπόστασις ἴδιόν τι χρῆμα, ἔχει δὲ ἡ φύσις ὑποστάσεις, καθ' ὧν λέγεται, εὑρεθήσεται ἄρα τοῦ ἴδιου χρήματος ἴδιόν τι εἶναι, ὅπερ οὐχ εὔρηται· οὐκ ἄρα ἴδιόν ἐστιν· εἰ δὲ μὴ ἴδιόν ἐστιν, κοινόν ἐστιν. Καὶ ἄλλως· Εἰ οὖν κοινόν ἐστὶ καὶ καθολικόν τι χρῆμα τὸ κατὰ πλειόνων κατηγορεῖσθαι, ἡ δὲ φύσις τοῦτο ἔχει, ἡ φύσις ἄρα κοινόν τι καὶ καθολικόν ἐστὶ πρᾶγμα. Ἐπεὶ οὖν ἡ ὑπερούσιος καὶ ἀκτιστος καὶ ἀγέννητος οὐσία φύσις τις θεία ἐστὶν, δῆλον ὅτι καὶ αὐτὴ κοινόν τι καὶ καθολικόν ἐστὶ πρᾶγμα, διὰ τὸ δεδειχθαι τὴν φύσιν κοινόν τι καὶ καθολικόν εἶναι πρᾶγμα. Εἰ οὖν ἡ θεία καὶ μακαρία φύσις κοινόν τι καὶ καθολικόν

ἔστι πρᾶγμα, ὡς καὶ αὐτὴ φύσις τις οὐσα, τὴ δὲ κοινόν τι χρῆμα, οὐχ ἑνός ἐστι κοινόν, ὡσπερ ἡ τοῦ ἀγγέλου καὶ ἀνθρώπου φύσις, οὐχ ἑνός ἐστὶν ἀλλὰ πλειόνων· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ καθολικὸν πρᾶγμα τὸ κατὰ πλειόνων λεγόμενον, ὡς αἱ λογικαὶ διαγορευούσαι μέθοδοι, φανερόν ἄρα ὅτι καὶ θεία φύσις πλειόνων ἐστὶν· εἴπερ κοινόν τι καὶ καθολικὸν πρᾶγμα ἐστὶ· τοῦτο γὰρ ὡμολόγηται.

κε'. Εἰ οὖν ἡ θεία φύσις πλειόνων ἐστὶν, ὡς κοινόν τι καὶ καθολικὸν πρᾶγμα, ἐκάστη δὲ φύσις κοινὴ τε καὶ καθολικὴ οὐσα, οὐχ ἄλλου τινός ἐστι κοινὴ, ἀλλ' ἡ τῶν ἐν οἷς θεωρεῖται καὶ ὧν κατηγορεῖται, ταῦτα δὲ ἂν εἴεν αἱ οἰκτεῖαι ὑποστάσεις, συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ θεία φύσις κοινὴ οὐσα, πλειόνων ὑποστάσεων κατηγορεῖται, καὶ ἐν πλείοσι θεωρεῖται· ὅπερ ἐστὶν ἀληθινόν, καὶ ταῖς Γραφικαῖς ἐννοιαῖς συνᾶδον. Εἰ οὖν ἐν μὲν τῇ φύσει, πολλὰ δὲ ταῖς ιδιότησιν, ἦτ' οὖν ταῖς ὑποστάσεσιν, ὁ λόγος ἔδειξεν ἀληθές, φανερόν ἄρα ὅτι τὸ ἐν μὲν τῇ φύσει καὶ τῇ ὑποστάσει ἀπελήληχται· εἰ δὲ ἡ θεία καὶ μακαρία φύσις τῇ φύσει ἐν, πολλὰ δὲ ταῖς ὑποστάσεσιν ἐν αἷς θεωρεῖται ὡς κοινόν τι καὶ καθολικὸν πρᾶγμα οὐσα, ὑπεραναβέβηκε δὲ πάσης κτιστῆς φύσεως, καὶ μᾶλλον τῷ ἐνὶ χαρακτηριζομένη, ἢ περ ἐν τοῖς πλείοσιν· καὶ γὰρ βραχεῖά πως καὶ ἀμυδρὰ ἐν τῷ Θεῷ διαφορά· ἐν δὲ καὶ ταυτότης, κατὰ πάντα ἀπαραλλάκτως, πλὴν τοῦ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ καὶ τοῦ ἐκπορευτοῦ· ἐν δὲ τοῖς κτίσμασιν ἀνάπαλιν πολλὴ μὲν ἑτερότης, ταυτότης δὲ ὀλίγη· φανερόν ὅτι καὶ αἱ πλείονες ὑποστάσεις ἐν αἷς ἡ μία καὶ ἀπαραλλάκτος φύσις θεωρεῖται, οὐκ εἰσὶν ἄπειρον πλήθος· οὐ γὰρ ἐστὶ συμφυῆς τῷ ἐνὶ τῷ ἄπειρον, ἀλλ' ἀλλότριον· οὐδ' ἀπλῶς ἐξαπλούμεναι ἐπέκεινα τοῦ τρεῖς ἀριθμοῦ· τοῦ γὰρ πλήθους καθ' αὐτὴ τοῦ ἑνός ἀφεστηκός, δῆλον ὅτι τὸ ἄπειρον πλήθος παντελῶς ἀλλότριον καὶ ἀπεικός ἐκείνου· καὶ γὰρ εἰ ἀρχὴ πλήθους ἦν, ἔδει τὸ τῆς αὐτῆς ἀμέσως μετέχον μᾶλλον εἶναι πλήθος τοῦ πορρωτέρου· ἐπεὶ δὲ τὸ ἐν τῆς θείας φύσεως ἐστὶν ἀρχὴ, ἀνάγκη τὸ ἐκεῖνον συναφές τῶν θείων ὑποστάσεων πλήθος, ἐλάχιστον παντελῶς καὶ πορρωτέρω πλήθος· τοῦτο δὲ ἐστὶν ἡ τριάς· οὔτε γὰρ ἡ δυάς, διὰ τὸ μὴ εἶναι (8)· οὔτε γὰρ ἄλλο τι, διὰ τὸ μὴ πρώτως φανερόν ἄρα ἐκ τούτων ὅτι ὁ Θεὸς τῇ μὲν φύσει εἰς ὧν, τρισὶ ταῖς ὑποστάσεσιν γινώσχεται τε καὶ καλῶς παρὰ τῶν ὀρθῶς φρονούντων Χριστιανῶν πιστεύεται τε καὶ δοξάζεται· καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐστὶν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἄγιον Πνεῦμα.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Κατὰ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ δοκούντων τῷ Μωάμετ.

κς'. Ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος ἐξ ἐπιστημονικῆς μεθόδου καὶ συλλογιστικῆς ἀποδείξεως, τὴν περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ὁμοουσιότητα καὶ ταυτότητα, καὶ τὴν μίαν θεότητα καὶ μοναρχίαν, ὅσον κατὰ τὸ δυνατόν τὰ ὑπὲρ λόγον καὶ ὄντα καὶ πιστευόμενα, καλῶς παρέστησε,

A universale. Itaque si divina beataque natura commune quid et universale est, quatenus et ipsa natura est; res autem communis, non uni est communis, sicut angeli hominisque natura, non est unius, sed plurium; æque ac universalis res de pluribus dicitur, ut logicæ regulæ tradunt; patet utique divinam quoque naturam plurium esse, quandoquidem communis universalisque res est. Hoc enim est in confesso.

25. Quoniam itaque divina natura plurium est, utpote quæ communis universalisque res est; unaquæque autem natura utpote communis et universalis, haud alii cuiquam communis est quam illis in quibus spectatur, id est, propriis personis; consequitur ut divina natura quæ communis est, de pluribus personis prædicetur, et in pluribus consideretur; quod reapse verum est, et divinis sententiis consonum. Igitur si quod est unum natura, proprietatibus, id est personis, plura esse sermo noster vere demonstravit, patet sane, id quod est unum natura, persona quoque coargui. Quod si divina beataque natura naturaliter unum quid est, plura autem secundum personas in quibus consideratur, ceu res quædam communis et universalis; transcendit autem quamlibet creatam naturam, et tamen unitate magis repræsentatur, quam plurali numero: etenim in Deo brevis quædam exilisque differentia est, sed unum et idem per omnia constanter, dempto ingenito et genito ac procedente; at vero in creaturis contra; diversum sæpe, idem raro; patet etiam plures personas, in quibus una invariabilisque natura spectatur, non esse infinitam multitudinem: non enim connaturalis est unitati innumerabilitas, sed aliena potius. Neque personæ ampliandæ sunt ultra ternarium numerum: nam cum multitudo per se abhorreat ab unitate, patet infinitam multitudinem prorsus ab illa alienam esse et abhorrentem. Nam si caput multitudo esset, oporteret illud quod proxime ei participat, magis esse pluralium, quam quod remotius. Quia vero unitas caput est divinæ naturæ, necesse est id quod illi connecitur, divinarum nempe personarum numerum, minimum prorsus esse et a multitudine remotissimum. Talis porro trinitas est.

D Nam neque duo esse poterant, quia non fuisset pluralis numerus: neque aliud quidvis, quia non esset primitus. Ex his igitur apparet Deum natura quidem unum, in tribus personis agnosci, recteque ab orthodoxis Christianis credi et glorificari. Atque hic Deus nobis est Pater et Filius et Spiritus sanctus.

CONFUTATIO PRIMA.

Adversus sententias primi capituli Mohamedis.

26. Postquam sermo noster doctrinali methodo, nec non syllogistica demonstratione, sanctæ Trinitatis consubstantialitatem et paritatem, unamque divinitatem et monarchiam (quantum fieri potest in iis quæ supra rationem sunt et esse creduntur)

(8) Græci pluralem a duali numero distinctum volunt.

recte exposuit, nostrumque dogma comprobavit; tempus jam est ut nefandissimus et mendax ab Arabe Mohamede falsidico calamo scriptus liber, utrum veritatis rectæque doctrinæ aliquid habeat, consideremus. Sic ergo tractatum exordiamur. Cum multifariam oppugnari possit inficetissimus Mohamedis liber; totus enim marcidus est et ruinosus, putris instar ædificii cariosa materie compacti, imperiteque constructi, nihilque firmum aut stabile habentis: ante omnia argumentum illud quod totum ædificii fundamentum continere videtur, proferramus; namque id cum sancti Spiritus ope subvertere meditamur. Sic enim se gerere solent etiam ii qui ejusmodi ædificia evertere volunt; nimirum iis quæ fulera videntur destructis, universam subito fabricam humi sternunt. Est autem prima adversus hoc putre ædificium machina, comparatio ejus cum divina Scriptura. Nam quia Mohamedes, omni genere doctrinæ omisso, imo in tergum rejecto, caput sui sermonis constituit in Dei quam sibi vindicat allocutione, nos quoque debemus omnium concessu divinitus dictatam Scripturam cum eo libro in primis conferre; ut accurato comparationis lumine deprehensa illius absurditate et incongruentia, reliqua omnia falsa et vana, ideoque palam vituperanda, despuantur.

δατον αὐτοῦ φωραθὲν, ὅλον λοιπὸν ψευδὲς τε καὶ μάταιον, καὶ διὰ τοῦτο ἐπίφογον ἀπελεγχθὲν καταπτύοιτο.

27. Inspiratæ divinitus Scripturæ unusquisque liber, seorsum et per se spectatus, quanquam ad unum religionis scopum tendit, qualem tamen peculiariter materiam contineat, demonstrat ex præposito sibi titulo, qui argumentum totum aperit: ita ut vel sola singulorum voluminum inscriptio profanum quemlibet, nedum initiatum, ad lectionem audiendam invitet. Veluti, exempli causa, Moysis quinque libri, id est, Genesis et reliqui, congruam titulo continentiam totam habent orationisque consecratiæ vim, et quæ suo argumento conveniunt, ut par est, narrant. Itaque Genesis, quæ sunt geneseos propria; Exodus, quæ in exodo sunt peracta; Deuteronomion denique, quæ lege iterum sancita fuerunt. Posteriores quoque libri proprie atque, ut ita dicam, naturæ suæ congruenter inscripti fuere. Similiter in Prophetis, in Sapientialibus, in Regum libris, si quæres, factum comperies; divino Spiritu duce in hoc quoque, ut arbitror, sinceritatem suam et sapientiam exhibente. Oportet enim mentis humanæ magistrum, ea quæ sanam sententiam efficiunt, antea sine vitio exhibere; ut postquam intellectualem sensum rectitudinis suæ homo gustaverit, tunc rerum quoque remotiorum certior fiat.

28. At enim deplorandus et ineptissimus Mohamedis Arabis libellus, præterquam quod blasphemis adversus Altissimum scateat, cum omni incondita

καὶ τὸ οἰκείον δόγμα κατεσκευάσας, καιρὸς ἦδη καὶ τὴν μουσαρωτάτην καὶ ψευδηγόρον παρά τοῦ Ἄραβος Μωάμετ πλαστογραφηθεῖσαν βίβλον, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἐμφερόμενα εἰ ἀληθείας τε καὶ εὐθυβολίας ἔχουσιν ἐπισκέψασθαι. Ἐρξομαι δὲ καὶ περὶ τούτων ὧδε. Τοιγαροῦν πολλὰς ἐπιβολὰς ἀνασκευῆς δεχομένου τοῦ ἀλογωτάτου βιβλίου τοῦ Μωάμετ (ὅλον γὰρ σαθρόν τε ἔστι, καὶ εὐκατάπτωτον, ὡσπερ οἰκία σαθρὰ ἐκ τῆς ὑλῆς εὐφθάρτου συντεθειμένη, ἀτεχνῶς δὲ οἰκοδομουμένη, καὶ μηδαμῶθεν τὸ βέβαιον καὶ στερεῖμιον ἔχουσα), τὴν τὸ ὅλον τοῦτο συνέχειν δοκοῦν βάθρον [cod. βάραθρον] ἀνασπῶσαν (9) πρότερον προσάγοιμεν ἀνασκευῆν, ἀνατρέπειν αὐτὸ σὺν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος βεβουλημένοι. τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων οἰκιῶν ποιῶσιν οἱ τὸ καθαίρειν αὐτὰς προαιρούμενοι, τὸ δοκοῦν ὑπερείδειν πρότερον ἀνελόντες, πᾶσαν αὐτὴν ἀθρόως εἰς γῆν καταστρέφουσιν. Ἔστι δὲ ἡ πρώτη κατὰ τῆς σαθρῆς ταύτης προσαγομένη οἰκοδομῆς μηχανή, ἡ πρὸς τὴν θείαν Γραφὴν σύγκρισις. ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς πᾶν εἶδος λόγου παραδραμῶν καὶ κατόπιν ἑαυτοῦ βίψας, τὴν κορυφὴν τῶν λόγων τὴν αὐτόλεκτον τοῦ Θεοῦ διελίαν αὐτῷ ἀπεγράψατο, ὑφειλομεν καὶ ἡμεῖς πρὸς τὴν ὁμολογουμένην παρὰ πάντων θεόλεκτον Γραφὴν, τὸ τοιοῦτον γράμμα πρότερον παραθεῖναι, ὡς ἂν τῇ διὰ τῆς παραθέσεως ἀκριβολογία, τὸ ἀλλόκοτον καὶ ἀσύμ-

μάταιον, καὶ διὰ τοῦτο ἐπίφογον ἀπελεγχθὲν κατακτῆ. Τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἰδίᾳ καὶ παρ' ἑαυτῇ τεταγμένη ἐκάστη βίβλος, εἰ καὶ πρὸς ἕνα τὸν τῆς εὐσεβείας ἀφορῶσα σκοπὸν, ἀλλ' οὖν διευκρινημένη πᾶτά ἐστιν τῆς ἀνά μέρος περιληπτικῆς ὑποθέσεως, ἐκ τῆς κατὰ τὴν πραγμαφὴν σημασίας, σὺν τῷ ὅλῳ σκοπῷ τῆς βίβλου δηλουμένης. ὡς καὶ ἐκ μόνης τῆς προσηγορίας ἐκάστης συγγραφῆς, καὶ τὸν ἀμύητον πρὸς ἀκρόασιν ἐπιστρέφειν, μὴ τί γε τὸν μεμνημένον. ὡς, φέρε εἰπεῖν, τὰ κατὰ Μωῦσέα πέντε βιβλία, φημί δὲ, ἡ τε Γένεσις καὶ τὰ λοιπὰ, ἀρμόζουσαν τῇ προγραφῇ τὴν ἔννοιαν ὅλην, καὶ τὴν τοῦ λόγου σύνδρομον δύναμιν, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν πρόσφορα προπόντως παρίστησιν. ἡ τε γὰρ Γένεσις, ὅτι τῆς γενέσεως ἦν. ἡ τε τῆς Ἐξόδου, ὅσα ἐν τῇ ἐξόδῳ πέπρακται. ὁ τε Δεύτερος νόμος ὅσα τὸ δεύτερον νομοθέτησεν, καὶ τὰ καθ' ἑξῆς οἰκείως τε καὶ συμφυῶς, ὡς εἰπεῖν, περιώρισται. ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς Προφητεῖαις, καὶ ταῖς Σοφίαις, καὶ ταῖς Βασιλείαις ζητῶν εὐρήσεις, τὸ ἀπλανὲς, οἶμαι, καὶ σοφὸν τοῦ ὁδηγοῦ θεοῦ Πνεύματος τοῦ λόγου καὶ τούτῳ παριστάντος. δεῖ γὰρ τὸν τοῦ νοῦ παιδαγωγὸν τὰ ἐμποιητικὰ τῆς ἀπλανοῦς γνώσεως, πρότερον ἀλωθήτως κοσμήσαντα, ὡς τὴν νοητὴν αἴσθησιν τῆς οἰκείας ὀρθότητος ἀπογευσάμενον, τὸ τῆν:καῦτα καὶ περὶ τῶν πρόβλεπτῶν διαθεβαίουσθαι.

κη'. Τὸ δὲ γε εὐκταίστον καὶ ἀλόγιστον τοῦ Ἄραβος Μωάμετ βιβλίδιον, μετὰ τὰς εἰς τὸν Ἰψίστον δυσφημίας ἀνάμεστον τυγγάνον, σὺν πάσῃ τῇ ἀκόσμῳ καὶ

(9) Mendum est fortasse ἀνασπῶσαν. et quidem ita reffectum fuit in codice a secunda manu, abhis aliquot syllabis.

συφερτώδει αὐτοῦ βδελυγμία, οὐδὲ τὸν κατὰ λόγον [cod. κατάλογον] τῶν κοινῶν καὶ ἄλλως ἐμπερομένων εἰρηδὸν ἀποσώζει· οὔτε γὰρ εἶδος προφητικοῦ λόγου παρίστησιν, οὔτε ἱστορικῶν, οὔτε νομοθετικοῦ, οὔτε θεολογικοῦ, οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν ἐξ ἁρθῆς καὶ ἐξέφρονος διανοίας προσερχομένων, ἀλλ' ὅλον [ita cod.] ἄκοσμον τε καὶ ἀτακτον τὴν σύνθεσιν ἔχον, οὐδὲ τὰς προκειμένας ἐπιγραφὰς καταλλήλους τοῖς ὑποκειμένοις λόγοις ἔχει (10)· εἰ δὲ ἐν οἷς πάντας ἀνθρώπους ἐντελῶς κεχρημένους ὀρωμεν αὐτὸς ἀπολείπεται, πῶς τὴν ἀγέρωχον ἐκείνην καὶ ὡς ὑπὲρ ἀνθρώπον δόξαν δοχοῦσαν δεῖξαι δυνήσεται, τὸ ἐξ οὐρανοῦ, λέγω, φάναι πεπέμφθαι αὐτό (11); ὅπου γε τῆς ἀνθρωπίνης τοσοῦτον ἀποδέει συνέσεως, ὅσον αὐτῇ ἢ τῶν ἀλόγων τῆς λογικῆς διώριστα φύσεως· μήτι γε τῆς ἀκαταμαχῆτου ἐκείνης καὶ ὑπὲρ νοῦν ἰσχύος τε καὶ σοφίας, καὶ ἢ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι· ὅτ' ἂν γὰρ τὸ σπουδαζόμενον αὐτῷ τὸν θεὸν τοῦτο γράψαι, ἐξ ὧν γράφειν παραστήσαι οὐ δύναται, πότε, καὶ πῶς, εἴτε ἐν ὄρασι, εἴτε ἄλλῃ τινὶ θεοφανείᾳ, καὶ τίνων μαρτυρούντων, ὡς αἱ περὶ Μωϋσῆα πλείους τῶν ἑξακοσίων χιλιάδες· ἐν στήλαις δὲ γε αὐτῶν ἐγράφετο, ὡς ἐν πέτρᾳ ὁ τῷ Μωϋσεὶ δεδομένος νόμος· αὐτὸς γὰρ οὕτως φησὶν, ὅτι ἀγράφως αὐτὸ ἐδέξίτο, οὐδὲ ἐν χαρτίῳ, οὐδὲ ἐν ἔργῳ χειρῶν ἀνθρώπων (12)· φόβῳ δὲ τὸν ὅτι τοῦ ἀπικτηθέντα δεῖξαι μὴ δύνασθαι· ὅτ' ἂν σοφίας πίστεως θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης ἐστέρηται· καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτ' ἂν ἀπεικότα καὶ πάντα τῆς μακαρίας ἐκείνης καὶ θείας φύσεως ξένα τε καὶ ἀλλότριά, μᾶλλον δὲ πολέμια, ἀδεῶς καταψεύδηται· τί γὰρ πολεμιώτερον τῇ θεοῦ ἀγαθότητι, τοῦ λέγειν αὐτὸν χαίρειν τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀπωλείᾳ, καὶ παρ' οὐδὲν τίθεσθαι τὴν αὐτῶν καταφθοράν; τίνα ἀντίρρησην ἱκανὴν παραστήσει, μὴ οὐχὶ τῆς ἀπεικταίας τοῦτου εἶναι καὶ δαιμονιώδους ἐμπνοίας;

αθ'. Τριχῆ οὖν διακσεχρισμένου πρακτεῖου πνεύματος καὶ λόγου, εἰς τε θεῖα καὶ ἀνθρώπινα καὶ δαιμονιώδη, τῶν δύο ἐστερημένος ὁ Ἄραψ, θεοῦ τε, φημί, καὶ ἀνθρωπίνου, εἰς τὸ τρίτον ἐξ ἀνάγκης περιενηνέχτα· ὅτι δὲ πρὸς τῷ ἐστερηθῆναι θείας ἐλλάμψεως, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας ἀποδεδέχεται, ἐντεῦθεν δὴ καὶ πολλαχόθεν ἐτέρωθεν φανερόν· ἡ ἀνθρωπίνη σοφία ἦτοι θεολογεῖ, ἢ φυσιολογεῖ, ἢ τὰ ἠθικεύεται, ἢ ἱστορεῖ, ἢ τι τοιοῦτον· καὶ ταῦτα ἀξιολόγως· ὁ δὲ δὴ τοῦτου τοῦ λήρου ὑψηγητῆς γράμματος, οὐδ' ὀποτέρας εὐκλεῶς εὐμοιρήσας κἰν προγραφῆ κατατάξαι, ἢ καὶ βατταρίζων πῶς περιηνέχθη εἰς μὲν θεολογίαν, ταύτην ἔβριζε (13) τὴν ἄθρονωνήν, ὅτι σφαιρικόν ἐστι

A abominationis colluvie, ne consuetam quidem vulgarium et alibi exstantium scriptorum seriem servat: nam neque speciem prophetici sermonis præbet, neque historici, neque legiferi, neque theologici, neque cujuscumodi, quotquot scilicet a sana mente procedunt; sed ubique inornatam habet et perturbatam prorsus compositionem; et ne ipsos quidem præpositos titulos subjectæ orationi conformes adhibet. Si ergo in re, quam omnes homines egregie callere videmus, Mohammedes peccat; quomodo insolentem illam, et quæ supra hominem extolli videtur, opinionem ostentare poterit, quod de celo, inquam, liber ille demissus sit? qui tantopere ab humana sapientia abest, quantum brutorum natura a rationali distat: nedum ab illa incomparabili et supra omnem mentem virtute atque sapientia, in qua omnes sunt thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi. Quandoquidem confectum a se opus, Deum scripsisse, ex his quæ scribit, probare non potest, et quandonam, et quomodo, et nūm visione, an alia aliqua Dei apparitione, et quibus testibus, sicut illa fuere circa Moysen sexcenta et amplius hominum millia; et utrum in tabulis scriptum fuerit, ut in petra Moysi data lex; imo ipse dicit sine scripto doctrinam accepisse, neque in charta aut humanæ manus opificio; timens sine dubio, ne ostendere postulatus non posset; quoniam, inquam, sapientia qualibet divina et humana is liber caret; quodque gravius est, indigna prorsus beata illa divinaque natura, et extranea atque aliena, imo etiam adversantia, intrepide mentitur; quid enim magis adversatur Dei bonitati, quam dicere ipsum latari hominum perditione, et illorum ruinam flocci facere? quomodo hic, inquam, execerando se dæmoniacoque spiritu afflatum negabit?

29. Cum ergo quidquid faciendum est vel dicendum, in tria dividatur, nempe divinum, humanum, et dæmoniacum; duobus destitutus Arabs, divino, inquam, et humano instinctu, ad tertium necessario devolutus est. Profecto quod divino lumine humanaque sapientia caruerit, in confesso est; ex dicendis autem, et sæpe aliunde patescet. Humana sapientia vel res theologicas tractat, vel naturales, vel morales, vel denique historicas, vel aliud hujusmodi, et quidem serio ac laudabiliter. Sed enim hujus nugatoris scripturæ auctor, nullo predictæ scientiæ genere instructus, ita ut saltem in titulo exprimeret, vel balbutiendo quidem illam attinge-

seopæ dissolutiores; nihil fere majore cum lædio stomachove legitur, nihil animi attentionem magis infringit.

(11) Hoc quidem de Alcorano ad se de cælis demisso mendacium centies Mohammedes effudit.

(12) Confer Maraccium in Vita Mohammedis, p. 38. Nimirum hic simulabat singulos libri versiculos a Gabriele archangelo accipere, quos ipse deinde amantibus dictabat.

(13) Sur. CXII, 2.

(10) Res hæc cum per se patet Alcoranum legentibus, tum etiam animadvertitur ad sur. XII, p. 360, ubi Maraccius observat, titulo ejus suræ, quæ est de Josepho, respondere argumentum suum; quod sic, inquit, alia nulla in sura reperias. Tum idem ad suram XXIX, p. 553, reprehensa iterum titulorum ab argumentis dissonantia, ait: Excusandi nihilo minus sunt Moslemi, quia cum nullus prope versiculus eum alio coalescat, impossibile prorsus erat alieni suræ argumentum conveniens et ædæquatam præfigere. Prorsus hæc barbarica Alcorani farragine nullæ sunt

rei, theologiam hanc irreligiosam vocem crepuit, quod nempe Deus figura sphaerica sit, imo potius totum sphaeralem Deum dixit, putans eum prorsus esse corporeum; neque enim aliter sphaeræ figuram reciperet. Jam cum materialis sphaera secundum Mohamedem Deus sit, is quidem neque audiet, neque cernet, intellectualiter, inquam; neque item ager, si quando ab alio movebitur, præcipueque deorsum stolidissime deferetur. Ignosce mihi, Deus, Mohamedis sententiam dicenti, quanquam potius contra ipsum loquenti. Quod si forte ipsum cælum dicit Deum, sicut multi ethnicorum fabulati sunt, adhuc vere nos diximus dæmoniacum esse Mohamedem. Physiologie insuper vel nihil omnino novit; vel cum eam salutare de limine audet, en dicit hominem ex hirudine esse factum; et solem in calidam aquam submergi, cum ad vesperam devenit. Jam in re morali quid ait? Satisfacite animabus vestris; odite quemlibet, prout ille vos oderit. Quod vero ad historiam attinet, quanta de Moyse, et de ipso Domino nostro Jesu Christo mentitur? quasi hæc vel illa fecerit aut locutus fuerit; quæ videlicet legendo cognoscitis. Nam Christi Matrem sororem esse Moysis dicit, et Christianos cum Moyse in deserto versatos. Et ne cuncta nunc enumerans, hæc sine demonstratione reprehendere videar, ea confutationi postea cum Dei gratia faciendæ reservabo. Interim eatenus tantum quatenus opus erat ob ostendendum divina humanaque sapientia vacuam fuisse superbam Mohamedis mentem, et quovis charismate divinitus hominibus dari solito caruisse, summam prædicta recensui.

30. Nam cum tredecim supra centum totus hic libellus capitulis constet; in primo quidem, post eam quæ proœmii locum videtur tenere scriptunculam, homines a se deceptos cohortatur, ne dubitationem mente foveant circa hanc suam fraudulentam scripturam, quasi mendaciter sit conscripta.

(14) Vocabulum Arabicum, quo utitur Mohamedes, significare tum *ὀλόσφουρον*, *solidum*, tum etiam *æternum*, jam adnotaverunt Relandus in *Mohamedicis* lib. II, 3, et Freytagius in *Lexico*. Et quidem ante Relandum Maraccius transtulerat *sempiternum* in sura CXII, 2, de quo loco nunc loquitur Nicetas, cujus hallucinationem secutus est Euthymius Zygabenus in *Panoptia*. Noster vero Byzantinus non *ὀλόσφουρον* scribit, sed *ὀλόσφαιρον*, scripturæ ut puto similitudine deceptus. Et quidem prius vocabulum Arabico respondet, non item secundum. Corruit ergo simul tota reprehensio hinc consequens, quod Mohamedani Deum materialem esse existiment. Linguae nempe Arabicæ nimis arcta aut imperfecta notitia multas apud Græcos Latinosque peperit absurditates. De hoc Arabico vocabulo non male Bartholemaeus monachus Edessenus a Moynio editus *Var. sacr.* t. I, p. 308, quem item inter Alcorani confutatores ignoravit Maraccius.

B ν'. Εἶτα ἐπὶ τούτοις ὡς τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους ὢν ἀπόστολος καὶ προφήτης, τῆς κατὰ τὴν ἀκρότομον θαυματουργίας παρεισάγει τὰ νόθα αὐτοῦ μυθεύματα, ὡς ἂν δόξῃ καὶ Μωϋσεὺς σοφώτερος καὶ ἀκριβέστερος εἶναι ἐξηγητῆς, καὶ φησὶν· « Καὶ ἔβρυσαν ἐξ αὐτῆς δώδεκα πηγαί. » Καὶ μετ' ὀλίγον προστίθησιν (95)· « Ὅτι ἂν δὲ ἐπέμειναν οἱ Ἰουδαῖοι εἰς ἃ ἐκωλύοντο ἐξ αὐτῶν, εἶπομεν αὐτοῖς· Γένοιθε πίθηκοι· καὶ ἐγένοντο ἔνιοι πίθηκοι πεφριμμένοι. » Τέως εἰ καὶ μὴ ἄκαιρον ἦν τὸ τοῦ λόγου ξένον, ἀλλὰ πλείους αὐτὸ οἱ προστάξαντες. Πάλιν δὲ τῆς δι' ὅλου αὐτῷ τοῦ λόγου πλεκομένης μέμνηται δυσφημίας, τοῦ τὸν Θεὸν εἶναι τῶν κακῶν αἴτιον, καὶ φησὶν· « Τὸν ὁδηγεῖ ὁ Θεός, ἐκαίνως ἔστιν ὠδηγημένος· καὶ τοὺς πλανᾶ, ἐκεῖνοί εἰσιν ἐλλειμματισμένοι. » Καὶ μετ' ὀλίγα τὸ αὐτὸ βεβαιῶν, « ὅτι Οὐ κυριεύω τῆς ψυχῆς μου ὡφέλειαν οὔτε βλάβην, ἀλλ' ὅπερ ὁ Θεός θέλει. » Καὶ ἐπιλαθόμενος ὅτι προφήτην ἑαυτὸν πρὸ μικροῦ ἐπεφήμιζεν, λέγει· « Καὶ εἰ ἐγίνωσκον τὰ ἅπαντα, εἶχον πλεονάσει ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ· καὶ οὐκ εἶχέν μου ἔφασθαι δεινόν. Οὐκ εἰμί ἐγὼ εἰ μὴ ἀνατάκτης καὶ εὐαγγελιστῆς λαοῦ πιστεύοντος· ὁδὲα δὲ μικρόν τι καταγνώσκει τῶν εἰδωλολατρῶντων· τοῦτο γὰρ ἀεὶ ὑποδύεται τὸ προσωπεῖον, μετὰ τὸ θεῖναι αὐτόν τι τῶν ἀπσευκταίων καὶ ἀδέκτων, ἀποτέμνει τὸν φλήναφον.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Ζ'.

D νη'. Ὁ ἔβδομος μῦθος τῷ Μωάμετ ἀνδροκτονίας καὶ μαιφονίας πεπλήρωται (94)· ἐπιγράφεται γὰρ *Περὶ μερισμοῦ σκύλων*· διανίστησι δὲ καὶ ἐξοπλίζει τοὺς βιρβάρους παντοίῳ τρόπῳ τοῖς τῶν Χριστιανῶν αἵμασι καταχραίνεσθαι· ἐξαιρέτως δὲ τῇ ἐλπίδι τῆς ἀποκειμένης, φησὶ, παρὰ Θεῷ μισθοποδοσίας ἐν παραδείσῳ τοῖς ὁμοῖτε χωροῦσι κατ' αὐτῶν· πέμπτην δὲ μοῖραν τῶν σκύλων τῷ Θεῷ φησὶ δίδουαι καὶ τῷ ἀποστόλῳ αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἔδει μὴ καὶ τῶν κερδῶν αὐτοῖς κοινωνῆσαι τὸν καὶ τῆς ἀπωλείας αὐτοῖς αἴτιον· ἔδει δὲ ἐκ μαιφόνου λαοῦ καὶ μαιφονωτέρου ἀποστόλου μαιφόνους εἶναι τὰς πράξεις· εἰρωνεύμενος δὲ καὶ εἰρωνεύειν αὐτοὺς κελεύει· ἡμῶν αἰτουμένων καὶ ἐν τούτοις καὶ τοῖς ὁμοίοις, τὴν ἐκστρατείαν ἀπεσίγησε· τοῦτο δὲ δεῖ εἰδέναι, ὅτι συνιδῶν

τὴν διὰ τὰς ἀμέτρους ἡμῶν πλημμελείας ἐπεναχθεῖσαν ἡμῖν ὀργὴν ἐκ Θεοῦ, ὁ ἄθεος οὗτος βάρβαρος ἤρπασε τὸν καιρὸν εἰς τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ βλασφημίαν, καὶ δι' οὐδεμίαν ἑτέραν αἰτίαν φησὶν ἡμᾶς εἰς χεῖρας αὐτῶν παραδίδοσθαι, ἢ διὰ τὸ σύνθρονον τῷ Πατρὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογεῖν· διὸ συνεχῶς ἀποφαίνεται· οὐ γὰρ ὁδηγεῖ ὁ Θεὸς λαὸν τῶν παρανόμων· πολλαχόθεν δὲ ἔστιν αὐτὸν ἀπελέγχει τοῦτο κακῶς τεκμαιρόμενον, φυσικῶς τε καὶ Γραφικῶς· Γραφικῶς μὲν ἀπὸ τε τοῦ εὐσεβοῦς Ἰακώβ καὶ τοῦ βεβήλου Ἡσαῦ, Ἰωσήφ δὲ καὶ Πετεφρῆ, Δαβὶδ τε καὶ τοῦ ἀγνώμονος Σαοὺλ, Ναβουχοδονοσοῦρ καὶ τῶν αἰχμαλώτων προφητῶν, καὶ ἑτέρων πλείστων ὁμοίων· φυσικῶς δὲ ἀπὸ τε προβάτων καὶ ἀγρίων θηρίων καὶ τῶν ὁμοίων, ἃ οὐχ ὡς χεῖρονα καὶ τῆς εἰς Θεὸν εὐχαριστίας ἀνεπιτήδεια τὴν ἄλωσιν ἐξ αὐτῶν ὑπομένει· ἀλλ' ὡς ἑτερόν τινα ἔχοντα λόγον ἀπόρρητον οὕτω τέταχται.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Η'.

95. Ὁ ὕψους μῦθος (95) τῷ Μωάμετ ἐπιγέγραπται μὲν, *Εἰς τὴν μετάνοιαν*· παραινεῖ δὲ τοῖς βαρβάροις ὠρισμένον τινὰ καιρὸν τῷ τότε χρόνῳ προσμεῖναι τοὺς Χριστιανοὺς, ὡς ἂν βούλοιντο τὰ καθ' ἑαυτοὺς διαθέσθαι· εἰ μὲν οὖν ἑαυτῶν ἐγκρατεῖς γένοιντο, καὶ ἀποδιαστῶσι τῆς τῶν βαρβάρων περιγρατῆσεως, πόλεμον ἀνάρεσθαι πρὸς αὐτούς· εἰ δὲ μεταγνοῖεν, φησὶ, καὶ θρησκευοῦσι τὴν αὐτοῦ δυσσέβειαν, ἀδελφοὺς αὐτοὺς προσλαμβάνεσθαι· παραινεῖ οὖν τοῖς Χριστιανοῖς ὅτι κάλλιον ἔστι μετανοῆσαι καὶ ζῆν, ἢ Χριστιανίζοντας ἀποθνήσκειν· αὐθὶς τε ἀναιδῶς κατατυπεῖ τοὺς ἀθλίους βαρβάρους ἐν τε ἀπειλαῖς καὶ ἐλέγχοις καὶ ὀνειδείοις ὡς καταραθιμούντας τοῦ σεβάσματος αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ τούτοις κατὰ τὸ πρότερον εἰρημένον πανούργημα ἐν ἐνὶ ἐλέγχῳ ἀμφοτέρους πειρᾶται ἐπιστομίζειν, Ἰουδαίους τε καὶ Χριστιανοὺς οὕτω παραλαλῶν.

96. « Λέγουσιν Ἰουδαῖοι (96) ὅτι ὁ Ἰσραὴλ (97) ἔστιν υἱὸς Θεοῦ· καὶ λέγουσιν οἱ Χριστιανοὶ ὅτι ὁ Χριστὸς ἔστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· τοῦτ' ἔστιν ὁ λόγος αὐτῶν διὰ τῶν στομάτων αὐτῶν· ἰσοφωνοῦσι τοῖς λόγοις τῶν ἀρνησαμένων ἐκ πρὶν· φονεύσει αὐτοὺς ὁ Θεός, ἐνεκεν τῶν ἀρνοῦνται· ἐπελάθοντο τοὺς ἀποστόλους αὐτῶν καὶ τοὺς ἱερεῖς κυρίους πάρεξ Θεοῦ· καὶ τὸν Χριστὸν υἱὸν τῆς Μαρίας· καὶ οὐκ ἐκελεύσθησαν δουλεύειν εἰ μὴ Θεοῦ ἑνός. » Δύσανους ὁ βάρβαρος, ἐπεὶ ἀμαθὴς καὶ ἀπαίδευτος· εἰ γὰρ ὄλως προσῆν αὐτῷ λογικὴ σύνεσις, ἔδει τὰ πρὸς τοῦνομα τοῦ υἱοῦ σημαίνοντα πρὸς θατέραν δόξαν τῶν ἐθνῶν προαναφωνῆσαι, καὶ τοῖς γε πρὸς αὐτὸν μὴ σφόδρα ἐναντικῶς φερομένοις ὁμαλώτερον ἐπιτιμῆσαι· τοῦναντίον δὲ τοῖς τὰ μάλιστα αὐτῷ διαμαχομένοις· οἳ τε γὰρ Ἰουδαῖοι οὐ γνήσιον υἱὸν Θεοῦ τὸν Ἰσραὴλ ὀνομάζουσιν, ἀλλ' ἢ ὅσον ἀποδείξαι τὴν περὶ αὐτῶν τοῦ Θεοῦ ὑπερχειμένην πρὸς τὰ λοιπὰ ἔθνη διὰ τοὺς πατέρας στοργὴν· πῶς οὖν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς τοῦ

A numerata peccata nostra Dei iram, atheus hic barbarus occasionem hinc arripuit blasphemandi Christi; nullamque aliam ob causam nos traditos dicit illorum manibus, nisi quia consessorem Patri Christum confitemur. Ideo constanter effatur: non enim dirigit Deus populum peccatorem. Multifariam vero possumus hunc ceu argumentantem perverse coarguere, tum naturæ scilicet tum Scripturæ testimoniis. Apud Scripturam quidem, a pio Jacobo et Esau nequam, ab Josepho et Putiphare, a Davide et ingrato Saule, a Nabuchodonosoro et prophetis captivis, et similibus aliis plurimis. Ex natura autem, ab ovibus et silvestribus feris, et hujusmodi aliis: quæ sane haud tanquam pejores, et minus gratum erga Deum animum gerentes exitium ab aliis perpetiuntur: sed ob aliam secretiorem causam ita fuit constitutum.

CONFUTATIO VIII.

59. Octava a Mohamede fabula inscribitur *Pœnitentia*. Admonet autem barbaros, ut definitum quoddam tempus observent erga Christianos, si hi velint res suas tractare. Quod si illi compotes sui efficiantur, et a barbarorum imperio discedant, tunc bellum contra eos suscipiendum. Sin vero, inquit, illos pœnituerit, et impiam ejus sectam amplectantur, in fratrum loco eos suscipiant. Admonet ergo Christianos, melius esse pœnitere ac vivere, quam in Christianismo perstantes mori. Mox impudenter pulsat infelices barbaros, minis, increpationibus et conviciis, tanquam in cultu suo socordes. Postea eodem, quem antea diximus, astu ambos unica reprehensione inhibere conatur, de Judæis simul et Christianis futiliter dicens:

60. « Dicunt Judæi Israelem esse filium Dei. Christiani similiter dicunt Christum esse Dei filium. Hic illis sermo in ore versatur. Consonant cum illorum sermonibus qui infideles ab ante fuerunt. Interficiet illos Deus propter ea quæ negant. Susceperunt apostolos suos et sacerdotes suos in dominos loco Dei, necnon Christum filium Mariæ. » Atqui non fuerat illis mandatum ut alium adorarent, præter Deum unum. » Malæ mentis barbarus, præterquam quod indoctus et ineruditus. Nam si rationalis ei intellectus inesset, debuisset nominis filii notionem secundum diversam duarum gentium acceptionem proclamare: et illos quidem qui haud magnopere a placito ejus discedunt, mitius objurgare; secus autem illos qui maxime ipsi adversantur. Nam Judæi nequaquam genuinum Dei filium Israelem dicunt; sed illatenus, ut ostendant, Dei amorem erga illos præstare amoris patri qui apud cæteras gentes esse solet. Quomodo hic ergo

(95) Sur. IX, 4 seq.

(96) Sur. IX, 31.

(97) Ita Græcus codex. Alcor. Arab. Ozair.

de patre mendacii natus, ait Judæos dominum suum Israelem sibi sumpsisse, præter Deum? Interrogentur Judæi utrum id aliquando animo agitaverint, vel in illorum Scripturis occurrat dominus ipsorum Israel. Christiani autem verum reapse, prout decet, genuinum Filium esse confitentur Christum, ex eadem Patris Dei divina substantia; prout est in ea Scriptura quam ipse barbarus fatetur a Deo traditam, nempe in Evangelio. Nam si, ut fatetur, divinitus datum fuit Evangelium; in eo autem scriptum est, ter Deum desuper pro Christo clamasse; his quidem: *Hic est Filius meus dilectus*⁹; semel autem: *Et clarificavi, et iterum clarificabo*¹⁰; quid absurdum peregrinumve faciunt Christiani, Deum ac Dei Filium Christum confitentes? Deo hoc idem testante, et quidem in laudato ab ipso Mohamede libro. Quamquam arbitror nunquam lectam divinarum Evangeliorum a barbaro scripturam, sed illorum tantum nomine audito, laudasse; quin tamen sciret scriptum ibi quod vere Dei Filius Christus sit.

61. Quod tamen ex antiquiore etiam mysticorum ac prophetarum Scriptura exploratum est. Nam pares stellarum numero invenies rei hujus demonstrationes, jam inde a primo omnium libro Moysis, usque ad Danielelem prophetam et reliquos. Quod quidem Moyses nosset Dei unitatem naturæ, et proprietatum id est personarum differentiam, palam factum est cum scripsit: *Faciamus hominem ad imaginem ac similitudinem nostram*¹¹. Item dixit: *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est*¹². Denique cum scripsit: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est*¹³. Vi causativa nimirum et substantia et conspuratione unitam esse Trinitatem, manifestum est: secus enim contraria sibi scripsisset, superius quidem positus diversis personis colloquentibus; deinde unam personam inducens loquentem, audientem atque facientem. Quod nefas est. Tum et omnium veterum prophetarum luculentissimus Daniel, perspicue tempus quoque manifestavit Christi adventus, ejusdemque dignitatem significavit, dicens: *Aspiciebam, et ecce in nubibus cæli, tanquam Filius hominis; eique datus est honor, et veneratio, et reliqua. Et quidem etiam Antiquum dierum in throno sedentem*¹⁴.

62. Sed veteres omittamus Scripturas. Ex ipsis Christi prædictionibus, harumque exitu, si certe stultus Mohamedes sapere aliquid poterat, divinam illius dignitatem intellexisset, necnon abs Joannis testimonio, quem ipse et prophetam et justum hominem dicens, admittit. Item a Christi miraculis per ejusdem symbola patris, a sepultura et resurrectione. Sed nihil horum mente sua comprehendit hic latronum dux: neque ei cordi unquam fuit Dei notitiam assequi, sed decipiendis tantum auditori-

φεύδους φάσκει αὐτοὺς κύριον αὐτῶν τὸν Ἰσραὴλ ἐπιλαβέσθαι παράξ Θεοῦ; ἐρωτάσθωσαν Ἰουδαῖοι εἴποτε τοῦτο ἐντεθύμηνται, ἢ ἐν Γραφαῖ; αὐτῶν εἰρηται κύριος αὐτῶν ὁ Ἰσραὴλ· εἰ δέ γε Χριστιανοὶ τῷ ὄντι ἀληθῶς καθ' ὃ πρόπον Θεῷ γνήσιον Υἱὸν, καὶ τῆς αὐτῆς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς οὐσίας τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦσιν τῇ θεϊκῇ οὐσίᾳ, κατὰ τὴν καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ βαρβάρου ὁμολογουμένην ἐκ Θεοῦ δεδῶσθαι γραφὴν τοῦ Εὐαγγελίου. Εἰ γάρ, ὡς ὁμολογεῖ, θεόθεν δέδοται τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν αὐτῷ δὲ γέγραπται, ὅτι τρίτον ἄνωθεν ὁ Θεὸς ὑπὲρ Χριστοῦ ἐπέδωκεν· πῆ μὲν, *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός*; πῆ δὲ, *Καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω*; τί ἔποπον καὶ ξένον ποιοῦσιν οἱ Χριστιανοί, Θεὸν καὶ Θεοῦ Υἱὸν τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντες; τοῦ Θεοῦ αὐτὸ τοῦτο μαρτυροῦντος, καὶ τοῦτο μὲν ἐκ τῆς ἐπαινουμένης παρ' αὐτῷ βίβλου τῶν Εὐαγγελίων· ἀλλ', οἶμαι, οὐκ ἀνέγνω πώποτε τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων γραφὴν ὁ βάρβαρος, μόνην δὲ αὐτῶν τὴν προσηγορίαν ἀκούων ἐξεθείαζε· καὶ οὐκ ᾔετο ἐν αὐτοῖς γεγράφθαι ὅτι ἀληθῶς Υἱὸς Θεοῦ ἐστὶν ὁ Χριστός.

Ἐα'. Ἐκ δὲ τῶν ἀπειρῶν τῆς προγενεστέρως τῶν θεοπτικῶν καὶ προφητικῶν Γραφῆς· ἀστέρων γάρ τις ἀριθμῶν σχεδὸν ἀμύλωμένας εὐρήσει τὰς ἀποδείξεις, ἀπ' αὐτῆς τῆς πρωτογράφου βίβλου Μωϋσεως ἕως Δανιὴλ τοῦ προφήτου καὶ τῶν λοιπῶν. Ὅτι γάρ Μωϋσῆς ἤδει τοῦ Θεοῦ τὸ τῆς φύσεως μοναδικόν, καὶ τῶν ἰδιοτήτων, ἤγουν τῶν ὁποστάσεων, τὸ διάφορον, φανερόν· ἠνίκα ἔγραφε, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν*. Καὶ ὅτε ἔφασκεν, *Ἴδού γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἰς ἐξ ἡμῶν*. Ἀλλὰ καὶ ὅτε ἔγραψεν, *Κύριος, Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστι*· τῷ αἰτίῳ καὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συμπτῶσι ἐνιζομένην ἐγίνωσκε τὴν Τριάδα φανερόν· ἢ γὰρ ἐναντία αὐτῷ ἔγραψεν, ἄνω μὲν τιθεὶς διάφορα πρόσωπα διαλεγόμενος, μετέπειτα δὲ ἐν μόνον ἐκήρυττεν εἶναι πρόσωπον τὸ τε λέγον καὶ ἀκούον καὶ ποιοῦν· ὅπερ ἀθέμιτον. Καὶ ὁ πάντων δὲ τῶν παλαιῶν προφητῶν ἐμφαντικώτατος Δανιὴλ, τρανῶς καὶ τὴν χρόνον ἐδήλωσεν τῆς Χριστοῦ ἐλεύσεως, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν ἐσήμανεν, ἠνίκα λέγει· *Ἐθεώρου, καὶ ἰδού ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου*· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, καὶ τὰ ἐξῆς· καίτοι τοῦ Παλαιῶν τῶν ἡμερῶν καθεζομένου ἐπὶ τοῦ θρόνου.

Ἐβ'. Ἀλλ' ἀφελσθω τὰ ἀπὸ τῶν ἀρχαίων Γραφῶν· ἀπ' αὐτῶν τῶν τοῦ Χριστοῦ προβήσεων, καὶ τῶν τούτου ἐκθέσεων, εἰ γε συνιέναι ὁ μάταιος Ἰσχυε, τὸ τῆς θεότητος αὐτοῦ σέβας κατέλαβεν ἂν καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ Ἰωάννου μαρτυρίας, ὃν προφήτην καὶ ἄνδρα δίκαιον αὐτὸς καταγγέλλων ἀποδέδεκται (98)· ἢ καὶ ἀπὸ τῶν θαυματουργιῶν τῶν αὐτοῦ συμβόλων, τοῦ τάφου, φημί, καὶ τῆς ἀναστάσεως· ἀλλ' οὐδὲν τούτων συνεώρακεν ὁ λοχαγωγός· οὐδὲ γὰρ ἦν αὐτῷ θείας φροντίς ἐπιγνώσεως πώποτε, πλην ὅσον τοῦ

⁹ Matth. iii, 17; Luc. ix, 35. ¹⁰ Joan. xii, 28.

¹¹ Dan. vii, 13.

¹² Gen. i, 26. ¹³ Gen. iii, 22. ¹⁴ Deut. vi, 4.

θηρᾶσαι διὰ τῆς προσηγορίας τῶν Γραφῶν τοῦ ἀκούοντος. Τί γάρ, φέρε εἰπεῖν, ἀληθῶς λέγων στοιχεῖν τὸν τοῦ φίλου αὐτοῦ λόγον ἐπὶ βεβαιώσει τινῶν πραγμάτων διηρημένην, ἐπὶ ἔργῳ τίθεται τὴν ἐκείνου πίστιν; Εἰ δὲ καὶ τίς που εὐρεθείη τοιοῦτος, ὑπὸ κατάραν ἐστὶ, κατὰ τὴν Γραφήν· *Θυαὶ γάρ, φησὶν, ἁμαρτωλῶ ἐπὶ δύο τρίτους πορευομένῳ!* ὡς περὶ δὴ καὶ οὗτος ὁ ἄφρων τε καὶ ἀπάνθρωπος· οἱ μὲν φασὶν εἶναι τὸν Ἰσραὴλ υἱὸν Θεοῦ, οἱ δὲ τὸν Χριστόν. Τί οὖν τοῦτο ἐναργὲς σημεῖον ψεύδους ἀεὶ κρίνεις, τὸ διαφόρων προσώπων ἀμφιβαλλόντων περὶ τινος μὴ συμφωνεῖν ἀμφοτέρους; καὶ ἀναίρεσιν οἶαι τοῦ πράγματος παντελῆ γίνεσθαι ὀπηνίκα τινὲς περὶ αὐτοῦ διαφόρους ἔχωσι δόξας, καὶ τῇ τῶν ἐτέρων μερῶν ἀποφάσει; ἢ οὐδέτερον τούτων, ἢ παντάπασιν οὐκ ὦν ἀπελέγχεσθαι νομίζεις; ὑπέρευγέ σου τῆς φιλαλήθους γνώσεως· τί οὖν ποιήσεις ἡμῶν μὴ πιστευόντων τῷ Θεῷ σου, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ σοῦ τῷ νομιζομένῳ Θεῷ σου πιστεύοντος, ἀλλ' οὐχὶ τῷ Θεῷ ἡμῶν, εἰπέ; Σοῦ γάρ ἐστι κατὰ τὸν προφήτην ἀφρόνως εἰπεῖν, *Οὐκ ἐστὶ Θεός· εἰ ἕτερος παρ' ἐκατέρων Θεός, ἴδε ποῦ αὐτῷ ὁ κραταῖος ἔλεγχος αὐτοῦ κατέστραπτε· Ὅντως ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ ἡ βλασφημία αὐτοῦ καταθήσεται*· εὐλόγως δὲ καὶ ὁ τῆς παιδίσκης υἱός (99), φύσει δοῦλος, ἐν οὕτως εἶπω, τυγχάνων, τὴν τοῦ υἱοῦ προσηγορίαν, οὐδὲ κατὰ χάριν κατὰ τὸν Ἰσραὴλ φαντασθῆναι ἰσχύει· δουλοπρεπῶς ἀνηνεγμένος, καὶ δουλοπρεπῶς μεμνημένος, καὶ τούτου πλεον οὐδέν.

Ἐγ'. Ἐφεξῆς δὲ τὸ περὶ τὸν Ἀντίχριστον εἰρημένον σημεῖον τῷ Ἀποστόλῳ, ἐναργῶς ἐν τούτῳ ἐστὶν εὐρεῖν (1)· « *Κὰν ἀηδῶς ἔχωσιν οἱ ἀρνησάμενοι, Θεός ἐστὶν ὁ πέμψας τὸν ἀπόστολον αὐτοῦ, εἰς ὁδήγησιν καὶ εἰς πίστιν ἀληθινήν, τοῦ δεσπόζειν αὐτὸν ἐπάνω πάσης πίστεως.* » Τοῦτο ταυτὸν ἐστὶ τῷ, *Ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα*· ἀπλῶς τοῦ δεσπόζειν αὐτὸν ἐπάνω πάσης πίστεως· ἐφ' αὐτῷ ἄρα παρ' αὐτῷ καὶ ἡ τοῦ Ἀβραάμ πίστις, καθ' ἣν αὐτὸς πιστεύειν ἐνόμιζε· καὶ οὐχ ὁ νόμος μόνον οὐδὲ τὸ Εὐαγγέλιον· ἐπάνω γὰρ πάσης πίστεως φησὶν τὸ δὲ, *ἀληθινήν*, εἴρηται, ὡς πρὸς τὰς λοιπὰς· οὐκ ὀκνῶ τοῦ λοιποῦ περὶ αὐτοῦ ἐντεθυμῆσθαι, ὅτι καὶ οὗτος Ἀντίχριστός ἐστιν ἀληθῶς· μετ' ὀλίγον δ' ὅποι φέρεται ὁ σύμπαρ τῆς Θεομαχίας σκοπός, ἐκδηλὸς γίνεται· ὁ γὰρ τοι ἕως τοῦ νῦν δι' ἰσχυριζόμενος ὅτι Θεός Υἱὸν οὐκ ἔχει, οὐ θαρρῶν ἑαυτῷ ταῦτα φιλονεικοῦντι, ἀλλὰ διαλογισάμενος ὅτι τυχὸν καὶ ἔχει, οὐκ ἀναδύεται ἑαυτῷ τούτο προσάψαι τὸ πρόσωπον· εἰ καὶ ἐκ πλαγίου τοῦτο ἐπήγαγεν, καὶ προσποιεῖται ὀνοεῖ σχηματίζεσθαι βλακίαν πᾶνυ αἰσχροῦ, καὶ φησὶν (2)· *Τινὲς συνηνοῦσι [eod. σιαινουσι] τὸν προφήτην, καὶ λέγουσιν ὅτι αὐτὸς Υἱός (3) Θεοῦ ἐστὶ.* » Καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι ὁ

Abus commemoratione Scripturarum studebat. Nam quomodo, oro, veri aliquid diceret, qui se sponderet amici sententiam sequi ob rei alicujus confirmationem, et tamen negatam circa id negotium illius fidem recitaret? Quod si quis hujusmodi reperiretur, in maledictionem a Scriptura edictam incideret: *Vae enim, inquit, peccatori qui duplici via graditur*¹⁵: veluti reapse facit hic etiam vesanus et inhumanus. Judæi quidem filium Dei Israelem dicunt; Christiani autem, Christum. Cur tu porro hoc evidens semper judicas mendacii indicium, quia diversarum personarum de re aliqua aliter sentientes, sententiis non conspirant? existimasque perimi omnino rem aliquam, si forte nonnulli diversam de illa sententiam gerant? Et ob alterutrius partis negationem, vel nihil hujusmodi stare, vel omnino unquam exstitisse judicas? Maecte ista veritatis amica mente tua! Quid ergo facies, nobis non credentibus Deo tuo, sed nostro? te autem putato tuo Deo credente, non autem nostro? Dic, sodes. Superest tibi, ut prophetæ verbis dicas: *Non est Deus*¹⁶, quoniam diversus est apud ambos Deus. Vides quo validum ejus argumentum tanquam fulmen deciderit. Vere convertetur labor ejus in caput ejusdem, et in verticem ipsius blasphemia propria descendet¹⁷. Præclare famulæ filius, naturaliter ut ita dicam servus, filii appellationem ne secundum gratiam quidem imaginari valet, cum ipse serviliter sit natus, serviliter sacris initiatus, et nihil amplius.

C 63. Deinde dictum ab Apostolo de Antichristo signum, perspicue in Mohamede conspicere licet. Ait enim: « *Etiamsi moleste ferant negantes, Deus est qui misit legatum suum, ob directionem veramque fidem, atque ut dominetur cuilibet fidei.* » Hoc perinde est atque illud: *Qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur*¹⁸, id est, quod prorsus cuilibet fidei dominatur. Ergo apud hunc despiciatui est etiam fides Abrahami, ad cujus normam se quoque credere existimabat: atque exsufflat non legem tantummodo et Evangelium; se enim cuilibet fidei superiorem dicit; suamque veram affirmat reliquis comparatam. Jamque ego non ambigo, hunc deinceps Antichristum judicare, cujusmodi reapse est. Paulo autem post apparet quo totus ejus adversandi Deo scopus tendat: nam qui hactenus Deo non esse Filium contenderat, haud sibi confidens talia verbis vindicare, reputans tamen fortasse jam habere, hanc sibi personam non induit, quanquam oblique id agit: simulat itaque et confingit turpeni admodum stoliditatem, aitque: « *Nonnulli lædunt prophetam, dicuntque ipsum esse Filium Dei.* » Et non dixit exclusivo sensu et unicum Filium Dei,

¹⁵ Eccli. II, 14. ¹⁶ Psal. XIII, 1. ¹⁷ Psal. VII, 17.

(99) Nempe Agaris filius.

(1) Sur. IX, 33.

(2) Sur. IX, 63, 72.

(3) Ita in codice Græco est, Υἱός, Filius. At Arab.

¹⁸ II Thess. II, 4.

auris. Dicerem scripturæ Græcæ menduon σῆς; pro οὗς, auris, nisi mox Nicetas de Filio reapse loqueretur.

de illo cogitans quem contendit destruere; ne omni suo dolo nudatus, una cum illo corrueret. Sed dicunt, ait, ipsum esse Filium Dei: quasi dicat: Si me vultis Filium confiteri, ego prædicto proximior sum. Postea nonnulla indecore blaterans, nugarumque suarum nugacibus demonstrationibus firmare jactitans, nominat quosdam Thamut et Madian et Mateuchamat, ad quos, inquit, legati revelationem suam deferebant. Prorsus autem hi sunt incogniti, et sine ulla probatione, prout et ipse est. Illico autem barbaros contra nos in prælium mittit, et quæ ad id concitare valeat allatrans, vanam fabulam concludit.

CONFUTATIO IX.

64. Nona a Mohamede fabula. inscribitur Jonas, nihil tamen de Jona in ea occurrit. Sed statim ab exordio tanquam pugnans et reprehendens et ironia quadam utens, «An, inquit, novum est hominibus, quod Deus alicui homini ex illorum numero revelaverit testari hominibus et evangelizare credentibus, quod ipsis est incrementum verum a Domino ipsorum?» Hæc scilicet tanquam ex Dei persona de se ipso ait. Deinde inducit homines merito non credentes, dicentesque: Magus hic est. Hoc ipse de se. Nos vero ad priorem sermonis partem dicimus, haud sane novum esse, quod ex Deo reveletur aliquid et evangelizetur credentibus, quia sine dubio incrementum illis sit a Deo. Quod tamen verum incrementum circa Mohamedem factum sit, id cum putum mendacium appareat; hominem qui hoc sibi revelatum dicit, ceu vere scelestum, atque ut ipse ait magum, abominamur. Abrahamo ita factum scimus, neque miramur: Vult enim Deus omnes homines salvare, et ad agnitionem veritatis venire¹⁹. Etenim ex idololatrica inscitia processit Abrahamus in incrementum verum divinæ notitiæ, quia hæc ei revelata a Deo fuit; et mox opera ejus religiosa manifestiora evaserunt, veritatis cognitionem firmantia. Post illum denuo novimus Moysem illuminatum a Deo, ob testandum hominibus, quod ipsis erudentibus fiat incrementum verum a Domino ipsorum. Atque ita reapse evenit. Namque ab Abrahami adhuc imperfecta Dei notitia et vitæ instituto, ad perfectiorem divinam scientiam moresque deduxit illius posteros lex. Nisi enim hoc concedatur, supervacanea fuerunt et importuna omnia legis instituta, et Sabbatum, et Deo acceptabiles hostiæ, quæ omnia Abrahamo fuere incognita; quod impossibile est. Post Moysem, ut pergam uti revelationis nomine, donec exitus omnia manifestet, revelavit Deus per Jesum Christum hominibus, quod sit ipsis incrementum verum, credentibus scilicet, a Domino; verbaque in rem collata fuere: nam et Dei cognitio clarior, et vitæ mos accuratior exstitit. Idque vel inde constat,

¹⁹ I Tim. II, 4.

(1) Aliter hic vides apud Maraccium.

Υἱός ἐστιν, λογιζόμενος ὅν ἀνελεῖν ἀγωνίζεται, ἐν μὴ γυμνῶς παντελῶς τοῦ δούλου καταληφθεὶς συσκελισθῆ, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς Υἱός ἐστιν· ὡς ἂν εἰ Πλεγεν, ὅτι εἰ θέλετε Υἱὸν Θεοῦ ὁμολογεῖν, ἐγὼ τοῦ λαλουμένου ἐγγύτερον· εἰτα βαττολογήσας τινὰ ἀσέμνως, καὶ τῶν αὐτοῦ φλυαριῶν διὰ φλυαρίας τὰς ἀποδείξεις πιστοῦσθαι ἀβρυνόμενος, μέμνηται τινῶν Θαμουτ, καὶ Μαδιάμ, καὶ Ματευχαμάτ (4), πρὸς οὓς ἔφερον, φησὶν, οἱ ἀπόστολοι αὐτῶν τὴν φανέρωσιν, ἀδελῶν ὄντων τούτων καὶ ἀναποδείκτων, ὡς περ δὴ καὶ αὐτὸς· καὶ εὐθέως ἐκστρατεύει καθ' ἡμῶν τοὺς βαρβάρους, καὶ τὰ εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἐρεθίζοντα καθυλακτήσας, ἀποκόπτει τὸν φλήναφον.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Θ'.

ξδ'. Ὁ ἑνατος τῷ Μωάμετ μῦθος ἐπιγέγραπται μὲν εἰς τὸν Ἰωανᾶν, οὐδὲν δὲ τοῦ Ἰωανᾶ ἐν αὐτῷ φέρεται· ἀλλ' εὐθέως ἐκ προοιμίῶν (5) ὡς περ μαχόμενος καὶ ἐγκαλῶν ἢ εἰρωνευόμενος ἐπεισέρχεται λέγων· «Ἄρα ἦν τοῖς ἀνθρώποις ξένον ὅτι ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς πρὸς ἄνθρωπον ἐξ αὐτῶν τοῦ διαμαρτύρασθαι τοῖς ἀνθρώποις καὶ εὐαγγελίσασθαι τοῖς πιστεύουσιν ὅτι ἐστὶν αὐτοῖς προκοπὴ ἀληθινὴ παρὰ τοῦ Κυρίου αὐτῶν;» ταῦτα δὲ ὡς ἐκ προσώπου δηθέν Θεοῦ λέγει περὶ αὐτοῦ· εἰτα εἰσάγει τοὺς καὶ, κατὰ τὸ εἶδος, διαπιστοῦντας καὶ λέγοντας, ὅτι Οὗτος φαρμακὸς ἐστὶν· τοῦτο αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Ἡμεῖς δὲ πρὸς τὸν πρῶτον λόγον οὐ πάνυ φάμεν ξένον τὸ παρὰ Θεοῦ ἀποκαλυφθῆναι καὶ εὐαγγελισθῆναι τοῖς πιστεύουσιν, ὅτι ἐστὶν αὐτοῖς προκοπὴ ἀληθινὴ παρ' αὐτοῦ· ἕως δ' ἂν ἀληθεύῃ τὸ, προκοπὴ ἀληθινὴ, περὶ αὐτοῦ· τούτου δὲ ψεύδους πεφηνότος, τὸν λέγοντα ἀποκεκαλύφθαι τι τοιοῦτον, ὡς ἄνομον ἀληθῶς, καὶ, ὡς αὐτὸς φησὶ, φαρμακὸν ἀποστρεφόμεθα· τὸν τε γάρ Ἀβραάμ τοιοῦτον ἔγνωμεν, καὶ οὐ ξενίζόμεθα· θέλει γάρ ὁ Θεὸς πάντα ἀνθρώπους σῶσαι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ἐκ γὰρ τῆς εἰδώλων ἀγνωσίας πρᾶξις ὁ Ἀβραάμ εἰς προκοπὴν ἀληθινὴν θεογνωσίας, διὰ τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτῷ τοῦτο παρὰ Θεοῦ· καὶ τὰ ἔργα αὐτῷ τῆς θεοσεβείας ἐκδηλότερα γέγονε βεβαιούντα τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. Μετ' ἐκεῖνον πάλιν ἔγνωμεν Μωϋσέα ἀποκαλυφθέντα παρὰ Θεοῦ διαμαρτύρασθαι τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι ἐστὶν αὐτοῖς προκοπὴ ἀληθινὴ πιστεύουσι παρὰ τοῦ Κυρίου αὐτῶν· καὶ ἐγένετο τοῦτο· ἀπὸ γὰρ τῆς περὶ τὸν Ἀβραάμ ἐτι ἀτελοῦς οὐσης θεογνωσίας καὶ πολιτείας, ἐπὶ τὴν μᾶλλον τελείαν θεογνωσίαν καὶ πολιτείαν ἀνῆγεν τοὺς αὐτοῦ ἐχθόνους ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο δοθῆ, περιττὰ καὶ ἄκαιρα πάντα τὰ τοῦ νόμου, τὸ τε σάββατον καὶ αἱ θεόδεκτοι θυσίαι, ἅτινα Ἀβραάμ οὐκ ἤδει, ὑπὲρ ἀδύνατον. Μετὰ Μωϋσέα, ἵνα καταχρήσωμαι τῷ τῆς ἀποκαλύψεως ὀνόματι, ἕως ἂν ἡ ἐκθασίς τὸ πᾶν δηλώσῃ, ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι ἐστὶν αὐτοῖς προκοπὴ ἀληθινὴ τοῖς πιστεύουσιν παρὰ Κυρίου· καὶ ἔσχεν ὁ λόγος τὸ ἔργον πέρας· ἢ τε γὰρ θεογνω-

(5) Sur. X, 5.

σία τραυτοτέρα, καὶ ἡ πολιτεία ἀκριβεστέρα καθ-
έστηκε· καὶ δῆλον ἐν τῷ ἐκείνοις μὲν λέγεσθαι, μὴ
φρονεῦσαι· ἡμῖν δὲ, μὴ ὀργισθῆναι.

ξς'. Ἐπεὶ οὖν προκοπή ἀληθινή καθορᾶται, ἐπὶ
μὲν Ἀβραάμ ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἀγνωσίας Θεοῦ ἐπὶ
Θεῷ· καὶ μάρτυς ὁ βίος αὐτοῦ· ἀπὸ Ἀβραάμ ἐπὶ
τὸν νόμον προκοπή ἀληθινή· καὶ μαρτυρεῖ ἡ εὐτα-
ξία τῆς νομοθεσίας; ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου ἐπὶ τὸν Κύ-
ριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν προκοπή ἀληθινή· καὶ
μαρτυρεῖ τὸ ἀκριβὲς τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας·
οὐκ ἔστι ξένον τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι ἀπεκάλυψεν ὁ
Θεὸς πρὸς ἄνθρωπον ἐξ αὐτῶν τοῦ διαμαρτύρασθαι
καὶ εὐαγγελισασθαι τοῖς πιστεύουσιν ὅτι ἔστι προ-
κοπή ἀληθινή. Εἴδωμεν λοιπὸν εἰ καὶ ἐπὶ τοῦ Μωάμετ
τοῦτο γεγονός εὑρηται· δοκεῖ γὰρ σεμνύνειν καὶ τὴν
Ἀβραάμ πιστίν, καὶ τὸν νόμον, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον·
καὶ τὸν μὲν Ἀβραάμ καὶ τὸν νόμον, αὐτὸς οὐκ ὀφεί-
λει παραυξῆσαι, τὸ μόντοι Εὐαγγέλιον ἐξ ἀνάγκης.
Ἐπισχεφώμεθα οὖν τίνα τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ
ἐπηύξησεν· ἄρα γε τὰ περὶ τῆς ἀκτημοσύνης; ἄρα
γε τὰ περὶ σωφροσύνης; ἄρα γε τὰ περὶ ἀοργησίας;
ἀλλ' οὐδὲν τούτων παρ' αὐτοῦ καθορᾶται· μᾶλλον μὲν
οὖν καὶ ἀπεναντία τούτοις πᾶσιν ἔγραψέ τε καὶ
ἔδρασε· λείπεται ἄρα ἐννοεῖν ἐξ ἀνάγκης μὴ ἐκ Θεοῦ
αὐτὸν ἀποκαλυφθῆναι· ἢ ὡς μὴ διαμαρτυράμενον
τοῖς ἀνθρώποις, μηδὲ εὐαγγελισάμενον τοῖς πι-
στεύουσι προκοπήν ἀληθινήν, ἀλλ' ἀναστροφὴν, μᾶλ-
λον δὲ καταστροφὴν καὶ ἀπώλειαν· ἰδοὺ δὲ τὸν οἰ-
κεῖον αὐτοῦ λόγον, γνώμονα καὶ κανόνα λαβόντες,
δι' αὐτοῦ αὐτὸν ἀπηλέγξαμεν μὴ ἀποκαλυφθέντα
παρὰ Θεοῦ· ἀλλ' ὡς αὐτὸς μὲν ἔφη, φαρμακὸς ἔστω,
εἰ βούλοιο· πλήν γε θεόθεν οὐδὲν ἔλαβε· τούτου δὲ
ἐκπεσῶν, ὅποι δὲ καὶ τετάξεται, οὐκ ἄδηλον· καὶ
ἀληθεύσει ὁ εἰρηκῶς, *Πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήστρω*
αὐτῶν οἱ ἀμαρτωλοὶ· τούτων αὐτοῦ τῶν ἀφαιρο-
τάτων λογίων, ἔτι σαθρότερα ῥησεῖδια ὑποτιθέμενα,
διὰ τὴν παντελεῖ χαύνωσιν καὶ ἀδράνειαν, εὐλογον
παριδεῖν ἐκρίναμεν· φύσεως μὲν γὰρ τῷ ὄντι πονη-
ρᾶς καὶ πολυλάλου, μᾶλλον δὲ φλυαροῦ καὶ γραο-
πρεποῦς ἐτύγγανεν· ἔτι δὲ καὶ δειλῆς καὶ ὀργίλου
καὶ ὑπόουλου καὶ μεγαλορήμονος· καὶ οὐκ οἶδ' ὅ τι
κακὸν ἐνέλιπε τῷ διαβόλῳ ὅπερ αὐτῷ οὐ προσῆν·
ὀρθῆς δὲ κρίσεως καὶ διανοίας, εὐστόχου παντάπασιν
ἄμοιρος αὐτοῦ ὁ πᾶς λόγος τυγχάνει· διὸ αὐτὸν παρ-
τήσομεν ἐν τούτοις ἀδολεσχοῦντα καταλύσαι τὸν φλη-
ναφον.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Γ'.

ξς'. Ὁ δέκατος μῦθος τῷ Μωάμετ, Λόγος Χοῦδ,
ἐπιγέγραπται (6), καὶ τὸ προοίμιον καυχῆσεως πε-
πλήρωται κομψῆς, ὅτι, φησὶν, ὑπὸ σοφοῦ ἀνδρὸς
ἐσοφίσθη καὶ ἐστίχθη καὶ διεκρίθη· τέως μόντοι τῆς
παρὰ ἀνθρώπων γνώσεως ἐπιδεῖ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ Θεοῦ
αὐτοῦ Γραφήν· ἄρχεται δὲ πάλιν καταπλήττειν τοὺς
βαρβάρους, ὅτι δὲ Θεοῦ εἰσιν νομοθεσία: τὰ τοιαῦτα
παίγνια· καὶ καταφοβεῖ αὐτούς, εἰ μὴ πείθωντο, ἀπό-

A quod antiquis dictum fuit, *Ne occidatis*¹⁰; nobis
autem, *Ne irascamini*¹¹.

65. Verum ergo incrementum conspicitur; sub
Abrahamo quidem ad idololatria inscitia Dei, ad
Deum ipsum; cuius rei testis vita ipsius. Ab Abra-
hamo ad legem incrementum verum, quam rem
testatur legislationis recta ordinatio. A lege demique
ad Dominum nostrum Jesum Christum incremen-
tum verum, prout demonstratur a perfecto evange-
licæ vitæ genere. Non est ergo novum inter ho-
mines, quod Deus revelet alicui ex eorum numero,
ut testetur atque evangelizet credentibus verum
fieri incrementum. Superest ut videamus utrum sub
Mohamede id contigisse comperiat. Etenim is
venerari videtur Abrahami fidem, et legem, et
Evangelium. Et Abrahamum quidem atque legem
is non debet augere; necessarie vero Evangelium.
Spectemus itaque, quodnam de Christi mandatis
auxerit; num illud de non possidendo? num de
pudicitia? num de mansuetudine? Atqui nihil ho-
rum apud Mohamedem conspicitur; imo omnia
his contraria scripsit egitque. Reliquum ergo est,
ut necessario putemus nihil a Deo ipsi revelatum;
sed neque hominibus quidquam testatum, neque
verum incrementum credentibus evangelizasse, sed
decrementum potius et subversionem atque exi-
tium. Ecce enim propria illius verba ceu gnomo-
nem regulamque secuti, ipsum per semetipsum
convicimus, nullam a Deo revelationem accepisse.
Sed, ut ipsemet dixit, esto utique, si vult, magus,
sed certe divinum nihil accepit. Ab hoc gradu
dejectus, ubinam sit reponendus, patet: veraxque
erit ille qui dixit: *Incident in retiaculum suum*
*peccatores*¹². His infirmissimis ejus sermonibus
marcidiores adhuc dictiunculas ab eo subjun-
ctas, propter futilitatem ipsarum et inutilitatem,
merito a me omittendas judicavi. Fuit enim
Mohamedes indole prava, loquace, vel potius ve-
tularum more nugace; formidolosa insuper, ira-
cunda, suspicace et arrogante: atque haud
scio an quid pravi diabolo resit, quo Mohamedes
caruerit. Recto autem judicio ac solerti mente
omnis ejus sermo prorsus est expers. Quamobrem
ipsum sinemus cum his jocularibus fabulæ suæ co-
ronidem imponere.

CONFUTATIO X.

66. Decima a Mohamede fabula inscribitur *Sermo*
Chudi. Proœmium egregia gloriatione abundat, quia
dicit hunc sermonem a sapiente viro sapienter ela-
boratum, dispositumque periodis et distinctum. In-
terim sane humana peritia egentem confitetur Dei
ipsius Scripturam. Rursus autem incipit timorem
barbaris incutere, quod Dei leges sint, hæc sua
ludicra: territatque illos, nisi crediderint, futura:

¹⁰ Exod. xx, 13. ¹¹ Matth. v, 22. ¹² Psal. cxl, 10.

(6) Sur. XI, 2, 4, 26, 40, 42, 49.

punitio, et iis quæ præter expectationem accidunt humanæ vitæ molestiis. Nam si quid, inquit, vobis eveniet terra marive, id utique propter vestram in his incredulitatem patiemini. Adducitque testem prophetam legatumque Noe, cui cum omnes fidem denegarent, omnes perierunt : et quod unus filiorum ejus incredulus, aquis suffocatus fuerit, senespectante : et quod ex unaquaque animalium specie haud septem ac duo paria, sed unum tantummodo par secum detulerit. Additque tanquam aliquo ei aspirante : Hæc ex historiis remotorum tibi nota facimus, quæ tu ignorabas, populusque tuus ante hoc tempus. Ecce autem ipse Mosaicam Scripturam se non legisse constat ; quandoquidem illam haud recte recitat, sed perverse omnino, et sibi contradicentem. Hinc constat, cum qui illam historiam dictavit, haud nunc cum Mohamede loqui. Sed ejus potius Scripturæ falsatio vel ab homine Manichæo erat, vel a dæmone ; vel ipse Mohamedes dedita opera malitiosus est, volens se supra Moysen evehere. Præterea Zaïethum inducit prophetam, ignoti populi magistrum ; et quod is illi mandaverit, quominus camelo cuidam femina nocerent in agris pascenti : et quod illi immorigeri illam occiderint, ideoque traditi sint propter camelum iræ Dei in habitationibus suis maledicti, qui et nusquam apparuerint. Terribile a barbaro exemplum ubique proponitur ; sed tamen rei veritas nulla apparet. Memorat etiam Abrahami in meridie visionem, itemque Lotum ; verumtamen omnia corrumpit atque confundit. Simul et immissam Sodomis iram ponit, et incogniti cujusdam Soaipei Madianitæ mentionem facit, si hic unquam inter homines fuit. Res quoque Pharaonis attingit, nectitque iis stultam suam prædicationem, seque illis æqualem facit ; Et meos, inquit, sermones admittite. Atque ita nugatorium hoc capitulum claudit. Oportet vero summam barbari animadvertere inconsiderantiam qui tam libere personas illustres memorat, contrarium tamen illis vitæ institutum sectatur. Ergo alterum peccat ; vel enim se prævaricatorem esse non intelligit, vel id omnes latere existimat : quorum alterum summæ dementiæ est, alterum vesaniæ et impudentiæ.

CONFUTATIO XI.

67. Undecima a Mohamede fabula inscribitur *Joseph* ; narrat autem res pudici Josephi modo imperfecte, modo interpolatas et extensas, quædam etiam ridicula et turpia, et quod Rachel ad pedes ejus procubuerit cum Israele patre illius in Ægypto. Atqui Moyses dicit ipsam præmortuam in partu Benjamin. Adeo semper studet fallacem demonstrare virum visione Dei donatum ! Additque : « Atque hæc ex historiis antiquorum tibi revelamus Arabicis litteris. » Atqui alibi dicit, se sine scripto has ineptias suas recepisse. Est autem ver-

(7) Sur. XI, 64, 69, 70, 76 seq. 85, 98.

A τε τῆς μελλούσης κολάσεως, ἀπό τε τῶν συμβαινόντων παρά προσδοκίαν ἀνιερῶν τοῖς ἀνθρώποις : εἴ τι δ' ἂν γάρ, φησί, συμβαίῃ ὑμῖν, εἴ τε ἐν γῆ εἴτε ἐν θαλάσῃ, διὰ τὴν περὶ ταῦτα ἀπιστίαν πείσεσθε : καὶ παράγει εἰς μαρτυρίαν προφήτην καὶ ἀπόστολον γεγονότα τὸν Νῶε : καὶ ὅτι πάντων ἀρνησαμένων, οἱ πάντες ἀπώλοντο : καὶ ὅτι εἰς τῶν αὐτοῦ υἱῶν μὴ πιστεύσας ἀπεπνίγη ὀρῶντος τοῦ γέροντος : καὶ ὅτι ἐξ ἐκάστου εἶδους ζώων, οὐχ ἑπτὰ καὶ δύο ζυγὰς, ἀλλ' ἀνά μίαν μόνην ζυγὴν μετ' αὐτοῦ ἔλαβε : καὶ προστίθῃσιν ὡς ἐκ τοῦ πρὸς αὐτὸν δῆθεν ἐμπνέοντος, ὅτι Ἐκ τῶν ἐξηγήσεων τῶν ἀπόντων δηλοποιούμεν ταῦτα πρὸς σέ : οὐκ ἦς γινώσκων αὐτὰ σύ : οὐτε ὁ λαός σου πρὸ τούτου : ἰδοὺ δὲ αὐτὸς περὶ αὐτοῦ ὁμολογεῖ ὅτι τὴν Μωσαϊκὴν Γραφὴν οὐκ ἀνέγνω, ἐπειδὴ αὐτὴν οὐ προφέρει ὀρθῶς, ἀλλὰ πάνυ ἐνδιαστρόφως καὶ ἀκαταλλήλως πρὸς ἑαυτὴν : πρόδηλον ὅτι οὐ τοῦ ὑπαγορεύσαντος αὐτὴν ἐστὶν ἡ πρὸς αὐτὸν ὁμιλία, καὶ ἡ τῆς Γραφῆς νόθευσις, ἀλλ' ἢ παρὰ ἀνδρὸς Μανιχαίου, ἢ παρὰ δαίμονος, ἢ τάχα καὶ ἐθελοντῆς κακουργεῖ, ὑπὲρ Μωϋσέα ἑαυτὸν ἐπᾶραι θέλων. Καὶ πρὸς τούτοις τὸν Ζάεθ εἰσηγεῖται προφήτην (7) καὶ διδάσκαλον λαοῦ ἀγνώστου : καὶ ὅτι διεσταλατο αὐτοῖς τοῦ μὴ βλάψαι κάμηλόν τινα νεμομένην ἐν ἀγροῖς : καὶ ὅτι ἐκεῖνοι παραβάντες, ἐφόνευσαν αὐτὴν, καὶ κατελείφθησαν διὰ τὴν κάμηλον ἐν ὀργῇ Θεοῦ εἰς τὰς αὐτῶν ἐξαρῶμενοι ὡς μὴ φανέντες : φοβερὸν τὸ τοῦ βαρβάρου ὑπόδειγμα ἐν πᾶσι, πλὴν τὸ ἀληθὲς πεφνηνῆναι : μέμνηται δὲ καὶ τῆς περὶ τὸν Ἀβραάμ κατὰ τὴν τῆς μεσημβρίας ὀπτασίαν, καὶ τοῦ Λώτ : καὶ παρασολοικίζει πάντα καὶ συγγεῖ : ὁμοίως τὴν ἐπὶ Σόδομα κατενεχθεῖσαν ὀργὴν ἐξέθετο : πάλιν δὲ τοῦ ἀδῆλου Σωαῆπ μέμνηται τοῦ Μιδιανίτου, εἴ τις ἄρα καὶ ἐγεγόνει, καὶ τῶν ἐπὶ Φαραῶ : καὶ ἐπισυνάπτει, καὶ τὴν αὐτοῦ ματαιοκηρυξίαν, ὅτι Ἐνός τινος τούτων ἴσον, καὶ τοὺς ἐμοὺς παραδέξασθε λόγους : καὶ ἐν τούτοις τὸν φλῆναφον ἐπιπέμμετο : σκοπεῖν δὲ δεῖ τὸ τοῦ βαρβάρου ἀλόγιστον ἐν τοῖς τοιοῦτοις αὐτοῦ ὑποδείγμασιν, ὅτι τῶν μὲν ἐνδόξων προσώπων ἀδεῶς ἐμνημόνευσεν, τὴν ἐναντίαν δὲ αὐτοῖς πορευόμενος, δυοῖν θάτερον ἐπασχεν : ἢ γὰρ οὐ συνίει τοῦτο πεπονθῶς, ἢ λαθεῖν πάντως ἐνόμισεν : ἐστὶ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀνοίας ἀπλῶς, τὸ δὲ δεῦτερον παρανοίας καὶ ἀναίσχυντίας.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΑ'.

ἔξ'. Ὁ ἐνδέκατος μῦθος τῆς Μωάμετ ἐπιγέγραπται μὲν εἰς τὸν Ἰωσήφ, διηγείται δὲ τὰ περὶ τοῦ σώφρονος Ἰωσήφ, πῆ μὲν ἔλλιπῆ, πῆ δὲ παρεμβεβλημένα καὶ ἐκτεταμένα καὶ γελοιώδη καὶ αἰσχρά (8) : « Καὶ ὅτι, φησὶν, ἡ Ῥαχὴλ ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ σὺν Ἰσραὴλ τῆς πατρὸς αὐτοῦ ἐν Αἰγύπτῳ. » Καίτοιγε ὁ Μωϋσῆς προτελευτήσας αὐτὴν λέγει ἐν τῆς τόκῳ Βενιαμίν : οὕτως αὖτε ψευδόμενον φιλονεικεῖ δεικνύουσι τὸν θεόπτην : καὶ προστίθῃσιν, ὅτι « Τοῦτο ἐκ τῶν διηγήσεων τῶν ἀπόντων ἀποκαλύπτομεν ταῦτα πρὸς σέ διὰ Ἀραβικῶν γραμμάτων »

(8) Sur. XII, 100.

καίτοιγε ἀλλαχοῦ φησιν ὅτι ἀγράφως τὰς τεθραυκίας ταύτας δέδεκται· ὁ δὲ σκοπὸς αὐτῷ τοῦ λόγου τοιοῦτος· ὅτι Εἰ τὸν Ἰωσήφ ἢ Αἴγυπτος παρεδέξατο, πολλῶ μᾶλλον ἐμὲ δέξασθαι ὑμεῖς ἐποφείλετε· τοσοῦτον αὐτῷ τὸ περιὸν τῆς ἀπονοίας· καὶ ἐν τούτοις τὴν φληναφον ἀπεστόμισεν.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΒ΄.

Ξη΄. Τὸ δωδέκατον μυθᾶριον τῷ Μωάμετ ἐπιγέγραπται μὲν *Εἰς τὴν βροντὴν*· ὑπομιμνήσκει (9) δὲ τοὺς ἀκούοντας ὅτι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ὁ Θεὸς ἐποίησεν, καὶ αὐτὸς βρέχει, καὶ χάλαζαν καταφέρει· ὡσανεὶ οὐδέπω ἄλλοτε τούτου φημισθέντος, ὅτι τε ὁ Θεὸς ταῦτα ἐποίησεν, καὶ ἐνεργεῖν ἐκέλευσεν· καὶ λοιπὸν ὡσπερ ἀρχὰς τινὰς ὁμολογουμένας ταύτας προσθεῖς, ὡς ἀναγκαίως ἐπεσθαι ὀφειλομένην τὴν ἐκυτοῦ νεκρομαντείαν ἐπισυνάγει, καὶ τοιαῦτά τινα παραλήρει· Ὁ Θεὸς βροντᾷ· ἐκ τούτου γινώτε ὅτι προφήτης αὐτοῦ εἰμι ἐγώ· ὁ Θεὸς ἀστράπτει, γινώτε ὅτι προφήτης αὐτοῦ εἰμι ἐγώ· ὁ Θεὸς ἐθηκεν ἐν τῇ γῆ πᾶν ζῶον καὶ φυτὸν· γινώτε ὅτι προφήτης αὐτοῦ εἰμι ἐγώ· Ἴδε πῶθεν εἶλε τοὺς ἀθλίους βαρβάρους. Λοιπὸν δὲ καὶ ἡμεῖς ὡς ἐκ τούτου μαθόντες, καὶ τὰ κατὰ μέρος κατανοοῦντες, καθ' ὃ αὐτὸς διδάσκει εὐφρῶς περὶ αὐτοῦ λέγειν δυνάμεθα· Ὅνος ὑγκᾶται· γινώτε, οἱ βάρβαροι, ὅτι Μωάμετ Θεοῦ αὐτοῦ προφήτης· βόες μυκῶνται, γινώτε οἱ βάρβαροι, ὅτι Μωάμετ Θεοῦ αὐτοῦ ἀπόστολος· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ κυνῶν ὑλακῆς, καὶ βομβύθρων ἠχῆς, καὶ τῶν ὁμοίων· τίνοι τῶν δυσσεβῶν αὐτὸν ἀπεικάζουσι δι' ὑπερβολὴν θεομαχίας, οὐκ ἔχω· καὶ οὐδὲ συναισθόμενος ὁ παραπαίων τῆς ἀθέου φλυαρίας, ἀλλὰ καὶ μέγα ἐπ' αὐτῇ φρονῶν, ὅτι δῆθεν ἀκούει βροντῶντος Θεοῦ καὶ ἀστράπτοντος ὀρᾶ, καὶ ἄλλοις ταῦτα λέγει· ἐκδοάτω τοῦτο μέγα καὶ ἐξαισίον ἔργον ὡς ἐκ στόματος τοῦ πηρώσαντος αὐτοῦ τὰς νοητὰς αἰσθήσεις οὕτως·

Ξθ΄. « Ἀπειστείλαμέν σε (10) πρὸς ἔθνος οὗ παρήλθον παρ' αὐτοῦ ἔθνη τοῦ ἐντυγχάνειν ἐπάνω αὐτῶν τὰ δηλοποιηθέντα πρὸς σέ. » Ὡ ἀπὸ τῆς ἀνωτάτω σοφίας τῷ Μωάμετ! ἔντως νῦν εὐκαιρὸν τὸ Γραφικὸν ἐκείνο φάναι ρητόν· Ὁ μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μάταια νοήσει· περὶ δὲ τῆς βροντῆς, δι' ἣν καὶ ἡ ἐπιγραφή κέλεται, φησὶ· Καὶ δοξάζει ἡ βροντὴ ἐν τῇ εὐχαριστίᾳ αὐτοῦ· τούτέστι εὐνοῦς καὶ λογικῆ φωνῆ ἐστὶν ἡ βροντὴ· τοῦτο δὲ τῆς ἐγκρινομένης γραφῆς οὐκ ἐστὶν· καὶ εἰκότως· ἦν γὰρ ἂν καὶ περὶ φλοίσθου θαλάσσης, καὶ βοῆς ἀνέμου, καὶ ἐτέρων πλειόνων τοῦτο διανοεῖσθαι· ἀλλ' ἔσονταί τινες ἀπηχέστατοι ψόφοι, οἷς οὐκ ἀρμόσει τὸ εἰρημένον· τῆς δὲ δυσφήμου αὐτοῦ δόξης τῆς τὸν Θεὸν αἴτιον τῶν κακῶν τιθείσης, ὡσπερ δὴ καὶ τῶν καλῶν, ἀναιδέστερον ἐπιμνησθεῖς, φησὶν· « Ἐὰν γὰρ ἤθελεν [cod. ἤλθεν] (11) ὁ Θεὸς, ὁδηγήσαι εἶχεν αὐτοὺς ἀνθρώπους πάντα· καὶ ἂν πλανᾷ ὁ Θεός, οὐκ ἐστὶν αὐτοῦ ὁδηγήσις. » Ὅντως οὕτως

borum ejus scopus hic, quod Si Josephum Ægyptus admisit, multo me magis debetis vos recipere. Tanta est insania ejus! Atque ita stultam fabulam suam concludit.

CONFUTATIO XII.

68. Duodecima a Mohamede fabula inscribitur *Tonitru*. Monet autem auditores, Deum cælum terramque fecisse, et ab eodem imbrem grandinemque demitti: quasi nusquam id esset famigeratum, hæc videlicet Deum fecisse, vicissimque operari jussisse. Et mox seu confessa quedam principia hæc proponens, tanquam necessario consecuturam necyomantiam suam adnectit, et hujuscemodi quedam nugatur: Deus tonat; hinc me esse prophetam illius cognoscite. Deus fulgurat; me prophetam ejus esse cognoscite. Deus in terra collocavit omne genus animalium atque plantarum; me prophetam illius esse cognoscite. Videntur, quomodo infelices barbaros decipiat? Superest ut nos quodammodo ab eo discentes, et singula considerantes, prout ipse nos egregie docet, dicere valeamus: Asinus rudit; cognoscite, o barbari, Mohamedem esse Dei ipsius prophetam. Vaccæ mugiunt; cognoscite, o barbari, Mohamedem esse Dei ipsius legatum. Similiter de canum latratu, de vesparum strepitu, et aliis hujusmodi. Cuinam impio hunc ob irreligionis excessum comparem, non comperio. Neque tamen delirus hic sentiens impiam suam nugacitatem, imo magnopere in ea se jaectans, quod Deum tonantem audit, et fulgurantem videt, hoc ipsum et aliis narrat. Clamet vero hoc grande et immensum opus, tanquam ex ejus ore, qui mentis ejus sensum obtudit, clamet, inquam, sic:

69. « Misimus te ad gentem, cui præcesserunt gentes, ut recitares super eas quæ revelavimus tibi. » O cœlestem Mohamedis sapientiam! Vere nunc tempestive recitabitur scripturale dictum illud: *Stultus stulta loquetur, et cor ejus vana cogitabit*. De tonitru autem, quo vocabulo etiam inscriptionem fecit: « *Tonitru glorificabit in sua gratiarum actione* »¹³. Id est, benevola et rationalis vox est tonitru. Porro hoc accuratam scripturam non decet; sane merito: idem enim et de maris murmure et de ventisibilo, et de aliis plurimis cogitare liceret. Erunt nihilominus quidam turpissimi crepitus, quibus prædicta non convenient. Infamem vero sententiam suam, quo Deum malorum æque ac bonorum causam dixerat, nunc impudentius refricans ait: « Et enim si Deus voluerit, utique universos homines diriget. Et quem Deus errare facit, non est ei directio. » Revera hic habitavit, ut ait Salomon¹⁴, in locis quos Deus non inspicit. Rursus vero ob suum

¹³ Isa. xxxii, 6. ¹⁴ Prov. xix, 23.

(9) Sur. XIII, 3.

(10) Sur. XIII, 52.

(11) Sur. XIII, 36.

animi timorem, ne forte ei discredatur., satis agit et ait : « Dicunt negantes , Non es legatus. Dic : sufficit mihi testis Deus inter me ac vos ; et is apud quem est scientia Scripturæ. » Deum producit testem legationis suæ ; nullum cæteroqui Deo dignum profert indicium, non miraculum, non prophetiam, non vitam virtutibus exercitam, nec aliam saltem scientiam ; sed absque ulla demonstratione, Deus, inquit, testis est. Deinde agnoscens suam contra Deum calumniam, suumque mendacium , quandoquidem confirmare dictum nullatenus poterat, confugit ad illos qui Scripturæ scientiam habent ; quo dicto illudit barbaris tunc litterarum ignaris, ita ut fraudem suam eclare valeat. Et quicumque habet, inquit, Scripturæ scientiam: Quam dicis scripturam ? Sine dubio existimas veram esse illam Scripturam quæ de te testatur. Ergo effatum illud, *Abominatio desolationis*¹⁵, de te dictum fuit. Nihil aliud cordatis superest de te cogitare. Quod si Mohamedes non est eo contentus, et sublimius aliquid postulat ; vos quidem divinæ Scripturæ studiosi, probe scitis quasnam ibi de Mohamede legato prædictiones Deus scripserit, et de ipsius expectatione. Imo et in istius libro juvenielis sumpta ex sacris Scripturis testimonia, congruenter ejus dogmatibus applicita , ex lege, prophetis, atque Evangelio, quos libros ipse divinos judicare videtur : quorum ceu sibi notorum prætextu barbaros latens, fabulæ finem facit.

CONFUTATIO XIII.

70. Tertia decima a Mohamede fabula inscribitur *Abraham* ; nihil tamen frugi de hoc homine narrat ; sed prout etiam in superiore fabula , breviter de re creata locutus, quam a divino Spiritu regi dicit, subdit ministerii sui negotium, consuetamque blasphemiam effutit, quod Deus quem vult errare facit, vicissimque quem vult dirigit. Rursusque meminit Thamudi et Aadi, juxta prisecum deliramentum suum : et quod propterea sibi quoque credi debeat ut Dei legato. Hujus autem legationis suæ hoc dicit indicium, quod futuri sunt in paradiso credentes, cum uxoribus suis et filiis simul delicias ; infideles autem, in judicio. « Interulæ eorum ex pice cedrina, et cooperiet vultus eorum ignis. » Atque ita tremendum diem irridens, fabulari desinit. Animadvertendum est morem esse improborum hominum haud nuda objicere retia ; alioquin ipsi potius prædæ forent. Non est ergo mirandum si qua interdum apud eum sunt laudabilia. Verum tamen illa oportet explorare quæ noviter ipse ponit, quantopere fraudes ejus dolique adversentur divinis, a quibus is decerpit, legibus.

¹⁵ Dan. ix, 27.

(12) Sur. XIII, 45.

(13) Sur. XIV, 10.

ἠόλισθη, κατὰ τὸν Σολομῶντα, ἐν τόποις οὓς οὐκ ἐπισκοπεῖ ὁ Ὑψιστος · πάλιν δὲ τῆς περιδεοῦς αὐτῷ ὑποθέσεως τοῦ μὴ ἀπιστηθῆναι ἀντέχεται, καὶ φησι (12) · « Λέγουσιν οἱ ἀρνησάμενοι, Οὐκ εἰ ἀπόστολος · εἰπέ· Ἄρκεσθῆ μοι ὁ Θεὸς μάρτυς μεταξὺ [τε] ἐμοῦ τε καὶ ὑμῶν · καὶ ὅστις ἐστὶν παρ' αὐτοῦ εἰδησις τῆς Γραφῆς. » Θεὸν προβάλλεται μάρτυρα τῆς αὐτοῦ ἀποστολῆς · Θεοῦ δὲ οὐδὲν τι ἄξιον ἐπιφέρεται σύμβολον, οὐ θαυματουργίαν, οὐ προφητείαν, οὐ βίον ἐξησχημένον, οὐδὲ ἀπλῶς γινῶσιν · ἀλλ' ἀναποδείκτως, Θεὸς μάρτυς, φησὶν · εἶτα αἰσθόμενος τῆς κατὰ Θεοῦ συκοφαντίας, καὶ τοῦ ἑαυτοῦ ψεύδους (οὐ γὰρ εἶχε τοῦτο πόθεν πιστώσεται), καταφεύγει εἰς τοὺς εἰδότας τὴν Γραφήν, ἐν τῷ τέως τοὺς βάρβάρους ἀγνώστους ὄντας διαπαίξαι καὶ λαθεῖν ἰσχύσας· Καὶ ὅστις ἐστὶ παρ' αὐτοῦ, φησὶν, εἰδησις τῆς Γραφῆς · ποίας Γραφῆς ; ὅπως γὰρ δὴ οἶσι ἀληθῆ τὴν Γραφήν εἶναι καὶ περὶ σοῦ μαρτυροῦσαν · εἰκὸς τὰ περὶ τοῦ βδελύγματος τῆς ἐρημώσεως περὶ σοῦ εἰρηται · ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν περιλείπεται τοῖς συνιοῦσι διανθεῖσθαι περὶ σοῦ · εἰ δὲ μὴ τοῦτο αὐτὸς ἀνέχοιτο, ἀλλ' ἕτερόν τι ὑψηλὸν ἀπαιτεῖ, ὅσοι τὴν θεόπνευστον μελετᾶτε Γραφήν, αὐτοὶ ἐπίστασθε ὅσας προαγγελίας περὶ Μωάμετ ἀποστόλου ὁ Θεὸς ἔγραψε, καὶ τῆς τούτου προσδοκίας · εὐρήσετε δὲ καὶ ἐν τῇ τούτου συγγραφῇ τὰς ἐκ τῆς θείας Γραφῆς μαρτυρίας εὐστόχως ἐν τοῖς αὐτοῦ δόγμασιν ἐξαγομένας ἀπὸ τε νόμου καὶ προφητῶν καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ἃ ἐκθειάζειν δοκεῖ, καὶ ὧν ὑπὸ τὴν πρόφασιν τῆς εἰδήσεως τοὺς βάρβάρους λαθῶν, τὴν φληνάφον ἔπαυσεν

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΓ'.

ο'. Τὸ τρισκαίδεκατον (13) μυθῆριον τῷ Μωάμετ. Εἰς μὲν τὸν Ἀβραάμ ἐπιγέγραπται, οὐδὲν δὲ ἄξιον λόγου περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐξηγεῖται, ἀλλὰ κατὰ τὸν πρὸ τούτου μῦθον ὀλίγα περὶ τῆς κτίσεως καταλέξας ὅτι θεῶν Πνεύματι διοικεῖται, ἐπάγει τὰ οἰκονομούμενα παρ' αὐτοῦ · καὶ φησι τὴν συνήθη βλασφημίαν, ὅτι ὁ Θεὸς ὃν θέλει πλανᾷ, καὶ ὃν θέλει ὀδηγεῖ · καὶ αὐθις μέμνηται Θαμοῦδ καὶ Ἀάδ, κατὰ τὸν πάλαι λήρον αὐτοῦ · καὶ ὅτι διὰ τοῦτο κάγω ὀφείλω πιστωθῆναι ὡς Θεοῦ ἀπόστολος· τῆς δὲ τούτου ἀποστολῆς γνώρισμα τοῦτό φησιν· ὅτι Ἔσονται, φησὶν, οἱ πιστοὶ ἐν τῷ παραδείσῳ ταῖς ἑαυτῶν γυναῖξί τε καὶ τέκνοις συνευφραίνόμενοι (14) · οἱ δὲ ἀπιστοὶ, φησὶν, ἐν τῇ κρίσει· « τὰ καμῆσια αὐτῶν ἀπὸ κεδρίας, καὶ καλύπτει τὰ πρόσωπα αὐτῶν τὸ πῦρ · ἰ καὶ οὕτως καταπαίξων τῆς φοβερᾶς ἡμέρας, τοῦ φληνάφου ἀπέστη. Ἐπιστῆσαι δὲ δεῖ ὅτι ἐπὶ τῶν κακουργούντων ἴδιον τὸ τμή γυμνὰς προτιθέναι τὰς ἄρκυς · ἢ γὰρ ἂν αὐτοὶ μᾶλλον ἐάλωσαν · οὐ γὰρ ξενίζεσθαι, εἰ καὶ παρ' αὐτῷ τι τῶν ἐπαινούμενων ὁσωρηθεῖη · ἀλλὰ τὰ παρ' αὐτοῦ καινιζόμενα βισανύσαι δεῖ · εἰ γὰρ μὴ σφόδρα διαμάχεται τοῖς ἐξ ὧν ἐλήφθησαν αὐτοῦ τὰ δεύσασα καὶ αἱ ἀπάται θεογράφοις νόμοις.

(14) Sur. XIV, 49.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΔ'.

οα'. Τὸ τεσσαρεσκαίδεκατον μυθᾶριον ἐπιγέγραπται μὲν *Εἰς τὸν Νόγερ* (15)· μέμνηται δὲ αὐτοῦ πρὸς τῷ τέλει τοῦ μύθου ὅτι ἐταῖρος ἦν τῶν Σοδομιτῶν (16)· ὁ πᾶς δὲ σκοπὸς τούτου τοῦ μύθου περὶ τοῦ μὴ διαπιστηθῆναι αὐτόν· καὶ φησιν, ὅτι Πάντως ἐροῦσά σοι ἔτι δαιμονίως εἰ λέγων ἐκ Θεοῦ δέξασθαι ταῦτα (17)· εἰ γὰρ ἦς ἀληθινός, ἄγγελον ἂν κατῆγες. Αἰτίας δὲ τίθησι τοῦ μὴ δεῖν ἔρχεσθαι ἄγγελον, δύο· ὅτι τε εἰσὶ τινες δι' οὓς τοῦτο κωλύεται· καὶ ὅτι ἐκείνων ἐλθόντων, τὸ ὄλον ἤνυσται. Καὶ τίς χάρις τοῖς ἀνθρώποις; Εἰ δὲ καὶ τὸν οὐρανὸν, φησὶν, ἠνοιξάμεν, ἴσταντο ἂν οἱ ὄρωντες αὐτόν ἐκθαμβοί· διὰ τοῦτο οὐδὲν τούτων γίνεται· ἀλλ' ἀντὶ τούτων, φησὶ, καλῶς εἰδὼς τὰ μετέωρα· « Ἴδτε τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὰς ἀστροτοξίας γινομένας, ὅπηνίκα ἀναβαίνει ὁ Σατανᾶς παρακροᾶσθαι θέλων τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ λαλούμενα· καὶ διὰ τοῦτο πιστεύσατε ὅτι ἀπόστολός εἰμι· ἄλλος γὰρ τοῦτο πρὸ ἐμοῦ οὐκ ἐδίδαξεν. » Εἶτα πάλιν μέμνηται τῆς τοῦ Ἀδὰμ πλάσεως, καὶ τῆς γενέσεως τοῦ Βελιάρ, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀπειθείας, καὶ τοῦ Ἀβραάμ, καὶ τῆς ἱστορίας τῆς κατὰ τὸν Λῶτ· καὶ παρεμβαλὼν τινα ἐξωθεν ἕτερα, κατορθώσας τε ἐκ τῆς τούτων ἐξηγήσεως, ὡς ἐνόμιζε, τὸ πιστωθῆναι, καθάπτεται λοιπὸν τῶν τιθέντων κρινῶνδον Θεῷ (18)· καὶ ἐν τούτοις τῷ φληνάφῳ τέλος τίθησιν.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΕ'.

οβ'. Τὸ πεντεκαίδεκατον μυθᾶριον (19) ἐπιγέγραπται μὲν *Εἰς τὰ μελ/σσια*· μέμνηται δὲ τῶν μελισσῶν περὶ τὰ μέσα τοῦ μύθου, ὅτι ἐργάζονται κηρὸν καὶ μέλι· προστίθησι δὲ τὴν ἀπάτην αὐτοῦ, ὅτι δὴ ἐκ Θεοῦ ταῦτα δέδεχται· καὶ ἐπιτρέχειν δοκεῖ τὰς ἐν τῇ κτίσει τοῦ Θεοῦ δυναστείας· καὶ ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κτήνη, καὶ διοικεῖ πάντα· καὶ ἐξομνυται ὄρκον φρικτὸν κατὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, ὅτι ὅσοι λέγουσιν ἔχειν τὸν Θεὸν θυγατέρας ἀγγέλους, τιμωρηθήσονται· τὴν δὲ τελείαν σαφήνειαν τοῦ προχρηματισμοῦ τούτου, ἐν τῷ ἐπιόντι αὐτοῦ μύθῳ ὀψόμενοι ἐκπλαγήσεσθε. Μέμνηται δὲ πάλιν περὶ βρώσεως κρεῶν, καὶ φησὶ· « Μὴ εἴπητε ὅτι τοῦτό ἐστι λελυμένον, καὶ τοῦτο κεκωλυμένον τοῦ βλασφημεῖν ἐπάνω τοῦ Θεοῦ ψεῦσμα· » βλασφημίαν καὶ ψεῦσμα καλῶν τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ· καὶ παραινεῖ τῇ πίστει Ἀβραάμ μοναρχίαν τοῦ πιστεύειν· Ἔθετο γὰρ, φησὶ, τὸ Σάββατον ἐπάνω τῶν ἀμφιβαλλόντων εἰς αὐτόν· καίτοιγε οὐκ ἐγίνωσκε σαββατισμὸν Ἀβραάμ· ὡς ἐκ τούτου στοχάσασθαι, ὅτι καὶ σαββατίζειν ἐβούλετο τοὺς βαρβάρους· ἀλλ' ἴσως οὐκ ἀκουσθεὶς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, οὐκ ἐτόλμησε περὶ αὐτοῦ τι προσθεῖναι· καὶ ἐν τούτοις ὁ φληνάφος αὐτῷ περιέστη.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΣΤ'.

ογ'. Τὸ ἑκκαίδεκατον μυθᾶριον (20) τῷ Μωάμετ

(15) Alcoranus Arabicus *Pegrum*, quam Gelal apud Maraccium *vallem* dicit. Noster Græcus hominem existimat, et scribit *Noger*.

(16) Sur. XV, 79.

(17) Sur. XV, 7, 15, 27, 58.

A

CONFUTATIO XIV.

71. Quarta decima fabula inscribitur *Noger*, cujus meminit circa fabulæ ipsius finem, nempe quod sodalis Sodomitarum fuerit. Totus autem hujus fabulæ scopus est, ne fides ei denegetur; idcirco ait: Dicent omnino, Dæmoniacus es, si a Deo hæc accepisse affirmas. Nam si verax esses, angelos adduxisses. Jam ipse causas, quambrem angelum venire non oporteat, ponit duas; tum quia id a quibusdam prohibetur; tum quia illis advenientibus, cuncta consummabuntur. Quæ porro gratia erit hominibus? « Quod si cælum ipsum, inquit, aperiremus, profecto admirabundi spectarent. » Ideo nihil horum fit. Sed eorum loco, inquit, præclare sciens cælestia, « Videte cæli celsitudinem atque sidera, et siderum jaculationes, quo tempore ascendit Satanas audiendi cupidus quæ in cælo dicebantur. Idcirco credite me esse legatum: hoc enim ante me nemo docuit. » Deinde meminit rursus creationis Adami, et originis Belial, atque ejus contumaciæ; Abrahami item et historiæ Loti. Tum quibusdam insertis exterius desumptis, atque hac narratione existimans sibi fidem conciliasse reprehendit illos postea qui socium Deo dant. Atque ita finem vanæ fabulæ imponit.

B

CONFUTATIO XV.

72. Quinta decima fabula inscribitur *Apes*, memoratque reapse apes circa fabulæ medium, quia ceram et mel fabricant: addit tamen commentum suum, nempe quod a Deo hæc sibi tradita fuerunt. Et delibare videtur Dei in creando potentiam, et quod Deus jumenta fecerit, atque omnia regat: juratque magnum jusjurandum per Dei nomen, quod pœnas luent quicumque Deum habere dicunt filias angelos. Plenam autem prædictionis hujus declarationem in subsequente fabula non sine stupore videbitis. Denuo carniæ esum memorat dicens: « Nolite dicere hoc esse concessum, illud vero prohibitum, ne blasphemum adversus Deum mendacium proferatis: » blasphemiam videlicet appellans atque mendacium legem Dei; hortaturque ut Abrahamum unius Dei credulitate imitentur. Statuit enim, inquit, Sabbatum super discordes de eo. Atqui sabbatum Abrahamus ignoravit. Quambrem ex hoc conjicite quod etiam sabbatizare voluisset barbaros; sed cum ei fortasse suadenti non auscultaretur, nihil circa illud ausum esse constituere. Atque in his ejus fabula explicat.

D

CONFUTATIO XVI.

73. Sexta decima a Mohamede fabula inscribitur

(18) Christianos designat, qui Deo Patri dant socium vel potius consubstantialem Filium.

(19) Sur. XVI, 68, 56, 57, 116, 124.

(20) Sur. XVII, 2, 13, 16, 40.

ΚΒ'. Πρὸς τὸν αὐτὸν ἀμαθῶς ἄμα καὶ ἀσεβῶς λέγοντα θηλείας εἶναι ἀγγέλους, καὶ ταύταις συνελθεῖν τοὺς ἐπὶ Νῶε ἀνθρώπους (91).

κζ'. Πάντα τὰ ἐξ ἑτεροειδῶν κατὰ γέννησιν ἀλλήλοις συνιόντα, ἢ ἄλλο τι πάντη παρὰ τὰ ἐξ ὧν προεληλύθει, ἢ πῆ μὲν αὐτῶν μετέχει, πῆ δὲ καὶ διεννησχότα πρόεισι· καὶ ἡ κρείττω ἐστὶν τῶν προαγόντων, ἢ χείρω. Εἰ οὖν ἐκ συνόδου, ὡς τερατεύεται Μωάμετ, ἀνθρώπων καὶ ἀγγέλων προήρχετό τινα γεννήματα, ἢ ἄλλο τι πάντως παρ' ἑκάτερα ἔδει εἶναι· καὶ ἔστω τὸ τιχτόμενον ἐξ αὐτῶν οὔτε ἀγγελος οὔτε ἄνθρωπος, τουτέστιν οὔτε θνητὸν οὔτε ἀθάνατον, οὔτε σαρκούρον οὔτε ἀσώματον, ὡσπερ ἡμίονος, οὔτε χρεμετιστικόν ἐστὶν, οὔτε ὀγκηθητικόν· ἀλλ' οὐδὲ μέσον θνητοῦ καὶ ἀθανάτου, οὐδὲ ἐνύλου καὶ ἀύλου· οἱ γὰρ γίγαντες καὶ ἐτελεύτων, καὶ ἔνυλοι ὑπῆρχον ἀνθρώποι. Οὐκ ἄρα κατὰ γέννησιν ἀνδρῶν ἀγγέλοις συνιόντων, ἄλλο τι ἐτίχτετο ἢ ἔστι τὰ τιχτόμενα, πῆ μὲν τῶν τιχτόντων μετέχοντα, πῆ δὲ διαλλαττόντα. Διαλλαττέτω οὖν κατὰ τὸ θνητὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἢ μετεχέτω κατὰ τὸ ἔνυλον· διαλλαττέτω πάλιν ἀγγέλου κατὰ τὸ ἀθάνατον, καὶ μετεχέτω κατὰ τὸ ἀσώματον· καὶ ἔστω θνητὸν, ἀθάνατον· καὶ ἔνυλον, ἀσώματον· ἀλλὰ ἀθύνατον· ἔνυλοι γὰρ μόνως καὶ θνητοὶ ἄνθρωποι μόνως ἦσαν οἱ γίγαντες· οὐκ ἄρα ἀνδρῶν ἀγγέλοις συνιόντων, πῆ μὲν τὰ τιχτόμενα τούτων μετεῖχε, πῆ δὲ διήλλαττεν· ἀλλὰ δέδειχται, ὅτι οὐδέτερόν τι παρὰ ταῦτα. Οὐκ ἄρα μὲν συνόδων ἀνδρῶν καὶ ἀγγέλων δυνατόν τι τεχθῆναι· ὅτι μηδὲ παρὰ τὰ εἰρημένα τεχθῆναι τι δύναται ἐξ ἑτεροειδῶν· ἀλλ' οὐδὲ φύσιν ἔχει τὸ πρᾶγμα. Εἰ γὰρ καὶ δοθῆ, ὅπερ ἀμήχανον, ἀνδρὶ συγγενέσθαι ἀγγέλῳ, ἐν ποῖᾳ μήτρᾳ συνέξει καὶ ζώσει τὸ ἀσώματον τὸ σῶμα; ποῖᾳ δὲ ὁμοίᾳ

minem producit, sic etiam corruptio per generationem eum multiplicat. Alioquin idem esset generatio et corruptio; quod est impossibile. Si ergo haud generatione producitur in resurrectione homo, is ne illa quidem postea operabitur quæ sunt propria generationis; nam neque corruptionem denuo expectat. Si ergo quæ sunt generationis propria jam non agit, cur jam masculi ac feminæ per concubitum mistio fiat? Nam sine non proposito, rei persecutio desinit. Quod si nullus jam usus erit concubitum masculi ac feminæ post resurrectionem, quid dicit aut quid facit camelarius Mohamedes, dum in masculos ac feminas distinctos homines conditione conjugali vivere in paradiso statuit? Quod si quis objiciat Adami ex pulvere formationem, et postea generationem, hic sciat tunc fuisse a non existente ad existentiam transitum, atque ut conservaretur post lapsum genus humanum. Nunc autem nulla est necessitas prioris rei, quia præsens status priorem superat: quippe quia corruptionem, et corruptionis causam passiones, re-

tamen generatio, neque generationis passio, quæ corruptioni præeunt, et quas ipsa corruptio necessario subsequitur.

XXII. Adversus eundem insipienter simul et impie dicentem angelos esse feminas, et cum his concubuisse Noe temporibus homines.

87. Quæcunque ex heterogeneis per generationem invicem conveniunt, vel diversum quid evadunt ab illis unde procedunt, vel partim inde participant, partim dissimilia procedunt; et vel sunt meliora factoribus suis vel deteriora. Si ergo ex copula, ut monstrose dicit Mohamedes, hominum et angelorum genituræ aliquæ fierent; res nata vel diversa prorsus a pariente fieret, atque ita nec angelus esset ne homo; id est, neque mortalis neque immortalis, neque carnalis neque incorporealis; nulli instar, qui neque hinniendi neque rudendi facultatem habet. Sed neque res media esset inter mortalem et immortalem, et inter materialem et immaterialem. Nam gigantes certe et mortui sunt, et materiales homines fuerunt. Non itaque ex viris angelisque generandi causa cœventibus, genitum quidquam fuisset diversum a gignentibus, quod partim eosdem participaret, partim discreparet. Esto igitur illud discrepans ab homine, quatenus hic est mortalis; congruat autem, quatenus idem est materialis. Esto vice versa discrepans ab angelo, quatenus hic est immortalis; congruat autem, quatenus idem est incorporeus. Atque ita mortale, sit immortale; materiale, sit incorporeum; quod est impossibile. Nam gigantes nihil aliud fuerunt quam materiales mortalesque homines. Non ergo ex virorum et angelorum concubitu quidquam gigni potest; quia, præter dicta, nihil ex heterogeneis gigni potest. Neque hanc natura rem patitur. Nam si forte concedatur, id quod fieri nequit, viro cum angelo

(91) Negat hunc esse Mohamedanorum errorem Relandus op. cit. lib. II, 15, contenditque locum ex Sura XXXVII, 150, contrarium potius significare.

Recole col. 765 cum adu. Jam quæ Euthymius in Panoplia dicit, ea ex nostro Niceta haurit.

coire, quam in vulva incorporeus concipiet et vivificabit corpus aliquod? quam simili congruaque materia augetur concepti molem? quomodo in utero circumferet? quomodo lactabit? quomodo nutritivos humores sugere solito animali suppeditabit exsanguis et immaterialis natura? Ergo angelus ex viro non concipiet. Sed neque fieri potest ut vir ad angeli concubitum veniat: quippe hominum tangibile corpus est, intangibilis angelus. Quod autem sub tactum non cadit, eidem homo non communicat, Jam si angelus ad eam communionem trahi nequit, ne viri quidem copulæ obnoxius erit. Male igitur impieque Mohamedes confingit blasphemam.

XXIII. *Adversus eundem dicentem nihil valere sanctorum, qui in caelo sunt, angelorum intercessionem.*

88. Nisi Mohamedes confessus fuisset angelorum intercessionem, quærendum foret num ipse eam fieri posse existimaret. Sed quia hanc concedit, sed inutilem affirmat; quærendum superest, quænam hujus frustrationis causa sit. Nam si hæc quidem talis est, id sit vel quia Deus implacabilis est prece qualibet; vel quia angeli improprie postulant. Nunc quia prius illud ne Mohamedem quidem admittere constat ex ejus ad preces adhortationibus, superest ut putemus, angelos, propterea quod male petunt, non exaudiri. Atqui male petere, idem est ac male velle: sunt ergo angeli malevoli. Malevolus autem aliquis est, vel ex inscitia, vel ex improbitate. Verumtamen quis cordatus existimet, in ignorantia boni versari illos qui ipsi innatæ sapientiæ astant? quomodo item malos eos judicabit, qui summo bono jugiter saturantur? Quod si hæc impossibilia sunt, mentitur sine dubio Mohamedes; imo vero blasphemam, inutiles dicens sanctorum angelorum intercessionem.

XXIV. *Adversus eundem dicentem, Deum solidum esse; et neque genuisse, neque genitum esse.*

89. Qui omnia produxit ex nihilo, rebus a se factis prorsus et infinite debet per omnia esse melior, substantia, viribus, voluntate, perpetuitate, efficacia. Quod si ita non est, ne produxit quidem illas ex nihilo. Quod si non produxit, eadem ac ille sempiternitate et sine principio gloria cunctæ res sunt præditæ: ergo etiam viribus pares sunt, et illum qui sine initio est exæquant. Quod si pares habent vires, is quidem qui absque initio est, idem est quod res cæteræ omnes. Atqui videmus haud omnia quatenus omnia, sed tanquam unum omnia moveri; etsi quaedam inter omnia, meliora videntur, quaedam vero deteriora. Sed nihil eorum immutabile est vel immobile: adeo ut si omnia alternant, nec quatenus omnia sunt, moventur, sed tanquam unum, non sunt omnia paria ei qui sine initio est:

(92) Sur. XXI, 28.

(93) Cod. ὁλόφαιρος hic et infra. Attamen constat scribendum fuisse ὁλόφωρος. Jam vero et su-

καὶ καταλλήλῳ ὕλῃ αὐξήσει τὸν ἔγκλον; πῶς δὲ καὶ ἔγγαστροῦ περιάξει; πῶς δὲ καὶ γαλουχήσει τὸ χυμοῦς θρεπτικῶς εἰωθὸς ἐπισπῆσθαι ζῶον ἢ ἀναιμος καὶ ἄυλος φύσις; οὐκ ἄρα συλλήψεται ἄγγελος ἐξ ἀνδρός· ἀλλ' οὐδὲ δυνατόν ἀνδρὶ ἀγγέλω πρὸς συνουσίαν ἐλθεῖν· ἀπτόν μὲν γὰρ τὸ τῶν ἀνθρώπων σῶμα, ἀναφῆς δὲ ὁ ἄγγελος· ἤ δὲ ἀφῆ οὐχ ὑποπίπτει, οὐδὲ μετέχεται παρ' αὐτοῦ· εἰ δὲ μετέχεσθαι παρ' αὐτοῦ οὐ δύναται ἄγγελος, οὐδὲ κατὰ συνουσίαν ἀνδρὶ συνεισέρχεται. Κακῶς οὖν ἄρα καὶ ἀσεβῶς Μωάμετ θηλείας τερατεύεται ἀγγέλους, καὶ ταύταις ἀνθρώπους συνελθεῖν βλασφημεῖ.

feminas angelos, et cum his copulari homines blas-

B ΚΓ'. *Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα μηδὲν ἰσχύειν τὴν πρεσβείαν τῶν ἐν οὐρανοῖς ἁγίων ἀγγέλων (92).*

πῆ'. Εἰ μὲν αὐτὸς οὐχ ὡμολόγει πρεσβείαν ἀγγέλων, ἐζητεῖτο ἂν εἰ ἄρα ἐστὶν αὐτῷ δοξαστόν· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο δίδωσι μὲν, ἀνόητον δὲ αὐτὴν ἀποφαίνεται, ζητεῖσθω λοιπὸν τίς ἡ αἰτία τῆς ἀποτυχίας αὐτῆς· εἰ ἄρα καὶ ἐστὶ· ἦτοι μὲν γὰρ ἀμείλικτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἐπὶ πάσῃ αἰτήσῃ, ἢ ἄγγελοι ἀνοικείως αἰτοῦσιν. Ἐπεὶ δὲ τὸ πρῶτον οὐδὲ αὐτὸς ἀποδέχεται, δῆλον ἐκ τοῦ παραινέειν εὐχεσθαι· λείπεται ἄρα τοῖς ἀγγέλοις οἴεσθαι κακῶς αἰτοῦσιν μὴ ἀκούεσθαι· τὸ δὲ κακῶς αἰτεῖσθαι, ταυτὸν τῷ κακῶς θέλειν ἐστίν· ὥστε κατὰ ταυτὸν κακοθελεῖς οἱ ἄγγελοι· κακοθελεῖς δὲ ἐστὶ τίς ἢ ἐξ ἀγνοίας, ἢ ἐκ μοχθηρίας· πῶς δὲ τίς ἄλλως οἰηθῆ τῶν εὐφρονούντων ἐν ἀγνοίᾳ εἶναι τοῦ ἀγαθοῦ τοὺς παρεστῶτας τῇ αὐτοσοφίᾳ; πῶς δὲ καὶ μοχθηροὺς τοὺς τὸ ἀγαθὸν ἀενάως ἐμπιπλωμένους; Εἰ δὲ ταῦτα ἀδύνατα, ψεύδεται ἄρα Μωάμετ, μᾶλλον δὲ βλασφημεῖ, ἀνωφελεῖς τὰς τῶν ἁγίων ἀγγέλων πρεσβείας ἀποφαινόμενος.

ΚΔ'. *Πρὸς τὸν αὐτὸν λέγοντα· Ὁ Θεὸς ἀλόφωρος (93) ἐστίν· οὐκ ἐγέννησεν, οὐκ ἐγεννήθη.*

πθ'. Ὁ πάντα παραγαγὼν ἐξ οὐκ ὄντων, κρείττων ἀπειράκις τῶν πραχθέντων ἐκ παντὸς ἂν εἴη κατὰ πάντα, οὐσία, δύναμις, θελήσει, αἰδιότητι, καὶ ἐνεργείᾳ· εἰ γὰρ μὴ, οὐδὲ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὰ παράγει· εἰ δὲ μὴ παράγει, τῆς αὐτῆς τοῦ αἰδίου καὶ ἀνάρχου εὐκλείας, τὰ πάντα τυγχάνει· οὐκοῦν καὶ ἰσοσθενῆ, καὶ συνεπεκτείνετο ἂν τῷ ἀνάρχῳ· εἰ δὲ ἰσοσθενεῖ, ἐστὶ καὶ ὁ ἀναρχὸς ταυτὸς τοῖς πᾶσιν. Ἀλλὰ μὴν ὀρῶμεν οὐχ ὡς πάντα τὰ πάντα, ἀλλ' ὡς ἐν τὰ πάντα ἀγόμενα· καίτοι ἃ μὲν ἐν τοῖς πᾶσι κρείττω δοκεῖ εἶναι, ἃ δὲ χείρω· ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν ἀναλλοίωτον καὶ ἀμετακίνητον· ὥστε εἰ τὰ πάντα ἀμείθει, καὶ οὐχ ὡς πάντα ἄγεται, ἀλλ' ὡς ἐν, οὐκ ἰσοσθενῆ τὰ πάντα τῷ ἀνάρχῳ· εἰ δὲ μὴ ἰσοσθενῆ, οὐδὲ συναῖδια· εἰ δὲ μὴ συναῖδια, ὄντα δὲ, παρὰ τοῦ ἀνάρχου δηλοῦντι προήχθη· εἰ δὲ αὐτὸς πάντα παράγει, κρείττων ἄρα

perius (col. 776), et hoc etiam loco, palinodiam canit auctor illorum quæ perperam scripserat (col. 708) de Arabici vocabuli significatu.

ἀπειράκις τῶν παραχθέντων ἐκ παντός ἂν εἴη κατὰ πάντα, οὐσία, δυνάμει, ἀϊδιότητι, θελήσει, καὶ ἐνεργείᾳ. Ἐπειδὴ δὲ τρία εἶδη γένη τῆς οὐσίας, σῶμά τε καὶ ἀσώματον καὶ τὸ ἐκ τούτων μίχτον· γνωριστικὰ δὲ, σώματος μὲν, τὸ τριχῆ διαστατὸν, τὸ πυκνὸν, καὶ τὸ μανόν· ἀσωμάτου δὲ, τὸ μὴ πανταχοῦ παρῆναι, καὶ μὴ ὑπὲρ τὸ πᾶν, εἰ καὶ ἀσώματον, ἀλλὰ περιγραπτὸν καὶ αὐτὸ πάντως ἔν. Ἐπὶ δὲ τῆς δημιουργοῦ οὐσίας, τί δώσομεν; μᾶλλον δὲ πρὸς τοῦτο, εἰ ταῦτα οὐσία λέγονται τε καὶ εἰσι, τὸ ταῦτα πεποιηχός, ὡς δέδεικται, τί ἔσται, καὶ τί αὐτὸ ὀνομάσομεν; οὐδὲν μὲν γὰρ ἔξομεν ὀριστικῶς· ἐξ ὑπερθέσεως δὲ τούτων προσαγορεύσομεν ὑπερούσιον. Εἰ οὖν ὑπερούσιος ὁ Δημιουργός, μακρὰν αὐτοῦ ἀποθήσεται τὸ μανόν καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ τριχῆ διαστατὸν· καὶ ἀπόλωλε Μωάμετ τὸ ὀλόσφυρον, πεφουδημένος τὴν κένωσιν διὰ τὴν πρόδοον τοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου. Τοῦτο δὴ καὶ ἐπὶ δυνάμει καὶ κινήσει καὶ ἐνεργείᾳ· τὸ ὑπὲρ κίνησιν, ὑπὲρ δύναμιν, καὶ ὑπὲρ ἐνεργείαν ἀνάγκη δοξάζειν· εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, μὴ φοβηθῆ Μωάμετ τὸν συμφυῆ καὶ συναίτιον τοῦ Πατρὸς Λόγον, ἀκούων Δημιουργὸν ὄντα πάσης κτίσεως, καὶ ἀνακαινιστὴν, καὶ Υἱὸν ὡς ἐκ γεννήτορος τοῦ νοῦ προελθόντα· ἀνεκφοιτήτως γὰρ προσληλύθει, καὶ μένει ἐν ἑαυτῷ (94) οὐ κατὰ σχέσιν, οὐ κατὰ συνάφειαν, οὐ κατὰ μνήμην, ἀλλ' ὑπὲρ ταῦτα· ὑπερούσιος γὰρ, ὅτι ἐξ ὑπερουσίου καὶ ὑπερουσίως.

turæ ac instauratorem, et Filium utpote ex generantis mente progressum. Etenim sine separatione processit, manetque in se ipso non secundum relationem, non secundum conjunctionem, neque secundum memoriam, sed modo his omnibus sublimiore: est enim supersubstantialis, quia est ex supersubstantiali et supersubstantialiter.

Λ'. Μὴ οὖν λεγέτω, Εἰ οὐκ ἐγεννήθη, οὐδὲ ἐγέννησεν· ἰδοὺ γὰρ ὀρώμεν ὅτι ὡσπερ οὐκ ἐγεννήθη, οὐδὲ ἐδημιουργήθη· δύο γὰρ ταῦτα ἀναγκαίως ὁ ἀναρχὸς ἔχει. Ἀλλὰ μὴν ὀρώμεν ὅτι εἰ καὶ μὴ ἐδημιουργήθη, ἀλλ' ἐδημιούργησεν. Εἰ οὖν τὸ ἐν δίδωσιν ἐκείνος ἐνηργηχέαι, καὶ τοῦτο αὐτῷ δόξα, τοῦ ἐτέρου, τίνας ἔνεκεν ἐστέρηται; καίτοι γε οὐ τοσαύτη αὐτῷ ἢ ἐκ τῆς κτίσεως προσαγομένη δόξα, ὅση ἢ διὰ τὸν Υἱὸν· πολλῶν γὰρ πλεῖον ὅσον καὶ ἢ τούτου τῆς ἐκείνων οὐσίας ὑπέρκειται. Ὅσατε κρείττων κατὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον ἦν αὐτὸν λέγειν, εἰ γε συνῆκεν, ὅτι Ἐπεὶ οὐκ ἐγεννήθη, διὰ τοῦτο μᾶλλον ἐγέννησεν· ὡσπερ καὶ μὴ δημιουργηθεὶς, ἐδημιούργησε· καὶ τούτου ἀπόδειξις ὅτι ὁ Χριστὸς Υἱὸς καὶ Λόγος ὁμοουσίος τε τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἢ αὐτοῦ ἐκείνου παρουσία· τῆς γὰρ παρουσίας αὐτοῦ μετὰ πολλὰς προφητείας καὶ τοῦτο ἀναμφίλεκτον σημεῖον, ἢ πρὸς τὸ κρείττον τῶν ἀνθρώπων μετάθεσις, οὐ μόνον βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν τὸν παλαιὸν νόμον· πρὸς μὲν τὸν νόμον, τοσοῦτον τὸ μέσον τῆς χάριτος, ὅση πρὸς παιδίον ὑπεροχὴ πρεσβύτου· πρὸς δὲ τὰ λοιπὰ ἔθνη, ὅσον ὁ φύσει ἄνθρωπος τοῦ φύσει ἀλόγου· ἔδει γὰρ καὶ φύσεως καὶ λόγου φιλοῦ ἀνώτερα παιδεῦσθαι καὶ συμπράξαι, ὡς αὐτὸν ἐκείνον ἐλθόντα τὸν Θεοῦ Λόγον. Καὶ πρὸς τούτοις σημεῖον ἕτερον, τὸ τὴν θεϊαν καὶ νομικὴν λατρείαν καὶ ἱερωσύνην, καὶ

A quod si imparia viribus, ne coæterna quidem sunt: quod si non coæterna sunt, et tamen existunt, sequitur ut ab eo qui sine initio est producta fuerint. Quod si hic omnia producit, omnino infiniteque rebus a se productis melior erit, substantia, viribus, perpetuitate, voluntate atque efficacia. Quoniam vero tria sunt creatæ substantiæ genera, corporeum, incorporeum et ex utroque mistum; et quoniam corporis quidem demonstrativa sunt, triplex extensio, et densitas, ac raritas; incorporei autem, ut neque ubique sit, neque super omnia et quanquam sit incorporeum, nihilominus idem sit circumscriptum. De Creatoris autem substantia quid statuemus? Imo vero, si illæ res substantia sunt et dicuntur, uti demonstratum est, quid erit, aut quid appellabitur ipse Creator? nullam enim reperiemus definitionem. Ut autem supra illas extollatur, appellabimus eum supersubstantialem. Si ergo supersubstantialis est Creator, procul eo erit raritas et densitas, et triplex dimensio, peritque Mohamedis solidum, cuiuscemodi eum appellavit timens, ne fieret vacuitas propter Filii et Verbi productionem. Similiter dicendum est de attributis potentiæ, motus; et efficacisë nempe credendus est superior omni potentiæ, motui et efficacisë. Quæ si ita se habent, ne expavescat Mohamedes dum connaturalem et coæternum Patri Verbum audit esse factorem omnis creaturæ ac instauratorem, et Filium utpote ex generantis mente progressum. Etenim sine separatione processit,

manetque in se ipso non secundum relationem, non secundum conjunctionem, neque secundum memoriam, sed modo his omnibus sublimiore: est enim supersubstantialis, quia est ex supersubstantiali et supersubstantialiter. C 90. Nè itaque ulterius dicat: Si non est genitus, ne genuit quidem. Ecce enim cernimus, quod sicuti non est genitus, ita ne creatus quidem: hæc enim duo necessario habet, qui sine initio est. Atqui plane cernimus, quod etsi non fuit creatus, tamen creavit. Si ergo unum concedit Mohamedes ab eo peractum, atque hoc tenet (creationis) dogma, cur altero attributo Deum spoliat? Et quidem non tantam habet a creatione gloriam, quantam a Filio: multo enim magis excellit Filii substantia quam creaturarum. Quapropter si recte saperet, potius ab eo dici oportebat: Quoniam Deus non est genitus, ideo magis genuit; sicut, quoniam non est creatus, creavit. Quod autem Christus, Filius Verbumque, consubstantialis Deo Patri sit, id ejusdem adventus demonstravit. Etenim adventus ejus post multa vaticinia, hoc quoque indubium indicium est, nempe hominum ad meliorem frugem conversio, neque barbarorum tantummodo, verum etiam Grecorum, nec non illorum qui sub vetere lege vivebant. Et quidem Christi gratia comparata cum lege, perinde est ac proceritas maturi viri ad ætatem puerilem: cum cæteris autem ethnicis collata, perinde est ac natura hominis, ad naturam animantis irrationalis. Oportebat enim et natura et simplici orationis vi excelsiora docere et facere, prout reapse

(94) Ita cod. Sed si scribas αὐτῷ, intelligasque Patrem, dices Latine manetque in ipso, id est in Patre.

fecit illud cum venit Dei Verbum : prætereaque signum alterum exhibere, id est, divinum legaleque cultum ac sacerdotium, necnon regale chrisma, transferre ad gratiam. Non enim hæc levæ demonstratio est, quod Patris creaturarum hæres sit Filius. Quod si hæc Mohamedi exigua videntur, qui incredulitate et barbarica cum feroci animo inseltia laborat ; tunc velit nolit magna hæc esse confitebitur, cum Patris dictum ad Filium, ore Isaïæ prophetæ prolatum, completum cernet : *Quoniam et arctetes Nabeoth ad te venient*²⁹, seu qui nimirum nunc ei obedire non sustinent ; siquidem Nabeoth primogenitus Ismaelis³⁰ intelligitur. Jam si nihil vaticiniorum Isaïæ unquam exitum habuit, ne hoc quidem complebitur : sin cætera, hoc perinde eveniet. Tunc demum, quod nunc iste de nobis absurde blasphemat, recte contra se ipsum dici audiet : quod nempe Dens non dirigit populum errantem.

XXV. *Demonstratio quod alienus extraneusque sit à Dei sædere populus Ismaellicus, secundum Dei ipsius testimonium. Et quod quem dicunt de cælo accepisse librum, is a duce ipsorum dæmone ac diabolo sit.*

91. Cum Deus Abrahamum circumcisionis legi initiavit, illumque ei ex Sarra libera Isaacum promisit, miraculum Abrahamo id visum est et stupore plenum, quod anno suo centesimo, Sarrae autem nonagesimo, filium susciperet : itaque etiam præ hilaritate risit. Ante tamen illum promissionibus nuntiatum Isaacum, pro Ismaele, qui jam natus ei erat, oravisse Abrahamum atque ita dixisse scimus : *Utinam Ismael hic vivat coram te ! Ait autem Abrahamo Deus : Utique, ex Sarra uxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen ejus Isaacum*³⁰, statuamque sædus meum cum Isaac, quem tibi Sarra circa hoc ipsum tempus pariet altero anno. O quam accurate hæc verba vigilanterque prolata fuerunt ! « En, inquit, Sarra uxor tua. » Atqui Sarra eatenus sterilis fuerat, ita ut oporteret Agarem potius appellari uxorem ejus, quæ jam Ismaelem pepererat. Sed enim carnis filii, non sunt Abrahami filii : neque caro simpliciter est Abrahami uxor. « En, inquit, Sarra uxor tua. » Si Sarra uxor tua est, non est tua uxor Agar. Præclare item dictum : *pariet tibi, pro, similem tibi. »* Vocabisque nomen ejus Isaacum : » **D** ergo divino nutu nomen puero impositum. « Statuamque sædus meum cum ipso. » Hoc est familiaritatis cum Deo signum. Addidit etiam se futurum illi Deum, ejusque post ipsum semini. Quippe separatis nec dignis habitis Dei sædere, et illa ejus cum Isaac familiaritate ac cultu, Ismaelitis. Addidit enim : « de Ismaele autem. » Quid est hoc ? num hic alterius viri semen est, et non potius famuli tui Abrahami ?

92. « De Ismaele autem. » Alterius hoc proposi-

²⁹ Isa. LX, 7. ³⁰ Gen. xxv, 13. ³¹ Gen. xvii, 17, sq.

A τὸ τῆς βασιλείας χρίσμα μεταθεῖναι ἐπὶ τὴν χάριν· οὐ μικρὸν γὰρ τοῦτο ἀποδείξεως ἐνέχυρον, τοῦ κληρονόμου τῶν τοῦ Πατρὸς κτισμάτων τῶν Υἱῶν. Εἰ δὲ μικρὰ αὐτῷ ἔσονται ταῦτα φαίνεται, ἀπειθείαν καὶ βάρβαρικὴν σὺν θρασύτητι ἀμάθειαν νοσοῦντι, τότε καὶ μὴ βουλόμενος μεγάλα ταῦτα ἀνομολογήσειεν· ὅτε καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν διὰ Ἰσαίου τοῦ προφήτου προλελεγμένον, πληρούμενον ὕφεται· Ὅτι καὶ κριοὶ Ναβεώθ ἤξουσὶ σοὶ· ὡς νῦν δηλαδὴ οὐκ ἀνεχομένους αὐτῷ ὑπειξαι· εἰ γὰρ Ναβεώθ πρωτότοκος Ἰσραὴλ ἐρμηνεύεται. Εἰ μὲν γὰρ μηδὲν πώποτε ἦλθεν εἰς πέρας τῶν Ἰσαίου ῥημάτων, οὐδὲ τοῦτο ἐλεύσεται· εἰ δὲ τὰ λοιπὰ, καὶ τοῦτο· καὶ τότε τὸ καθ' ἡμῶν αὐτῷ δυσφημούμενον παράλογως, εὐλόγως κατ' αὐτοῦ ἐπακούσεται, ὅτι οὐχ ὀδηγεῖ ὁ θεὸς τὸν λαὸν τὸν πλανώμενον.

ΚΕ' Ἀποδείξεις ὅτι ἀπηλλοτριωμένος καὶ ἕτερος τῆς τοῦ θεοῦ διαθήκης ὁ Ἰσραηλίτης λαός, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ θεοῦ μαρτυρίαν· καὶ ὅτι ἦν λέγουσιν ἐξ οὐρανοῦ εἰληφέναι βιβλίον, τοῦ στρατηγούντος αὐτοῖς ἐστὶ δαίμονος καὶ διαβόλου.

91. Τοῦ θεοῦ τὸν τῆς περιτομῆς τὸν Ἀβραάμ μουσούντος νόμον, καὶ παῖδα αὐτῷ ἐκ τῆς ἐλευθέρου Σάρρας τὸν Ἰσαὰκ ὑπιπυνομένου, εἰς θαύματος τε καὶ ἐκπλήξεως λόγον ἔδοξε τῷ Ἀβραάμ ἢ ἐν τῇ ἐκατονταετίᾳ τῆς αὐτοῦ ζωῆς, καὶ τῇ ἐνενηκονταετίᾳ τῆς Σάρρας, παιδοποιεῖα, ὡς καὶ γελάσαι αὐτὸν ἐκ τῆς περιχαρείας· πρὸ δὲ τοῦ ἐν ἐπαγγελίαις κειμένου Ἰσαὰκ, περὶ τοῦ ἐν χειρὶ τέως καθεστῶτος Ἰσραὴλ αἰτῆσαι καὶ οὕτως φάναι· Ἰσραὴλ οὗτος ζήτω ἐναντίον σου. Εἶπε δὲ ὁ θεὸς πρὸς Ἀβραάμ· Ναί, ἰδοὺ Σάρρα ἡ γυνὴ σου τέξεται σοὶ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσαὰκ· καὶ στήσω τὴν διαθήκην μου πρὸς Ἰσαὰκ, ὃν τέξεται σοὶ Σάρρα εἰς τὴν καιρὸν τοῦτον, ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τῷ ἐτέρῳ· ὡς λίαν δὲ καὶ αὐτὰ τὰ θεῖα ῥητὰ ἀκριβείας ἀπάσης ὑπερβολὴν παρελαύνει ! « Ἰδοὺ, φησὶ, Σάρρα ἡ γυνὴ σου· καίτοι ἀπαιεῖς τέως ἐτύγγανεν ἡ Σάρρα· ἴδει δὲ μᾶλλον τὴν ἄγαρ αὐτοῦ καλεῖσθαι γυναῖκα τεξαμένην αὐτῷ τὸν Ἰσραὴλ· ἀλλ' οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ Ἀβραάμ· οὐδ' ἢ ἀπλῶς σὰρξ, αὕτη γυνὴ τοῦ Ἀβραάμ. « Ἰδοὺ, φησὶ, Σάρρα ἡ γυνὴ σου· » εἰ ἡ Σάρρα γυνὴ σου, οὐ γυνὴ σου ἡ ἄγαρ. Καλῶς δὲ καὶ, τέξεται σοὶ, ἀντὶ τοῦ, ἔμοιζόν σοι. « Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσαὰκ· » θεόκλητος ἄρα ὁ παῖς. « Καὶ στήσω τὴν διαθήκην μου πρὸς αὐτόν. » Τοῦτο τῆς εἰς θεὸν οἰκειώσεως σημεῖον· ἐπήγαγε γὰρ εἶναι αὐτοῦ θεός, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτόν· ὡς ἀντιδιηρημένων καὶ μὴ καταξιουμένων τῆς πρὸς αὐτοὺς τοῦ θεοῦ διαθήκης, οἰκειώσεώς τε καὶ λίτρειας τῶν Ἰσραηλιτῶν· ἐπήγαγε γὰρ, « Περὶ δὲ Ἰσραὴλ. » Τί τοῦτο; ἐτέρου οὗτος ἐστὶν ἀνδρὸς σπέρμα, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ σου θεράποντος Ἀβραάμ;

92. « Περὶ δὲ Ἰσραὴλ· » ἀλλῆς ὑποθέσεως ἀρχή

ειρημάνη τῆς κατὰ τὴν πρώτην ἀκολουθίαν συν-
 χειας· ἡ δὲ ἀκολουθία τὴν ἐκ τῆς διαθήκης οὐκεί-
 τητα ἀπέσωσεν ἂν, εἰ μὴ διεκόπη ἑτέρα ἀρχή· τί δὲ
 φῆς ὅλως περὶ Ἰσμαήλ; « Περὶ δὲ Ἰσμαήλ, φησὶν,
 ἰδοὺ εὐλόγηκα αὐτὸν, καὶ αὐξανῶ αὐτὸν σφόδρα
 σφόδρα. » Ἀλλὰ ταύτην τὴν εὐλογίαν, καὶ τὰ πετεινὰ
 τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης εὐλόγη-
 σας· οὐπω δὲ αὕτη ἰδίως ἀνθρώπων ἀξία ἡ εὐλογία·
 « Δώδεκα ἔθνη γεννήσει. » καὶ τί τοῦτο, ὅτ' ἂν τῆς
 θείας εὐμελείας ἀλλότριος τυγχάνῃ; ὥστε οὐδ' ἂν
 τὴν εἰς πλῆθος αὐξήσιν ἔσχεν, εἰ μὴ Ἀβραάμ ἠτή-
 σατο· « Ἴδοὺ γάρ, φησὶν, ἐπήκουσά σου. » ἄλλως τε
 τοῦ Χάμ πολὺ ἐλάττων καθέστηκεν Ἰσμαήλ. Τί δὲ
 εἰς μάτην καὶ τὸ πλῆθος, ὅτ' ἂν ἀχρηστον ᾗ; εἰκότως
 γὰρ ἂν ἀκούῃ παρὰ τοῦ Ἡσαίου· « Ἐγεννήθητέ μοι
 εἰς πλησμονήν. » Ὡ τῆς τοῦ Θεοῦ προγνώσεως! ὅτι
 καὶ τοῦ Ἀβραάμ Θεὸν λιτανεύοντος ὑπὲρ τοῦ Ἰσμαήλ,
 τὴν εἰς πλῆθος αὐξήσιν καὶ μόνον κομίζεται· τῆς δὲ
 διαθήκης τοῦ Θεοῦ ξένος καὶ ἀλλότριος ὑπ' αὐτοῦ
 τοῦ Θεοῦ ἀποδιαστέλλεται, ὡς Ἰσαὰκ μόνον ὄντος
 ἀξίου ταύτην κληρονομεῖν, διὰ τὸν ἐξ αὐτοῦ μέλλοντα
 προέρχεται εὐλογημένον Χριστὸν καὶ Θεόν. Καὶ
 τοῦτο δὲ θαυμάται ἔστιν ὅτι περὶ μὲν πάντων τῶν
 ἔθνῶν εἴρηται τῇ προφητείᾳ, ὡς *Μνησθήσονται*
καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέ-
ρατα τῆς γῆς. Τούτους δὲ ἀμετόχους τῆς αὐτοῦ δια-
 θήκης αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔκρινεν, πάντως διὰ τὸ τὸν
 ἀντικείμενον λεγόμενον δαίμονα θεραπεύειν.

47. Εἰ οὖν αὐτὸς ὁ Θεὸς ἀμεθέτους αὐτοὺς τῆς
 αὐτοῦ διαθήκης ἐποίησε, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ
 μέχρι καὶ νῦν μὴ καταδέχεσθαι αὐτοὺς τῇ Ἰσαγγελίᾳ
 τῆς θείας Γραφῆς μαθητεύεσθαι· πόθεν ὁ καμηλώδης
 γόης ἐκεῖνος τὴν τρίτην διαθήκην ἐκόμισεν, ἀναιδῶς
 τοῦ Θεοῦ καταψευδάμενος οὐρανόθεν λήρους καὶ μύ-
 θους καὶ ἀσωτίας καὶ φλυαρίας ἀγνωσίας τε πάσης
 καὶ ἀμαθείας μεμεστωμένα δεχέσθαι ἀλαζονευόμε-
 νος; ὅτ' ἂν λέγῃ Μαρίαν τὴν Μωϋσέως ἀδελφὴν τὸν
 Χριστὸν γεννήσαι (96), ἄρα ὑπολείπεται ἀφροσύνης
 ὑπερβολῆ, καὶ ἀγνωσίας ὑπεροχῆ, ἣν αὐτὸς καθ'
 ἑαυτοῦ ὁ μαινόμενος οὗτος οὐ κατέχετο; πόσον γὰρ
 ἂν αὐτὸν οἴεσθε καταγελάσθαι ἐκ. τούτου παρὰ τῶν
 Ἰουδαίων, παρὰ τῶν Σαμαριτῶν, παρὰ πάντων
 ἀπλῶς τῶν μετιόντων τὴν Παλαιὰν ἢ καὶ τὴν Καινὴν
 Διαθήκην; Πόθεν οὖν, φησὶν, ἐθάρρησεν αὐτὴν οὐ-
 ρανίαν καλέσαι βίβλον; Ἐκ τοῦ ἐμπνευσθῆναι αὐτὸν
 παρὰ τοῦ εἰρηκότος· *Θήσω τὸν θρόνον μου ἐπὶ*
τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔσομαι ὁμοιος τῷ
Υψίστῳ, τοῦ ὄντος καὶ λεγομένου πατρὸς τοῦ ψεύ-
δους. Τίς γὰρ ἂν ὅλως ἐντυχὼν τῇ θείᾳ Γραφῇ οὐκ
 ἐκπλαγῆσεται τῷ μεγέθει τοῦ ψεύδους, ὅτ' ἂν λέγῃ
 Χριστὸν ἐκ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως γεγενῆ-
 σθαι; Ὡ τοῦ μακροῦ γήρως τῆς Παρθένου! διτχιλίων
 γὰρ πῶς σχεδὸν ἐτῶν περιόδους παρελθύθει μέχρι
 Χριστοῦ γεννήσεως, ἀφ' οὗ Μαρία τὰ κύμβαλα ἀν-

tionis initium est, a superioris contextus conti-
 nuatione distinctum. Contextus autem, foederis
 vinculum utique conservasset, nisi alterum initium
 sejunctum fuisset. Sed quid demum de Ismaele
 ais? Quod attinet ad Ismaelem, inquit, ecce et huic
 benedixi, augeboque illum quam maxime. Cætero-
 quin hujusmodi benedictione volueribus quoque
 caeli et maris piscibus benedixisti; neque hæc
 hominibus satis digna benedictio est. « Duodecim
 populos gignet. » Sed quid hoc demum est, si di-
 vina benevolentia alienus erit? Imo ne multitudinis
 quidem incrementum habuisset, nisi Abrahamus
 pro illo orasset. « Ecce enim, inquit Deus, exaudi-
 vi te. » Cæteroqui Chamo multo minor fuit Ismael.
 Cui bono autem multitudo, si quidem haud com-
 moda evadet? Merito enim audies ab Isaia:
 « Geniti mihi estis ad nauseam ³¹. » O Dei præscien-
 tiam! Abrahamus Deum pro Ismaele orans, nihil
 aliud impetrat quam populi incrementum: a fœ-
 dere autem Dei alienus et extraneus, ipso Dei ore hic
 constituitur, ceu si solus Isaac dignus esset id
 possidere, propter oriturum ex ipso benedictum
 Christum ac Deum. Atque hoc mirabile est, quod
 de cæteris cunctis gentibus dictum est a prophetia,
 fore ut *reminiscantur et convertantur ad Dominum*
universi fines terræ ³². Ismaelitas autem haud fore
 participes fœderis, ipse Deus judicavit, ideo
 prorsus quia adversarium ejus dæmonem colunt.

93. Si ergo ipse Deus fœdere suo Ismaelitas
 exclusit, idque inde constat, quia usque ad hanc
 diem noluerunt a divinæ Scripturæ angelica do-
 ctrina erudiri; undenam camelarius deceptor ille
 tertium fœdus impudenter detulit, calumniam Deo
 faciens jactanter dicendo, se de cælo nugæ suas
 et fabulas et ineptias inscitia insipientiaque plenas
 accipere? Qui ait Mariam Moysis sororem Chri-
 stum peperisse, an summam aliquam stultitiam
 exquisitamque inscitiam omisit, quam insanus hic
 in caput proprium non effuderit? Quantopere hunc
 a Judæis ob id irrideri putatis, et a Samaritanis,
 atque ab omnibus quotquot Vetus Novumque Testa-
 mentum noverunt? Quomodo igitur ausus est, dicet
 aliquis, librum illum appellare cœlestem? Nempe
 quia inspiratus fuit ab eo qui dixit: *Ponam thro-*
num meum in nubibus caeli, similis ero Altissimo ³³,
 ab eo, inquam, qui est et dicitur mendacii pater.
 Quis enim divinæ Scripturæ peritus, non stupebit
 mendacii immanitatem, cum ait Mohammedes Chri-
 stum ex Maria Moysis sorore natum? O longævam
 virginis senectutem! etenim bis mille ferme anno-
 rum revolutiones intercesserunt usque ad Christi
 nativitatem, ex quo Maria cymbalum pulsavit ³⁴.
 Præclare tunc sane demonstrabitur ex Davide Jes-
 sæi lilio propagatus Christus! Hæccine divina

³¹ Isa. i, 14. ³² Psal. xxi, 28. ³³ Isa. xiv, 14. ³⁴ Exod. xv, 20.

(96) Hæc de re diximus iam col. 708, adn. 19, et col. 727, adn. 69; quanquam paulo latius facit illud temporis spatium Nicetas. Videsis Eusebii chronicon.

Scriptura est? hic cœlestis liber? O inscitiam! O infeliciam barbarorum dementiam!

τοῦτο θεία Γραφή; τοῦτο οὐράνιον βιβλίον; ὦ ἀπό τῶν βάρων!

94. Igitur tum quia a divinæ Scripturæ mente alienus prorsus et extraneus est hic maledictus ipsorum liber; tum quia Deus ipse indignos illos fœdere suo judicavit; satis cognoscere possumus, camelinum hunc librum habere auctorem dæmonem qui de cœlo excidit. Quippe quidquid Deo abalienatur, in contrariam dæmonis partem migrat. Nam si Dei esse Isaacum, veri, inquam, Dei, indicium manifestum est, quod constituerit eum ipso fœdus; « Statuam, inquit, fœdus meum cum ipso, ut sim ejus Deus, necnon seminis ejus post ipsum; » indicium vicissim est non esse Ismaelitarum Deum peculiarem, quanquam ratione creationis sit; hoc, inquam, rei ejus indicium est, quod statuere cum illis fœdus Deus noluerit. Diabolus itaque est illorum deus, qui Deum simulat: quanquam metuens ne tali scopo suo excidat, dolose nomen proprium retinet, quod apud omnes homines infame est, verique potius Dei appellationem præ se fert. Est enim hoc consuetum improbi hujus artificium. Si ergo deum suum habere Abrahami Deum cupiunt hi barbari, impium illum fraudulentumque librum, ejusque pravum auctorem, stultum hominem, ejurent, unique assentiantur divinæ Scripturæ, atque ejus norma regantur. Aut si volunt librum suum huic anteponere, et adversarium Dei Abrahami adorare; pudore suffundantur, quia nomine tenus Deo Abrahami gloriantur; et res atque Scripturas inconciliabiles frustra proferre convincantur. Namque a demente nihil differt, is qui dicit Pharaonem et Augustum eadem ætate regnasse. Hoc enim necessario consequitur, si Moysis soror Christum peperit: ita ut Christus bis mille annos natus, tali cum senio ante Pilatum apparuerit; et Maria totidem aut etiam plures vixerit annos.

XXVI. *Quod nulla sit utilitas Agarenis se circumcidentibus, ideoque putantibus deum suum habere Abrahami Deum; ut hinc demonstrant vere ipsorum Deum, esse Deum Abrahami.*

Herilium præceptorum alia ad utilitatem subditorum redundant, si observentur; alia vero prosunt; alia utrisque. Similiter et inobedienciæ, alie subditis, alie dominis, alie utrisque detrimentum afferunt. Cunctis vero exploratum est, quod si quis præceptum aliquod domini violaverit, seque suimet dominum constituerit, adhuc tamen spem retinet ad pristinam benevolentiam dominum suum flectendi. Verumtamen si alium omnino dominum sibi asciverit, intolerabilem sibi domini sui iram provocat, etiamsi forte cuncta illius mandata diligenter peregerit. Neque tantopere servus ille proprium se domini illius demonstrat, placita ejusdem exsequendo, quantopere alienum se ab illo declarat, alium sibi dominum

Α εκρούσατο. Σφόδρα δὲ καὶ Δαβὶδ υἱὸς τοῦ Ἰσαακ, ἐκ τούτου δὲ ὁ Χριστὸς καταγόμενος ἀποδείκνυται τῆς ἀλογίας! ὦ ἀπὸ τῆς ἀνοίας τῶν ἀθλίων βαρβάρων!

95. Τοιγαροῦν ἀπὸ τε τῆς κατὰ Γραφὴν διανοίας ξένης καὶ ἀλλοτρίας τυγχανούσης τῆς ἐπαράτου αὐτῶν βιβλίου πρὸς τὴν θείαν Γραφὴν, ἀπὸ τε τοῦ τὸν Θεὸν τῆς αὐτοῦ διαθήκης ἀναξίους αὐτοὺς κρίναι, συνιδεῖν ἔστιν ὅτι τοῦ οὐρανόθεν πεσόντος ἔστι δαίμονος ἢ καμηλόθυτος ἐκείνη βίβλος· πᾶν γὰρ τὸ ἀπηλλοτριωμένον Θεοῦ, εἰς τὴν ἐναντίαν καὶ δαιμονιώδη περίσταται μοῖραν· εἰ γὰρ τοῦ Θεοῦ εἶναι τὸν Ἰσαάκ, τοῦ ὄντως δὲ Θεοῦ σημεῖον ἐμφανές, τὸ στήσαι αὐτὸν πρὸς αὐτῷ τὴν αὐτοῦ διαθήκην (εἰστήσω γὰρ, φησὶ, τὴν διαθήκην μου πρὸς αὐτὸν, εἶναι αὐτοῦ Θεός καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτὸν), σημεῖον τοῦ μὴ εἶναι Θεὸν τῶν Ἰσμαηλιτῶν κατ' οἰκείωσιν, εἰ καὶ τῷ δημιουργικῷ λόγῳ ἔνεστι, τὸ μὴ ἡξιώσθαι στήναι πρὸς αὐτοὺς τὴν τοῦ Θεοῦ διαθήκην. Ὁ διάβολος ἄρα θεός αὐτῶν, ὁ τοῦ Θεοῦ καταψευδόμενος· εἰ καὶ φόβῳ τοῦ ἐκπεσεῖσθαι τοῦ τοιούτου σκοποῦ τὸ ἑαυτοῦ δολερῶς ἀποσιωπήσας ὄνομα, διὰ τὸ ἤδη διαβεβλήσθαι παρὰ πάντων ἀνθρώπων τὴν τοῦ ὄντος Θεοῦ προσηγορίαν προβάλλεται· σύνηθε δὲ τῷ πονηρῷ τούτῳ ἡ τοιαύτη μεθοδία. Εἰ οὖν θεὸν ἑαυτῶν ἔχειν τὸν τοῦ Ἀβραάμ Θεὸν οἱ βάρβαροι γλιχόμενοι, τὴν ἀθέμιτον ἐκείνην καὶ ἀπατηλὴν βίβλον, καὶ τὸν ταύτην σκαιογραφήσαντα μάταιον ἄνθρωπον ἐξαρνεῖσθωσαν, κατ' στοιχείωσιν μόνῃ τῇ θείᾳ Γραφῇ, καὶ ὑπ' αὐτῆς ποδηγείσθωσαν· ἢ ἐκείνην ταύτης προκρίναντες, τὸν ἀντικείμενον τοῦ Θεοῦ τοῦ Ἀβραάμ προσκυνοῦντες, ἐγκαλυπτέσθωσαν, ὡς φιλῶ τῷ τοῦ Ἀβραάμ ὄνοματι μόνον καλλωπιζόμενοι· καὶ ἀκατάλληλα τοῖς πράγμασι καὶ γράμμασι κενοφωνοῦντες, ἐξελεγχέσθωσαν· μαινομένου γὰρ οὐδὲν διενήνοχεν ὁ λέγων τὸν Φαραῶ καὶ Αἰγύπτου κατὰ ταυτὸν συμβασιλεύειν χρόνον. Τοῦτο γὰρ ἔπεσθαι ἀνάγκη τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως Χριστὸν κυούσης· ἢ Χριστὸν μετὰ δισχίλιων ἐτῶν περιόδους γέροντα ὀφθῆναι τῷ Πιλάτῳ· ἢ τὴν Μαρτίαν τσαῦτα περιβιῶναι ἢ τὰ πλεονα ἔτη.

ΚΖ'. "Ὅτι οὐδεμία δρησις τοῖς Ἀγαρηνοῖς περιτεμνομένοις, καὶ διὰ τοῦτο οἰομένοις ἑαυτῶν Θεὸν ἔχειν τὸν τοῦ Ἀβραάμ Θεὸν, πρὸς τὸ δεῖξαι ὅτι ἀληθῶς αὐτῶν ὁ Θεός τοῦ Ἀβραάμ.

96'. Τῶν δεσποτικῶν προσταγμάτων τὰ μὲν εἰς τοὺς ὑπηκόους φέρει τὸ κέρδος ὅτι ἂν φυλάττηται, τὰ δὲ εἰς τὸν δεσπότην, τὰ δὲ ἐπ' ἀμφοῖν· ὡσπερ δὴ καὶ ἀποχρούμενα, τὰ μὲν εἰς τοὺς ὑπηκόους, τὰ δὲ εἰς τοὺς δεσπότης, τὰ δὲ καὶ εἰς ἀμφοτέρους τὴν ζημίαν ἐπάγει. Πάντες οὖν τοῦτο ἴσασι, ὅτι κἂν ὅποιον τις ἂν εἴη ἡθετηκῶς τοῦ δεσπότητος ἐντολήν, αὐτὸν δὲ ἑαυτοῦ ἐπιγράφοιτο κύριον, ἔχει αἰθίς ἐλπίδα εἰς τὴν πρώτην εὐνοίαν ἐπισπάσασθαι τὸν δεσπότην· ἕτερον δὲ ἑαυτοῦ κύριον ἐπιγραφόμενος, ἀνύποιστον τὴν ὀργὴν καθ' ἑαυτοῦ τὴν τοῦ δεσπότητος ἐφέλκεται, κἂν πάσα τὰς ἐντολάς αὐτοῦ σπουδαίως ἐπιτελῇ· καὶ οὐ τοσοῦτον ὁ οἰκέτης ἐκείνος γνώριμόν τε ἑαυτὸν καθίστησι τοῦ ἑαυτοῦ δεσπότητος δοῦλον εἶναι, ἐκ

τοῦ τὰ ἐκείνου ἀρσενά ἐπιτελεῖν, ὅσον ἀλλότριος ἀναφαίνεται, ἐκ τοῦ ἕτερον ἑαυτοῦ εἰσποιεῖσθαι δεσπότην. Ποῖον γὰρ σημεῖον οἰκέτης λατροῦ ἐπάγεται, τοῦ εἶναι αὐτὸν κύριον νῦν τὸν λατρὸν; ὅτι ἂν τὰ μὲν τῆς τέχνης καλῶς γινώσκει καὶ πράττει ὡς ἑαυτοῦ βούλεται δεσπότης, ἑτέρου δὲ δεσπότητος δούλον ἑαυτὸν ὑπογράφει; οὐδὲν γὰρ εἰσὶν ἕτερον αἰλοῖται ἐντολαὶ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἢ αὐτῶν λατρεία καὶ ὠφέλεια· ἢ δὲ εἰς Θεὸν πίστις, εἰς αὐτὸν τὴν δόξαν ἀποχομίζει, βεβαιούντων ἡμῶν ὅτι Θεὸς ἀληθὴς ἐστὶ, καὶ ὅτι ἡ δεσποτική σχέσις ἀδιάσπαστος συντηρεῖται. Ὡς περ οὖν καὶ αἱ ἀθετήσεις τῶν λοιπῶν ἐντολῶν, ἡμῶν μὲν αὐτῶν γίνονται ὀλεθροί, ἢ δὲ τῆς αὐτοῦ δεσποτείας παραγραφή αὐτὸν ὑβρίζει τὸν Κύριον· πότε οὖν σφοδρότερος καθ' ἡμῶν ὀργισθήσεται; ἀθετούμενος, οἶμαι, ὅ πάντες Ἰσραῖλ. Τοῦτον οὖν τὸν λόγον ἐπὶ τῷ Ἀβραάμ καὶ Μωάμετ περὶ Θεοῦ γυμνάσωμεν. Εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ· « Περιτεμεῖσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν· » ποιεῖ τοῦτο καὶ Μωάμετ. Εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ· « Οὐ λατρεύσεις Θεῷ ἑτέρῳ, πλὴν Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου· » τοῦτο ποιῆσαι Μωάμετ οὐκ ἀνέχεται· προσκυνεῖ γὰρ τῷ Χουδάρ εἰδώλῳ ὄντι ἀρχαιοτάτῳ περὶ τὴν Ἔθριβον ἔρημον, καὶ τῷ Μάναχ, ὅπερ φασὶν εἰς τύπον τῆς Ἀφροδίτης διαγεγράφθαι (97). Οὐ δύναται οὖν Θεὸν ἑαυτοῦ ἔχειν ὁ Μωάμετ τὸν Θεὸν Ἀβραάμ, εἰ καὶ σύμβολον ἐντολῆς αὐτοῦ τὴν περιτομὴν ἐπάγεται, διὰ τὸ εἰς ἕτερον ἑαυτὸν μεθιστάναί Θεόν· αὐτὸς γὰρ εἰρήκει· « Πλὴν Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου· » ἢ γὰρ ἀπλῶς περιτομὴ, σαρκὸς μόνη ἐστὶν ἀφαίρεσις τοῦ περιτεμνομένου, ἀλλ' οὐκ ἀπόδειξις τῆς κατὰ τὴν δουλείαν καὶ δεσποτείαν σχέσεως· ὡς περ οὐδὲ τὸ κεχρησθαι τὸν ἐκ τοῦ λατροῦ δραπτεύοντα οἰκέτην τὰ τῆς λατρικῆς, εἰς ἕτερον ἀναχωρηχότα δεσπότην, τοῦ εἶναι αὐτὸν τοῦ λατροῦ οἰκέτην ἀπόδειξις ἦν· μάτην ἄρα Θεὸν αὐτῶν Ἀγαρηνοὶ λέγουσι τὸν Θεὸν τοῦ Ἀβραάμ· ἐφάνησαν γὰρ ψευδόμενοι. Εἰ γὰρ καὶ ἦν αὐτῶν ποτε Θεός, ἀλλὰ νῦν μετὰ τοῦ Χουδάρ καὶ τοῦ Μωάμετ, οὐκ ἐστὶν αὐτῶν Θεός.

KZ'. Ἄλλο εἰς τὸ αὐτό.

45'. Πᾶν τὸ ὄν ἀληθῶς, ἐξ ὀνόματος ἅμα καὶ πράγματος γινώριζεται· εἰ δὲ διαιροῖτο εἰς δύο, εἰς τε ὄνομα μόνον, καὶ πρᾶγμα μόνον, πλανᾷ. Ὅνομα δὲ μόνον καλῶ τὸ ἔρημον τοῦ οἰκείου ἀληθῶς πράγματος· πρᾶγμα δὲ μόνον τὸ ἔρημον τοῦ οἰκείου ἀληθῶς ὀνόματος, ἀλλ' οὐκ ἀνώνυμον· ἐξ ἀμφοῖν μὲν οὖν γινώσις ἀληθῆς συνίσταται, ἐκ δὲ θατέρου ἀπάτη· καὶ τοῦτό ἐστι· τὸ ποιοῦν ὁμοιοεῖν τε καὶ ἀλλοτριῶς ἔχειν περὶ τι πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς ἀνθρώπους· διττὴ δὲ τοῦ μόνου ὀνόματος ἡ ἀπάτη, ὅτι ἂν μηδὲν μηδαμῆ σημαίνει, καὶ ὅτι ἂν τοῦ οἰκείου ἀφαιρεθὲν πράγματος προσκείτο τῷ ἀπειροκτί· τὸ δὲ σημαῖνον διάφορα ἀληθῆ, οἰκείον ἂν ἐκάστου καὶ ὀνόματι καλοῖτο ὄνομα· πρᾶγμα δὲ ἀληθές ἐστὶ καὶ ὀνομάζεται, τὸ τῶν οἰκείων τῆς οὐσίας ἀνευδεῶς καὶ ἀπερίττως σῶζον λόγον· ὄνομα δὲ ἀληθές, ὅπερ ὁ τοῦ πράγματος λόγος σημαίνει βούλεται. Οὕτε οὖν τὸ πρᾶγμα ὡς πρᾶγμα πλανᾷ· οὕτε τὸ ὄνομα, ὡς ὄνομα οἰκείου πράγματος,

asciscendo. Quodnam enim medici famulus indicium exhibet, suum esse dominum qui nunc medetur; si artem quidem bene noscat exerceatque, prout sui domini voluntas est, nihilo tamen minus alterius se domini servum faciat? Nam reliqua Dei mandata nihil aliud sunt, quam hominum medela et utilitas: fides in Deum tamen, ad hujus gloriam redundat, affirmantibus nobis, Deum revera esse, et relationem cum Domino a nobis incolumem conservari. Similiter reliquorum præceptorum violationes nobis quidem exitiales sunt, sed divini dominii negatio ipsi Domino contumeliam facit. Quodnam itaque gravius nobis irascetur Deus? Nempe cum is a nobis negabitur, ut omnes sciunt. Hanc nunc de Deo doctrinam circa Abrahamum ac Mohamedem pertractemus. Dixit Deus Abrahamo: « Circumcidite præputium carnis vestræ: » hoc facit etiam Mohamedes. Dixit Deus Abrahamo: « Non adorabis Deum præter Dominum tuum: » hoc agere Mohamedes non patitur; adorat enim idolum Chubar antiquissimum in deserto Ethribo; itemque Macach, quod ad Veneris figuram elaboratum aiunt. Nequit itaque Deum suum habere Mohamedes Abrahami Deum, etiamsi symbolum mandati ejus circumcisionem gerit, quandoquidem ad alium se Deum transtulit. Ille autem jusserat: « Nullum præter Dominum Deum tuum coles. » Nam simplex circumcisio, carnis quidem est ablatio ejus qui circumciditur, non tamen demonstratio inter servitutem et dominatum relationis: sicut etiam, non ideo quia servus fugitivus domini sui medici artem exercet, cum ad alium confugerit dominum, non ideo, inquam, demonstrat se medici esse famulum. Temere itaque Agareni deum suum dicunt Abrahami Deum. Nam etiamsi olim forte fuerit, nunc certe cum Chubare et Mohamede, deus ipsorum non est.

XXVII. De eodem argumento.

96. Omne quod vere existit, ex nomine simul et ex re cognoscitur. Si autem in duo dividatur, nempe in nomen solum remque solam, decipit. Nomen solum autem appello, quod propria vere re caret: vicissimque solam rem, quæ suo vero nomine caret, sed tamen non est anonyma. Ex ambobus vera cognitio conficitur; ex alterutro autem error. Atque hoc est, quod consentire vel dissentire inter se homines de aliqua re facit. Duplex porro est solius nominis deceptio: quando videlicet nihil omnino significat, et quando a propria re abstractum, alienæ addicitur. Quod plura vera significat, proprium uniuscujusque simulque dicitur nomen. Res autem et vera est et dicitur, quæ sine defectu et sine redundantia proprietatum substantiæ rationem servat. Verum denique nomen est, quod rei ratio significare vult. Neque res, quatenus res est, decipit: neque nomen, quatenus nomen est propriæ rei, in errorem

(97) Recole quæ annotavimus col. 720, n. 47, cum Relando hanc idololatriam negante.

inducit : sed ut alterius rei in altera re nomen, atque ut alterius nominis in altero nomine res, id demum in errorem trahit.

97. His ita se habentibus, facile est barbarum hunc coarguere populum, qui temere Dei Abrahami appellatione sibi fucum facit : neque enim hic ab Agarenis reapse colitur, etiamsi particulares aliquas notas illius præ se ferunt et consentunt, videlicet circumcisionem, et quod sint populus Dei Abrahami jactantiam. Sicut enim haud satis est exhibendæ hominis notitiæ, si quis dicat bipedem et mortalem, quamquam reapse bipes mortalisque est homo ; sed non continuo hæc hominem definiunt, quia non dicunt principalem naturæ humanæ propriamque notam ; ita cum isti dicunt deum se habere Deum Abrahami, et carnem circumcidere, nequaquam ipsum illum proprie vereque Deum demonstrant ; quia symbola illa omittunt, quæ illum præcipue denotant. Nam cum gentis eorum dux contraria legi Dei Abrahami imperat, nonne alterum Deum sub illius nomine invehit ? Atque hanc deceptionem quam nos ratione contingere dicimus, animadvertite. Dixit Abrahami Deus filiis ejus : Non adorabitis ullam idolorum iconem, neque illis cultum exhibebitis, nempe ceu Deo. Dixit Deus Agarenis, ut aiunt, per legatum suum : Adorate Chubarum, Dei instar, quod est idolum et Veneris simulacrum. Videamus jam quid commune sit Abrahamo cum Mohamede, et quid diversum. Videamus item, quænam potiora indicia sint, quibus Deus ab hominibus Deus esse denotatur : et quandonam videatur quidem, sed non sit : quando item potius ad iracundiam provocetur.

98. Ex iis præceptis quæ nobis tantum suffragantur, minor obscuriorque exurgit indicativa nota Dei : imo nulla est interdum, cum ei non obeditur. Ex iis autem præceptis, quibus majestas ejus ostenditur, verior longeque major emicat ; sicut et vice versa. Suscepit Abrahamus circumcisionem, postquam Deum agnoverat et idola patris sui abjecerat. Quandonam ergo is Deo magis placuit ? Idolorum-ue negatione, an carnis circumcisione ? Patet, idolico potius abnegato cultu : nam non nisi ceu fidei signum suscepit præputii circumcisionem. Afferit præstigiator legatus Agarenorum circumcisionem, sed simul idololatriam. Num ergo et hic tanquam Abrahamus Deo placuit, an iracundiam potius commovit ? An denique, ut videtur, utrumque præstitit ? Quod si forte utrumque, num Deo placuit se circumcidendo, an multo potius irritavit idola colendo ? Patet, quod potius irritavit : nam quorum observatio gravioris momenti est, eorundem par violatio. Etenim rerum natura vel ex ipsis cognoscitur, vel ex earum circumstantiis. Et cognitio quidem ex circumstantiis, infirmior ; tutior vero et sincerior quæ ex ipsis rebus emergit. Per se ipsum quidem demonstrat aliquis servitutis et dominatus naturam, cum relatio immobilis retinetur. Haud per se ipsum autem, cum aliquid ad eam rem per-

A ἀπατᾶ· ἀλλ' ὡς ἄλλου πράγματος ἐν ἑτέρῳ πράγματι ὄνομα, καὶ ὡς ἄλλου ὀνόματος ἐν ἑτέρῳ ὀνόματι πρᾶγμα ἢ ἀπάτη συμβαίνει.

ιζ'. Τούτων οὕτως ἐχόντων βᾶδιον ἐλέγξει τὸ βάρβαρον τοῦτο φῶλον, ὡς εἰς μάτην, τῇ τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ κλήσει ἑαυτοῦς ἐξαπατῶσιν, οὐκ αὐτοῦ ἀληθῶς ὑπ' αὐτῶν λατρευομένου, καὶ εἰ μερικά τινα γνωρίσματα αὐτοῦ ἐπιφέρονται τε καὶ ὁμολογοῦσι, τὴν τε περιτομὴν καὶ τὸ λέγειν αὐτοὺς λατὴν εἶναι τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ. Ὡς γὰρ οὐκ ἀρκεῖ τὴν τοῦ ἀνθρώπου γνώσιν παραστῆσαι τὸ εἰπεῖν δίπουν θνητὸν, καίτοι δίπουν θνητὸν ἀληθῶς ὁ ἀνθρώπος· ἀλλ' οὐκ εὐθὺ τὸν ἀνθρώπον ταῦτα δηλοῖ, διὰ τὸ μὴ φάναι τὴν κυρίως παραστατικὴν τῆς ἀνθρώπου φύσεως διαφορὰν· οὕτως οὐδὲ τὸ φάναι αὐτοὺς θεὸν ἔχειν τοῦ Ἀβραάμ τὸν θεόν, καὶ τὴν σάρκα περιτεμῆσθαι, θεὸν αὐτὸν δείκνυσι τὴν κυρίως καὶ ἀληθῶς, τῶν χαρακτηρίζειν δυναμένων συμβόλιον παρεωραμένων ὑπ' αὐτῶν. Ὅτι ἂν γὰρ ὁ τοῦ ἔθνους αὐτῶν προαγωγὸς ἐναντία τῶν τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ νόμων προστάτῃ, ἄρ' οὐχ ἕτερον θεὸν εἰς τὸ ἐκείνου εἰσάγει ὄνομα ; καθ' ὃν τρόπον τὴν ἀπάτην λέγομεν συμβαίνει· σκοπεῖτε γὰρ ἐντεῦθεν· Εἶπεν ὁ θεὸς τοῦ Ἀβραάμ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ· Ἔοικον ὅμοιωμα, οὐδὲ μὴ λατρεύσητε αὐτοῖς, τούτέστιν ὡς θεὸν [ita cod.]. Εἶπεν ὁ θεὸς Ἀγαρηνοῖς, ὡς φασί, διὰ τοῦ ἀπιστοῦ αὐτοῦ· Προσκυνεῖτε τῷ Χουβάρ ὡς θεῷ εἰδώλῳ ὄντι καὶ ὁμοιώματι τῆς Ἀφροδίτης. Εἶδωμεν οὖν εἰ κοινὸν ἔχει Ἀβραάμ καὶ Μωάμετ, καὶ τί διεσνήνοχεν· εἶδωμεν δὲ καὶ ἐν τίσιν μᾶλλον χαρακτηρίζεται ὁ θεός, θεός παρὰ ἀνθρώπων γνωριζόμενος· καὶ ἐν τίσιν δοκεῖ μὲν, οὐκ ἔστι δέ· ἐν τίσιν δὲ παροργίζεται μᾶλλον.

λη'. Ἐν αἷς μὲν οὖν ἐντολαῖς μόνως αὐτοὶ κοσμούμεθα, ἐλάττων ἢ δῆλωσις τοῦ Θεοῦ καὶ ἀμυδρά· ἔστιν δὲ οὐδὲ ἐλάττων, ἤνίκα αὐτὸς ἀποχρούοιτο· ἐοῖς δὲ ἢ αὐτοῦ δόξα συνίσταται, ἀληθῆς καὶ μείζων ὑπερβαλλόντως· ὡσπερ καὶ τὸ ἀνάπαλιν· ἔλαθεν Ἀβραάμ περιτομὴν προεπιγνοὺς τὸν θεόν, καὶ ἀπηνήσατο τὰ εἰδῶλα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Πότε οὖν μᾶλλον θεῷ εὐηρέστησεν, ἐν τῇ ἀπαρνήσει τῶν εἰδώλων, ἢ ἐν τῇ περιτομῇ τῆς σαρκός ; Πρὸδηλον ὅτι ἐν τῇ ἀπαρνήσει τῆς εἰδωλολατρίας· σημεῖον γὰρ ἔλαθεν τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροουσίᾳ τῆς περιτομῆς. Εἰσάγει καὶ ὁ γῆς ὁ ἀπόστολος τῶν Ἀγαρηνῶν περιτομὴν· ἀλλὰ καὶ εἰδωλολατρίαν. Ἄρ' οὖν καὶ αὐτὸς ὡς Ἀβραάμ θεῷ εὐηρέστησεν ; ἢ μᾶλλον παρώργισεν ; ἢ ὡς δοκεῖ, τὰ ἀμφοτέρω ; ἀλλ' εἰ μὲν τὰ ἀμφοτέρω, ἄρα θεῷ εὐηρέστησε περιτέμνων, ἢ μᾶλλον πολλῶ πλεον παρώργισεν εἰδωλολατρῶν ; Εὐδηλον ὅτι μᾶλλον παρώργισεν· ὧν γὰρ ἢ κατόρθωσις μείζων, τούτων πάντως καὶ ἡ ἀπόπτωσις μείζων. Τῶν γὰρ πραγμάτων ἡ φύσις ἐκ τῶν καθ' αὐτὰ ἢ ἐκ τῶν περὶ αὐτὰ δηλοῦται· καὶ ἡ μὲν ἐκ τῶν περὶ αὐτὰ δῆλωσις, οὐ τοιαύτη· ἡ δὲ ἐκ τῶν καθ' αὐτὰ, ἀσφαλῆς τε καὶ ἀδιάφυστος μᾶλλον. Καθ' αὐτὰ τις τὴν φύσιν δουλείας καὶ δεσποτείας τότε δηλοῖ, ὅτι ἂν ἡ σχέσις ἀκίνητος συντηρῆται· οὐ καθ' αὐτὰ δὲ, ὅτι ἂν τὸν περὶ τὸ πρᾶγμα τινα ἐμφαίνῃ, ἀλλ' οὐκ αὐ-

την τὴν σχέσιν ἔχον. Ἦ οὖν περιτομή περὶ τὴν σχέ-
σιν τῆς δουλείας, ἀλλ' οὐ κατ' αὐτὴν τὴν σχέσιν· εἰ
δὲ εἰδωλολατρεία, οὐ μόνον ὅτι οὐ τῶν καθ' αὐτό τι
τῆς θείας σχέσεώς ἐστίν, ἢ τῶν περὶ αὐτὴν, ἀλλὰ
καὶ κατ' αὐτῆς στασιάζει τῆς σχέσεως διασπῶσα αὐ-
τὴν. Ἐντεῦθεν δηλοῦται εἰς Θεοῦ ἑγγύς, Ἀβραάμ ἢ
Μωάμετ'· ποῖος νόμος τὸν Θεὸν τοῦ Ἀβραάμ εἰσ-
άγει; ὁ λέγων, « Οὐ προσκυνήσεις θεῷ ἑτέρῳ, ἀλλ' ἢ
Κυρίῳ τῷ Θεῷ; » ἢ ὁ προσκυνῶν τῷ Χουδάρ εἰδώλῳ
δυνὶ τῆς Ἀφροδίτης; Μὴ δὴ τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ
Ἀβραάμ σεμνανόμενοι, ἀπεναντίας τῷ Θεῷ Ἀβραάμ
φρονούντες ἀπατάσθωσαν, ὡς τὸν Θεὸν τοῦ Ἀβραάμ
οἰκεῖον καὶ εὐμενῆ ἐαυτοῖς ἔχοντες· παρεδειγματί-
σθησαν γὰρ ὄνομα μόνον, τοῦ πράγματος χωρὶς,
ἑτέρῳ ἀπεικῶτι τεθειμένον ψευδῶς σέβοντες· καὶ
ἐκ τῶν περὶ τὸ πρᾶγμα τὸ γινώριμον ἔχειν ἐξαπα-
τώμενοι· ἐκ δὲ τῶν καθ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τὴν ἄλλο-
τρίωσιν πάσχειν ἐξελεγχόμενοι· εἰ μὴ ἄρα ἡμεῖς
φανῶμεν ἑαυτοῖς βιαζόμενοι ἓνα Θεὸν ἔχειν· δύο
ἔκείνων ὁμολογούντων ἐναντιωτάτους θεοὺς, ἀληθῆ
καὶ ψευδῆ· ἢ τὸ γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, οὐδέτερον
ἔχόντων.

ΚΗ'. Ἀπόδειξις ὅτι οὐ τὸν ὄντως ἀληθινὸν Θεὸν
εἰσηγεῖται ὁ Μωάμετ'· οὐδὲ αὐτῷ οἱ Ἀγαρηνοὶ
λατρεύουσιν, ἀλλὰ τὸν ἀποστάτην δαίμονα
σφειτερισάμενον εἰς ἑαυτὸν τὴν θείαν προσ-
ηγορίαν.

Λθ'. Πάντων τῶν ὄντων ὑπεροχικῶς ἐξηρῆσθαι τὸ
θεῖον, εἰ καὶ τι ἄλλο τὸ γε ἀναλλοίωτον καὶ ἀτρεπτον
χαρακτηρίζει σαφῶς, κατ' αὐτό τε τὸ εἶναι, καὶ
τὸ διανοεῖσθαι, καὶ λέγειν, [καὶ] ποιεῖν· ὡς τὸ, C
Πάντες ἀλλαγήσονται, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ· καὶ τὸ,
Ἡ βουλή τοῦ Κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα μένει· καὶ
τὸ, Εἰς τὸν αἰῶνα, Κύριε, ὁ λόγος σου διαμένει·
καὶ τὸ, Πάντα τὰ ἔργα σου ἀληθινά· θειοτέρως
δηλονότι ἢ ἀνθρωπινωτέρως τούτων νοουμένων·
ἐπισκεπτέον νῦν εἰ γε ταῦτα συντετηρῆσθαι τῷ Θεῷ,
ὁ καμηλώδης τοῦ πονηροῦ ἀπόστολος συγχωρεῖ, τὴν
τρίτην καὶ νεωτέραν διαθήκην μυθολογούμενος.

ρ'. Τοῦ Θεοῦ τοίνυν ὁμολογουμένου πάντη ἀόλου
καὶ ἀσωμάτου, θεωρουμένου δὲ ἀναλόγως καὶ ἐκ τῶν
οἰκείων ἔργων, ἐπιγινωσκομένου τε ἐκ τῶν θεῶν
λόγων ὅτ' ἂν συμφωνῇ τοῖς ἔργοις τὰ ῥήματα, ὑμνου-
μένου τε ἐκ τῶν θεοπρεπῶν θελημάτων· ὅτ' ἂν παρ'
αὐτοῦ ἐμφανίζωνται, ἐχομένων δηλαδὴ καὶ αὐτῶν
τοῦ κατὰ τοὺς λόγους καὶ τὰ ἔργα σκοποῦ· ὅτ' ἂν ἐν D
τι τούτων ἀντικειμένως εὐρεθῇ, ἔχον πρὸς τὰ λοιπὰ,
τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἐκπέπτωκός ἂν ἐλέγχοντο ἀσε-
βείας, ὁ ταύτης ἀντεχόμενος τῆς ἀπάτης· σκοπέι-
σθω δὴ οὖν τοῦτο ἐπὶ τοῦ Ἄραβος (98)· τὰ κατὰ τὸν
Φαραῶ καὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, οὐκ οἶδ' ὅπως,
ὡς δὲ γε ἐγὼ νοεῖν δύναμαι, κατὰ τὸ, Ἐμπροσει-
σθαι τῷ ἰδίῳ ἀμφιβλήστῳ τοῖς ἀμαρτωλοῦς εἰ-
ρημένον, καὶ αὐτὸς ἀπεδέξατο· τὸν δὲ τοῦ τερόντος
τὸ πέλαγος νόμον, ὡς οὐδὲν ἀποπέμπεται, δηλονότι
μετὰ τῶν λόγων, καὶ τὰ θελήματα ἐκποιούμενος·
φανερὸν ὅτι χειροτόνητόν τινα ἑαυτῷ θεὸν εἰσποιεῖ-

tinens denotat, sed ipsam relationem non habens.
Itaque circumcisio circa relationem est servitutis,
sed non ipsa relatio est. At idololatria non solum per
se habet divinam nullam relationem, sed illi adver-
satur seque inde avellit. Hinc elucet quis Deo sit
proximus, Abrahamusne an Mohamedes : quæ lex
Deum Abrahami exhibeat; num illa quæ ait : « Non
adorabis Deum alium, nisi Dominum Deum tuum; »
an hæc quæ adorare jubet Chubarem Veneris simu-
lacrum. Ne, quæso, nomine Dei Abrahami glorientur,
dum contraria Deo Abrahami credunt, atque ita fal-
lantur ceu si Abrahami Deum habeant sibi proprium
et benevolum. Jactant enim nomen solum, absque
re, et dissimili alteri id imponentes falso colunt.
Nempe ex circumstantiis indicativam notam sumen-
tes errant : sed ex re ipsa a vero cultu alieni coar-
guuntur. Nisi forte nos videmur coacti unum Deum
habere, dum illi duos constituentur contrarios apprime
Deos, verum et falsum ; vel quod magis veritati
consonat, neutrum habent.

XXVIII. Demonstratio quod nequaquam verum
Deum inducit Mohamedes, neque ipsum Agareni
colunt; sed apostatam dæmonem, qui divinam
appellationem usurpavit.

99. Deum rebus cunctis existentibus summe
præcellere, manifeste demonstrant immutabilitas
ejus et inconvertibilitas; et quod per se sit, et
deliberet, et dicat, et faciat. Veluti scriptum est :
*Omnes immutabuntur, tu autem idem ipse es*²⁵. Item :
*Consilium Domini manet in æternum*²⁶. Item : *In*
*æternum, Domine, permanet verbum tuum*²⁷. Item :
*Cuncta opera tua vera*²⁸; ita tamen ut hæc diviniore
potius quam humaniore sensu cogitentur. Consi-
derandum nunc, an hæc in Deo retineri concedat
camelatus diaboli legatus, qui tertium ac neoteri-
cum testamentum confinxit.

100. Cum plane in confesso sit Deum esse im-
materiale et incorporeum, spectatum tamen per
analogiam in ejus operibus, ex ejusque simul ser-
monibus agnitum, cum verba operibus consonant;
celebratum insuper ab ejus magnificis voluntatibus,
cum eæ ab ipso manifestantur, quæ pariter et verbo
et opere scopum suum persequuntur; si quid ho-
rum contrarium cæteris comperiat, is qui huic
errori adhæreat, prorsus a recta Dei religione exci-
disse videbitur. Nunc id observemus in Arabe, de
Pharaone marique Rubro narrante; nescio cur, nisi
forte ut ergo arbitror, dictum illud : *Cudent in re-
tiaculum suum peccatores*²⁹, ipse quoque expertus
est. Ejus autem, qui mare divisit, legem abjicit :
nimirum post sermones, voluntates quoque repu-
dians, aperte alium Deum propria electione sibi
constituit, verum Deum tamen nequaquam. Nam
qui mare illud divisit, nullam aliam ob causam

²⁵ Psal. ci, 28. ²⁶ Psal. xxii, 11. ²⁷ Psal. cxviii, 80. ²⁸ Psal. cx, 7. ²⁹ Psal. cxl, 10.

fecit, quam ut ipsius observarentur sermones. Igitur qui ejus sermones abolet, ipsum auctorem abolet : qui auctorem abolet, negat simul factum ab eodem miraculum. Atqui cum Mohamedes miraculum illud confiteatur, utique ab alio Deo factum dicit, non ab illo qui auctor est sermonum, quibus hoc miraculum ipsum narratur. Quamobrem duplex est Mohamedis impietas, imo et triplex ; quia Deo auctori eripit miraculum ; et quia illi tribuit, a quo non est factum. Quisnam porro sit qui jam inde ab initio adversus divinam gloriam se extulit, satis scimus. Hunc ergo coli a Mohamede ita cogitante, necesse est. Vel certe immutatus est et conversus, ex Mohamedis sententia, Deus ; neque jam in æternum sermo ejus permanet, neque omnia ejus opera vera. Verum jactetur in capita sontium absurda blasphemia. Quod si inconvertibilis et immutabilis Deus perseverat ; Mohamedes potius perversus esto, qui mutatum conversumque Deum impie blasphemat, ejusque sermones delet. Participemus autem nos divinæ firmitatis gratiam, qui miraculum ejus admittimus, ejusque leges observemus et exsequamur, atque Deo dignas inde discamus disciplinas ac vaticinia et de Christo et de rebus cunctis presentibus ac futuris.

A μείζων κατὰ τοῦ ἐλάσσονος, καὶ ὁ κρείττων κατὰ τοῦ χείρονος, καὶ πολλάκις ποιεῖται τροφήν αὐτοῦ· ἔστιν ὅτε καὶ διαφθεῖρει αὐτὸν, ἀντιζηλῶν τοῦ διωχθῆναι αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐξῆς. Ἐνταῦθα δοκεῖς ἠγνοηκέναι τὰς ἀποδείξεις, πῶς δεῖ προάγειν, καὶ πῶς οὐ δεῖ. Εἰ μὲν γὰρ τὸ παρ' ἡμῖν γραφὲν περὶ παντὸς ἀλόγου ζώου, πρὸς τε τὸ ὁμογενὲς ἢ καὶ ἑτερογενὲς, τὸ συναλίζεσθαι τε καὶ ἐνοῦσθαι ὑπισχνεῖτο, διὰ τὴν πρὸς ἀλληλα ἡμερότητα, ὡς φειδόμενα τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας· εἶτα ἐπὶ τινῶν ζώων τοῦτο εὐρὼν σὺ μὴ θεωρούμενον, μᾶλλον δὲ τὸ ἐναντίον τὸ ἐπανίστασθαι καὶ διαφθεῖρειν καὶ ἀποδιώκειν τὸν ἰσχυρότερον τὸν ἀσθενέστερον, καὶ τὸν κρείττονα τὸν χείρονα, ἃ καὶ ἐν τῷ σὺ γράμματι παρετίθεις, ὅσον λέοντά φημι καὶ ἄρκον καὶ τὰ παρὰ πλῆθια· εἶχεσ ἂν γενναίως τὸν ἡμέτερον λόγον ἀναιρεῖν. Ἐπεὶ δὲ τὸ παρ' ἡμῖν γραφὲν οὐ περὶ παντὸς ἀλόγου ζώου τοῦτο ἐπαγγέλλεται, καὶ ματαιολογεῖς, τὸ κακόπλαστον εἰσάγων δρᾶμα καὶ ὑποκρινόμενος· τίνα γὰρ καὶ τῶν μικρὰ συνορᾶν δυναμένων λέληθεν, ὅτι οὐχ ἅπαντα τὰ εἶδη τῶν ζώων συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι πρὸς ἀλληλα πέφυκε ; Τῶν γὰρ ζώων τὰ μὲν εἰσι μοναδικὰ, τὰ δὲ ἀγελαῖα, καὶ τῶν ἀγελαίων τὰ μὲν ὑφ' ἡγεμόνι τάττονται, τὰ δὲ οὐ. Ἐκατέρων δὲ τούτων τὰ μὲν εἰσι πολιτικά, τὰ δὲ οὐ· ὡς αἱ περὶ αὐτῶν φυσιολογίαι καὶ ἱστορίαι ἐκδιδάσκουσιν. Εἰ οὖν τὰ μὲν εἰσι μοναδικὰ, τὰ [δὲ] οὐ, φανερόν ὅτι τὰ μὲν συναλίζεσθαι μετὰ τῶν ὁμογενῶν πέφυκε, τὰ δὲ μὴ. Εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, οὐδεὶς ἂν ἀδιάστροφον φρένα ἔχων, οὔτε νοεῖ οὔτε γράφει τὸ, Πάντα τὰ ζῶα ἔχει τὸ συναλίζεσθαι πρὸς ἀλληλα καὶ συνδιαιτᾶσθαι· ὅθεν οὐδὲ ἡμεῖς· ἀλλ' ἐπειδὴ ἰδιαίτατον γνώρισμα καὶ χαρακτηριστικὸν ἔνεστι τοῦ κυρίως κοινωνικοῦ ζώου, ὃ τε λόγος καὶ ἡ φρόνησις καὶ ἡ μετὰ λόγου κρίσις, διὰ τοι τοῦτο καὶ λόγου τοῦ ἐξωθεν ἐδεήθη ὁ ἄνθρωπος, ὡς ἂν τὰ ἐν βάλει κείμενα νοήματα εἰς φῶς ἐξωθεν ἀγῆται καὶ τοῖς πέλας κοινοποιῆται· ὅθεν καὶ φύσει ἡμερον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ κοινωνικὴν ζῶον κυρίως ἐνταῦθά ἐστιν. Ἐν δὲ ταῖς ἀλόγοις ζώοις ἅπασιν τό τε κοινωνικὸν καὶ φύσει ἡμερον κυρίως οὐκ ἔνεστιν· εὐρηται δὲ ὡς ἐπὶ τινῶν τῶν ἀλόγων ζώων τοῦτο συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι καὶ κοινοποιεῖσθαι· πολλῶν μᾶλλον καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τοῦτο θεμιτὸν ἂν εἴη. Εἰ γὰρ τὸ ἤτιον δοκοῦν ὑπάρχειν ὑπάρχεις, πολλῶν μᾶλλον καὶ τὸ μᾶλλον· ὅπερ προσῆκόν ἐστι καὶ μᾶλλον ὀφείλει τὸ συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι πρὸς τὸ ὁμογενὲς τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινωνικὸν ζῶον κυρίως καὶ ἡμερον φύσει. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀφορῶντες πρὸς ὑμᾶς γεγράφαμεν.

ιβ'. Καὶ πάλιν δὲ μεταβαίνων ἐφ' ἕτερον τῶν παρ' ἡμῖν γραφέντων, καὶ τοῦτο ὡσαύτως πειρώμενος ἀνασκαυάζειν, γράφεις ὡδε· « Τῶν φόνων οἱ μὲν εἰσι θεμιτοί, οἱ δὲ ἀθέμιτοι· καὶ ἀθέμιτόν ἐστιν, ὃ ἀποτέτραπται παρὰ Θεοῦ, τὸ φονεῦειν πιστὸν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει· ἔννομον δὲ καὶ θεμιτὸν, τὸ φονεῦειν τὸ δοξάζοντα συκοινωνὸν τοῦ Θεοῦ (6) καὶ ἀναπλάττοντα

(6) Sur. VIII, IX et alibi. Confer retro col. 685 et 761, cum annotatione.

ισοδύναμον. Ταῦτα μὲν γράφων ὡς ἀμαθῆ καὶ ἀμύητον πάντη τῶν πραγμάτων σεαυτὸν εἰσάγεις· οὐδὲ γὰρ συνῆκας ὅτι πᾶς φόνος, ἢ φόνος ἐστὶ, φευκτὸς καὶ ἀποτρόπαιος, εἴπερ κακός· τὸ δὲ κακὸν ἅπαν οὐ θεμιτόν· καὶ ὅτι κακὸν ὁ φόμος, ἐντεῦθεν δῆλον· Πᾶς φόμος, ἢ φόμος ἐστίν, ἢ φθορά ἐστίν ἀνθρώπου, ἢ φθορᾶς ποιητικός ἐστίν ἀνθρώπου· ὁ δὲ ἄνθρωπος μᾶλλον καλὸν καὶ μᾶλλον ἀγαθὸν τῶν ἐπὶ γῆς· εἴπερ τὸ πρότιστον κτίσμα Θεοῦ τῶν ἐπὶ γῆς· συναγεται ἄρα· Πᾶς φόμος, ἢ φόμος ἐστίν, ἀγαθοῦ τινος ἢ φθορᾶ ἢ φθορᾶς ποιητικόν· εἰ δὲ τοῦτο, καθ' αὐτὸ κακόν. Τῶν γὰρ ἀγαθῶν αἱ φθοραὶ, καὶ τὰ τούτων φθαρτικὰ, πάντως ἐστὶ κακά· ὡσπερ τῶν κακῶν αἱ φθοραὶ, καὶ τὰ φθαρτικὰ τούτων ἀγαθὰ· οὕτω γὰρ ἡμῖν αἱ κοιναὶ ἐννοιαὶ καὶ αἱ φιλοσοφικαὶ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσιν. Εἰ οὖν πᾶς φόμος, ἢ φόμος ἐστίν, δέδεικται ὡς κακός, δῆλον ὅτι καὶ οὐ θεμιτός· τὸ γὰρ κακὸν πᾶν, οὐ θεμιτόν· γίνεται δὲ ἐνίοτε κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθόν. Τῶν γὰρ ὄντων τὰ μὲν εἰσι καθ' αὐτὰ ἀγαθὰ· γίνεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς κακά, οἷον ἐλεημοσύνη· τὰ δὲ καθ' αὐτὰ μὲν εἰσι κακά· γίνεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθὰ, οἷον τὸ ψεῦδος (7)· τὰ δὲ καθ' αὐτὰ μὲν τὸ οὐδέτερον ἔχει· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἐπαμφοτερίζει, οἷον πλοῦτος, ἰσχύς, καὶ τὰ παραπλήσια· καὶ τὰ μὲν καθ' αὐτὰ ἀγαθὰ, αἰεὶ μὲν δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ· τοιαύτη γὰρ ἡ φύσις τῶν καθ' αὐτὸ ἀγαθῶν. Τὰ δὲ καθ' αὐτὸ κακά, ἔμπαλιν· ἢ αἰεὶ μὲν οὐ δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀλλ' ἐπέλαττον· τοιαύτη γὰρ καὶ τούτων ἡ φύσις· τὰ δὲ καθ' αὐτὰ τὸ οὐδέτερον ἔχοντα ἐπ' ἴσης ἔχει τὸ τε γίνεσθαι καὶ μὴ. Ἐπεὶ οὖν καὶ φόμος τῶν καθ' αὐτὸ κακῶν ἐστὶ (τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἀποδέδεικται)· τὸ δὲ καθ' αὐτὸ κακόν, κατὰ πρῶτον λόγον, ἢ ὁλως οὐ δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πρῶτον ἀγαθόν· σπανιάκις δὲ γίνεται κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθόν· καὶ τοῦτό ἐστὶ τὸ δευτέρως ἀγαθόν καὶ ἐπέλαττον. Τὸ δὲ κατὰ πρῶτον λόγον ἀγαθὸν καὶ ἐπιπλέον, τοῦ κατὰ τὸ δεύτερον καὶ ἐπέλαττον ὄντος, αἰρετώτερον καὶ κρείττον, ὡς αἱ λογικαὶ ἡμᾶς μέθοδοι ἐκπαιδεύουσι· τὸ μὴ φονεύειν ἄρα, τοῦ φονεύειν, εἰ καὶ κατὰ συμβεβηκὸς ἐνίοτε ἐστὶν ἀγαθόν, κρείττον καὶ αἰρετώτερον· εἰ δὲ τοῦτο, οἱ τὸ φονεύειν ἐφιέμενοι ἀναιρεῖν ἐκ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ πολὺ ἄν κρείττονες καὶ τιμιώτεροι δειχθεῖεν τῶν μὴ προαιρουμένων τοῦτο ποιεῖν, ὡς τὸ κρείττον ἀγαθόν ἐφιέμενοι. Ἡμεῖς ἄρα κρείττονες ἀνεφάνημεν διὰ τῆς ἀποδείξεως, τὸν φόμον ἀναιρεῖν ἐκ ποδῶν προαιρούμενοι.

εγ'. Ὅτι δὲ καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος καθ' ἐκάστην φόμος (8) οὔτε τῶν κατὰ συμβεβηκὸς

(7) Puta cum aliquis mentitur, ut alicui prosit. Verumtamen id quoque Augustinus reprehendit enarr. in ps. V, n. 7: *Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut jocatur, aut ut proximus mentimur. Illud primum, etc. Secundum ideo mitius est, quia retinet nonnullam benevolentiam. Videsis ibi cætera; tum alia plurima*

atque te et omnium rerum ignarum exhibes. Etenim non intelligis, omnem cædem, quatenus cædes est, vitandam esse et aversandam, utpote malam. Porro nullum malum licet. Quod autem mala res sit cædes, hinc fiet manifestum: Omnis cædes, quatenus cædes est, destructio est hominis, sive causa est destruendi hominis. Homine autem nihil pulchrius meliusve in terra versatur, siquidem præcipua est creaturum a Deo in terra rerum. Concluditur ergo omnem cædem, quatenus cædes est, boni alicujus destructionem esse, vel causam destructionis. Quod si ita est, cædes per se mala est. Nam bonarum rerum destructiones et harum causæ, omnino malæ sunt: sicut vicissim malarum rerum destructiones, et harum causæ, bonæ sunt. Quippe ita communes notiones et philosophicæ disciplinæ nos docent. Si ergo omnis cædes, qua cædes est, mala esse demonstratur, patet eam ne licitam quidem esse. Nullum quippe malum licet: sed id tamen aliquando per accidens in bonum convertitur. Nam rerum aliæ sunt per se bonæ, sed fiunt per accidens malæ, velut eleemosyna. Aliæ per se malæ sunt, sed fiunt per accidens bonæ, velut mendacium. Aliæ denique per se neutrius conditionis, per accidens autem in alterutram partem inclinantur, velut divitiæ, vires, et similia. Et hæc quidem res quæ sunt per se bonæ, semper fieri debent, vel certe plerumque: talis enim est rerum per se bonarum natura. Contraria ratio est rerum per se malarum, quæ vel nunquam fieri debent, vel raro, et minima quantitate. Talis enim est harum natura. Quæ denique per se neutrius naturæ sunt, perinde est utrum fiant, an secus. Quod autem cædes sit in numero rerum per se malarum, id nos jam ostendimus. Quod vero per se et principaliter malum est, id vel omnino fieri non debet, vel raro; et hoc principaliter bonum est: quod raro autem sit per accidens bonum, id secundo loco bonum est ac minimum. Jamvero quod est primigenia ratione bonum et gradu majore, illo certe quod est secundo loco bonum et gradu minore, optabilius est et melius, prout nos logicæ regulæ erudiunt. Ergo non occidere melius optabiliusque est quam occidere, etsi hoc postremum quandoque per accidens bonum sit. Quod si ita se habet, ii qui cædem abolere inter homines student, meliores majoreque laude digni apparent, quam hi qui ita se gerere non constituerunt: illi enim melius bonum amplexi sunt. Nos igitur meliores esse exploratum est, qui cædem ex hominibus exterminare studemus.

13. Quod vero quotidiana vestra adversus nos cædes, non sit de bonis per accidens contingenti

hujusmodi apud Augustinum, qui constanter mendacium improbat.

(8) Loquitur de superstitiosa et fanatica Mohamedanorum adversus Christianos sævitia, quam, præter citatas retro suras, videmus etiam in epistola tertia Nicolai patriarchæ Græci inter editas a nobis in Spicilegio Rom., T. X.

bus, hinc fiet palam : Quod fit per accidens bonum, prudenti aliquo consilio fit : quod autem ita prudenter fit, propter frugi aliquid fit : ergo quod per accidens fit, propter frugi aliquid fit. Vestræ autem nostrorum hominum occisiones, hand ob aliud fiunt, ut ipsi dicitis, nisi quia vos Saracenisimam sequimini : hoc autem frugi non est : consequitur ergo, ut vestræ nostrorum hominum occisiones, ne per accidens quidem bonæ sint. Quod autem Saracenisimæ secta minime bona sit, sic ostenditur : Saracenisimus nihil aliud est quam a naturalibus aut etiam supernaturalibus, ad ea quæ naturæ adversantur, hominum translatio ; namque hoc etiam demonstravimus. Jam id agere, malum esse, nemo non videt. Si ergo vestræ nostrorum hominum occisiones, neque per accidens neque per se ipsæ bonæ sunt : et si quod neque per se bonum est, neque per accidens, id omnino fieri non debet ; ergo vestræ quotidianæ nostrorum hominum occisiones fieri non debent. Nam quod fieri non oportet, id ne licet quidem. « Cædium aliæ licitæ sunt, inquis, aliæ illicitæ. » Ego quoque assentior, cædes aliquas licere, nimirum per accidens, si quidem de illorum bonorum numero sint, quæ ita evadunt per accidens. At sunt illicitæ, per se ; quoniam cædes, quatenus cædes est, de numero esse per se malorum ostensum fuit ; idcirco hoc tanquam plane confessum a nobis quoque sumatur.

14. Age vero breviter deinde subnectis dicens : « Legitimum insonsque est occidere eum qui censet dandum Deo socium, et quidem pari potentia præditum. » Id, inquam, quam superbe a te dicitur et arroganter ! aut si magis proprie loquendum est, quanta stoliditate atque insania scatet ! Nam propter multam stupiditatem tuam et infidelitatem, absque ratiocinio nescio quomodo judicans, neque ut nos prædicamus, sed vane pugnans et stulte blaterans, sine causa nos irrides, quasi participantes quosdam, et Deo unico univoque principio æquipollentes inducamus. Quis enim ex nostris, sive pusillus sive magnus, cogitavit unquam aut confinxit quemquam esse Deo unico univoque principio communicantem aut æquipollentem ? quo prætextu vestræ nostrorum hominum occisiones, justæ, ut tu ais, evadant ? Etsi enim a nobis Filius Dei tanquam verus Deus, idemque Deo Patri homogeneus dicitur atque glorificatur, non tamen ut communicans uni principio, aut Deus extra Patrem existens et adjunctus, ut tu putas, in nostra theologia definitur ; hoc enim jam a nobis demonstratum fuit ; sed unus Deus cum Patre et Spiritu sancto est, et a nobis Christianis creditur et glorificatur. Quod si ita est, temere tu nobis probrum ex vocabulo communicantis impingis : temere item occisiones quas nostrorum hominum facitis, divinitus inspiratas legitimasque reputas, uti scribis. Nam si, propterea quod communicantem

ἀγαθῶν ἐνδέχεται εἶναι, ἐντεῦθεν δῆλον· τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθὸν γινόμενον, δι' οἰκονομίαν γίνε-
ται· τὸ δι' οἰκονομίαν γινόμενον, διὰ καλὸν γίνεται· τὸ ἄρα κατὰ συμβεβηκὸς γινόμενον, διὰ καλὸν γίνε-
ται· ὁ δὲ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς γινόμενος φόνος, οὐδὲ ἄλλο τι γίνεται, ὡς αὐτοὶ φατε, εἰ μὴ διὰ τὸ Σαρακηνίζειν ὑμᾶς· τοῦτο δὲ οὐ καλόν· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς γινόμενος φόνος, οὐδὲ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἐστὶν ἀγαθῶν· καὶ ὅτι τὸ Σαρακηνίζειν οὐ καλόν ἐστίν, ὡδὲ ἐστὶ δῆλον· τὸ Σαρακηνίζειν οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἀλλ' ἢ τὸ ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἢ καὶ ὑπερφυῶν εἰς τὴν παρὰ φύσιν κατασπῆν τοὺς ἀνθρώπους· τοῦτο γὰρ ἡμῖν καὶ ἀποδέδεικται (9)· τὸ δὲ τοῦτο ποιεῖν, πᾶσιν ἀρίθμητόν ἐστιν ὅτι οὐ καλόν ἐστίν· Ἐπεὶ οὖν οὔτε τῶν καθ' αὐτὸ ἀγαθῶν ἐστὶν ὁ φόνος ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος, οὐδὲ κατὰ συμβεβηκὸς· τὸ δὲ οὔτε καθ' αὐτὸ ἀγαθὸν, οὔτε κατὰ συμβεβηκὸς, οὐ χρὴ γίνεσθαι τὸ παράπαν· ὁ ἄρα εἰς ἡμᾶς ἐξ ὑμῶν καθ' ἑκάστην ἐνεργούμενος φόνος, οὐ δεῖ γίνεσθαι· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ οὐ θεμιτόν· ὁ γὰρ οὐ δεῖ γίνεσθαι, οὐδὲ θεμιτόν ἐστι· « Τῶν φόνων, οἱ μὲν εἰσι θεμιτοὶ, οἱ δὲ ἀθέμιτοι. » Σύμφημι καὶ γὰρ, ὅτι τῶν φόνων οἱ μὲν εἰσι θεμιτοὶ, δηλονότι κατὰ συμβεβηκὸς, εἴπερ τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθῶν εἰσιν· οἱ δὲ ἀθέμιτοι, δῆλον ὅτι καθ' αὐτὸ· ἐπεὶ καὶ ὁ φόνος, ἢ φόμος ἐστίν, τῶν καθ' αὐτὸ κακῶν εἶναι ἀποδέδεικται· διὸ καὶ ὡς ὠμολογημένον καὶ παρ' ἡμῖν εἰλήφθω.

ἰδ'. Εἶτα τὸ βραχὺ τοῦτου συναπτόμενον τὸ λέγον· « Ἐννομον δὲ καὶ θεμιτόν τὸν δοξάζοντα φονεῖν συγχωροντὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἀναπλάττοντα ἰσοδύναμον, ποίας ἀλαζονείας καὶ φυσικώσεως, ἢ οἰκειότερον φάναι, ἐκπληξίας τε καὶ ἐμβροντησίας ἀνάμεστον οὐκ ἀνεῖη ; Ἐκ γὰρ πολλῆς εὐθελείας καὶ ἀπιστίας ἀλογιστὴ, οὐκ οἶδ' ὅτῳ τρόπῳ δόξαν, καὶ οὐκ ὡς ἡμεῖς κηρύττομεν, σκιομαχῶν καὶ μάταια ἐρευγόμενος, ἡμᾶς ἀναπλαστικῶς διαχωρμδεῖς κοινωνοὺς τινὰς καὶ ἰσοδύναμους τοῦ ἐνὸς Θεοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἀρχῆς ἐπεισάγοντας· τίς γὰρ τῶν ἐν ἡμῖν μικρὸς ἢ μέγας ποτὲ ἐνενόησεν ἢ ἐπλασεν ἐπὶ τοῦ ἐνὸς Θεοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἀρχῆς κοινωνῶν ἰσοδύναμον, ἵνα καὶ ὁ εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος φόμος θεμιτὸς ἀν εἴη, ὡς σὺ φης ; εἰ γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν Ἰῆς Θεοῦ ὡς Θεὸς ἀληθινὸς καὶ αὐτὸς ὢν ὁμοφυῆς τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ θεολογεῖται καὶ δοξάζεται, ἀλλ' οὐκ ὡς κοινωνὸς τῆς μιᾶς ἀρχῆς, ἢ τοῦ Πατρὸς ἐξωθεν ὢν Θεὸς παρεισχρινόμενος, ὡς σὺ ἐπινοεῖς, θεολογεῖται (τοῦτο γὰρ ἡμῖν καὶ ἀποδέδεικται [10])· ἀλλ' ὡς εἰς Θεὸς μετὰ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἐστὶ καὶ παρ' ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν καλῶς πιστεύεται τε καὶ δοξάζεται. Εἰ δὲ τοῦτο, μάτην τὸν οὕτως μῶρον τὸν ἐκ τοῦ κοινωνοῦ ἡμῖν προστρέβεις· ἔτι γε μὴν καὶ τὸν ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενον φόμον ἐνθεον καὶ ἐννομον λογιζῆν, ὡς γράφεις· εἰ γὰρ διὰ τὸ κοινωνῶν καὶ ἰσοδύναμον Θεοῦ, ὡς αὐτοὶ φατε ἀναπλάττειν ἡμᾶς, ἐννομόν ἐστι τὸ ὑφ' ὑμῶν φονεῦσθαι,

(9) In hac ipsa epistola cap. 7, col. 829.

(10) In consutatione prioris Agarenorum epistolæ, cap. 9

δηλονότι τούτου ψευδῶς ἡμῖν ἐπιφημιζομένου. φανερόν ἔστι καὶ τὸ φονεύεσθαι ἡμᾶς παρ' ὑμῶν οὐ θεμιτόν. Εἰ δέ σε τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐπιθροβεῖ καὶ ἐπιταράττει, ὡς τοῦ ἑνὸς Θεοῦ καὶ τῆς μιᾶς ἀρχῆς ἔξωθεν τὸν Υἱὸν ὡς κοινῶν (11) παρ' ἡμῖν παρεκρινόμενον, καὶ διάφορον ἔντα τῇ φύσει τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἀμαθαίνοντός ἐστι τοῦτο ἡπερ εἰδότες· οὐ γὰρ ταυτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις· ἦν γὰρ οὐδὲν τῶν ἄνω ὁμοφνές, καὶ ταυτὴν κοινόν τι καὶ ἴδιον χρῆμα ὑπερ οὐχ εὔρηται.

ιε'. Καὶ ἄλλως· Εἰ τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων, διάφορον καὶ τὴν φύσιν εἰσάγεσθαι δίδωσιν, ἀνάγκη τὸ μὴ διάφορον τῶν φύσεων, μηδὲ διάφορον τῇ ὑποστάσει καθίστασθαι· συνάγεται ἄρα ὅτι τὰ ταυτὰ τῇ φύσει, ταυτὰ καὶ ταῖς ὑποστάσεσιν· ἔστι ἄρα Σωκράτης καὶ Πέτρος, ταυτοὶ ὄντες τῇ φύσει καὶ ἀδιάφοροι, καὶ τῇ ὑποστάσει ταυτοὶ, ὅπερ ἐστὶ γελοῖον· ἔστι γὰρ τὸ οὕτως σόφισμα παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν οὕτω καλούμενον· τοῦ γὰρ ἑνὸς πολλαχῶς λεγομένου, ὡς αἱ λογικαὶ μέθοδοι ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσιν, ἢ γένει, ἢ εἴδει, ἢ ἀριθμῷ, δῆλον ὅτι καὶ τὰ πολλὰ· ἑσαχῶς γὰρ τὸ κείμενον (12), τοσαυταχῶς καὶ τὸ ἀντικείμενον· τοῦτο γὰρ καὶ δεδιδάγμεθα ἡμῶν δὲ ταῖς ὑποστάσεσιν τὸ τρία διδόντων, σὺ καὶ τὸ τῶν φύσεων διάφορον εἰσάγεις· ταῦτα δὲ οὕτως ἔχει καὶ ἡ ἐνάργεια τῶν πραγμάτων δῆλη, καὶ αἱ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσιν· καὶ οὕτως σοι πᾶσαι αἱ διαβολαὶ τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως, καὶ αἱ πρὸς ἡμᾶς ἀντιβρῆσεις σου ἔωλοι καὶ ἀπίθανοι καὶ ψευδαῖς ἀποδοδειγμένοι εἰσὶ· καὶ τῶν διαβολῶν δηλονότι ἀντιρροιστῶν, καὶ τὰ λοιπὰ σοι πάντα συνέψεται· καὶ ταῦτα πέρα τοῦ μέτρου· ἐπεὶ καὶ κόρος λόγου πολέμιος ἀκοαῖς· διὸ ἱκανὰ μὲν καὶ ταῦτα τοῖς ἐθέλουσιν μικρῶς πως συνορᾶν, καὶ τῇ παραθέσει τῶν κροιστῶν, τὸ ἀληθὲς μεταδιώκειν, καὶ τὸ ψευδὸς ἀποθεῖσθαι· διὸ καὶ μέχρι τούτων τὸν λόγον στήσω (13).

(11) Didymus Alexandrinus in suo ad Psalmos egregio commentario ait ad ps. xvii, 32: 'Ὁ Σωτὴρ οὐ μετέχων θεότητος, Θεὸς ἐστίν. . . οὐδεὶς τῶν κατὰ μετοχὴν θεῶν, ὡς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἶναι δύναται· *Salvator, non est participatione deitatis Deus . . . nemo qui esset participatione Deus, domino Jesu Christo æquipollere potest.*

(12) Cod. hic et postea ἀντικείμενον.

(13) In extrema codicis pagina a recentiore manu, et quidem mendosissima, scribitur brevis Mahomedis notitia, nempe quod hic a Niceta Byzantino philosopho, et aurea locutione prædito, confutatus Arabs Mahamedes, orphanus fuerit, peregrinus, mendicus et vagus, et quod ad divitem viduam in quadam Arabiæ urbe accesserit, cui se mercenarium famulum et camelarium adlaxit: quamque etiam malitia sua et subdolo sermone, licet ipse comitiali morbo urgeretur, in proprium conjugium pellexit. At cum hæc postea repudium ei, tanquam mendico et demoniaco, mitteret; is ad monachum quemdam familiarem suum, Constantinopoli extorrem, negotio delato, facile impetravit ut uxori per hunc suaderet, Dei se esse prophetam, et visiones pati, non aplexin, et Gabrielem angelum secum loqui. Quæ au-

et æquipollentem Deo, ut, vos dicitis, confingimus, legitimum est nos a vobis occidi; postquam nos eam imputationem falsam coarguimus, constat eadem quoque, qua vos in nos sævitis, justam non esse. Quod si te distinctio personarum Patris, Filii, et Spiritus sancti perturbat ac terret, quasi ea exterius in unum Deum unumque principium, Filium ceu communicantem obtrudat, a natura Dei Patris diversum, hoc indocti potius quam docti hominis proprium est. Non enim idem est natura et persona; secus, nullæ res existentes essent homogeneæ; eademque res et communis esset, et propria; quod non usuvenit.

15. Item aliter: Si personarum distinctio nature quoque distinctionem induceret, necesse foret id quod non est natura distinctum, ne persona quidem esse distinctum. Consequitur ergo, quidquid idem natura est, idem quoque fore personis. Socrates itaque erit etiam Petrus, qui si natura sunt iidem atque indistincti, iidem etiam persona erunt; quod est ridiculum. Namque hoc sophisma ab homonymia ita appellatur. Nam cum vocabulum *unus* multifario sensu dicatur, ut nos logicæ regulæ docent, nempe vel genere, vel specie, vel numero; constat, quod vocabulum etiam *plura* eandem rationem habet; nam quot modis propositum, totidem etiam oppositum; sic enim didicimus. Jam dum nos personis trinum numerum damus, tu naturarum quoque distinctionem invehis. Hæc ita se habent, et ex factorum evidentia constat, et disciplinæ sic nos docent. Atque ita tuæ omnes adversus fidem nostram calumniæ et contradictiones, fuitiles, incredibiles mendacesque demonstratæ fuerunt. Jam calumniis disjectis, reliqua omnia per se consequuntur. Sed et dicta hactenus nimia fuerunt, et sermonum superfluitas auribus molesta est. Ideo hæc sufficiunt iis quidem qui aliquantulum considerare velint, et meliorum adjectione, aut comparatione, veritatem assequi, ac falsitatem dispellere. Hic ergo dicendi finem faciam.

diens mulier gavisa est. Tum ex ejusdem narratione, adhuc in Arabia famam hujusmodi perseverare dicit: 'Ὁ ἀποκηρυχθεὶς παρὰ τοῦ Βυζαντινοῦ καὶ φιλοσόφου καὶ χρυσοποῦς κυρίου Νικήτα Ἀραψ Μοκάμετ, ἦν ὀρφανὸς ξένος προσάλτης περιπολεῶν ἐν πάσῃ χώρῃ καὶ πόλει ἐν τῇ Ἀραβίᾳ δὲ ἐλθὼν, καὶ ἐκεῖσε τὴν διατριβὴν ποιῶν, προσήλθε γυναικὶ χήρᾳ πλουσίᾳ, καὶ ἐστοίχησεν μισθῶδὸς ἐξυπηρετεῖν καὶ καμψυλεύεσθαι αὐτῇ. Πονηρὸς δὲ ὢν καὶ ἐν λόγοις εἰρωνικὸς, ἐξαπατήσας αὐτὴν ἐγγύματο, ὑπάρχων αὐτὸς κάτοχος. Ἐδυσφόρησεν ἡ γυνὴ τοῦτο οὕτω μαθούσα καὶ ἤχθητο λέγουσα, ὅτι Ἀπόλωλα πτωχὸν καὶ δαιμονιαρὸν λαβοῦσα· καὶ ἐμελλεν αὐτὸν ἀπ' αὐτῆς ἀποδιώξει. Τοῦτο οὕτως ὁ πονηρὸς νοήσας, προσήλθεν τινὶ φίλῳ αὐτοῦ μοναχῷ ὄντι, δὲ ἀπὸ τῆς μεγάλης πόλεως ἐξώρισται· καὶ πρὸς αὐτὸν ταῦτα παρήγγειλεν λέγων, ὅτι Οἶδά σε γνωστὸν ἔντα τῆς ἐμῆς γαμετῆς, ὅτι ἐξείπειν θέλη πρὸς σὲ τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ πῶς σκοτοδινῶν πίπτω· σὺ δὲ πρὸς τοῦτο ὑποτηριζῶς τάδε εἶπέ, ὅτι τοῦτο οὐκ ἦν ἄλλο ἄλλ' ἢ ἀγγέλου Θεοῦ ὄπτασία, Γαβριὴλ ὄνομα, καὶ ὅτι τοῦ Θεοῦ προφήτης ὑπάρχω· ἐπὶ τούτοις ὑπεραγάθησεν ἡ γυνὴ καὶ ἤθετο· καὶ παρ' ἐκείνης ἐξῆς ἀκουσθὲν ἐκρατήθη μέχρι τοῦ νῦν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ.

THEOGNOSTUS MONACHUS.

NOTITIA.

(HANCKIUS, *De Græcis scriptoribus historiarum Byzantinorum*, Lipsiæ, 1677, in-4°).

I. Theognostus monachus, exarchus Constantinopolitanus, id est, patriarchæ Constantinopolitani legatus (qualem auctores Latini recentiores *visitatorem* nominant), cum Ignatius Constantinopolitanus patriarchatus, quem ab anno Christi 847 per annos fere duodecim gesserat, anno Christi 858 in exsilium ab imperatore Michaelo pulsus, Photio cessisset; Ignatianis Photianos, Photianis Ignatianos persecuentibus, ad componendas lites A. C. 861 celebrata synodus Constantinopolitana, præsentibus Nicolai I Romani pontificis legatis, patriarchatum Ignatio demptum Photio adjudicavisset, id non ferendum ratus, qui cum Ignatianis sentiebat, clam sub habitu civili Romam profectus, ope Nicolai, tum Ignatio, tum etiam sibi consulere modis omnibus conatur. Stylianus Neocæsariensis in litteris ad Stephanum V Romanum pontificem, cum retulisset, in concilio Constantinopolitano patriarchatum ab ipsis legatis Romanis Photio confirmatum: Ὅπως καὶ ζήλω κινηθεὶς ὁ μοναχὸς Θεόγνωστος ὁ ἀρχιμανδρίτης, καὶ διὰ κοσμικῆς στολῆς λαθραῖως καὶ αὐτὸς εἰς Ῥώμην ἐπιδημεῖ, καὶ τὰ κατὰ τοῦ Ἰγνατίου διδάσκει τὸν ἀγιώτατον πᾶπαν Νικόλαον. Tum etiam zelo commotus monachus Theognostus archimandrites et civili habitu clam et ipse Romam properavit, et causam Ignatii exposuit sanctissimo papæ Nicolao.

II. Romæ cum viveret, ab imperatore Michaelo, sicut inter calumniatores referebatur, qui Photium et Photianos in Occidente sementis traducebant, ita Constantinopolim ad tribunal, sed nequidquam, citabatur. Pro Theognosto Nicolaus pontifex, ipsemet Ignatianus, epistola 8 (quam, ut ex epistola 9 colligi potest, A. C. 865, indictione XIII scripsit) imperatori Michaeli respondebat: *Porro scripsit nobis imperium vestrum ut Theognostum, qui a fratre et coepiscopo nostro Ignatio super quasdam provincias exarchatus pondus accepisse dignoscitur, nec non et alios monachos sibi, tanquam vestræ Augustalis injuriatores Excellentie destinemus. In quo cum tamen ipsi injuriatores vestri non fuerint, quid aliud, nisi ut quanta pœna et quibus tormentis subjiciantur hi qui ex parte Ignatii sunt, et apud vos in ditione vestra consistunt, liquidius agnoscamus. Quando hi non utique ad epulas, non ad insulas alicujus honoris percipiendas profecto quærantur, sed potius ut puniendum, quos forte nec vidistis, nec cujus moris sint, penitus agnovistis. Denique quidam eorum ab ineunte ætate Romæ divinis obsequiis famulati sunt, et non justum credimus hujusmodi tormentis fore subdendos. Theognostum autem non de vobis sinistra, sed potius gratâ prædicare testamur. Quamobrem ergo eum quæritis ignoramus, nisi forte, quia illinc fugatus, hic apud nos requiem, quemadmodum innumeri Christiani, aliquantulum reperit.*

III. Eam vero Theognostus apud Romanos inibat gratiam, ut ab iis ἀρχιμανδρίτης τῆς πρεσβυτέριας Ῥώμης, archimandrites veteris Romæ, id est, præfectus monasteriorum veteris Romæ, constiueretur, qui novæ Romæ, id est Constantinopoleos, exarchus extiterat. Ducet hoc titulus quem Theognosti narratio præfixum gerit, § VIII in medium afferendus.

IV. Ignatius ab imperatore Basilio, Michaelis successore, Photium relegante, patriarchatum Constantinopolitanum A. C. 867 recipiebat. Theognostus, qui per annos septem hæcenus Romæ commoratus, exsulis Ignatii causam apud Nicolaum I et Adrianum II pontifices Romanos, nervis omnibus egerat, A. C. 868 Constantinopolim revertebatur, ad Basilium imperatorem et Ignatio patriarcham litteras, in quibus utrique majorem in modum commendabatur, ab Adriano scriptas afferens. Adrianus, partibus Ignatianis addictus, in epistola I quam ad imperatorem Basilium, Indictione I Kalendis Augusti scripsit (Anastasius Bibliothecarius in Actis concilii Constantinopolitani IV Latinis actione VII), representat: *Postquam autem cognovimus, quod misericors Deus imperium vestrum simul et affectum ad hoc erexerit, ut dispersa congreget, et quæ ceciderunt erigat et contrita resolidet; fiducialiter possumus, Deo gratias, deprecere ut ii qui abjecti sunt, ab imperio vestro recipiantur, et ii qui dispersi, congregentur. Quapropter prudentissimum virum Theognostum honorabilissimum exarchum vestræ fiduciæ remittentes commendamus; qui legatione, tam pro fratre et comministro nostro Ignatio, quam pro cæteris contribulatis functus per septennium apud principis apostolorum limina ut peregrinus et incola vixit, et eorum confessionibus memoriam vestram assidue commendavit; et a die adventus sui usque ad præsens pietatis vestræ præconia narrare, et Ecclesie manifestare vulnera, et horum medelam exigere non destinit. Nunc ergo quoniam et iste unus ex illis est, qui, postquam lupus factus est pastor, continuo dispersi et a vobis vic omnia regentibus congregati sunt, revocetur et ipse, petimus, et in mandra fidelium omnium a clementia*

vestra locetur, et inter lætantes pios filios paterno affectu post longæ captivitatis reversionem connumerari mereatur; et ob amorem Dei, et protectorum vestrorum principum apostolorum honorem, a quorum regimine proficiscitur, mansuetudinis vestræ auxilia sentiat, et posturbationem serenitatem, et post multa adversa optatæ prosperitatis effectum, quatenus per patronorum vestrorum intercessionem, principum videlicet a quorum sede remittitur, et quorum principatum pro Ecclesia vestra, quæ valde fluctuat, die ac nocte interpellare per multa curricula non cessavit. • In epistola 2 quam ad Ignatium patriarcham indictione 1, Kalendis Augusti, scripsit, (Anastasius ibidem) exhibet: Præterea communem filium Theognostum, reverendissimum exarchum et dilectum nobis, ecce ad vos transmisimus, qui ex persequentibus æmulatoribus tuis illinc nudus salvatus, quin et mutato habitu vix huc pertingens, vitam lucratus est, deinde apud memorias apostolorum per septem fere annorum curricula, ut hospes et advena demoratus, non tantum propriam miseriam, quantum sanctitatis tuæ pressuram et Constantinopolitanæ Ecclesiæ calamitates pene incessanter deflebat: ita ut non solum antea iam dictum decessorem meum (Nicolaum 1) sed et me postea nocte ac die indeficienter erigere, et pro statu tantæ Ecclesiæ et erectione vestra crebris suasionum stimulis latera percutere, et quemadmodum angelus quondam: Surge, Petre, accipe fortitudinem ad salvandas gentes, per singulos dies nobis dicere non cessaret quousque auditum, Deo præstante, suscepit, quod ardentem in pectore semper bajulabat. Qua de re, frater dilectissime, sanctitati tuæ hunc commendantes, rogamus et deprecamur, quatenus circa se sentiat beneficii tui propositum; et sicut vestræ factus est communicator passionis, ita et consolationis: non autem ut familiaris noster factus, sed et ut a sede principis apostolorum susceptus, hic debet ob amorem ejus, non qualemcunque in conspectu sanctitatis vestræ gratiam invenire.

V. Anno Christi 869 Theognostus patriarchalis hegumenus legatos Adriani II Romani pontificis, ad concilium Constantinopoli celebrandum missos, Sillambriam ingressos excipiebat; qui Constantinopolim indictione III, die XV Septembris, A. C. 869, pervenerunt. Continuator Anastasii de Romanis pontificibus in Adriano II: Multorum anfractuum laboriosos circuitus (legati Pontificii) penetrantes, tandem Christo præduce Thessalonicam veniunt in quo Basilius imperator Eustachium spatharium candidatum cum sævæ salutationis officio sanctæ Romanæ legatis Ecclesiæ obviam destinavit. Qui eos admodum honorifice per contigua itineris loca ducentes, Sillambriam pervenerunt. Ubi a Sisinnio imperiali protaspathario et Theognosto patriarchali hegumeno, qui Romæ apud sanctissimum papam Nicolaum pro restituendo Ignatio sedulus intercessor extiterat, cum 40 equis de stabulo imperiali et totius mensæ argenteo apparatu, officialibusque, qui sibi ad omnem libitum famularentur, sunt excepti. Ad castrum autem rotundum, in quo est ecclesia miræ magnitudinis S. Evangelistæ Joannis nomini dicata, favore Augustali, Sabbato mansionem suscipiunt. Et Dominica, quæ quinta decima dies Septembris erat, indictione tertia, singulos equos cum sellis aureis devotione imperatoria capientes, obviati omnibus scholis, videlicet spathariorum, candidatorum, strategorum, mandatorum cæterorumque Palatinorum ordinum, omnibusque clericorum planetariis ordinibus ad portam auream veniunt.

VI. Post concilium Constantinopolitanum, A. C. 870 finitum, quod prorsus ad Adriani II Romani pontificis mentem, patriarchatum Constantinopolitanum ademeral Photio, confirmaverat Ignatio, Theognostus apud Constantinopolitanos monasterii Fontis hegumenus, id est abbas, et Ecclesiæ Magnæ (quibus vocabulis templum Sanctæ Sophiæ solet denotari) scenophylax, id est, vasorum custos, per se Romam liturus, imperatorum Basilii, Constantini, Leonis et patriarchæ Ignatii litteras ad Adrianum perferendas accipiebat: ipsius (cujus arbitrio Græcam Ecclesiam Ignatius et Ignatiani, partim acerrimis in Photium et Photianos odiis, partim magnis in integrum restitutionis beneficiis adducti, intra concilium a solis Ignatianis celebratum, in rebus præcipuis subjecerant,) ad utiles Ecclesiis, tum lectores plurimos quos Photius sacris intulaverat, in officiis suis toleratos, majoribus dignitatibus mactandos, tum episcopos nonnullos ob communionem cum Photio cultam, muneribus suis orbatos, prioribus sedibus restituendos, consensum impetraturus. Imperatores in litteris ad Adrianum, quas Anastasius Bibliothecarius Actis Constantinopolitani concilii Latinis subjunxit: Litterarum gerulum expeditum ad peregrinam profectioem, et magnanimum ad malorum tolerantiam consecuti sumus, id ipsum optabile habentem principi apostolorum ante promissum causa reddendi votum, eundemque vestræ paternæ Sanctitati commendamus, super hoc quoque multam tranquillitatem vestram rogantem. Idem autem est hic Theognostus, quem et vos bene nostis, Deo amabilis hegumenus superlaudabilis Dei matris Pæges (id est Fontis) et vasorum custos Magnæ Ecclesiæ. Per ipsum ergo, quæ nostri desiderii sunt, opportune adimplere conspeximus. Ibidem post pauca: Specialis autem Pater noster et magnæ civitatis patriarcha postulavit a nobis scribere Sanctitati tuæ de his lectoribus, qui a Photio promoti sunt, multis et innumerabilibus existentibus eis in diversis provinciis; insuper autem et de Paulo reverendissimo bibliothecario, verbo et vita præfulgido, ac Theodoro metropolitano, qui et ipse nimis Ecclesiæ utilis est, quatenus dispensatio fiat a Sanctitate Vestra super ipsis, quibusdam quidem ad ascensus majores sacrorum graduum, quibusdam vero ad receptionem sedium suarum; ad hoc rogantibus Dei imitricem virtutem tuam; horum quidem multitudinem, hujus vero labores et pro veritate audores, illius autem culpæ reprehensionem, et quod ex canonica sit manus inpositione promotus considerantem: pro his et imperium nostrum flagitat pietatem tuam dispensandum aliquid hinc humanius. Ignatius in litteris ad Adrianum, ibidem exstantibus: Nostra humilitas memor caritatis vestræ, ac amabilis, quem circa nos habet, affectus, et ad hoc ipsum voluntatem et medicationem habens, invenit procurantem

ut mitteretur in viam, quæ est ad magni nominis Romam, orationis causa, intimum filium nostrum reverendissimum abbatem Fontis, et scevophylacem Magnæ Ecclesiæ, dominum Theognostum, et idcirco magis studuimus adimplere desiderium vestrum, quem et misimus cum præsentis epistolæ nostræ visitaturum et salutaturum, ac adoraturum fraternam Sanctitatem Vestram; nuntiaturum etiam et a Christo nobis donatam incolumitatem in hac vita multis passionibus et tribulationibus plena, quemadmodum ipse voluit et iudicavit, qui omnia sapienter et congruenter dispensat, et ante in tua piissimorum et Christi amicorum ac a Deo gubernatorum, atque divinitus munitorum imperatorum nostrorum prosperitatem et tropæa, et in melius de die in diem rerum Romani imperii translationem, ut et vos gaudentibus nobis congratulemini per mutuam unius corporis membrorum coeffectorem et compassionem, et iterum Dei boni gratia et cooperatione, ad mediocritatem maturius remeaturum, et bona nuntia amabilissima vitæ vestræ allaturum ad Ecclesiam nostram. Ibidem post pauca: Quod autem sanctissimis vicariis paternæ sanctitatis vestræ adhuc (Constantinopoli, quo ad concilium venerant) præsentibus perfectum non est neque finem accepit, rogamus nunc terminari et disponi perfecte, ac integre scribi ad humilitatem nostram de his lectoribus, qui tonsi sunt a Photio, manus impositione: qui cum sint pene innumerabilis multitudinis in universis regionibus et civitatibus Ecclesiæ, postulant ex necessitate aliorum fieri sacerdotalem profectionem: ut cognoscamus etiam et super hac re vestram voluntatem atque decretum certissime et manifestissime, utrum sint digni promoveri ad majores sacerdotii gradus, annon sint: dubium enim hoc tantum dimiserunt. Et adhuc postulamus etiam de intimo filio nostro et fortissimo veritatis agonista, Paulo videlicet chartophylace ut, si est possibilis in eum dispensationis aliqua ratio, recipiat dignitatem episcopatus, quemadmodum et antea in litteris nostris efflagitavimus. Deinde quoque super Theodoro, qui a nobis quidem consecratus est metropolita Cariæ, multum autem laboravit et afflictus est ab initio injustæ ac iniquæ dejectionis nostræ, in novissimis vero cum misero Photio conveniens, propter ejus immensa tormenta, quæ sibi resistantibus inferebat, consensit et usque ad ultimum ipsius diem repœnitens, nihilominus rursus corde contrito et spiritu humilitatis veniam expetivit. Prohibuerunt enim eum sacerdotio fungi quoquo modo sanctissimi vicarii Almitatis vestræ, et quod subscripserit in eam quæ facta est ab infelicissimo Photio, quasi depositio beatissimi et optimi Patris nostri Nicolai decessoris Sanctitatis tuæ. Hæc sunt, de quibus rogamus Sanctitatem vestram, ut si possibile sit, utatur verbo dispensationis et misericordiæ in his, cum alia omnia optimum et commodum finem ac dispositionem susceperint.

VII. Sed horum quæ Constantinopolitanorum imperatores, cum patriarcha satis humilem in modum expetebant, nihil auctoritate sua, nihil precibus suis Theognostus ab Adriano Photianis implacabili, Constantinopolitano inexorabili, obtinebat. Id nos Adrianus in litteris ad Basilium, Constantinum et Leonem, imperatores Constantinopolitanos, indictione v, die 10 Novembris, a. c. 871, scriptis, quas Actis concilii Constantinopolitani IV Latinis additas reperimus, docet: Quamvis, ait ibid., multa instantia et certamen viri prudentissimi et religiosissimi hegumeni ac sacrorum vasorum custodis Theognosti, qui de pietatis vestræ virtutibus et probabilium morum insignibus, et tropæorum triumphis, atque de beneficiorum vestrorum pie sibi præstitorum multitudine nos plurimum relatione sua lætificavit, et qualiter diebus vestris superno brachio atque studio et solertia, vestra Christianitas prosperetur, enarrans, ad multimodas laudes S. Trinitati reddendas, et gratias alacriores exhibuit ad postulata divinitus muniendo imperio vestro concedenda, nos supra modum efflagitaverit, et ultra quam dici possit, solito et prisco more, ac pro ecclesiasticis utilitatibus frequenter impenso crebris suggestionibus investigaverit; super quibus tamen, propter jam designatam causam (non esse partium Nicolai I Romani pontificis, tum etiam suo semel edito decreto, Photianos damnanti, contrarium quidquam admittere) nec annuere possumus, nec quidquam præter id, quod jam evangelizatum est, ullo modo definire.

THEOGNOSTI MONACHI SCRIPTA DE REBUS CONSTANTINOPOLITANORUM.

VIII. Ignatii Constantinopolitani patriarchæ, cui sede sua dejecto imperator Michael Photium successorem dedit, causam historico libello repræsentat, cujus inscriptio: Λιβέλλος περιέχων πάντα τὰ κατὰ τὸν μέγαν Ἰγνάτιον, πεμφθεὶς πρὸς Νικόλαον πάπαν Ῥώμης, προσωποποιηθεὶς ὑπὸ Θεογνώστου μοναχοῦ καὶ ἀρχιμανδρίτου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ἐξάρχου Κωνσταντινουπόλεως, εἰς ὄνομα Ἰγνατίου τοῦ πατριάρχου. Libellus continens totam magni Ignatii causam, missus ad Nicolaum papam Romanum, conscriptus a Theognosto monacho et archimandrita veteris Romæ, et exarcho Constantinopoleos, nomine Ignatii patriarchæ.

IX. Hunc libellum, miserias, quas Ignatius in exilio passus erat, Nicolao I pontifici Romano recensentem, orditur ab initiis exilii, quod Ignatius a. C. 858 subiit, terminat in Actis Constantinopolitani concilii, quod Ignatium damnavit, a. c. 861.

X. Prodiit Græce et Latine, interprete Matthæo Radero, concilii Constantinopolitani IV, quod inter œcumenica solet octavum nominari, Actis Græcis præmissus, Conciliorum tom. VI., Parisiis 1656, in fol.; tomo VIII, ibid., 1671, in fol.

ΘΕΟΓΝΩΣΤΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ
ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΛΙΑΝΤΑΣ.

THEOGNOSTI MONACHI
ENCOMIUM IN OMNES SANCTOS.

(Codices Naniami, p. 144, cod. 72.)

Λαμπρόν τὸ τῆς ἐορτῆς ὄμμα, καὶ φαειρὸν τὸ τῆς Ἀ
ἐκλογῆς ἄσμα· πρέπει γὰρ ἡμῖν ἀσμάτων ἐκλογὴν,
τοῖς τῶν ἀσμάτων κυρτοῖς ἐκφωνεῖν καὶ σεβάσματα.
'Ἄλλ' οἶμαι ἀρξάμενον, ναρκῶσαι πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ
λόγου προφορὰν· ὑπερβαίνει γὰρ ἡμᾶς τὴν εὐφρα-
δίαν, ἢ τῶν πεπραγμένων ἀθλῶν πολυτέλεια· τὸ δὲ
ὑπερβαῖνον εἰς ἐγχείρησιν, δυσχερεστέραν ἔχει τὴν
τοῦ σκοποῦμένου κατόρθωσιν· πῶς γὰρ ἂν ἐξερευ-
ξωμαι τοῖς χεῖλεσιν ὕμνον, ἀδίσταχτος ὢν δικαιο-
μάτων Θεοῦ, ἀμύητος βεβαιωμάτων Χριστοῦ; Γέ-
γραπται γάρ· Ἐξερεύξονται τὰ χεῖλη μου ὕμνον,
ὅταν διδάξης με τὰ δικαιώματά σου. Ἄλλ' ἔστι
καὶ λόγος πανεύπορος, ὑπὲρ λόγον ἔχων τὸν λόγον,
θησαυρὸν ἔχων χορηγόν, ἐννοίας εὐσεβεῖς, καὶ ῥη-
μάτων ἀξίαν εὐφραδίαν, πρὸς ὃν ἐπερειδόμενος, ἄρ-
ξομαι λέγειν λόγια ἀληθῆ. Ὁρθίου· οὖν τὰς ἀκοῆς
στήσαντες, ἀγαπητοί, τὴν τοῦ παρόντος συγγράμμα-
τος ἐπιμελῶς δέξασθε διήγησιν· ἐπίσταται γὰρ ἡ τῶν
κρειτόνων ἀκρόασις, πρὸς τὴν τῶν μειζάνων οἰκο-
δομήν ἀγειν τοὺς ἐπιμελῶς ἐνωτίζεσθαι θέλοντας.

Πολύανδρος ἢ τῶν ἀγώνων ἀνδραγαθία, καὶ πολύ-
τροπος ἢ τῶν ἀθλῶν προθυμία· οὐ γὰρ πρὸς ἓνα καὶ
δύο ἢ δέκα τὸν ἀριθμὸν, ὁ τοῦ ἐγκωμίου κηρύττεται,
ἀλλὰ πρὸς ἀπείρον πλῆθος ἀγίων, μαρτύρων καὶ
ὁσίων· ὢν γὰρ δῆμος ἀνδρῶν ἀριθμησαὶ οὐκ ἐξίσχυ-
σε, τούτους εἰς καὶ μόνος εὐαριθμητὸν ἔχει τὴν ποσό-
τητα, καθὼς αὐτὸς ὁ εἰς ἐθριάμβευσε λέγων· Ὑμῶν
δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμηγνται.
Ὁ τοίνυν ἀριθμεῖν τρίχας δυνάμενος παντὸς ἀνθρώ-
που, οὐ μᾶλλον ἀριθμήσει τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ
μαρτύρων καὶ ὁσίων τὰ σώματα; Οὐ γὰρ πρὸς ἓνα
τόπον τὸ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕνα τὸν τόπον τὰ
πλήθη. Ὡςπερ γὰρ Θεοῦ τὸ ὑπέροχον μέγεθος καὶ
ἐν τοῖς ἀοράτοις ἐξήπλωται, οὕτω καὶ ὁ τῆς πίστεως
αὐτοῦ ψυχοδέσμιος ζῆλος καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰ-
κουμένης ἐκχέχεται. Διὸ εἰ καὶ κατὰ τόπον τὸ πλῆ-
θος, ἀλλ' εἰς ἓνα τόπον ὁ πῶθος. Οὐδὲ γὰρ ἡ γῆ διὰ
τὰς κατοικίας ἐχώριζε, τούτους οὐρανὸς διὰ τῆς
ὁμιολίας συνήθροισεν· καὶ γίνεται ὁ σωματικὸς χω-
ρισμὸς, πνευματικὸς ἀθροισμὸς· καὶ εἰ τὸ βραχύτα-

Magnificum festivitatis spectaculum, et alacre
electionis canticum! convenit enim nobis canticorum
electionem nobis canticorum dominis expronere
et venerationis cultum. Sed hunc qui inceperit reor
ad dignam sermonis prolationem torpescere. Superat
enim nostram eloquentiam gestorum certaminum
magnitudo; quod autem conamina superat difficilio-
rem habet propositi exitum. Quomodo enim eructa-
bo labiis hymnum, justificationum Dei inscius, et
inexpertus confirmationes Christi? Scriptum est
enim: *Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris
me justificationes tuas*¹. Sed est quoque verbum
abundantissimum, supra verba verbum habens, the-
saurum possidens copiosum, pias sententias, et
dignam vocis eloquentiam, cui insistens incipiam
veros sermones loqui. Matutinas ergo aures præben-
tes, dilectissimi, præsentis scripti accurate accipite
recitationem; scit enim meliorum auditio ad majo-
rum ædificationem ducere hos qui attente auscultari
volunt.

Multiplex est pugnaram virtus, et diversissimus
certaminum ardor; non enim in unum vel duo vel
decem numero, illud encomium proclamatur, sed in
innumeram sanctorum, martyrum et piorum
multitudinem. Quos enim hominum turba dinume-
rare non potuit, horum unus et solus Deus bene
æstimatam novit quantitatem, ut ipse solus triumpho
decoravit qui dicit: *Vestri capitis capilli omnes nu-
merati sunt*². Qui igitur capillos numerare potest
omnis hominis, nonne magis numerabit quæ in toto
mundo existunt martyrum et piorum corpora? non
enim ad unum locum multitudo adhæret, sed per
omnia loca multitudines diffunduntur. Nam sicut
Dei immensitas vel in locis invisibilibus extenditur,
ita quoque fidei ejus animas captivans zelus ad or-
bis universi terminos diffusus est. Quare si quidem
in suo loco multitudo est, sed ad unum locum co-
git amor. Quos enim terra per habitationes divisit,
hos cælum per mentium unionem conjunxit; sitque
corporalis divisio, spiritualis conjunctio; et qui

¹ Psal. cxviii, 171. ² Matth. x, 50.

brevissimam hanc in terra vitam separatam habent A
 æternam in cœlis vitam conjunctam obtinuerunt,
 se invicem videntes et sibi gratulantes. Non enim
 fuit illis cupitum breviter separatis vivere, sed desi-
 deratum semper conjunctis vivere, et vitæ datorem
 laudare. Unde ad patiendum destinati, periculis se
 objicere non pati reputaverunt; sed levioribus
 pugnæ afflicti, vehementius pati iterum tentaverunt;
 in quibus licet multorum deorum et non Dei cul-
 tores iudices misericordia commoti fuerint, ad ille-
 cebras sanctis præbendas, injuriis illicitis strenui illi
 hos impetebant, ad vehementiorem in condemnatione
 iram excitandam; ut per acerbius supplicium,
 splendidiorum lætitiarum procurarent, quod possumus
 exemplo illustrare. Sicut in stadio equestri auriga,
 ob remissiorum bigarum cursum variabile et difficile
 certaminis exordium ostendens, victoriæ tandem
 præmiū adipiscitur; ita ubique terrarum diffusus
 sanctorum chorus multiplices pugnas Regi sæculo-
 rum offerre gestivit, splendidiorum inde accipiens
 luctarum retributionem, et illustriorem inde educens
 laudis æternam memoriam, memor apostolici verbi
 dicentis: *Unusquisque propriam mercedem accipiet
 secundum proprium laborem*³. Attrahebat enim illos
 ejus amor qui primus pro illis passus est, et exem-
 plum dedit illis tantæ in patiēdo fortitudinis; sicut
 hamus in maris abyssum jactus, piscem natantem
 ad piscatoris manus adducit. Inde majora secuti
 inferioraque spernentes pro corruptibilibus incor-
 ruptionem apprehendebant. Non enim patria, aut
 consanguinitas, aut divitiarum opulentia, aut exer-
 citium numerus, aut regis potestatis dignitas in me-
 moria sanctis versata erat: aspiciebant enim patriam,
 cœlum; consanguineos, angelos; et magnitudinem
 gaudii inenarrabilis, et cantus festa agentium in spiri-
 tu, et vocem lætitiæ canentem, et divinitatis delicias.

Et videre erat iudices inter et iudicatos, dam-
 natores inter et damnatos, prodigium insolitum et
 stupenda admodum res; cum illi quidem ira per-
 moti et quasi irrisi acerbè castigantes, hi vero ani-
 mo elato variis suppliciis lætari invenirentur. Nam
 pars præmiorum in æternis sæculis utrisque data
 fuit, secundum mensuram illius, qui unicuique
 juxta æstimationem præmia largitur Christus; his
 quidem patientiæ levamen post suppliciorum illato-
 rum sufferentiam; illis autem incussio acerbæ
 pœnarum in hos qui crudelibus pœnis affecerunt,
 incudis instar percussæ et castigantis eos qui illam
 percusserant. Quomodo enim incus percussa, ne-
 que maculam neque rugam admittens, cruciatuum
 dolores remittit suis percussoribus per membrorum
 contritionem? quod in figura dici potest per com-
 parationem. Nam aliqui celeberrimorum martyrum per
 ignem pugnae cursum perficientes, in caminum
 vehementer ardentem præcipitati, choreas cum
 angelis jubilantes canticis spiritualibus agonothe-

τον ζῆν ἐπὶ γῆς ἀποθῆν κτηνωτισμένους ἔχοντας, τοῦ
 αἰεὶ ζῆν ἐν οὐρανοῖς συνηθροισμένους ἐκτήσαντο, ἐαυ-
 τοὺς ὀρῶντες καὶ ἀγαλλόμενοι. Οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς
 ἐπιθυμητὸν, τὸ πρὸς βραχὺ μεμερισμένως ζῆν, ἀλλὰ
 ποθητὸν τὸ αἰεὶ συνηγμένως ζῆν, καὶ τὸν ζωοδότην
 αἰνεῖν· ὅθεν καὶ τὸ παθεῖν ὀριζόμενοι, τὸ μὴ παθεῖν
 κινδυνεύειν ἐλογίζοντο· ἀλλὰ καὶ τὸ πρασιτέρως
 ἀθλεῖν ὀδυνώμενοι, τὸ σφοδρότερος πάσχειν ἀν-
 επαίοντο. Ἐν οἷς εἰ καὶ πολλάκις τῶν πολυθέων
 ἀθέων κριτῶν ἔλεον ἐπικαμπτόμενων, διὰ τὴν δελεα-
 στικὴν τῶν ἁγίων κατάθεσιν, ὑβρεσιν ἀθέοις οἱ
 γενναῖοι τούτους ἐξέπλωον, πρὸς θυμικώτερον
 ὀργὴν τῶν κολάσεων διεγείροντες· ἵνα διὰ τῆς πι-
 κροτέρας τιμωρίας, μεγαλιώτερον τὴν θεωρίαν κο-
 μίσωνται· ὡς οἶόν ἐστι λέγειν τὸ ὑπόδειγμα· Καθά-
 περ ἐν σταδίῳ ἵππικῷ ἡνίοχος, τῇ βραχυδρομίᾳ τῶν
 ὑποδιφρῶν ἵππων, ποικιλότεχνον τε καὶ πολύμοχθον
 τὴν τοῦ ἀγῶνος ἐνδεικνύμενος ἐνστασιν, τὸ τῆς νί-
 κης βραβεῖον ἐλείπει· οὕτω καὶ ὁ καθόλου κοσμητὴς
 τῶν ἁγίων χορὸς πολυάθλους τοὺς ἀγῶνας τῷ βασιλεῖ
 τῶν αἰώνων προφέρειν κατέσπευσε· λαμπροτέραν
 ἐκεῖθεν ἐκδεχόμενος τὴν τῶν ἐπάθλων ἀντίδοσιν, καὶ
 φαῖδροτέραν ἐνθεν ἀφιέμενος τῆς εὐφημίας τὴν αἰ-
 μνησιν· ἐνούμενος (εἶπε) τὸ ἀποστολικὸν λόγιον τὸ
 φάσκον· *Ἐκαστος τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται
 κατὰ τὸν ἴδιον κόπον*. Ἐἴχε γὰρ αὐτοὺς ὁ τοῦ προ-
 παθόντος ὑπὲρ αὐτῶν πόθος, καὶ ὑποδείξαντος αὐτῶν
 τὰ τῶν παθῶν καρτερήματα· καθάπερ ἀγκιστρὸν
 ῥιφὲν ἐν θαλαττίῳ βυθῷ, ἰχθὺν νηχόμενον χερσὶν
 ἀλιέως ἐφέλκεται· ἐνθεν καὶ τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ μεί-
 ζονος τῶν ἡττόνων καταφρονήσαντες, ἀντὶ φθαρτῶν
 ἀφθαρτίαν κατημῆτευσαν. Οὐκέτι γὰρ πατρὶς, ἢ
 συγγένεια, ἢ πλοῦτος διαψίλεια, ἢ στρατευμάτων
 ὑπεροχὴ, ἢ ἀρχικῆς δυναστείας προκοπὴ, εἰς μνήμην
 τῶν ἁγίων ἐφέρετο· ἀπέβλεπον γὰρ πατρίδα, οὐρα-
 νόν· συγγενεῖς, ἀγγέλους· ἐνθα μέγεθος χαρᾶς ἀν-
 φωνῆ ἀγαλλιᾶσεως ἔδουσα, καὶ λαμπροὺς θεότητος.

Καὶ ἦν ὄραν μέσον κριτῶν καὶ κρινόμενων,
 μᾶλλον δὲ κολαζόντων καὶ κολαζομένων, θαῦμα ἐξ-
 αἰσιον καὶ θάμβος ὑπέρτερον· τῶν μὲν θυμουμένων
 καὶ ὡς παιζομένων, πικρῶς τιμωρούντων, τῶν δὲ
 προθυμουμένων καὶ ταῖς ποικίλαις τιμωρίαις ἐπεν-
 τρυφᾶν εὐρυνομένων. Μερὶς γὰρ ἀθλῶν ἐν τοῖς αἰῶσι
 τοῖς ἀμφοτέροις ἐδίδοτο, κατὰ τὸ μέτρον τοῦ ἀγωνο-
 θετοῦντος ἐνὶ ἐκάστῳ τοῖς ἀθλοῦς πρὸς δοκιμασίαν
 Χριστοῦ· οἷς μὲν ὑπομονῆς στερέωμα, πρὸς ὑπο-
 δοχὴν τῶν ἐπιφερομένων κολάσεων· οἷς δὲ καὶ ἀντι-
 πομπὴ τῶν ὀδυνηρῶν βασάνων ἐπὶ τοὺς ἀφειδῶς
 βασανίζοντας, δίκην ἀκμωνος τυπτομένου, καὶ παι-
 δεύοντος τοὺς αὐτὸν κατατύποντας. Πῶς γὰρ
 ἀκμων τυπτόμενος, μήτε σπῖλον μήτε ρυτίδα ὑπο-
 μένων, τὰς τῶν ἀλγηδόνων ὀδύνας ἀντιπέμπει τοῖς
 τύπτουσι διὰ τῆς τῶν μελῶν κλάσεως; Ὅπερ καὶ
 σχηματολογεῖν πρὸς ἀντιπαράθεσιν ἄξιον. Τινὲς γὰρ
 τῶν μεγαλοφώνων μαρτύρων, τὸν διὰ πυρὸς δρόμον
 ἀγωνιστικὸν τελούντες, εἰς κάμινον λαύρως ἐκκαυ-
 θεῖσαν βληθέντες, χορείας μετ' ἀγγέλων κροτήσαν-

³ I Cor. iii, 8.

τες ἄσμασι πνευματικοῖς τὸν ἀγωνοθέτην ἐδόξαζον· καὶ τῇ αἰθάλῃ τῆς ὑπερορίου φλογὸς ὑροσιζόμενοι, τὰς καυστικὰς ἐνεργείας τοῖς ἐξυπηρετοῦσιν ἀντέπεμπον· καθὼς ἔστι λέγειν· Ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτοῦ συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλός. Ἄλλοι δὲ ἐν σταδίῳ κυνηγείῳ πρὸς βορᾶν θηρίων σπαραχθέντες, τὸν φόβον τῆς προσδοκωμένης θηριοθροῦσας ἀντ' αὐθενδὸς ἤγησάμενοι, ἀτάραχον τὸν λογισμὸν ἑαυτοῖς κατήριζον· ἔτοιμον τὸ παθεῖν διὰ τὸ ζῆν μετ' εὐχαριστίας προβαλλόμενοι· οἱ δὲ βλοσυροὶ καὶ ἀτίθαστοι λυθέντες θῆρες, τοὺς κρινομένους πολλακίς ἔασαντες, καὶ πρὸς τοὺς κριτὰς θρομαίως χωρήσαντες, τοῖς ὁδοῦσι σπινθήματα τοῖς θεωμένοις ἐδείκνυον· ὡς ἐντεῦθεν καθολικῇ συμφωνίᾳ μεγαλύνεσθαι τὸν Θεόν. Ἐὐρων γὰρ τοὺς θῆρας ἐξουθενούσας Θεούς· καὶ τὴν ἰδέσθαι ἀγχιπεριπλοκὴν τῶν πραττομένων παράδοξον, κριτὰς κρινόντας καὶ κολαζομένους, τῶν κολάσεων ἀνακτωμένους· ὑπὲρ καὶ πρὸς ὕμνον μεγαλυχεῖν ἄξιον. Ὡς δυνάμει ὑπὲρ δυνάμιν ἐχούσης τὰ τῆς δυναστείας θαύματα! Ὡς προνοίας πρὸς τὸ συμφέρον διορήματα!

Καὶ οὗτοι μὲν οὕτως προαιρετικῶς κολασθέντες, ἐνεργητικῶς δὲ ἀθωωθέντες, αὐτόματον τῆς κοιμήσεως ἐδέξαντο τὴν τελείωσιν· ἕτεροι δὲ οὐχ οὕτω· προειρήκαμεν γὰρ, ἀγαπητοί, κατὰ τὸ μέτρον τοῦ ἀγωνοθετοῦντος τοὺς ἀθλοὺς πρὸς τὸ συμφέρον Χριστοῦ. Ἀλλὰ πῶς; Ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων καὶ φυλακῆς πείραν ἔλαβον· ἄλλοι δὲ λιθοσθέντες, πρισθέντες, σφαγέντες, τὴν ἐντεῦθεν κατέλιπον πρόσκαιρον φθορὰν· καὶ οὐ πῦρ, οὐ ξίφος, οὐ λίθων βολαί, οὐ λέβητες, οὐ ξυστήρες, οὐ στραγγαλιστήρες, οὐκ ἄλλη τις ἰδύνηρὰ τῶν κολάσεων τιμωρία, τοὺς κριτερικοὺς ἀγῶνας τῶν γενναίων ἀγίων διέστρεψεν· ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικήσαντες, καὶ τὸν ἀγαπήσαντα σφοδρῶς ἀγαπήσαντες, κατέλιπον ἡμῖν τὰ θεοσύλληκτα λείψανα. Καὶ πῶς θεοσύλληκτα; Μάθωμεν, ἀγαπητοί. Τινῶν γὰρ ἀγίων ξίφει ἀποτμηθέντων, τὰ σώματα ὡς βδελύγματα τοῖς ἀθέοις κριταῖς εἰς θηριοθήβεις τόπους, ἐπ' ἐδάφους ριφέντα, σῶα διεξυλάχθησαν· καὶ οὐ θῆρες, οὐκ ἄλλο τι τῶν σαρκωθροτεῖν εἰωθότων ζώων, τούτων ἐφάσασθαι ἰσχυσεν· ἀλλ' ὅπερ ἐξ ἔθους τὸ τρώγειν εἶχον περισπούδαστον, τοῦτο παρὰ φύσιν ἔασαντες, τὸ ἀσύνηδες ἔθος τῆς παραφυλακῆς τῶν σωμάτων ἐδείκνυντο· καὶ γίνονται οἱ πρώην βροτοφθόροι, ἔπειτα σωματοφύλακες. Οὐ γὰρ ἦσαν κοινὰ τὰ σώματα πρὸς θηριοθροῦσιν ἀξία, ἀλλ' ἐκλεκτὰ εἰς εὐεργεσίαν ἐξαισία· ὅπερ πολὺ τὸ διάφορον τοῖς ἀσφαλῶς ἀκρωμένοις συνέστηκεν. Ἔσθ' ὅτε γὰρ τινὰ σώματα μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν ἅμα ριφέντα, τὰ μὲν ἀσινῆ διετηρήθησαν, τὰ δὲ κατεμειώθησαν· ἄλλων δὲ ἀγίων μαρτυρικῶς πυρὶ καυθέντων, ὁ χόος ὡσπερ φῶς τοῖς πιστῶς ἀρυσόμενοις ἐξέλαμπεν· ἑτέρων δὲ πάλιν καταμεληδὸν διατηρηθέντων, καὶ τὰ ὅσπ' αὐτῶν ὡς μισητὰ τοῖς κολάζουσιν ἐν ποταμοῖς ριφέντα, οὐ τῷ φυσικῷ βαρῆματι πρὸς τὸ κατιωφερές τοῦ βάθους συνήρχοντο βόλισμα, ἀλλὰ τῇ ἀνωτέρῃ ὕψει τῶν ὑδάτων δίκην

A tam collaudabant et cinere externi ignis aspersi, urentem vim ejus ministris remittebant; sicut dici potest: *In operibus manuum ejus comprehensus est peccator*. Alii autem in stadio venatico per rabiem ferarum lacerati, metum feris escam præbendi pro nihilo reputantes, firmam sibi animam componebant, ad patiendum parati cum gratiarum actione ut vitam attingerent exponentes; sed horribiles et mansuescere nescire feræ condemnatos sæpe linquentes, et in judices vehementer irruentes, dentibus lacerata membra mirantibus ostendebant; ita ut inde universali concentu Deum magnificent, videbant enim a feris ipsi deos contemni. Et videre erat mirandam et ancipitem rerum conversionem, judices judicantes et condemnatos vicissim supplicii affici; quod per canticum exaltare decet. O virtutis supra virtutem existentis potentie prodigia! O providentiae super mentem prævidentis, magnæ mentis ad utilitatem collata dona!

προνοίας ὑπὲρ ἐννοίαν προνοουμένης τὰ τῆς μεγαλο-

At dum in his sedulus insudabat, inclyti viri labores exturbavit Theophilus imperator (non Constantinus Copronymus, ut ex citata Henschenii et Papebrochii correctione) qui et ipse sacris imaginibus infensus, Josephum evangelica libertate concionantem, in exilium eiecit, in quo forti animo exilii ærumnas perpessus est, usquedum a Michaelē imperatore Constantinopolim revocatur. Inde spretis dignitatibus ultro sibi oblatis, ecclesiasticæ suppellectilis custodiam accepit, ut Ignatio Patriarchæ obtemperaret : hic enim Josephi sanctimoniam doctrinamque perpendens, in pertractandis Ecclesiæ negotiis ipsum adhibere cupiebat, quod ex collato munere obtinuit : ideoque in rebus difficillimis sæpius Josephum consulebat, et ab ejus ore dulciter pendebat. Acceptissimus etiam Photio successori fuit, qui Josephum ea prosequebatur æstimatione, ut ipsum appellaret Patrem Patrum, et hominem Dei : tanquam angelum venerabatur, cui et Ecclesiæ negotia demandabat, omnesque Ecclesiæ primates hortabatur, ut eundem veluti sanctissimum Patrem recolerent, et ipsi mentis arcana detegerent ; quod libentius perpetrabant : prophetica enim luce perfusum experti sunt, quo cordium penetralia rimabat : Josephus autem omnes ad rectam Domini viam dirigebat. Tandem undique celeberrimus virtutibus, ac sanctimonia clarissimus, ab angelo commotus est, sibi instare mortis diem ; ideoque omnibus rejectis curis, ad ipsam ferventius se paravit, ac tandem ad cœlum evolavit, in quo Deipara cœlitesque omnes, quorum elogia decantaverat, summo honore excepere, 3 Aprilis anno 883.

Si plura tanti viri cupis, consule ejus Vitam a Joanne Diacono scriptam, apud Octavium Caetanum, in *Vitis SS. Sicularum*, tom. II, p. 43, ab eo primum sub anonymi scriptoris nomine editam, ex ms. codice Græco monasterii S. Salvatoris Messanæ, ab Augustino Florito soc. jesu Latinitate donatam ; exinde sub Joannis Diaconi nomine eandem in lucem emisere Henschenius et Papebrochius, in *Actis SS.* 3 Aprilis, p. 269 ; (hietiam Vitam s. Josephi ex Synaxariis mss. edidit p. 266 ;) eandem etiam ex perantiquo codice Bibliothecæ Vaticanæ in Latinum translatis a Ludovico Marraccio e congregatione Cleric. regul. Mariæ Dei, edidit Hippolytus Marraccius frater, ejusdem Congregationis sacerdos in *Mariæ* ipsius S. Josephi, qui et ea quæ in Græcorum Menæis ac Menologiis de Josepho habentur, lectoribus exhibuit. De eo etiam Josephus Perdicarus, in *Vitis SS. Sicularum*, p. 282 ; Hieronymus Bascapè *Ephemerid. Sacr.* 3 Aprilis

lis a pag. 31; Simon Wanguereckius in *Prolegomenis ad Pietatem Marianam Græcorum*, n. 22; qui duos distinguit Josephos hymnographos, quorum unus, S. Theodori Studitæ frater, episcopus Thessalonicensis, alter noster Sicularis; et huc ascribendos putat canones qui in Græcorum Menæis nudum Josephi nomen præferunt; ejusque sententiæ adhærent Henschenius et Papebrochius, in *comm. prævio ad Vitam* § 2, n. 10 et 11. Vide etiam Jacobum Goar in *Glossario ad Rituale Græcorum*, Marraccium citatum in *Biblioth. Mariana*, part. 1. p. 822, Joannem Nadasi in *Anno cælesti* 3 aprilis; Leonem Allatium *De libris ecclesiasticis Græcorum* diss. 1.; Franciscum carreram in *Panth. Siculo* p. 75., Rocchum Pirrum in *notit. Eccles. Syracusana*, p. 139; Thomam Strotium in *Controversia Concept.* part. 1, lib. II, cap. 19, p. 163, et cap. 20. p. 165; Michaellem Angelum Mancharusum in *Kalendario Syracusano*; Caetanum citatum in *Isagog. ad hist. Sicul.* c. 36, n. 24, 25, aliosque.

Scrpsit Josephus :

Hymnos innumeros, ex quibus *Hymnographi* nomen accepit. In ecclesiasticis Græcorum libris CCCV hymnos (quos etiam canones vocant) per dies dispositos, ac per anni ambitum ab Ecclesia Græca decantari solitos contineri testatur Caetanus cit. in *animadv. Tom. II SS. Sicular.* p. 18, n. 20, et Perdicarus loc. cit. p. 294, nempe :

Canones XCVI in Paracletico. Liber est Græcorum, qui quotidie aliquod recitandum in choro exhibet ad aliorum librorum differentiam, quibus statutis temporibus utuntur, ex Leone Allatio *De libris Græcorum*, dissert. 1, p. 68.

Canones XXXV in Triodio. Liber hic recitanda in choro a Septuagesima usque ad Sabbatum Majoris Hebdomadæ complectitur, ex Allatio cit. dissert. 1, p. 69; et Marraccius in *Mariali XXXVI* a p. 301 ad 322, ex eodem libro exhibet.

Canones V in Pentecostario. Liber est Græcorum qui recitanda in choro a Pascha usque ad octavam Pentecostes continet, ex Allatio cit. p. 77 et 78.

Canonem I in Horologio, quod idem est ac Latine diurnum, ex eodem Allatio cit.

Canones CLXVIII in Menæis. Codices sunt duodecim, juxta duodecim anni menses distincti, in quibus quotidie decantanda verba canonicis ad Dei, Deiparæ ac sanctorum laudem continentur, ex Allatio cit. p. 78. Sed haud prætermittendum puto ex eodem p. 81, S. Josephi hymnos, omnibus aliorum Græcorum, qui in ipsis Menæis comperiuntur, anteponendos. Imo ejus Vitæ scriptores tradunt, poetas scriptoresque omnes post ipsum florentes, quæ venustatis et concinnitatis habent, omnia ex Josephi hymnis, tanquam ex cælesti aurifodina eruisse. Ex his omnibus libris, altisque mss. codicibus celeberrimus vir, et Deiparæ cultor inclytus Hippolytus Marraccius Lucensis hymnos collegit omnes Græcos, quos S. Josephus in Deiparæ laudem cecinit, et Latinitate donatos fere omnes a Ludovico Marraccio ejus fratre, edidit, notisque illustravit hoc apposito titulo : *S. Josephi hymnographi, Siculi, Syracusani, Ordinis D. Basilii monachi, Mariale, quo ejusdem S. Josephi de augustissima cæli terræque Regina Deipara virgine Maria, opera omnia quæ reperiri potuerunt, ex Græcis mss. codicibus collecta, Latine reddita, notisque illustrata, nunc primo publicantur, studio ac labore P. Hippolyti Marraccii, Lucensis, e congregatione cler. regul. Matris Dei, Romæ, typis Iguatii de Lazaris, 1661, in 8.* Addit et ipse Marraccius, in notis p. 423, hymnos multos reperiri in mss. codicibus bibliothecæ Barberinæ, qui in editis Græcorum Menæis desiderantur; et pag. 488 et 494 ait, quod in Triodio ms. Græco ejusdem biblioth. n. 118, hymni exstant nonnulli, qui in impresso Triodio non reperiuntur. Apud Octavium Caetanum in *Vitis SS. Sicularum*, hæc in Latium versa ab Augustino Florito soc. Jesu habentur, nempe :

Antiquæ odes fragmentum in S. Marcianum episcopum Syracusanum. Tom. 1, p. 7.

In S. pontificem Paneratum hymnus, ib. p. 15.

In S. Niconem martyrem hymnus, ibid. p. 45.

In S. Euphrium hymnus, ibid. p. 110.

Hymnus secundus in S. Euphrium, ibid. p. 112.

Hymnus in S. Fantinum ex ms. Græco codice monasterii S. Philippi Fragalatis, ibid. p. 161.

In S. Gregorium Agrigentinum episcopum hymnus. Ibid. p. 218.

In S. Leonem episcopum Catanensem, hymnus tom. II, p. 26.

Denique apud Laurentium Surium in *Vitis SS. 24 Augusti* p. 254, et Aloysium Lipomanum in *Vitis SS. 24 Augusti* p. 891, ex Simone Metaphraste exstat sermo inscriptus : *Josephi humilis et minimi laudatio in sanctum apostolum Bartholomæum*. Hunc nostri Josephi fetum putant Octavius Caetanus in *animadv. ad tom. I. SS. Sicul.* p. 134, n. 6; et in *animadv. ad tom. II*, p. 18; Josephus Perdicarus in *Vitis SS. Sicular.* p. 294; Henschenius et Papebrochius in *annotat. ad Vit. S. Josephi* p. 274. Hi vero in *comment. prævio ad eandem Vitam*, § 2, n. 11, ex Allatio in *dissert. de Græc. libris* p. 11, Josephi nostri putant.

Canones de S. Nicolao, servantur Græce mss. Romæ in bibliotheca Barberina.

S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI

VITA

AUCTORE JOANNE DIACONO CP.

(Acta Sanctorum Bolland., Aprilis, tom. I.)

GODEFRIDI HENSCHENII COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. *Cultus sacer ex Synaxariis mss. Legationis Romanæ, et exilii tempora.*

1. Sanctum Josephum, a sacris hymnis sive canonibus conscribendis, Menæa excusa et plurima mss. Synaxaria, Claromontanum, Chiffletianum, Mazarinianum, aliaque, τὸν Ὑμνογράφον· duo autem in monasterio Cryptæ-Ferratæ conservatæ, τὸν Ποιητὴν τῶν κανόνων appellant, eique elogium texunt, alia brevius, longius alia; vix ulla absque mendis, librorum oscitantia aspersis. Solum Synaxarium, quod primo loco hic nominavimus, Claromontanum, quia ex Claromontani nostri Parisiis collegii bibliotheca commodatum, majori ex parte sincerum est: quod proinde præ ceteris dignum duximus huic prolusioni inserere, ita expeditiorem cursum habituri ad ea, quæ circa hujus Sancti ætatem moventur dubia; non aliud habentia fundamentum, quam quod audacior aliquis Vitam ab auctore pene cœvo scriptam præsumpserit ex suo ingenio interpolare unius vocis additamento; et Leonem Iconomachum legens, addere τὸν ἐκ τῆς Ἰσαυρίας, non satis attendo quod integro sæculo Leonis Isaurici imperium distet a temporibus Ignatii Photique patriarcharum, sub quibus scevophylacis munus in Ecclesia Constantinopolitana gessisse Josephum, in progressu Vitæ debuerat observasse. Similem prorsus errorem 23 Maii circa S. Michaelis Synnadarum episcopum inrepsisse in Menologium Græcorum notavimus 5 Januarii ad Vitam sancti Gregorii Aritensis, pag. 290. Elogium porro sancti Josephi præcitatum tale est:

Οὗτος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς Σικελῶν ἐπαρχίας, γεννητῶρων Πλουτίνου καὶ Ἀγάθης. Πορθηθείσης δὲ τῆς πατρίδος, σὺν μητρὶ καὶ ἀδελφοῖς διαφυλαχθεὶς, ἦλθεν εἰς Πελοπόννησον. Ἐκεῖθεν ἀπάρας ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίχην. Πέντε καὶ δέκατον ἔτος ἄγων, ἀποκείρεται ἐν τινι μοναστηρίῳ, καὶ ἦν διερχόμενος πᾶσαν τὴν θεῖαν Γραφὴν· ὄθεν καὶ τὴν τοῦ πρεσβυτέρου χειροτονίαν δέχεται, καὶ μετὰ Γρηγορίου τοῦ Δεκαπολίτου τῇ Κωνσταντινουπόλει καταλαμβάνει. Ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν Εἰκονομάχων ἀρεσις αὐθις ἀνεφάνη, Λέοντος τοῦ δυσσεβοῦς Ἀρμενίου [βασιλεύοντος], παρεκάλεσαν τὸν ἅγιον Γρηγόριον οἱ ὀρθόδοξοι,

Ἀστεῖλαι εἰς Ῥώμην τὸν Ἰωσήφ, μηνύσοντα τοῖς ἐκεῖσε τὸ συμβάν. Καὶ ὁ μὲν ἐξέπλει· πλοῖα δὲ ἐπιστάντα βαρβαρικὰ δεσμώτην εἰς Κρήτην ἀπήγαγον. Ἐν μιᾷ δὲ τῶν νυκτῶν ἐπιστὰς αὐτῷ τις ἱεροπρεπῆς τὴν ιδέα, Ἐκ Μύριον ἐνταῦθα πάρειμι, ἔφη· καὶ βιβλίον κρατῶν, διεκελεύετο λαβεῖν. Ὁ δὲ λαβὼν, ἀνεγίνωσκε καὶ ἔψαλλε· Τάχυνον, ὁ οἰκτιρῶν, καὶ σπεῦσον ὡς ἐλεήμων εἰς τὴν βοήθειαν ἡμῶν, ὅτι δύνασαι βουλόμενος. Καὶ τὸ ἀδόμενον, ἔργον πρωίως ἐγένετο. Τότε γὰρ τοῦ τῆς σιρέσεως προμάχου Θεοφίλου ἐξ ἡμῶν γενομένου, ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία τῶν σεπτῶν εἰκονισμάτων ἀπέληψε τὴν εὐπρέπειαν· καὶ ὁ τίμιος Ἰωσήφ, ἐλευθερωθεὶς τῆς εἰρκτῆς πρὸς τὴν Κωνσταντινουπόλιν διεσώζετο. Ἐν δὲ τοῖς ὁρίοις τῆς Θεσσαλονίχης γενόμενος, λείψανον εὖρον τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρείου [ἐν ἄλλοις Συναξαριστοῖς λέγεται, τοῦ Βερθυλομαίου λείψανον], ἔλαβεν, καὶ καὶ ἐπ' ὄνοματι τούτου ἐδομήσατο· καὶ ἐν φροντίδι πλείονι καθεστήκει, μελωδῆμασι τὰς αὐτοῦ πανηγύρεις κατακοσμήσας, σὺν δάκρυσιν καὶ στεναγμοῖς ἡξίου τοῦ παθουμένου τυχεῖν· τοιγάρουν καὶ ἐπέτυχεν. Ὅρᾳ γὰρ νύκτωρ ἄνδρα τινὰ φειδῶν, ἐν ἀποστολικῷ τῷ σχήματι, ἀπὸ τῆς ἱερᾶς τραπέζης Εὐαγγέλιον ἀράμενον, καὶ τοῖς στέρνοις αὐτοῦ ἐπιθέντα, καὶ εὐλογίας αὐτὸν ἀξιώσαντα. Καὶ ἐκ τότε ἔλαβε τὸ χάρισμα τῆς ὑμνωδίας· καὶ οὕτως ἀπόνως καὶ μετ' εὐκολίας τὰς ἱερὰς ὑμνωδίας δι' ἅπασαν τὴν Ἐκκλησίαν ἐφώτισεν ἐν ὕμνοις· ἐντεῦθεν τοῖς ἀπάντων στόμασι ᾄδεται, καὶ πᾶσι πειθινῶς καὶ ἐπέρτατος, οὐ μόνον ἰδιώταις καὶ ἀρχουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς βασιλεῦσι γίνεται.

Καὶ πολλὰ ἐπὶ τῆς ὀρθοδόξου περὶ τῶν εἰκόνων πίστεως ἀγωνιζόμενος ἐξωρίσθη εἰς Χερσῶνα, παρὰ τοῦ δυσσεβοῦς Ἀρμενίου [ἴμο Θεοφίλου], ὑπὸ Βάρδα τοῦνομα καταδικασθεὶς, καλῶς γε τοῦτον διελεγξάμενος. Καὶ μετὰ τὴν τελευταίαν αὐτοῦ ἀναρβύσθεις ἐκ Χερσῶνος, παρὰ τῆς βασιλίδος Θεοδώρας, τῆς ποιήσατης τὴν ὀρθοδοξίαν, καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν τῆς τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας φύλαξ γενόμενος, Ἰγνατίου πατριαρχούντος τοῦ θείου. Οὗ μετὰ τὴν ἐκδημίαν, παρὰ Φωτίου στέργεται καὶ ἐκθειάζεται· οὗτος γὰρ μετὰ τοῦτον πατριάρχης ἀναδείκνυται. Ἐν τούτοις καλῶς διαρκέσας, καὶ ὁσίως καὶ ὀκνάως

πολιτευσάμενος ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ · λέγεται γάρ, ὅτι ἡ ἀγία αὐτοῦ ψυχὴ, ὀφικευομένη παρὰ τῶν ἀγίων μαρτύρων καὶ ἀγγέλων, ἀνήλθεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἄνθρωπός τις, ἔχων δοῦλον χρήσιμον, ἐπειπερ ὁ δοῦλος ἐφυγεν, ἀπελθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ εἰς τὸν Ἅγιον Θεόδωρον τὸν Φανερωτὴν, παρεκάλει αὐτὸν φανερωῖν τὸν δοῦλον αὐτοῦ · προσμείνας δὲ ἰκανῶς καὶ μηδὲν μαθὼν, ἐβουλεύετο ἀναχωρῆσαι. Ὁρθρου δὲ ὕπτος, καὶ λόγου ψυχωφελοῦς ἀναγινωσκόμενου, μικρὸν ἀφύπνωσε, καὶ ὄρα τὸν μάρτυρα λέγοντα αὐτῷ · Ἴνα τί περίλυπος εἶ; Τοῦ ποιητοῦ Ἰωσήφ κειμηθέντος ταύτῃ τῇ νυκτὶ, ὀφικεύθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ παρὰ πάντων ἡμῶν, οὓς κανόνισιν καὶ ὕμνοις ἐτίμησεν καὶ ἐσυνοψίσθη εἰς Θεόν · καὶ νῦν πάρεμι πρὸς σέ. Τοῦ λοιποῦ τοῖνον δηλώσει · Ἄπελθε κατὰ τόνδε τὸν τόπον, τοῦνομα προσειπὼν, καὶ εὐρήσεις, ὃν ἐπιζητεῖς οἰκέτην σου.

2. « S. P. N. Joseph Hymnographus ex Siculo-
rum provincia erat, parentibus Plutino atque Aga-
tha : in depopulatione autem suæ patriæ cum ma-
tre fratribusque servatus, in Peloponnesum abiit,
indeque se transtulit Thessalonicam; et decimum
quintum agens ætatis annum, attonsus est in mo-
nasterio quodam : ubi totam sacram Scripturam
tanto cum profectu decurrit, ut presbyter meruerit
ordinari, et cum Decapollita Gregorio Constantino-
polim transiit. Postquam autem sub Leone Armeno
denuo resuscitata Iconomæchorum hæresis extulis-
set caput, deprecati sunt sanctum Gregorium or-
thodoxi, ut Romam destinaret Josephum, fidelibus
ibi degentibus nuntiaturum, quid accidisset. Navi-
gavit igitur eo; sed a barbarorum navigiis inter-
ceptus, abductus in Cretam captivus est. Una au-
tem noctium astans eidem quidam, speciem
pontificalem præferens : Ex Myra, inquit, huc ad-
veni; et librum sumens, jussit eum accipere. Ac-
cepit Joseph, legitque hæc verba : Accelera, mise-
ricors, et festina, miserator, in adiutorium nostrum :
potes enim, si vis. Quod autem tunc decantavit,
opere ipso completum vidit; quando Theophilo e
viviis sublato, sancta Ecclesia sacrarum imaginum
recepit ornatum. Interim divinus Joseph liberatus e
carcere, Constantinopolim salvus perductus est.

5. « Invenerat, cum adhuc esset in sinibus Thes-
salonicæ, sancti apostoli Bartholomæi reliquiam. Hanc igitur accipiens, sub illius nomine ædificavit
sacellum; cœpitque multa cum sollicitudine versare
animo, quomodo festivitatem ejus sacris canticis
componendis ornaret; cum lacrymis atque singul-
tibus supplicans, ut hujus desiderii sui compos ef-
fici mereretur. Et verò compos ejus effectus est.
Noctu enim virum quemdam reverendum conspicu-
tus est ad latus epistolæ, qui videbatur sacra e
mensa Evangelium tollere, ipsumque Josephi impo-
nens pectori, sua eum benedictione impertiri. Ex
tunc autem gratiam componendorum hymnorum et
facultatem habuit tam expeditam, ut quidam existi-
marent, eum melodias sacras non proferre ex
scipso, sed aliunde acceptas et memoria commen-

A datas pronuntiare, et præbere postulantibus. Itaque
Ecclesiam universam suis illustravit hymnis, cœ-
pitque omnium ore celebrari, et cunctis haberi
amabilis, non tantum idiotis, sed etiam principibus
et imperatoribus ipsis.

4. « Multum quoque orthodoxæ fidei causa de-
certans, in Chersonem est relegatus ab impio Ar-
meno, eo quem Bardam vocabant condemnante,
quod illum generose redarguisset. Post ejus mor-
tem e Chersone liberatus est ab egregia illa impera-
trice Theodora, quæ orthodoxiam celebravit; et
sacrorum vasorum Magnæ Dei ecclesiæ custos ef-
fectus est, divino Ignatio sedem patriarchalem obti-
nente. Post hujus porro ex hac vita discessum,
Photio quoque (hic enim post Ignatium patriarcha
est declaratus) in amoribus fuit æstimationeque
maxima. Inter hæc longum vitæ spatium laudabiliter
implens, sancteque et innocenter suo versatus in
munere, obdormivit in Domino. Dicitur autem, quod
sancta illius anima, deducentibus sanctis martyri-
bus angelisque, evecta in cœlum sit. Etenim homo
quidam, servum utilem habens, cum hic se fuga
proripnisset, abiit ad sanctum Theodorum, Phanero-
tem vulgo nuncupatum, rogaturus ut suum sibi ser-
vum revelaret. Exacto autem ibidem spatio non
modico temporis, cum nihil didicisset de fugitivo,
recedere voluit; recessissetque, nisi orto jam die
detentus spiritali qui fiebat sermone, obdormisset
tantisper. Atque ecce martyrem videt, et hæc ad se
dicentem audit : Utquid mœstus es? Poeta Josepho
hac nocte moriente, anima ejus ab omnibus nobis
quos suis canonibus hymnisque honoravit, deducta
est et ante Dei conspectum constituta. Nunc autem
præsto sum, ostensurus deinceps, quod voles. Vale
ad locum illum (et locum nominavit), ibi famulum
tuum, quem requiris, invenies. »

5. Hactenus Synaxarium prædictum, recte et or-
dine omnia, nisi quod ad auctores indicti in Cherso-
nem exilii pertinet, adeoque et ipsius exilii tem-
pus. Etenim quamvis Leo Armenus, suæ adversus
monachos orthodoxos sævitæ ministrum facemque
habuisse legatur Bardam quemdam, affinem suum;
hic tamen nullam potuit partem sibi vindicasse in
vexando Josepho : cum is sub ipsum initium per-
secutionis, anno 2 Leonis, suscitata, Romam le-
gatus sit, et usque ad annum 820 manserit capti-
vus in Creta. Theophilus igitur, impius passim ab
auctoribus dictus, ob iconomachiam resuscitam,
scribi hic et intelligi debuit; sub quo Bardas,
S. Theodoræ Augustæ frater, vir incestus atque
nefarius, apud sororium, monachis orthodoxis
infeussimum, facile potuit effectum dare, ut Jo-
sephum, vitia sua increpantem liberius, videret re-
legatum. Ita certe censuit is quis alterum e mss.
Synaxariis Cryptæ-Ferratæ compilavit auctor, et
conveniunt optime Vitæ Acta, quamvis nulla facta
Bardæ mentione totam culpam in pessimum illius
temporis imperatorem, scilicet Theophilum con-
ferant. In dicto vero Synaxario sic legitur : « Ic-

vidi autem quidam cum eum calumniati essent de his, quæ adversus Bardam Casarem dicta fuerant, in Chersonem relegarunt, unde post aliquod tempus Constantinopolim regressus, sacerorum Magnæ Dei ecclesiæ vasorum custos factus est, Ignatio patriarcha. »

6. Graviora aliorum Synaxariorum errata hic non attingimus, tantum dicimus in eorum nullo notari nomen Leonis Isaurici, quod in Actis reperi- tum ita torsit Octavium Cajetanum nostrum, in suis ad ea annotationibus, ut cum videret consequens esse, quod annis ut minimum 170 vixisset Josephus, ingenue fassus sit, « tam longinquam ætatem, inter tot rerum turbines, totque ærumnas et exercitationes asceticæ vitæ, negotium sibi facere. » Omnia nihilominus, quæ deinceps in Vita dicuntur, ita digessit, ut « pessimum, » de quo supra, imperatorem, sub quo in exilium ejectus est Joseph, haud dubie notet fuisse « Constantinum Copronymum, Leonis Isaurici filium, et imperii periunde atque impietatis successorem; » et « orthodoxos imperatores, » sub quibus est Constantinopolim revocatus, Constantinum et Irenem interpretetur. Utque hæc concordet cum Menæis occasione Bardæ ejectum dicentibus; concludit « rursus, sub Michael Balbo pulsum Josephum, atque a S. Theodora restitutum videri. » Dubitat etiam « an Leo Isauricus, quem xiv Kal. Julii mortuum Theophanes scribit, potius dicendus sit in Natalitiis Domini obiisse, an vero post menses sex et totidem dies de ejus morte fuerit sancto Josepho nuntiatum. » Quæ omnia facile potuisset discernere, si ex indicato mortis die, scivisset Leonem Armenum, Isaurico tanto posteriorem, intelligere; et illud, ἐν τῆς Ἰσαυρίας, insertum Actis, suspectum habere, propter aliorum omnium silentium et enormem distantiam temporis.

7. Simili ratione non difficulter potuisset idem Cajetanus videre illius conjecturæ vanitatem, qua Syracusas fuisse Josephi patriam propterea asseveravit, quia in Actis dicitur Josephi patria, gloriosior reddita a Beati parentibus tam felici germine, quam a Dionysio, « qui olim in ea summis in deliciis regnavit. » Esto enim quod regiam Syracusis habuerit Dionysius, toti tamen imperitavit insulæ de qua, non de peculiari aliqua ejus urbe loquuntur Acta. Non potest sane verosimile videri in tanto historicorum omnium silentio, quod Irene et Constantino regnantibus, potiti sint piratæ barbari, ea tempestate non admodum validi, munitissima urbe: quam iidem, Siciliæ reliquæ dominatum adepti sub Michael Balbo, non potuerunt, uti nec Tauromenium, per annos 55 sui juris facere; usque dum veniret annus 878, quando die 21 Maii, victoria ipsis de eadem obtigit, et totius insulæ possessionem confirmavit, magna cum Ecclesiæ afflictissimæ calamitate: quam describit is qui interfuit Theodosius monachus, in epistola ad Leonem archidiaconum, ex ms. Græco Latine reddita

et apud Rocchum Pyrrhum in notitia Ecclesiæ Syracusanæ impressa. Qui idem Pyrrhus interim asserit et Basiliani ordinis monachum et Syracusanum fuisse Josephum; istud ex sua, hoc ex Cajetani conjectura persuasus: additque illius festum Syracusis celebrari 3 Aprilis, utique postquam Cajetanus incepit sanctos Siculos ex Græcorum Menæis conquirere, et suis insularis venerandos proponere: neque enim existimamus cultum eum Syracusis esse antiquum, aut in ulla majorum de Josepho traditione fundatum.

§ II. Vitæ scriptores. Canones compositi, tempus mortis.

8. Quod § superiori diximus de Barda, et circumstantiæ quædam aliæ, in Synaxariis expressius quam in Vita notatæ (ut quod decimo quinto ætatis anno attonsus in monachum sanctus Joseph sit, quod invasa a Saracenis patria cum matre ac fratribus servatus, quod extemporaneam pene habuerit canonum condendorum facultatem, quod locus exilii Chersona fuerit, quod ante exilium injecta sint sancto vincula et verbera, quod denique gloriose illius in cælum deductionis visio, occasione fugitivi requisiti in templo sancti Theodori Phanerotæ seu Manifestatoris, obtigerit probo illi viro, qui ejus ad alios meruit testis existere), hæc, inquam, circumstantiæ, in prolixioribus Actis præteritæ, credibile nobis faciunt, Vitæ epitomen (quam supra ex Claromontano dedimus, quamque alia mss. fere sequuntur) ipsam esse, quam, a discipulo sancti Josephi Theophane scriptam, Joannes Magnæ Dei ecclesiæ diaconus et orator, præ oculis habuit, plenius ornatiusque exponendam, additis quæ desiderabantur multis. Hanc sic auctam ornatamque ex parte, ex parte vero, prædictarum circumstantiarum minutis prætermittis, descriptam liberius, accepimus ex codice Græco Bibliothecæ Vaticanæ, auctoris nomen quale diximus præferente: contulimusque cum ecgrapho alterius codicis, a Daniele monacho et sacrista in monasterio sancti Salvatoris Messanæ absque auctoris nomine descripti, ex pluteo 20, num. 52.

9. Ea primum, Latine reddita a P. Augustino Florito societatis nostræ, prodiit inter Vitas sanctorum Siculorum an. 1657; aliam deinde ejusdem Vitæ versionem adornavit Ludovicus Maraccius Lucensis, e Congregatione Clericorum Matris Dei, una cum Canonibus in omnia Beatæ Virginis Mariæ festa, et Theocletis per omnes Græcorum ecclesiasticos libros sparsis, et sancti Josephi nomen ut auctoris præferentibus; quæ omnia prænomi- nati Ludovici conjunctione sanguinis et religionis professione frater, Hippolytus Maraccius, commentariis eruditissimis illustravit, vocans illa *Mariate sancti Josephi Hymnographi*, et publicavit Romæ anno 1661. Hanc versionem, Græci contextus verbis pressius inhaerentem, prætuleramus tum priori illi, tum alteri a quodam hujus nostro provinciæ phi-

ellene elaboratæ. Sed excerpta ex Maraccii libello folia, preloque ad nostrum morem parata, exciderunt nobis Amstelodami, quando post tristem Blavianæ typographiæ casum colligebamus sarcinas Antwerpianam revehendas: neque jam, cum primum defectus animadvertitur, promptius est aliquid quam ex Octavio Cajetano recipere Floriti versionem, eamque ad contextum Græcum denuo recognoscere, mutatis hinc inde pauculis ubi id exigere res videbitur.

10. Simon Wangnereckius noster, in Prolegomenis ad Marianam Græcorum pietatem, ex duodecim tomis Menæorum et septem reliquis Græcæ Ecclesiæ voluminibus excerptam, n. 22, de duobus sanctis Josephis, utroque hymnographo et confessore apud Græcos, agit: quorum alter fuerit S. Theodori Studitæ frater atque episcopus Thessalonicensis, 14 Julii recolendus, et habuerit in canticis suis pangendis hoc notabile, quod nomen suum sæpe omissum in titulo, per Acrostichidem sive primas stropharum litteras, circa ultimam odam sui ultimi canonis, semper accuratissime signavit: alter annis forte quadraginta junior, hic noster sit, cui adscribendos putat eos canones, quæ nudum Josephi nomen appositum habent. Quia vero etiam canones hujus posterioris, de quo nunc agimus, Josephi, fere acrostichidi alicui illigantur, existimat præcitatus Wangnereckius, ad ipsos utpote operosius compositos, extendi debere extemporalem illam dictandi facilitatem, quam supra ex Menæis laudatam vidimus. Cur tam operosum hoc sit, ut ab exercitato nequiverit ex tempore fieri? Certe nulli poetico metro astrictos Græcorum canones, potuisse non magna contentione animi ad certas litteras, in cujusque strophe principio inveniendas, astringi ab eo, cui liberum esset strophas singulas, nullo inter se ordine connexas, a quacunque liberet voce ordiri, ipsi didicimus experiendo; quando talium canonum aliquos Latine reddidimus, eadem acrostichidum lege servata, idque in versione, ad Græcorum verborum sensum exprimendum, obligata. An autem omnes illi canones, quas Mariali suo Maraccius inseruit, quosque supra trecentos inveniri in ritualibus Græcorum libris asserit Cajetanus, hujus ultimi Josephi sint, an aliqui relinqui priori debeant, non vacat nec operæ pretium est sollicitius examinare.

11. Placet interim discrimen a Wangnereckio supra nominato designatum, ut scilicet canones illi, qui nudum Josephi nomen præferunt absque alio titulo, Josephi hujus nostri sint: quem etiam intelligere videtur Leo Allatius in sua de Græcorum libris dissertatione, quando Josephum Melodum nominat. Episcopo Thessalonicensi imputari possunt alii qui dicuntur τοῦ κυροῦ Ἰωσήφ, domini Josephi: hæc enim honoris appellatio denotat gradum aliquem eminentiorem. Fatemur tamen non ita firmam eam conjecturam videri, quin varia possint contra eam opponi, quæ ambiguum judi-

cium faciant. Præter hos duos non videtur alius tertius Josephus fuisse, qui in titulo ms. Typici, Romæ in Bibliotheca Barberina asservati et a Leone Allatio, pag. II dissertationis præcitatæ, laudati, nominetur, cum dicitur, Typicum illud continere ecclesiasticam constitutionem omnium festorum totius anni, secundum traditionem sanctorum Patrum, videlicet S. Sabæ, et Studitæ, et maxime Sancti Montis; necnon partem traditionis sanctissimi Patris nostri Josephi, possessoris sancti monasterii quod Divi Nicolai τῶν κασούλων dicitur. » Etenim si Josephi ille proprium ordinavit officium monasterio suo, ejus patronus erat D. Nicolaus, quis Paracleticon Græcorum legens (in quo ordinarium totius hebdomadæ officium octies secundum octo tonos variatum continetur) in eoque observans secundum feriæ 5 canonem (nam singulis feriis duo sunt canones, et feria 5 primus de apostolis est) cum cathismatis atque tropariis eodem spectantibus esse de S. Nicolao: quis, inquam, hæc legens et observans, non judicabit Josephum istum τῶν κασούλων esse auctorem illorum octo de S. Nicolao canonum? Atqui etiam horum canonum acrostichides subjunctum habent nomen Ἰωσήφ hoc modo: Ἦχος α'. Σοι, Νικόλαε, πρῶτον εἰσφέρω μέλος. Ἰωσήφ. Et similiter in aliis, præterquam in canonibus toni secundi et octavi, qui nihilominus ejusdem auctoris manifeste sunt. Hunc igitur non esse a nostro Josepho distinguendum, tum illa styli similitudo suadere poterit, tum quod nostrum a Cretensi captivitate liberatum D. Nicolai miraculo, possimus prudenter opinari, ei quod Constantino- poli erexit monasterio patrocinium prætulisse S. Nicolai, in deserto illo loco, ad quem, haud procul positum a templo D. Joannis Chrysostomi, « sedem et curarum scholam n. 24, dicitur translulisse, inibique discipulorum distribuisset multitudinem: » in casulis forsitan extemporaneis, unde dictum sit monasterium D. Nicolai Casularum, vocabulo, ut alia multa Constantinopolitana, Ἰω- ματικῶν: quamvis et monasterii a D. Nicolao dicti nusquam Acta meminerint, et adjectum postea oratorium S. Andreae apostolo nuncupaverit sanctus, propter reliquias ejus istic collocatas, uti dicitur num. 25.

12. Quo anno Christianæ æræ et ætatis suæ mortuus sit hic, de quo agimus, Josephus, nusquam exprimit Acta: tantum n. 37 inquirunt, diu illum in vita duravisse, et propter graves in ea labores diuturnum censeri debere sustinuisse martyrium. Num. autem 34 dixerant, quod Dominicæ Passionis magna ac venerabili Parasceve instante, discipulum suum, et ecclesiæ possessiones in libello descriptas obtulerit et commendavit Photio patriarchæ, nihil ulterius exprimens: quo facto imminens sibi exitum præsignasse declaraverit mox vehementissima febris, quæ eidem fecerit vivendi finem, et (quantum ex contextu colligi datur) paucorum omnino dierum fuerit. Hinc porro animum

circum agentes per octo illos annos, quos Ignatio mortuo Photius in patriarchatu habuit, antequam anno 888 dignitate illa privaretur; et annum requirentes, qui Parasceven habuerit, neque post tertium diem Aprilis, quo mortuum credimus S. Josephum; neque tamdiu ante, ut inter ipsam et diem mortis longioris temporis statui debeat; nullus occurrit opportunior annus, quam 885, qui Parasceven 29 Martii habuit, et quarta feria Paschalis hebdomadæ diem 3 Aprilis. Nam, si anno 880 mortuus esset Josephus, mortuus esset ipso die Paschæ; talem autem tanque notabilem festivissimæ diei circumstantiam, nequaquam, si vera fuisset, omisisset exprimere auctor Vitæ.

13. Hinc porro de ætate conjectare possis, eum qui Leone Armeno persecutionem incipiente, id est anno æræ vulgaris 814 jam presbyter initiatus, Romanæ legationi judicabatur idoneus, atque adeo ut minimum tricenarius erat, haud multum abfuisse a centenario, quando a mortali hac vita ad immortales Superos transiit. Eadem ratione intelligi datur illam Barbarorum incursionem in Siciliam, quæ Josephum cum matre fratribusque in Peloponnesum

A expulit e patria, non paucis annis priorem fuisse luctuoso illo tempore, quo post Leonis Armeni cædem, et Michaelis adversus rebellem Thomam occupato, et omnem aliam curam huic vice postponente, Creta, Sicilia et insulæ Cyclades a Romano imperio rescissæ sunt, ut scribit Leo Grammaticus. Nempe Barbari illi, piraticis excursibus prædas ante id tempus contenti agere, tunc etiam firmas novo dominatui sedes in iisdem insulis acquirere. Quod autem Barbaricæ etiam naves fuisse dicantur, quæ vela Romam facientis cursum intercidere et captivum in Cretam avexere Josephum: id ita accipimus ut eam insulam non jam tunc tenuerint Barbari, sed ut a Leonis Armeni ministris conducti ad scelus piratæ, profugos Constantinopoli sacrarum cultores imaginum curaverint retrahere in manus Iconomachorum; et Josephum nominatim intenderint comprehendere, quem Romanum legatum navigare, non potuit omnino clam haberi: ex Actis enim manifeste constat, non Saracenos, sed Iconomachos fuisse, in quorum custodia detentus ille apud Cretam est toto fere sexennio.

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΤΗΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΚΑΙ ΡΗΤΟΡΟΣ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΩΣΗΦ
ΤΟΥ ΥΜΝΟΓΡΑΦΟΥ.

JOANNIS

MAGNÆ DEI ECCLESIAE DIACONI ET ORATORIS

SERMO

IN VITAM S. P. N. JOSEPHI HYMNOGRAPHI.

(Ex ms. codice biblioth. Vatic., collato cum ms. Siculo monasterii S. Salvatoris.)

Interprete Ludovico Marraccio, Lucensi.

1. Omnis quidem virorum virtute præditorum vita B animum virtutis amantem ad imitationem invitat, et honestatis amicum ad eam pro viribus æmulandam compellit: si vero etiam sermo vitam exornet, et practicum cum speculativo intelligibiliter conveniat, perfectionis studiosum per hæc duo excitat ad sedulitatis expressionem: quanquam etiam vita sola illi, qui currit ad scopum supernæ voca-

α'. Καὶ ἅπας μὲν βίος τῶν ἐναρέτων, τὴν ἐρῶσαν ψυχὴν ἀρετῆς πρὸς μίμησιν ἐκκαλεῖται, καὶ ξηλοῦν ἀναγκάζει κατὰ δύναμιν τὸν φιλόκαλον· εἰ δὲ καὶ λόγος τὸν βίον καλλύει, καὶ τὸ πρακτικὸν τῷ θεωρητικῷ νοερῶς συνδυάζεται τὸν δρεγόμενον τελειότητος, δι' ἀμφοτέρω ταῦτα διερεθεῖται πρὸς τὴν τῆς ἀκριβείας ἐκτύπωσιν. Καίτοι γε καὶ βίος μόνος ἀρκεῖ τῷ κατὰ σκοπὸν ἕως ἀνω κλήσεως τρέχοντι, τὴν βασιλείαν

τῶν οὐρανῶν προξενῆσαι καὶ τὴν δι' αἰῶνος μακα-
ριότητα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λόγος τῷ βίῳ συνημιένος
κατάλληλος, Λυδία λίθος ὁράται τὰ τῶν ἄλλων ἤθη
βασανίζων καλῶς, καὶ διὰ τῆς χάριτος τὸν αὐτῷ μετὰ
τρόπου κοσμοῦμενον, κοινὸν προτιθεὶς τοῖς βουλο-
μένοις ἀρχέτυπον. Τοιοῦτον οἶδα καὶ Ἰωσήφ, τὸν ἐν
πύνοις μὲν γενναϊότατον, ἐν δ' ἀρεταῖς ἀπαράμιλλον,
τῷ δὲ περιόντι τοῦ λόγου τοῖς ἀνάκαθεν ἁγίοις, κατὰ
τὴν δεδομένην παρὰ τοῦ Πνεύματος δύναμιν, μελ-
ψδικούς ὕμνητοῦς ἐμπαρνεύοντα.

β'. Τοῦτον ἔδει μὴ παραδραμεῖν τὸν ἐραστὴν τοῦ
λόγου, καὶ τὸ περιὸν τῆς ἀρετῆς ὑσώπουμένον,
ἀλλ' ὁ ἐκεῖνος ἐν ἄλλοις πολλοῖς ἐκτετέλεχε, τοῦτο
πάντως λαβεῖν παρὰ τῆς ἡμῶν ταπεινότητος. Εἰ γάρ
καὶ οὐχ ὠραῖος ὕμνος, κατὰ τὸν Ἑμνογράφον, ἐν
στόματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ, πλὴν ἀλλ' ἡ προθυμία καὶ
τὸ ζέον τῆς διαθέσεως ἔλξει τὸν εὐφημούμενον πρὸς
τὰ τὰ λιτὰ ταῦτα καὶ πενιχρὰ παραδέξασθαι· οὐ γάρ
τὸ ἴσον ἀντιζητήσει παρὰ τῆς ἡμῶν οὐθενότητος·
οἷς γὰρ κατὰ τὴν ἀναλογίαν οἱ βίοι κατὰ διάμετρον
ἀφαστήκασιν, τούτοις ἀναλόγως καὶ ὁ λόγος ἀποσχοι-
νίζεται. Λαλήσω γοῦν παρὰ μέλος τῷ τὰ τῶν ἄλλων
ἐμμελῶς μελωδήσαντι· ὁ δὲ τὴν ἴσην χάριν εἰδὼς μὴ
παροῦσαν τῷ γράψαντι, γυμνὴν τὴν προθυμίαν τῆς
χάριτος ἀποδέξεται· ἐπεὶ μηδὲ τῷ τοῦ προσώπου
κάλλος κομιδῆ ἀπὸ τῆς φύσεως ἔχοντι περισπούδαστα
τὰ ἐξωθεν ἐπιτρίμματα. Τοῦναντίον μὲν οὖν καὶ
καταχραῖνοι τὸ ὠραϊόμορφον ὁ περιστιμίζων ταῖς
χρῶμασι.

expolimentis atque affricamentis laborat : qui vero opposito modo se habet, formæ decorem ap-
ringit, et circumpositorum colorum fucat ornamentis.

γ'. Θεοφάνει μὲν οὖν τινι, τοῦ ἱεροῦ πρεσβυτέρου
ἡξιομένῳ καὶ τῷ καταλόγῳ ἡριθμημένῳ τῶν μονα-
χῶν, ὁ βίος τοῦδε τοῦ μακαρίου πεπόνηται· οὐ μὴν
ἀλλὰ παρέδραμεν τοῦτον πολλά, ὅτι κατὰ σπουδὴν
ἐκεῖνον συν[ερ]υφάνθη τὸ πόνημα· ἀμέλει καὶ οἷς
ἐκεῖνος τοῦ μάκαρος τοῦδε τὸν βίον ἐσμίκρυνεν, ἐν
τούτοις ἡμᾶς ἐπὶ τὸ εὖρος τῆς διηγήσεως προεβίβα-
σεν. Ἀλλὰ τίς γένοιτο τῷ βίῳ τοῦδε ἀξιοχρεῶς ἐπαι-
νος; ποῖα δὲ γλώσσα τὰ τούτου δυνήσεται διηγήσα-
σθαι κατορθώματα; Ἔδει γάρ, ἔδει τὰς γλώσσας
ἄρτι παρῆναι τῶν παρ' αὐτοῦ ἀξίως ἐξυμνουμένων,
καὶ παρὰ τούτων τούτῳ ἀποπληρωθῆσαι τὴν διὰ λό-
γων ἀντίσπον· οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς, ὡς ἔχομεν,
σιωπήσομεν, τὰ ἐκεῖνου ἐκδιηγούμενοι.

δ'. Πατρὶς τοιγαροῦν τῷ μεγάλῳ ἡ ἐν νήσοις τὸ εὐ-
δαιμον φέρουσα, ἡ περιφανῆς Σικελία, φημί, ἣν οὐχ
οὕτω περίδοξον Διονύσιος, ὁ ἐν αὐτῇ ποτε ἀρξας
ἀδρῶς ἀπειργάσατο, ὡς οἱ τοῦ μεγάλου γεννήτορες,
τὸ μέγα τῇ πατρίδι χαρισάμενοι ὄνομα, διὰ τοῦδε
τοῦ μακαρίου βλαστήματος. Πατέρες δὲ Ἀγάθη ἡ
περιώνυμος, καὶ Πλουτίνος ὁ περιβόητος, ἀμφω μὲν
τῆς ἀρετῆς ζηλωταί, καὶ τῶν θεῶν θελημάτων
ἐκπληρωταί, διὰ δὲ τῆς ἀρίστης ὠδίνος τὸ μέγα
κληρωσάμενοι ὄνομα· ἔδει γάρ εὐχῆς ἔργον εἶναι τὸδε
τὸ μέγα [χάριτος] καὶ ἀρετῆς ἀποκύημα. Ὁ μὲν γάρ
ἐπλούτει πίστιν τὴν εἰς Θεόν· ἡ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ

tionis, caeleste regnum atque aeternam beatitudi-
nem sufficienter acquirit. Verumtamen sermo quo-
que mutuo nexu vitæ conjunctus, Lydio lapidi per-
similis est : nam aliorum qualitates optime probat
ac mores, et propterea gratiæ illius, quæ cum
certa ratione in eo refulget, archetypum commu-
nem volentibus proponit. Talem affirmo fuisse Jo-
sephum, in laboribus generosissimum, in virtutibus
insuperabilem, qui suavissimas cantiones, secun-
dum facultatē sibi a Spiritu sancto tributam, in
honorem præcedentium sanctorum ex sermonis
copia et ubertate composuit.

2. Hunc minime decebat præterire sermonis
amatorem, etiamsi quispiam ob virtutis abundan-
tiam confusus hæreret : sed quod ille in multis
aliis fecit, hoc omnino conveniebat eundem a
nostra humilitate recipere. Licet enim juxta Hym-
nographi dictum, non sit speciosa laus in ore pec-
catoris, attamen promptus alacerque animus, et
fervens affectus alliciet eum, qui laudibus cele-
bratur ad hæc nostra exigua viliaque suscipienda.
Non enim paria exiget a nostra imbecillitate; etenim
eadem proportione debet singulis sermo dividi ac
distribui, qua eorum vita per diametrum differt ac
separatur. Loquar igitur inconcinnè de eo, qui
aliorum facta suavissimo metro composuit. Porro
ille idem, qui novit non æqualem gratiam mihi
scribenti adesse atque ipsi aderat, nudam gratiæ
promptitudinem atque alacrem affectura suscipiet :
quandoquidem neque ille, qui a natura vultus pul-
chritudinem possidet eximiam, non in extrinsecis

rependi. Non tamen nos, quales sumus, tacebimus,
illius res gestas exponentes.

3. Porro beati hujus vitam Theophanes quidam
sacra presbyterii dignitate insignitus, et mona-
chorum catalogo ascriptus, elaboravit : multa ta-
men hic auctor prætermisit, nam festinanter opus
confecit. Sed in iis in quibus iste beati hujus vitam
imminuit, nos ad narrationis amplitudinem pro-
vexit. Verum quæ tandem satis digna laus hujus
vita reperiat? Et quæ lingua præclara illius gesta
recensere valeat? Oportebat sane, oportebat illorum
nunc linguas adesse, qui ab eodem pro dignitate
laudati sunt, et ab illis isti gratiam per sermones
4. Fuit igitur hujus magni patria illa, quæ inter
insulas felicitatis palmam refert, illustrissima, in-
quam, Sicilia, quam non ita Dionysius, qui in ea
olim summis in deliciis regnavit, gloriosam reddi-
dit, ut magni hujus genitores, qui celeberrimum
patriæ nomen per tam beatum germen acquisivere.
Illius mater Agatha nobilis, pater vero Plutinus ce-
lebris appellabatur : ambo sane virtutis zelo ar-
dentes, divinæque voluntatis complendæ studiosi.
Per optimam vero prolem magnum nomen hæredi-
tavere. Oportebat autem precum opus esse magnum
hunc virtutis fetum. Pater enim fide, quæ est in

Deum, dives erat, mater vero vitæ hujus bonis gaudere recusans, soli Deo intendebat animum, præsentis vitæ mare prudenter et continenter pertransiens, ita ut ambo juxta vitem illam Psalmistæ florent, et maturis virtutis fructibus plurimos ad sui imitationem pertraherent. Non enim (quemadmodum facere consueverunt illi qui mundo vivunt, et carni inservientes communi naturæ legi obsequuntur) ad voluptates respiciebant, et delicias sectabantur, sed solis tantummodo necessariis rebus contenti, atque illis, sine quibus humilitatis nostræ corpus consistere nequit, superflua manibus pauperum dilargiebantur, ne forte superfluis ipsi ad voluptatem ac delicias utentes, a Dei participatione excluderentur, qui ut eosdem pro charitate ipsorum in se, ferventique amore remuneraret, illustrem Josephum pro quavis alia mercede illis donavit: cujus genitores hujusmodi vitæ decore quo modo imitari potuissent.

5. Non enim juxta puerorum morem primos crines molliter ac speciose alebat, neque, ut adolescentuli facere consuevere, ad parva hæc et fluxa intendebat animum, sed quamvis adhuc puer esset, quamdam tamen gravitatem maturitatemque præ se ferebat, quam in pueris nequaquam solemus recognoscere, lingua, nescio quid breve atque angustum subbalbutiens, divina eloquia vel discibat, vel docebat. Quia vero apud pueros senex mente et judicio incomparabilis inscribatur, ex hoc illius prudentia tacite ostendebatur. Animus ejus virilis in affectionum imperio elucebat, cognitio vero, ac scientia ab iis, qui cum eo familiariter versabantur, clare cognoscebatur. Cum enim provinciam aliquam vir hic admirabilis aggredieretur, naturæ gratia ac sedulitatis studii que intentione universos superare cernebatur, ulna, juxta proverbium, regia, et valde recte. Non enim in sola sermonum copia ac dicendi facultate proficiebat, sed ante verba plures virtutis species sedulus præferibat, ex quo ad ipsam dicendi copiam felicior illi via aperiebatur. Solus enim panis, occidente sole, universas illi mensæ delicias supplebat, aqua vero tantum ad potum utebatur, propterea et dicendi facundia ditatus est. Anima enim scribendo et orando vacare assueta, ut in utroque mens et intellectus illustratur, non facilem habet ad pravas affectiones prolapsus: et corpusculi hujus sarcina alligata et macerata, tota fertur in Deum, divinoque Huius-amori immista, atque eidem perpulchre inhærens, ad humanarum disciplinarum auditum arida evadit.

6. Attamen horum etiam peritiam generosus hic vir habebat, sed in illa scientia, quæ fert ad Deum, magis quam in humana philosophia profecit. Verum non diuturnus fuit illi sine offendiculo vitæ cursus, quandoquidem magnis animabus a prima ætatis linea difficilia quædam ac aspera innascuntur. Nam multitudo permista barbarorum illius patriam cum obsidisset, eamque sibi subjecisset, quod cladis genus prætermisit, aut quam malorum Iliadem in eam non edidit? Alii ferro sublatis sunt: alii miserabiliter facultatum jacturam sustinuerunt: nonnulli captivi facti sunt, atque in externas regiones

A βίου χαίρειν εἰποῦσα μόνῳ προσείχε Θεῷ, τωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς τοῦ βίου περῶσα τὴν θάλασσαν, ὡς θάλλειν καὶ ἄμφω κατὰ τὴν ψαλμικτὴν ἄμπελον, καὶ τῷ πεπελρω τῆς ἀρετῆς πολλοὺς ἐφέλκεσθαι πρὸς τὴν μίμησιν. Οὐ γὰρ ὡς κόσμῳ ζῶντες, καὶ σαρκὶ δουλεύοντες, καὶ τῷ κοινῷ τῆς φύσεως νόμῳ ὑπηρετούμενοι πρὸς ἡδονὰς ἐώρων, καὶ τὸ τρυφτλὸν κατεδίωκον· ἀλλὰ τοῖς ἀναγκαίοις μόνοις ἀρκοῦμενοι, καὶ ὅσοις τὸ σῶμα συνίσταται τῆς ἡμῶν ταπεινότητος, τὰ περιττὰ πενήτων χερσὶν ἐχαρίζοντο· ἵνα μὴ τοῖς περιττοῖς αὐτοὶ ἡδυνόμενοι, οὐκ ἔχοιεν κοινωνὸν τὸν Θεόν· ὃς αὐτοὺς τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης καὶ τοῦ ζέοντος ἀμειδόμενος ἔρωτος, τὸν κλεινὸν Ἰωσήφ, ἀντὶ πάσης ἄλλης ἀμοιβῆς, ἐχαρίσατο· Ἰωσήφ δὲ οἱ τεκόντες, καὶ ταῦτα βίου τοιαύτην ὡραιότητα λαμπρυνόμενοι, μέγα τι κατορθοῦν ἐλογίζοντο, εἰ ποσῶς ἀπομιμῆσθαι δυνήσονται.

B resulgentes, magnum aliquid efficere cogitabant, si

εἴ. Οὐ γὰρ κατὰ παῖδας αὐτῷ τὰ τῆς πρώτης τριχῆς οὔτε μὴν κατὰ μείρακας πρὸς τὰ μικρὰ ταῦτα καὶ βέοντα ἡ ῥοπή· ἀλλ' ἦν ἐκείνῳ, παιδί μὲν ἔτι ὑπάρχοντι, σεμνόν τι καὶ οὐ κατὰ παιδίον τὸ κίνημα· γλῶσσα δὲ, βραχύ τι ὑποφελλίζουσα, τὰ κατὰ Θεὸν ἐδιδάσχετο λόγια. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς μείρακας ὁ γηραιὸς τὸν νοῦν, καὶ τὴν φρόνησιν ἀπαράμιλλος, ἐνεγράφετο, τούτου τὸ σῶφρον ὑπεδεικνύετο, καὶ τὸ ἀνδρεῖον τὸ πρὸς τὰ πάθη διέλαμπε, καὶ ἡ γνώσις καθαρῶς τοῖς ὁμιλοῦσιν ἀνεγνωρίζετο. Τὰ γὰρ ἐγκύκλια μετιῶν ὁ θαυμάσιος, φύσεως χάριτι καὶ σπουδῆς εὐτονότητι πάντας ὠρᾶτο νικῶν πήχει, κατὰ τὴν παροιμίαν, βασιλικῶ· καὶ μάλα εἰκότως· οὐ γὰρ λόγων ἐποιεῖτο μόνην ἐπίδοσιν, ἀλλὰ πρὸ τούτων ἀρετῆς ἐπεμελεῖτο πολυειδοῦς, ἐξ ἧς αὐτῷ καὶ τὰ πρὸς τὸν λόγον ἐγένετο εὐδοξ. Ὁ γὰρ ἄστος ἐσπέραν ἐκείνῳ μόνος ἐπλήρου τὴν ἐπιτραπέζιον ἡδονὴν, καὶ τὴν ὕδωρ τὴν πόσιν, διὸ καὶ τὰ περὶ τοὺς λόγους ἐπλούτησε· ψυχὴ γὰρ ἐθισθεῖσα λόγοις σχολάζειν καὶ προσευχαῖς, ὡς ἂν ἐν ἀμφοῖν τό τε νοερὸν διαλάμποι καὶ τὸ ἐφθλκίον τοῦδε τοῦ σώματος καταδεσμούμενον καὶ τηχόμενον, οὐκ εὐχερῶς ἔχοι τὸ πρὸς τὰ πάθη εὐδλίσθον, ὅλη δὲ φέρεται πρὸς Θεόν, καὶ τῷ ἐκείνου κινωμένη ἔρωτι θεῖῳ, ξυρόν· ἐστίν, εἰς ἀκοήν τῶν μαθημάτων ἀντεχομένη καλῶς.

et corpusculi hujus sarcina alligata et macerata, tota fertur in Deum, divinoque Huius-amori immista, atque eidem perpulchre inhærens, ad humanarum disciplinarum auditum arida evadit.

D ς'. Ἄλλ' εἶχε μὲν οὕτω γνώσεως ὁ γενναῖος· εἶχετο δὲ πλεον τῆς φερούσης πρὸς τὸν Θεόν, οὐ μὴν ἀνεπηρέαστος αὐτῷ καὶ ὁ βίος μέχρι πολλοῦ, ἐπεὶ καὶ ταῖς μεγάλαις ψυχαῖς ἀπὸ πρώτης γραμμῆς ἐπιφύεται πως τὰ σκυθρωπά. Ἀμέλει καὶ πλῆθος μιγάδων βαρβάρων τὴν πατρίδα περικυκλῶσαν, καὶ αὐτὴν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, τί τῶν δεινῶν ἐν αὐτῇ οὐκ εἰργάσαντο; ποίαν δὲ Ἰλιάδα συμφορῶν τὰ ἐν αὐτῇ παρ' αὐτῶν οὐκ ἀπέκρυσαν; Οἱ μὲν γὰρ ἡθιδὸν ἀνηροῦντο, οἱ δὲ ἀθλίως τῶν καιρῶν ὑπέμνον στέρησιν, οἱ δὲ κατεδουλοῦντο καὶ εἰς ἀλλοτρίαις ἐφέροντο, οἱ δὲ, ὅσοις ἄρα φιλόανθρωπον ἐπέβλεψεν ὁ

Θεός, τὴν ἐνεγκαμένην ἀπολιπόντες, φυγῆ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσαντο· ἐν οἷς ἦσαν καὶ οἱ τοῦ μακαρίου τούτου γεννήτορες, οἱ τὸν παῖδα παραλαβόντες, πρὸς τὴν τοῦ Πέλοπος ἑστρεχον, ξένοι πατρίδος, ξένοι χρημάτων, καὶ ἐταρείας, καὶ συγγενείας. Οὐ μὴν οὗτος ὁ μέγας μετὰ τούτων τὴν Πελοπόννησον ἑστερξεν, οὐδ' ἠγάπα, ξένης πατρίδος γενόμενος, μὴ τὴν ἀνω πόλιν ζητῆσαι διὰ τῆς ἀληθοῦς ξενιτείας, καὶ τὸν Θεὸν εὐρεῖν διὰ τῆς ἀκριβεστερας πολιτείας καὶ καταστάσεως. Διὸ καὶ τὸν Ἰουλον μήπω φέρων χλοάζαντα, ἀποστέργει τὴν Πέλοπος, καὶ πρὸς τὴν πάσης Μακεδονίας ὑπερχειμένην πόλιν ἀπαίρει Θεσσαλονίκην· ἵνα μὴ τῇ σχέσει τῶν γεννητόρων δεσμούμενος, οὐκ ἔχοι εὐπετῶς, διὰ τῆς παντελοῦς ἐγκρατείας, πρὸς τὸν ἀληθῆ ἑραστὴν ἀναπετάνωσθαι, καὶ ὀλῶ φέρεσθαι τῷ πτερῷ. Καὶ ὅτι τοιοῦτος ἦν τῷ γενναίῳ σκοπός, καὶ πρὸς τοῦτο μόνον ἑώρα ἡ ἀναχώρησις, ἐδήλωσεν ἡ τοῦ πράγματος ἑκβασις.

generosi hujus scopus, et ad hoc solum respexerit demonstravit.

ζ'. Ἄμα τε γὰρ τὴν Θεσσαλονίκην κατέλαβε, καὶ εὐθέως ἐπέδωκεν ἑαυτὸν ἀνδρὶ τινι τῶν ἄγαν ἐγκρατῶν καὶ ὁσίων, ὃς διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς περιὸν, τὴν φροντίδα τῶν ἀδελφῶν, οἱ κατὰ τὸ ἱερὸν φροντιστήριον τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἠσχοῦντο, οὐ διώξας, ἀλλὰ πνευματικῶς διωχθεὶς, ἀνεδέξατο· τοῦ Λατόμου νῦν, ἐκ τοῦ γεγενημένου θαύματος, τὸ φροντιστήριον ὀνομάζεται. Καὶ ἐν τούτῳ ὁ μέγας οὗτος τὰ τῶν μοναχῶν ἐνδύς ὁ καὶ ἀπὸ πρώτης τριχῆς ἅπαν σαρκικὸν ἀποδυσάμενος θέλημα, ποίαν μὲν τῶν ἀρετῶν οὐ κατώρθωσε; ποῖον δὲ εἶδος ἀσκήσεως ὑπερβαλλόντως οὐκ ἐξησχίσαστο; ὡς εἶναι τοῖς ἁγίοις παράδειγμα, καὶ τοῖς ζηλοῦν βουλομένοις ἀκριβεῖα πάσης ἀρχέτυπον. Νηστεία γὰρ ἐπενοήθη τούτῳ καινῇ, ἵνα καὶ τὸν δεσμὸν κατέχη, καὶ διαλαυθάνη τὸ σπουδαζόμενον· ἀγρυπνία μικροῦ δεῖν καὶ ἀπιστομένη τοῖς λογιζομένοις τῆς σαρκὸς τὴν χαυνότητα· γλώσσης κατάσχεσις οὐκ εἰς τὸ [μὴ] πολυπραγμονεῖν τὰ ἀλλότρια (τούτο γὰρ αὐτῷ ἀπὸ παιδὸς μεμελήτητο), ἀλλ' ὥστε μὴ ἐξακουέσθαι τὴν φωνὴν τοῖς μὴ ἀκριβῶς πρὸς ἐκεῖνον προσέχουσιν, ὃ φιλοσοφίας ἐστὶν ἀρχή, μᾶλλον δὲ φιλοσοφίας τὸ τελειότατον· εἰ γὰρ ἀρχὴν σοφίας φόβον Θεοῦ μεμαθήκαμεν, Θεοῦ δὲ φόβος ἐντολῶν ἐπάγεται πλήρως, κρατίστη δὲ τῶν ἐντολῶν τὸ τιθέσθαι θύραν τῷ στόματι, ἵνα μήτε νοῦς ἀλόγως ρεμβάζηται, μήτε λόγος θυραυλήσας ἐξωθεν ἀπηχῆς εἰς πολυλογίαν μετακινήσῃ τῆς ἡσυχίας τὸν ἑραστὴν, εὐδηλον ἄρα, κατὰ τὸν θεῖον Δαβὶδ, ὡς ἡ φυλακὴ τῶν ὀδῶν τοῦ Θεοῦ τῷ ἀναμαρτήτῳ τῆς γλώττης κατεσοδοῦται τε καὶ πλατύνεται· ἦν κατορθώσας ὁ μέγας, τὰς ἄλλας εἶχε τῶν ἀρετῶν ἐφεπομένας αὐτῷ. Τὸ δὲ περὶ τὴν στρωμνὴν ἡμελημένον κομιδῆ καὶ λιτὸν, τίς οὕτως ἐστὶν ἀφυῆς περὶ τὰ κατὰ, ὃς μὴ τεθαύμαξέ τε καὶ ἐξεπλάγη, καὶ τὸ πρὸς πόνους ἀήττητον ἐμεγάλυνεν; Ἐδαφος ἦν ἐκεῖνῳ ψιλὸν ἢ στρωμνὴ, ἐν ᾧ τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως διελέγγετο, καὶ λίθος τὸ ποθεινὸν προσκεφάλαιον· ὕμνος ὁ πάντη βραχύτατος, καὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐδωδῆς, ἐν ᾧ πολλάκις καὶ

A abducti : nonnulli vero, quos oculo magis benigno ac propitio respexit Deus, patria derelicta, fuga sibi salutem comparavere. Inter quos fuerunt etiam beati hujus parentes, qui eodem puero adhuc accepto, in Peloponnesum celeriter profecti sunt, extorres, sine pecuniis, amicis omnibus cognatisque privati. Non tamen magnus hic noster una cum illis Peloponnesi amore atque affectu captus est, peregrinus a patria, ita ut per veram peregrinationem supernam civitatem non requireret, et per studiosissimam politiam ac status tranquillitatem Deum non inveniret. Propterea antequam prima lanugine illius vultus vernaret, Pelopis terram, velut exosam, derelinquens, Thessalonicam, urbem totius Macedoniae principem, profleiscitur, ne genitorum affectu illigatus, non posset facillime per continentiam perfectam ad verum amatorem tendere, atque liberis amoris sui alis deferri. Quod vero talis fuerit illius a Peloponneso recessus, rei ipsius eventus

7. Statim enim atque Thessalonicam pervenit, tradidit se ipsum curae et moderationi cujusdam viri, qui abstinentiae et pietatis erat eximius, et propter virtutis excellentiam, non affectans, sed spiritualiter coactus, susceperat curam fratrum, qui secundum sacrum magni Dei ac Salvatoris magisterium ac disciplinam exercebantur. Nunc schola, seu praefectura Latomi, ex admirando quodam, qui evenit, successu, locus ille appellatur. Hoc in monasterio magnus hic vir monachi habitum assumens, et a prima coma (ut aiunt) universas carnis exuens voluntates, in qua virtute progressus non fecit? et in qua asceseos specie sese eminenter non exercuit? Itaque erat intuentibus exemplum, et aemulationis studiosis universae sedulitatis archetypus. Jejunium enim novum atque insolitum excogitavit, ita ut et vinculum retineret, et studium illius singulare caeteros lateret. Vigiliae fere erant incredibiles considerantibus carnis imbecillitatem. Linguam cohibebat, ne aliena facta curiosius investigaret. In hoc enim a puero curam posuerat, nec vox ejus exaudiri poterat nisi ab iis qui attente aurem loquenti arrexissent, id quod philosophiae est initium, imo summa philosophiae perfectio. Si enim initium sapientiae timorem Dei esse didicimus; Dei autem timor, ut ejusdem mandata impleantur, facit, porro mandatorum praestantissimum est, ponere ori januam, ut neque mens irrationabiliter evagetur, neque ratio cui domus interioris custodia incumberebat, eadem relicta, in multiloquium absone commoveat silentii et quietis amatorem, manifestissimum est, juxta divini Davidis effatum, custodiam mandatorum Dei, ei, qui non peccat linguae lapsu, prospero facilique cursu succedere, atque in amplitudinem commutari: quam quidem custodiam magnus hic sedulo observans, aliarum virtutum sequelam facile obtinuit. Quod vero attinet ad lectuli, in quo jacebat, neglectum, magnamque vilitatem, quis erat ita ad res honestas dispiciendas ineptus, ut non in admirationem stupo-

remque raperetur, atque illius in laboribus indefes-
sum invictumque animum non extolleret? Erat illius
lectus nudum pavementum, in quo naturæ infirmitas

8-9. Alii sane lacrymas instar torrentis ex illius
oculis emanantes admirentur, et genuum adeo fre-
quentes incurvationes, ut nullo prope sermone possint
recenseri, ita ut illius genua in lapidis naturam di-
riguerint, alternis ad Deum colloquiis, et motibus,
ac stationibus per totam noctem adhibitis: palpe-
bræ vero ac supercilia ex assiduo atque immenso
lacrymarum imbre excavarentur ac depilarentur.
Alii vero eminentissimam illius humilitatem, qua
vel infimis venerandum caput ad terram usque in-
clinabat, et erga cunctos æqualem charitatem cu-
stodiebat, nulla distinctione facta, servata semper
erga omnes immutabili unione. Alii autem conti-
nentiam, ac nullis dissipatam evagationibus cogita-
tionem. Etenim cum legi mentis legem carnis collu-
ctantem ac repugnantem videret, juxta magni Apo-
stoli dictum¹, toto animi conatu in legem Dei fe-
rebatur, ne serpens ille, qui, juxta magnum veritatis
agonistam Job, residet in umbilico ventris, passio-
nes venereas in renibus excitans illis, qui circa exte-
riores sensus vagantur, in illius mentem ingressum
reperiret.

10. Alii intensum illius indefessumque in psal-
mis et hymnis concinendis laborem studiumque com-
mendent, generosumque agonistam divinis laudibus
mini Josephi, eum reliquis poetis præponi; si cæ-
teri defuerint, domini Joannis; si hi quoque de-
fuerint, domini Theophanis; si hi etiam, domini Jo-
sephi cæteris omnibus præponi. » Hæc in Typico
de Josephi nostri canonibus.

(2) In nostri Josephi canticis, seu canonibus,

illud omnino notabile est, quod sæpe nomen suum
omissum in titulo, per acrostichidem, sive primas
stropharum litteras, circa ultimam semper odam
sui musici canonis accurate signarit: quod ejus
factum alii quoque Græcorum melodi sunt imitati.
Id quod vel ideo monitum velim, ne aliquis in in-
dagandis odorum auctoribus solos inspiciendos ca-
nonum titulos credat. Certe cum fateantur Menæa
Josepho nostro hymnorum extemporalium gratiam
divinitus datam fuisse, ut taceant de subitanearum
acrostichidum dono (quas nemo nescit operosis-
simas esse), credit vir doctissimus P. Simon Vua-
gnereck in *Mariana Pietate Græcorum* in Prolego-
menis n. 22, extemporalem hanc gratiam ad illos
Josephianos in Menæis hymnos non trahendam,
qui scatent acrostichidibus, quanquam asserat dici
forte non incommodè posse, ob id ipsum divinam
hanc gratiam in eodem Josepho pro miraculo ha-
bitam esse, quod extemporaneas quoque acrosti-
chides funderet.

(3) Scire forsitan non nemo cuperet, an hæc Jose-
phi odæ, et aliæ odæ etiam Menæorum, et libro-
rum Græcorum ecclesiasticorum, constant certo
genere carminum, an oratione soluta? Cui aliud
cum Simone Vuagnereck in *Mariana pietate Græco-
rum* in Prolegomenis n. 31, respondendum non
habeo, quam ideo vocari odas a Græcis, quod in
strophas dividantur imitatione odorum, cum præ-
sertim ex usu vulgari significet oda quidquid can-
tatur. Cæterum ex nullo ipsas metro constare nisi
aliquando quoad senaries iambicos, quod raro con-
tingit, deprehendere est. Unde Suidas scribit
S. Joannem Damascenum, uti et ejus collegam
S. Cosmam Hierosolymitanum, condidisse canones
musicos, tum carmine iambico scriptos, tum ora-
tione soluta. Quapropter ambigendum non est, Me-
næorum innumeras odas, in quibus nullum iambi
vestigium lucet, in suis omnibus strophis ex metra
omnino prosa constare.

καθίσας σαρκί ὁ ὑπερούσιος τοὺς καθημένους ἐν σκοταί ἀπωλείας, ἐγερεῖς πρὸς γνώσεως φῶς ἀγαθότητι.

Ὁδὴ γ'.

Ἡ γῆ ἡ κατάκαρπος ἐκ γῆς ἀκάρπου γεννᾶται, ἥτις καρπογονήσει τὸν γεωργὸν τῶν ἀγαθῶν, καὶ ζωηφόρον ἄσταχυν τὸν τρέφοντα πάντας θείῳ νεύματι.

Σήμερον ἐβλάστησε τῆς παρθενίας ἡ ράβδος, ἐξ ἧς ἀνθήσει ἄνθος ὁ φυτουργὸς ἡμῶν Θεός, τὰ πονηρὰ βλαστήματα ἀποτέμνων ἄκρα ἀγαθότητι.

Ἰὸς τὸ ἀλάξευτον ὕδρος ἐκ πέτρας ἀγόνου ἀποτεχθὲν τὸν λίθον καρπογονεῖ νοητὸν, ὃς συντριβὴν ἐργάζεται τῶν ξοάνων πάντων τοῦ ἀλάστορος.

Νόμου προχαράγματά σε προεδήλωσαν, Κόρη· τὸν Νομοδότην σὺ γὰρ νομίμων δίχα ἐν γαστρὶ κυφορεῖς, τηροῦντά σε ὑπὲρ λόγον ἀφθόρον, ἀμίαντον.

Ὁδὴ δ'.

Ἐπερτέρα τῶν ἀγγέλων ἐπὶ γῆς κόρη τίχεται, ἐν ἀγιωσύνῃ οὔσα καὶ καθάρσει ἀσύγκριτος, ἥτις τὴν κάθαρσιν πάντων Χριστὸν τέξεται, ἀγιότητα, καὶ παντελῆ ἀπολύτρωσιν.

Μακρῖα ἡ κοιλία ἡ τῆς Ἄννης γεγένηται· τὴν γὰρ ἐν κοιλίᾳ μέλλουσαν χωρεῖν τὸν μακάριον καὶ μὴ χωρούμενον Λόγον ἀπεγέννησεν, ἀναγέννησιν πᾶσι πιστοῖς παρεχόμενον.

Νῦν ὁ ζόφος τῆς κακίας ἐκμειοῦσθαι ἀπάρχεται· ἡ γὰρ τοῦ ἡλίου ἐμφυχὸς νεφέλη ἀνέτειλε στερητικῶν ἐκ λαγόνων ἡ πανάμωμος. ἥς τὴν γέννησιν τὴν φωταυγῆ ἐορτάσωμεν.

Ὡς κατάκιρπος ἐλαία, ἡ ἐκ ρίζης βλαστήσασα Ἰεσσαί, Παρθένος, Ἄννα σὲ βλαστάνει βλαστάνουσαν τὸν ἐλεήμονα Λόγον, οὗ τὸ ἔλεος καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ παντὸς προπορεύεται.

Ὁδὴ ε'.

Τὸ ἐσφραγισμένον νῦν βιβλίον ἀποτίχεται, ὅπερ ἀναγνώσεται αὐθόλως φύσεως νόμῳ βροτῶς, τηρούμενον Λόγου εἰς κατοίκησιν, καθὼς βιβλοὶ προεδήλωσαν θεηγόρων ἐν Πνεύματι.

Ἡ ἀμπελος σήμερον ἐτέχθη ἡ σωτήριος, ἥτις τὸν ἀκήρατον ἀνθήσει βάτρυν τὸν θεῖον γλεῦκος προχέοντα, ἐξ οὗ πᾶς ὁ πίνων μυστικῶς θείαν καὶ σωτήριον εὐφροσύνην καρπώσεται.

Σχιρτήσατε, ἄγγελοι, ἀνθρώποις συγχορεύοντες· σήμερον ἐκ στείρας ἡ Παρθένος ἀποτεχθεῖσα τὴν λύπην ἔπαυσε, καὶ προσιμιάζεται χαρὰν τοῖς πανηγυρίζουσι τὴν αὐτῆς θείαν γέννησιν.

Θεῖος προδιέγραψε προφήτης προδηλότατα τόμον σε καινὸν, ἐν ᾧ δακτύλῳ Λόγος πατρός, Κόρη,

(4) Hæc est veluti propria B. Virginis nota, qua ipsa ab aliis Adæ filiis secernitur, scilicet quod sit tota immaculata. Et cum de hac voce tota quasi in proverbium abierit apud omnes: Qui totum dicit, nihil excludit, Josephus B. Virginem totam immaculatam appellans, in nulla vite parte eam fuisse

simus est, o Virgo; in quo ille sedens secundum carnem 2 eos qui in perditionis tenebris sedent excitabit ad lucem scientiæ propter bonitatem suam.

Ode 3

Mira fecunditate prædita terra ex terra nascitur infecunda; et fecundissimum fructum gignet, agricolam scilicet bonorum; et spicam vitæ allatricem quæ nutrit omnes divina voluntate.

Pullulavit hodie virga virginitatis, ex qua nos efflorebit sator noster Deus, qui mala germina rescindit propter summam bonitatem suam.

Vide quomodo mons a lapicida intactus, et a petra sterili natus, intellectualem lapidem fructificat, qui universa superbissimi hostis simulacra confringet.

Expresserunt te ante legis præsignationes, o Puella: etenim præter consuetum morem Legislatorem in utero conceptum gestas, qui te supra rationis captum, incorruptam atque immaculatam conservat.

Ode 4.

Longe angelis sublimior puella nascitur in terra; quæ in sanctitate et puritate est incomparabilis, et quæ Christum pariet, omnium purgationem, sanctificationem, et perfectam redemptionem.

Lætus ac beatus Annæ uterus effectus est; etenim illam generavit, quæ Verbum beatum, quod a nulla re capi potest, atque omnibus fidelibus regenerationem præstabit, in utero suo continebit.

Atra malitiæ caligo nunc incipit imminui; animata enim solis nubes orta ex sterilibus lumbis illa scilicet tota immaculata (4); ejus fulgentem nativitatem solemni ritu celebremus.

3 Es velut oliva fructifera, o Virgo, quæ ex radice Jesse germinasti: Anna te protulit, mox producturam Verbum misericors, quod semper misericordia et veritas præcedunt.

Ode 5.

Nunc liber signatus paritur, quam nullo modo secundum naturæ legem leget mortalis homo, cum reservatur ad Verbi habitationem, quemadmodum antea libri theologorum in Spiritu declaraverunt.

Vitis salutifera hodie data est, ex qua botrus ille incorruptibilis efflorebit, qui divinum mustum profundit, de quo quisquis mystice bibit, divinæ ac salubris lætitiæ fructus percipiet.

Movete choreas, o angeli exultantes simul cum hominibus. Hodie ex sterili Virgo nata, mœrorem eliminavit, et principium dedit lætitiæ iis qui divinam illius Nativitatem concelebrant.

Indicavit te ante divinus propheta manifestissime, volumen novum te appellans, o Puella: in quo pa-

maculatam profecto voluit. Maculæ enim nihil inesse debet illi, qui non in parte, sed in toto immaculatus est. Cum igitur B. Virgo sit tota immaculata, quoad totum vitæ suæ tempus, atque adeo etiam in ipso conceptu, qui est cujusque prima pars, debuit esse immaculata.

terno digito scribetur Verbum, quod in libro vitæ A
 ascribit ex sua bonitate omnes obtemperantes im-
 perio suo.

Ode 6.

Natus est hodie pons transferens ad lucem genus
 humanum: Scala cœlestis, mons Dei clarissimus,
 videlicet Deipara puella, quam beatificemus.

Instar conchæ Anna protulit purpuram, quæ la-
 nam incarnationis Regis tinctura est in posterum:
 quam omnes pro dignitate hymnis celebremus.

Scaturiit nunc tanquam fons ex parva gutta, illa
 tota immaculata (5), quæ abyssum salutis pariens,
 immensa & idololatriæ fluentia desiccabit.

Nata es velut germen ex radice infecunda, et ma-
 litie spinas divino germine tuo quod supra naturam
 pullulavit, radicibus excidisti, o Puella Dei genitrix
 semper beatissima.

Ode 7.

Anna, et Joacim beatificantur, quia pepererunt
 beatam revera ac puram Dei Matrem, quæ beatum
 Verbum paritura est, quod universos fideles efficit
 beatos.

Tui genitores, donum pretiosum te, o castissima,

(5) Denominatio immaculatae absque alio addito
 restringente omnino fert, ut ipsa absolute, et sim-
 pliciter, atque adeo per totam vitam omni macula
 caruerit: quia videlicet vox immaculata non po-
 test in Deiparam in universum cadere, si ipsi pro
 primo instanti non quadraverit. Nam ut opportune
 dixit Paschasius libro *De corpore et sanguine Do-*
mini: « Non est ergo immaculata, quam navi
 obscuritas dedecorat: » quippe attributum immacu-
 late profert velut virginitatem animæ, per elonga-
 tionem sive abscëssum ab omni mortali peccato,
 quod animæ stuprum, et vim affert, ut proinde Chry-
 sostomus homil. 24 in Epist. ad Ephesios peccatum
 appellaverit *animæ devirginationem*. Ergo sicut vir-
 ginitas corporea sonat omnimodam corporis virgi-
 nitatem nullo impuro commercio violatam, ita ut
 nullus virginem dixerit feminam, cujus corporis
 nitor non sit omnino illibatus, etiam si post carptum
 aliquando florem illum, omnimodam sanctitatem
 colat; et corporis munditiem accurato studio servet,
 quod nimirum virginitas omnia temporis spatia,
 sivi momenta complectatur; et in indivisibili (ut
 sic dixerim) consistat; ita prorsus non potest dici
 per antonomasiam immaculata (quemadmodum
 B. Virgo dicitur) quæ fuit aliquando maculata,
 quantumcunque postea niteat, emaculetur, atque
 sanctificetur: quod vox immaculata negationem
 alicujus contractæ maculæ singillatim denotet.
 Quod si aliquis objiciat infirmam ab hac voce im-
 maculata pro Mariæ immunitate desumi argumen-
 tationem, cum in Scriptura sæpius dicantur imma-
 culati, qui maculæ originali sunt obnoxii, ut
 psalm. xxxvi: *Novit Dominus dies immaculatum*;
 psalm. xviii: *Tunc immaculatus ero*; psalm. xvii:
Et ero immaculatus cum eo; et alibi. Imo vero
 Exodi xxix et Levitici iv, arietes, vituli, oves et
 agni dicuntur immaculati. Respondeo, nihil valere
 objectionem, eam eadem ratione homines Dei dici
 possint, quod in psalm. viii (ipsomet Dei Filio lo-
 cutionem firmante apud Joan. cap. X) dicatur:
Ego dixi: Dii estis; cum tamen vox quæ se ipsa di-
 vinitatem præ se fert, cum hominibus tribuitur,
 divinitatem minime significet, quod ipsis addicta,
 aliam a divinitate, a qua ipsi longe eunt, signifi-
 cationem habeat. Cui enim sit dubium nomina et

Ὡδή 6.

Ἐτέχθησθε σήμεραν γέφυρα μετάγουσα πρὸς φῶς
 τὸ ἀνθρώπινον, κλίμαξ οὐράνιας, δρῶς Θεοῦ ἐμφα-
 νέστατον, ἡ Θεοτόκος κόρη, ἣν μακαρίζωμεν

Ὁ κόχλος Ἄννα προήγαγε πορφύραν, τὴν τὸ
 ἔριον βάψασαν τῆς σωματώσεως τοῦ Βασιλέως, εἰς
 ὕστερον, ἣν ἐπαξίως πάντες ὑμνολογήσωμεν.

Πηγὴ νῦν προελήλυθε βανίδος ἐκ μικρᾶς ἡ παν-
 ἀμωμος, ἥτις τὴν ἄβυσσον τῆς σωτηρίας κηύσασα
 πολυθείας παύσει ἀπειρα ρεύματα.

Ἀχάρπου ῥίζης ἐδλάστησας, καὶ πρόβριζον κα-
 χίας τὴν ἀκανθὰν τῷ ὑπὲρ φύσιν σου θεῷ βλαστῶ
 ἐναπέτεμες, Θεογεννητορ κόρη, ἀειμαχάριστε.

Ὡδή 7.

Ἰωακείμ τε καὶ Ἄννα μακαρίζονται ἀποκυήσαν-
 τες τὴν μακαρίαν σαφῶς ἀγνήν Θεομήτορα, τὴν
 τὸν μακάριον Λόγον τέξασαν, τὸν μακαρίους ἀπαν-
 τας τοὺς πιστοὺς ἀποτελοῦντα.

Δῶρον τίμιον ἐκτήσαντό σε, πάναγνε, οἱ σοῦ

epitheta, secundum personas quibus dantur, fore
 accipienda: et aliter dici Christus immaculatus ut
 ad Hebr. 9, *Semetipsum obtulit immaculatum Deo*;
 et I Petri ii, *Sed pretioso sanguine quasi Agni im-*
maculati Christi: aliter B. Virgo immaculata, ali-
 ter homines immaculati. Ut enim Christus Domi-
 nus in divina persona subsistens natura sua
 immaculatus est, ita B. Virgini ex singulari privi-
 legio immaculatam esse competit, ut Matrem Dei
 decet, ac proinde undequaque immaculatam juxta
 propriam vocis significationem per negationem cu-
 juscunque maculæ pro quocunque instanti dici de-
 bere. Quod quidem, ut hominibus non competit,
 ita cum eos immaculatos dicimus, minime volumus
 significare, sed eam puritatem illis subesse, quæ
 humanæ naturæ peccato originali subditæ propria
 est. Sicut cum oves et arietes dicuntur immacu-
 lati, ea tantum extrinseca innuitur munditia, quæ
 in pecoribus desideratur. Ex quibus plane evinci-
 tur ex S. Josephi mente Deiparam eo sensu imma-
 culatam dici, quod tota pulchra et sine macula
 actuali vel originali sit: nec aliud omnium fide-
 lium auribus tinnire Mariam esse immaculatam,
 quam ipsius etiam conceptionem, immaculatam
 fuisse. Nonne appellatio Theotocos sive Matris Dei
 adeo B. Virginis Mariæ est propria, ut non sine
 insano errore alteri præter ipsam attribui possit,
 quod sola ipsa proprie et vere dicenda sit Mater
 Dei? Attamen plures ab officio sunt mætres Dei,
 ipsomet Dei ac Mariæ Filio affirmante: *Qui fecerit*
voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse meus
frater, et soror, et mater est. (Matth. xii). Ecce
 ergo qua ratione et justi dici possint, ac sint im-
 maculati, et Maria dicatur immaculata. Illi quidem
 ad eum modum, quo per vocabuli et significationis
 ejus extensionem mætres Dei etiam appellantur.
 Maria proprie unice et juxta nativam ac germanam
 significationem tum Mater Dei, tum immaculata
 appellatur ac sit, sicut jubente divino Spiritu Can-
 tic. vi. *Una est columba mea, perfecta mea*, seu ex
 Hebræo, *immaculata mea*: ubi cum dixit *una*, om-
 nino expressit soli Mariæ convenire proprie imma-
 culatam esse. Vide Velasquez *de Maria immacu-*
late concepta libr. iv. Dissertat. 3, Annot. unica

γεννητορες, . . . ευλλαθοῦσαν Θεόν, τὸν καταπλου-
τήσαντα δωρεαῖς κρείττοσι τοὺς κραυγάζοντας· Ὁ
τῶν πατέρων Κύριος καὶ Θεός, εὐλογητὸς εἶ.

Οἱ μασθοὶ σου ὑπὲρ οἶνον ἀγαθώτατον, Ἄννα
θεὸκλήτε, ὅτι μασθοῖς ἀγαθοῖς τὴν τὸν ἀγαθώτατον Λό-
γον θηλάσασαν σὺ ἐθήλασας, τὸν χορηγὸν τοῦ γάλα-
κτος καὶ πνοῆς τροφῆα πάσης.

Σκίρτα, κρούε τὴν κινύραν σου, θεόπνευστε Δα-
βὶδ, καὶ χόρευε· ἡ κιθαρὰ γὰρ ἰδοῦ ἦν πάλαι
προηγγείλας, ἐκ στείρευούσης γαστρὸς προελήλυθε,
τῷ Βασιλεῖ τῆς κτίσεως καὶ Θεῷ τετηρημένη.

ᾠδὴ η'.

Κινήσωμεν γλώτταν ὑμνωδίας, τὸ θεῖον γενέθλιον
γεραίροντες τῆς τὸν ὑπερύμνητον Λόγον καὶ ὑπέρ-
θεον σωματώσεως Πνεύματι, καὶ ἀνακράζωμεν·
Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς
πάντας τοὺς αἰῶνας.

Οἱ θεοὶ, σκιρτήσατε, προφῆται, τιμῶντες Παρθέ-
νου τὸ γενέθλιον· αὐτὴ γὰρ ἐπλήρωσε πάντα τὰ
κηρύγματα, τὸν ὑφ' ἡμῶν δηλούμενον ἀποκυτήσαντα
Χριστὸν, τὸν τοῦ παντὸς Βασιλέα, ὃν ὑπερυψοῦμεν
εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ῥήξατε, τὰ ἕρη, εὐφροσύνην, ἀπόστολοι, μάρτυρες,
χορεύσατε, ὅσιοι καὶ δίκαιοι νῦν ἀγαλλιάσθητε τῷ
γενεθλίῳ σήμερον τῆς τοῦ Κυριομήτορος, καὶ Κύριον
ὑμνεῖτε βοῶντες καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ἦνθησε τὸ μῆλον τὸ εὐώδες, τὸ ῥόδον τὸ θεῖον πε-
φανέρωται, καὶ κατευωδίᾳ ἐπλήρωσε σήμερον τὰ
πέρατα, καὶ τὸ δυσώδες ἔπαυσε τῆς ἀμαρτίας ἡμῶν
ἡ πάναγνος καὶ μήτηρ τοῦ Λόγου, ἣν ὑπερυψοῦμεν
εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Στείρευούσα φύσις τῶν ἀνθρώπων, σεπτῶν χαρι-
σμάτων τῶν θεοῦ Πνεύματος, σήμερον εὐφράνθητι
στεῖρα, τὴν θεόπαιδα ἀποτεχθεῖσαν βλέπουσα, καὶ
ἀναδόξασον· Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα, καὶ ὑπερ-
υψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

ᾠδὴ θ'.

Ἰδὲ τοῦ Θεοῦ ὁ τόπος ὁ ἅγιος προφανῶς δέδεικται,
πόλις ἡ περιδοξος τοῦ Βασιλέως ἀνωκοδόμηται, ὁ
φωταυγῆς παράδεισος φαιδρῶς ἐξήνθησε, παρα-
δεισῶ πρόξενος ὑπάρχουσα, πρὸς Χριστὸν τε ἀν-
θρώπων οικείωσιν.

Ἄφθη ἡ λαμπὰς λυχνία τε σήμερον, ἡ χρυσαυγί-
ζουσα φῶς τὸ προαιώνιον, ἐν ἣ οἰκῆσαν τοὺς ἐν
νυκτὶ τῶν δεινῶν καταφωτίζει, παύσει τε τῆς ἀθείας
ἀχλὺν, καὶ ἡμέρας πάντας ἀπεργάσεται κοινωνοῦς
ἀληθῶς διὰ πίστεως.

Σήμερον ἡ γῆ χορεύει· τὸν νέον γὰρ οὐρανὸν

(6) Bernardinus de Busto in Mariali serm. 5, de
Concept. parte III, probans Mariam in rosa fuisse
figuratam Eccles. xiv, ubi in persona Virginis di-
citur : *Et quasi plantatio rosæ in Jericho*, ait
inter alia : « Rosa de spinis nascitur, et tamen spi-
nam non habet; sic Virgo Maria quamvis de Ju-
da, quæ utique peccatis spinosa erat, nata sit,
nullum tamen spinæ, id est peccati, aculeum sensit. »
Unde de ipsa Virgine canit Ecclesia in Officio As-
sumptionis ejusdem : *Et sicut dies verni cir-
cumdabant eam flores rosarum.* In Missali etiam

acquiesierunt, quæ concepisti Deum ditantem me-
lioribus donis eos qui clamant : Deus ac Dominus
patrum, benedictus es.

A Deo vocata Anna, meliora sunt ubera tua vino ;
tu enim illam lactasti, quæ bonis uberibus lactavit
optimum Verbum, auctorem lactis, et omnis spiritus
nutritorem.

Exsulta, o David a Deo inspirate; percutite cytha-
ram tuam, et tripudia; ecce enim Arca, quam olim
prænuntiasti, ex utero sterili processit, Regi crea-
turarum omnium ac Deo reservata.

Ode 8.

Cum hymnorum canticis linguam moveamus,
illius natalitatem divinam venerantes, quæ Verbum
superlaudatum, ac superdivinum per Spiritum cor-
poravit, et exclamemus : Benedicite, opera, Dominum,
et superexaltate in omnia sæcula.

Adeste exsultantes, o prophetæ divini, atque
honorate natalem Virginis diem : ipsa enim omnes
adimplevit prædictiones, pariens Christum pro nobis
manifestatum, universi Regem, quem superexal-
tamus in omnia sæcula.

5 Nunc erumpite, montes, lætitiā; apostoli ac
martyres, choreas ducite; sancti et justī, exsultate
hodie in Natali Matris Domini, et Dominum laudate
clamantes, et superexaltate in sæcula.

Odoris suavissimi pomum floruit; rosa divina
apparuit (6), et universas terræ fines hodie replevit
suaveolentia, ac peccati nostri fetorem eliminavit,
castissima scilicet Verbi mater, quam superexal-
tamus in omnia sæcula.

Infecunda venerandorum charismatum divini Spi-
ritus, latere hodie, o hominum natura, videns
divinam puellam ex sterili nascentem, et exclama :
Laudate opera Dominum, et superexaltate in omnia
sæcula.

Ode 9.

Ornatus sanctitate Dei locus ecce hodie manifeste
monstratus est; civitas gloriosa Regis ædificata
est: Paradisus refulgens splendide effloruit; et homi-
nibus paradisum, et cum Christo reconciliationem
acquisivit.

Splendida lampas, et lucerna hodie apparuit, quæ
aureo æternæ lucis fulgore coruscat: in qua eadem
lux inhabitans, eos qui in nocte malorum morantur
illuminabit, et impietatis nebulam dissolvit, et
omnes per fidem participes diei vere efficiet.

Exsultat hodie terra novum cælum (7) Deo jucun-

Romano antiquo, ut refert Balinghen in *Parnasse
Mariano*, pag. 23, olim canebatur de B. Virgine :

*Hæc concepta miro modo
est, ut rosa cum nitore
et ut candens liliū.*

*Ut fructus exit a flore
est producta cum puore
prieventa per Filium.*

(7) Quia non fuit a terrenis pristini flagitii con-
tagiis coinquinatum, sed a conceptionis initio in

dissimum natum aspiciens ; in quo inhabitans secundum carnem, supra caelos attollet homines, et deificabit omnes bonitate sua : quem laudantes fideliter magnificamus

Pulcherrimum binarium Joacim, et Anna genuerunt juveneam immaculatam, ex qua prodiens vitulus saginatus, pro mundo sacrificatus est, tollens peccata hominum, et cessare faciens hostias illas, quæ daemonibus offerebantur.

6 Honorantes solemni conventu in spiritu luciferam nativitatem tuam, illumina nos, o Dei genitrix, quæ lucem peperisti : et fac nos, o casta, futuræ lucis participes, et pacem, et redemptionem a rebus malis concede maternis intercessionibus tuis.

II.

In pervigilio ingressus in templum sanctissimæ Deiparæ, Canon II (8), ordine alphabetico.

Ode 1.

Ad Sancta sanctorum Sanctissima atque integerima progreditur, ibidem inhabitatura, ut sanctitate omni majoris Dei fiat templum sanctificatum ; et illi accurrunt adolescentulæ puellæ.

Æternum consilium Dei nostri qui est ante sæcula ad finem devenit, dum tu, o puella, tota pura in Sancta sanctorum, ibidem educanda, progredieris, ut fias habitaculum Verbi.

Bono Dei spiritu pleni genitores, te futuram Dei genitricem obtulerunt in Sancta sanctorum, ut ibidem educareris, o castissima, votum quod olim voverant, persolventes.

Corroborata, o Domina, infirmitatem cordis mei, et confirma me passionibus exagitatum, ut cum fide et affectu beatificem te, semper beatissimam atque immaculatissimam (9).

7 Ode 3.

Deferentes lampadas puellæ Virginem præcedebant,

beatam Dei sedem erectum. Hinc Bernardinus de Busto in *Mariali* serm. 2, de Concep., initio, ait : « Per caelum intelligi potest anima Virginis, quam Deus Pater, simul cum Filio, et Spiritu sancto, absque ulla corruptione aut macula fabricavit. » Et Georgius Nicomediensis serm. 3 de concept. Virginis in hunc modum scribit : « Hodie terra illustrioribus supra caelum gratiæ fulgoribus latam faciem explicat, augustius caelo spirituali claritate splendet, majori supra mundi caelum decore pollet, quippe natum suscipit superius caelum. Caelum, inquam, eximie lucidum ac spatiosissimum, quod mundo non occidentem solem, sed eum præterdat, qui nescit occasum, caelum plane non visibilibus stellis, sed spiritualium luminum accensione variam. » Sic ille. « Quid luculentius (inquit in suis *Exceptionibus* cap. 13, ubi ejus verba affert P. Joan. Eusebius Nierembergus), cum vocet Virginem in sua conceptione caelum spiritualium luminum accensione varium, scilicet cum lumine gratiæ et virtutum? Nec enim hæc dixit propter solam nativitatem Deiparæ, sed potissime propter ejus conceptionem. Quamvis enim utramque celebret, id facit communibus utrique laudibus, et quidem maxime Conceptionis, quam primo loco commendat. »

Magnus quoque Albertus in tractatu quem inscripsit : *Biblia Mariana*, comparans B. Virginem

Α ἔδλεψε Θεοῦ τὸν τερπινότατον ἀποτεχθέντα, ἐν ᾧ οἰκήσας σαρκί, τῶν οὐρανῶν ἀναβιδάδει βροτοῦς, καὶ θεώσει πάντα ἀγαθότητι, ὃν ὕμνοῦντες πιστῶς μεγαλύνομεν.

Ἡ περικαλλῆς δυὰς ἀνεβλάστησεν Ἄννα καὶ Ἰωακείμ δάμαλιν τὴν ἀσπίλον, ἐξ οὗ ὁ μόσχος ὁ σιτευτὸς προελθὼν ὑπὲρ τοῦ κόσμου τέθεται αἵρων τὰ πταίσματα τῶν ἀνθρώπων, τὰς προσαγομένας τε καταπαύων θυσίας τοῖς δαίμοσι.

Φώτισον ἡμᾶς, τὸ φῶς ἡ κυήσασα, τοὺς τὴν Φωσφόρου σου γέννησιν ἐν πνεύματι, Θεογεννητορ, πανηγυρίζοντας, καὶ τοῦ φωτὸς τοῦ μέλλοντος δείξον, ἀγνή, κοινωοῦς, καὶ εἰρήνην βράθεισον, καὶ λύτρωσιν τῶν δεινῶν μητρικαῖς ἰκεσίαις σου.

B'

B Ἐν προορτία τῆς ἐν τῷ γαῶ εἰσόδου τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Κανὼν β', κατὰ ἀλφάβητον.

ᾠδὴ α.

Ἄγιων εἰς Ἄγια ἡ Παναγία καὶ ἄμωμος οἰκήσαι προέρχεται, ὑπεραγίου Θεοῦ ὅπως γένηται ναὸς ἡγιασμένος, καὶ ταύτῃ προτρέχουσι κόραι νεάνιδες.

Βουλὴ προαιώνιος τοῦ πρὸ αἰώνων Θεοῦ ἡμῶν εἰς πέρας προσέρχεται, προτερχομένης σου ἀνατραφῆναι εἰς Ἄγια ἁγίων εἰς Λόγου κατοίκησιν, κόρη πανάμωμε.

Γεννήτορες ἐνθεοὶ σε τοῦ Θεοῦ τὴν γεννητρίαν γενήσεσθαι μέλλουσαν ἀνατιθέασιν εἰς τὰ Ἄγια τραφῆναι τῶν ἁγίων, εὐχὴν ἦν ὑπερ ἠύξαντο πληροῦντες, πάναγνε.

Δυναμῶσον, Δέσποινα, τὸ ἀσθενὲς τῆς καρδίας μου, καὶ στήριξον πάθει περιτρεπόμενον, ὅπως πίστει σε καὶ πόθῳ μακαρίζω τὴν ἀειμακάριστον καὶ παναμώμητον.

ᾠδὴ γ.

Ἐξάρχουσαι κόραι τῆς Παρθένου, λαμπάδας

caelo empyraeo, in hunc modum loquitur : « Empyraeum quam cito factum est, statim dispositum est, ornatum est, quod non alii Coeli, sic ipsa in gratia et sanctificatione. » Ubi supponit, conditam in conceptione Virginem cum ornatu gratiæ et simultanea sanctificatione.

P. J. Eusebius Nierembergus in suis *Exceptionibus* cap. 8. cum dixisset B. Virginem a synodo Francofordiensi sub Adriano papa I. in epistola quam scripsit ipsa synodus ad præsules Hispaniæ, caelum fuisse appellatam, subdit : « Vocavit caelum sancta Synodus carnem sanctissimæ Virginis ob eximiam puritatem suam, et perpetuam Dei habitationem in illa. Caelum enim nunquam maledictum fuit, sicut terra, in eoque a principio creationis suæ Deus inhabitavit ; sic sanctissima Virgo nunquam fuit maledicta, sed purissimum Spiritus sancti habitaculum ab ipsa origine sua. Idcirco notavit synodus Christum caelestem hominem de caelo, id est, de purissima et nunquam maculata Matre. »

(8) Hic canon in pervigilio ingressus in templum sanctissimæ Deiparæ Græce habetur in Menæis Græcorum sub die 20 Novembr. et Græce ms. in codice Bibliothecæ Barberinæ n. 201, p. 125.

(9) Non fuisset B. Virgo semper immaculatissima, si in primo instanti sui esse, peccato originali, quod macula est, inquinata fuisset.

κατέχουσαι φαιδρῶς τὸ μέλλον ἀπογράφουσαι, ἐκ αὐτῆς γὰρ τεχθήσεται ὁ φωτισμὸς τῆς γνώσεως λέων τῆς πλάνης τὴν ζόφωσιν.

Ζηλοῦσα τὴν πάλαι θεοφρόνως ἡ Ἄννα εὐχὴν ἀποπληροῖ, καὶ σε προσανατίθεται τῷ ἱερῷ, πανόμωμε, ἱερωτάτην σύλληψιν μέλλουσαν ἔχειν καὶ γέννησιν.

Ἡλιος ἐφήπλωσεν ἀκτίνας, ὁρῶν τὴν νεφέλην τοῦ φωτὸς ἐφαπλουμένην Πνεύματι Θεοῦ ἔνδον εἰς Ἄγια, ἐξ ἧς ὀμβρήσει ἄφειν τοῖς χερσθεῖσιν ἐγκλήμασιν.

Θεοὶ με Θεὸς ἐν σοὶ σκηνώσας δι' οἶκτον, πανάχραντε ἀγνή, κλαπέντα βρώσει πρότερον ἀπάτη τῆ τοῦ ὄφραως, καὶ τῆς φθορᾶς τὴν ἀφθαρτον πάλιν τρυφήν ἀντιδίδωσιν.

Ὁδὴ δ'.

Ἱεραὶ προήγγειλαν γλώσσαί, σεμνή, ἔσεσθαι χωρίον σε φύσεως τῆς ἀχωρήτου· διὰ τοῦτό σε χοροὶ παρθενικοὶ προπέμπουσι λαμπαδηφοροῦντες εἰς Ἄγια.

Κλέος ἀπηνέγκατο Ἰωακείμ Ἄννη συμβαδίζων, καὶ φέρων σε σὺν εὐωχίᾳ εἰς τὸν ἅγιον ναὸν, ναὶ Θεοῦ πανάγιε, ἀχραντε πανάμωμε Δέσποινα.

Λύεται ἀπόφασις προγονική· ἤνθησεν ἰδοὺ γὰρ ἡ ἄμπελος, ἥτις τὸν βότρυον τὸν ἀκήρατον ἡμῖν καρπογονήσει, φέροντα οἶνον εὐφροσύνης τοῖς πέρασιν.

Μόνην σε πανάμωμον ὁ πλαστοουργὸς Λόγος εὐρηκῶς κατεσκήνωσέν σου ἐν νηδύϊ, εργαζόμενος ἡμῶν τὴν σωτηρίαν, ἀχραντε, χάριτι δι' ἄφατον ἔλεος.

Ὁδὴ ε'.

Νεφέλαι θανάτωσαν δικαιοσύνην σήμερον, ὡς ἐν οὐρανῷ γὰρ ἐφαπλοῦται θεία νεφέλη ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ, ἥτις ἀποστάξει γλυκασμὸν, πᾶσαν τῶν ψυχῶν ἡμῶν τὴν πικρίαν ἐξαίροντα.

Ξένη σου ἡ σύλληψις, ξένη σου ἡ γέννησις, ξένη σοῦ ἡ πρόοδος, Παρθένε, ἡ ἔνδον τοῦ ἱεροῦ ἀγωγή· ξένα καὶ παράδοξα τὰ σὰ λόγον ὑπερβαίνοντα καὶ διάνοιαν, ἀχραντε.

Ὅλην σε ἠγίασε τὸ Πνεῦμα τὸ πανάγιον ἔνδον τοῦ ναοῦ διαιτωμένην καὶ τρεφομένην τροφήν οὐράνιον· νόμφη τοῦ Πατρὸς περικαλλῆς, ὅθεν ἐχηρημάτισας καὶ τοῦ Λόγου γεννήτρια.

(10) Ergo si tota pura et immaculata, in nulla sui parte, nec in conceptione, quæ est uniuscujusque vitæ pars prima, fuit impura et maculata : Qui enim totum dicit, nihil excludit.

(11) Potestne pro immaculata B. Virginis conceptione testimonium clarius et luculentius inveniri? Quomodo enim B. Virgo sola caruit omni macula, si, cæterorum instar, originali macula in suo conceptu sorduit? Universa terra Ægypti Pharaoni tributum persolvebat, excepta terra sacerdotali, quæ immunis ab hoc onere fuit; sic quoque, licet homines reliqui noxam originalem contrahentes, quodammodo tributum dæmoni pendant,

manifesto id quod futurum erat subindicantes : ex ipsa enim nascitura erat illuminatio scientiæ quæ erroris tenebras dissolveret.

Divina sapientia prædita Anna, ac zelo plena antiquum votum suum complet, teque, o immaculatissima, præsentat in templo, quæ sacerrimam conceptionem, et partum habitura eras.

Explicuit sol radios suos, lucis nubem aspiciens expansam impulsu divino intra Sancta sanctorum, ex qua indulgentia desolatione plenis criminibus pluitura erat.

Facit me Deitatis consortem Deus, qui in te habitavit, o tota pura, et casta, propter suam misericordiam : cum prius deceptus essem per cibum serpentis fraude : et pro corruptione, incorruptibiles iterum delicias rependit.

Ode 4.

Genus sacrum prophetarum prænuntiaverunt, o veneranda, fore receptaculum naturæ incomprehensibilis ; propterea virginales chori te comitantur in Sancta sanctorum cum lampadibus.

Gloriam retulit Joacim una cum Anna incedens, et ferens te cum festivitate convivali in templum sanctum, o templum Dei sanctissimum, Regina tota pura, et immaculata (10).

Hodie primis parentibus irrogata sententia aboletur : ecce enim floruit vitis, quæ fructificabit nobis botrum incorruptibilem, afferentem vinum lætitiæ universis finibus terræ.

(11) Invenit te solam omni macula carentem Verbum plasmator rerum, et ideo in utero tuo habitavit operans salutem nostram propter ineffabilem misericordiam suam.

Ode 5.

Large pluant hodie nubes justitiam ; etenim tanquam in cælo expanditur in templo Dei divina illa nubes, quæ dulcedinem stillabit, universam animarum nostram amaritiam auferentem.

Labe omni carens Virgo, peregrina est conceptio tua ; peregrina est nativitas tua, (12) peregrinus ingressus, et vita acta in templo ; peregrina et admiranda, et sermonem et cogitationem transcendentia omnia quæ tua sunt.

Morantem te in templo atque ibidem cœlestibus escis vescentem, Spiritus sanctissimus totam sanctificavit : unde speciosissima sponsa Patris, et Verbi Genitrix facta es.

sola tamen terra sacerdotalis Maria, propter sacerdotem Christum ex ea gignendum, immunis ab hoc Stygii Pharaonis tributo permansit.

(12) Peregrina est conceptio tua : peregrina est nativitas tua ! Non enim decebat sanctuarium Dei, domum sapientiæ, reliquiarium Spiritus sancti, urnam mannæ cœlestis, aliquam in se habere peccati labem, atque ideo labe omni carens Virgo dicitur a Josepho. Vocavit autem Josephus conceptionem passivam B. Virginis peregrinam, quia non ut aliorum conceptiones in peccato, sed sola sine peccato originali.

Nunc omnem spem meam in te, o puella, repono; ad misericordias tuas confugio: fac liberam a daemonum nocimento animam meam dejectam, et ad languorem redactam a concupiscentiarum influxibus.

Ode 6.

Obfirmati gratia divina divini Virginis genitores, tanquam columbam immaculatam in Sancta sanctorum, ut ibidem educaretur, cum effectu illam obtulere.

Orientem ex luce lucem cum esses in te susceptura, venerandæ puellæ splendidam lucem accendentes et choreas ducentes, te ad divinum templum præcedebant.

Plenum gloriæ palatium, magna prophetarum circumsonatio, thronus sanctus in Sancta sanctorum collocatur omnium Regi præparatus.

Quibus possum laudibus effero, o Puella, conceptionem tuam, et ineffabilem partum tuum: commendando protectionem tuam, per quam ab omni læsione liber evado, ego, qui adducor ad tuam serenitatem.

Ode 7.

Radiantem tanquam solem (13) excipit te templum sanctum intra se, effundentem inde salutare splendores in omnes fines terræ, o casta Virgo, sanctissimum templum facturum esse Filii Dei.

Sublatis manibus omnes plaudite videntes in nuptiam, quæ fert redemptionis signa; etenim per manus angeli enutritur, quippe quæ paritura est nobis ineffabiliter panem cœlestem.

Tenebricosum sub terra domicilium incolentes animæ justorum universæ felix nuntium accipite: columba aurea apparuit quæ spiritualis diluvii cessationem adducit, et in Sancta sanctorum cum religioso tripudio ingreditur.

Ut pote speciosa speciosum peperisti, qui deformitatem nostram in pristinam restituit effigiem, o Puella tota immaculata (14), propterea illi canimus. Patrum Dominus et Deus benedictus es, etc.

Ode 8. Alphabetum.

Audi, et intellige, venerande senex, dixit Anna Zachariæ:

Accepi voluntate divina Puellam venerandam.

Bono magnoque animo hanc tu suscipe.

Conceditur enim per illam redemptio: et in Templo sancto offer illam, clamans: Benedicite, omnia opera Domini, Domino.

Dominus solus benedictus, exclamavit sacerdos.

10 Dedisti nobis nunc aperte intueri ingressus vitæ.

(13) Bernardinus de Busto in Mariali serm. 5, de concept. parte 3, probans Mariam in sole figuratam psal. 18, ubi dicitur: *In sole posuit tabernaculum suum*, ait inter cætera: « Per solem intelligitur B. Virgo, quia sicut sol clarior est omnibus sideribus, et est incorruptibilis: sic B. Virgo in sua conceptione fuit clarior, et purior omnibus creaturis, et fuit incorrupta ab omnibus peccatis. » Idemque loco citato serm. 8, non longe a principio, explicans de B. Virgine illud Eccles. 26,

Πρὸς σέ μου τὴν ἅπασαν ἐλπίδα, Κόρη, τίθηναι, πρὸς τοὺς οἰκτιρμούς σου καταφεύγω· βλάβης δαιμόνων δεῖξον ἀμέτοχον τὴν καταπτωθεῖσάν μου ψυχὴν, καὶ ἐξασθενήσασαν ἡδονῶν ἐπικλύσειν.

Ὁδὴ 6.

Σωθέντες τῆ θεῖα χάριτι οἱ θεοὶ τῆς Παρθένου γεννήτορες, ταύτην ὡς ἄμωμον περιστερῶν εἰς τὰ Ἅγια ἀνατραφῆναι πόθῳ ἀνατιθέασιν.

Τοῦ τῆς μελλούσης εἰσδέχεται τὸ φῶς τὸ ἐκ φωτὸς προερχόμενον φῶτα ὑφαπτόμεναι κόραι σεμναὶ προπορεύονται φωτισθεῖσαι πρὸς θεῖον ναὸν χορεύουσαι.

Τὸ πλήρες δόξης παλάτιον, τὸ μέγα προφητῶν περιήχημα, θρόνος ὁ ἅγιος ἔνδον εἰς Ἅγια τίθεται τῷ Βασιλεῖ τῶν ὅλων ἐτοιμαζόμενος.

Ἕμνῳ σου, Κόρη, τὴν σύλληψιν, Ἕμνῳ σου τὴν ἀπόρρητον γέννησιν, Ἕμνῳ τὴν σκέπην σου, δι' ἧς βλάβης πάσης ῥύομαι, ὁ πρὸς τὴν σὴν γαλήνην κατεπειγόμενος.

Ὁδὴ 7.

Φωτοφόρον σε ὡς ἥλιον εἰσδέχεται ναὸς ὁ ἅγιος, ἔνδον ἀστράπτουσαν ἀκτῖνας τοῖς πέρασι σωτηριώδεις, ἀγνή, ὑπεράγιον ναὸν γενέσθαι μέλλουσαν τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ, Παρθένε.

Κεῖρας ἅπαντες κροτήσατε λυτρώσεως σύμβολα φέρουσαν τὴν ἀπειρόγαμον ὄρωντες· ἀγγέλου γὰρ χερσὶν ἐκτρέφεται, τὸν οὐράνιον ἄρτον ἡμῖν ὡς μέλλουσαν ἀπορρήτως ἀποτίκτειν.

Ψυχὰς ἅπασαι δικαίων ὑποχθόνιοι εὐαγγελίζεσθε· περιστερὰ ἡ χρυσῆ κατάπαυσιν φέρουσα κατακλυσμεῦ νοητοῦ πεφανέρωται, καὶ εἰς Ἅγια ἁγίων εὐσεβῶς περιχορεύει.

Ὡς ὠραία τὸν ὠραῖον ἀπεκύρσας, τὴν ἀμορφίαν ἡμῶν προσεπανάγοντα εἰς πρώτην ἐμφέρειαν, Κόρη πανάμωμε· ὧ καὶ φάλλομεν· Ὁ τῶν πατέρων Κύριος καὶ θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Ὁδὴ 8, κατὰ ἀλφάβητον.

Ἄκουε, σύνεε, πρεσβύτα σοφῆ, τῷ Ζαχαρίᾳ Ἄννα φησί.

Βουλήσει θεῖα ἦν ἔσχον παῖδα σεμνήν γενναίαν ψυχῇ ὑπόδεξαι.

Δι' αὐτῆς γὰρ ἔσται λύτρωσις, καὶ εἰς ναὸν τὸν ἁγίων ἀνάθου ταύτην βοῶν· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον.

Εὐλογητὸς ὁ μόνος Κύριος, ἐδόξασεν ὁ ἱερεὺς, Ζωῆς εἰσόδου νῦν ὑποφαίνεις σαφῶς.

Sicut sol oriens mundo, etc., inquit: « Sicut sol creatus est plenus lumine, et sine ulla tenebra; ita Mater Dei in conceptione sua procreata est fulgida lumine divinæ gratiæ, et nunquam obscurata fuit ulla peccati tenebra. »

(14) Quare tota immaculata, nisi quia, quoad omnem vitæ suæ partem, sine ulla peccati macula tota fuit? Non fuisset autem tota, si in prima vitæ suæ parte, quæ conceptio est, originalis peccati macula sordidata apparuisset.

Ἦμῖν φανερώσῃς ὅπερ μέλλει οἰκεῖν Θεοχώρητον Ἀ
παλάτιον Χριστός ὁ Βασιλεὺς τοῦ παντός, πρὸς ὃν
βοᾷ πᾶσι γῆ· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν
Κύριον.

Ἰδοῦ, πρεσβύτα σοφώτατε, ἡ Ἄννα ἔφησεν εὐ-
λαβῶς.

Καλλίστην παιδα ἦν δέδωκέν μοι Θεός·

Λαμπρῶς ὑποδέχου καὶ προφήτευσε.

Μόντην μέλλουσαν εἰς πράγματα προφέρειν τὰ κη-
ρύγματα μεθ' ὧν βοᾷς προφητῶν· Εὐλογεῖτε, πάντα
τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον.

Νῦν ἔγνω, γύναι, σαφέστατα, προφρόνως ἔφη
ὁ γηραιός,

Ξύλον ἐν μέσῳ ὡς ἐκπλαστάνειν ἐκ σοῦ,

Ὅπερ ἐξανθήσει θεῖον ὄντως καρπόν.

Παραδείσῳ εἰσοικίζοντι τοὺς βροτοὺς ἐξωσθέντας
φθορᾷ, ἀναβοῶντας χαρᾷ· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα
Κυρίου, τὸν Κύριον.

Ῥητῶν ἀρρήτων μυσέων ἡ σὴ ψυχῆ, Κόρη σεμνή.

Σαφῶς ὑπάρξει, ὁ πρέσβυς ἔφη τρανῶς.

Τὸν θεῖον ἰδοῦ, Παρθένε, οἰκεῖ ναόν.

Ἵπ' ἀγγέλου τρεφομένη γὰρ βουλῆς μεγάλης Ἄγ-
γελον κυήσεις, ᾧ μελωδεῖ, εὐλογοῦντα πάντα τὰ
ἔργα Κυρίου ὡς Κύριον.

Φωνὴν σου ἄδομεν, Κόρη ἀγνή, περιχαρῶς τοῦ Γα-
βριήλ.

Χαῖρε, τῆς πάντων αἰτία μόνη χαρᾶς.

Ψυχῶν χαῖρε καθαρτήριον.

Ὡς τέξασα τὴν λύτρωσιν ἡμῶν καὶ τὴν ἀνάπλασιν
τῶν μελωδούντων αὐτῷ· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα
Κυρίου, τὸν Κύριον.

Ἦδη θ'.

Ἰδοῦ τοῦ Θεοῦ τὸ ὄρος τὸ ἅγιον μετὰ λαμπάδων
φαιδρῶν ἔνδον εἰς τὰ Ἅγια βαδίζει, λίθος ἐξ οὗ τμη-
θήσεται καὶ τοὺς βωμοὺς καὶ ξόανα δαιμονικά λε-
πτυνεῖ, τοὺς βροτοὺς δὲ τούτοις ἀπεργάσεται καὶ
ναοὺς καὶ σεπτὰ καταγώγια.

Ὁμοσε Θεός καὶ νῦν ἐκπεπλήρωκε, φυλῆς Ἰούδα
ἡμῖν δοῦς τὴν Ἀειπάρθενον, ἧς ἡ κοιλία ξύλον βλα-
στήσει ζωῆς, θανατηφόρου βρώσεως ἀπολυτρούμενον
τοὺς τὴν πτώσιν βρώσει ὑποκύψαντας, καὶ κλαπένας
ἀπάτη τοῦ ὕφους.

Στόματι λαμπρῷ ἡ Ἄννα ἐδόθησεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ
Θεοῦ· Σοὶ προσαντίθημι ἦν μοι παρέσχου παιδα, ᾧ
Δέσποτα, ἐξ ἧς δι' οἶκτον ἄφατον σωματοφόρος ὄφ-
θεις, διασώσεις κόσμον ὄνπερ ἐπλασας, μεγαλύνων
αὐτὴν ὡς Μητέρα σου.

Ἡύγασεν ἰδοῦ ἡμέρα σωτήριος τοῖς ἐν νυκτὶ τῶν
δεινῶν, πύλη ἐπουράνιος ναοῦ τὰς πύλας ἀναπετά-
σασα μετὰ λαμπάδων πρὸς εἰσιν ἔνδον εἰς Ἅγια, ὅφ'
ἀγίας τρέφεσθαι δυνάμεως εἰς ἀγίαν Θεοῦ κατασκή-
νωσιν.

Φώτισον, ἀγνή, ψυχῆς μου τὰ ὄμματα, φῶς ἡ
κυήσασα, μὴ καταλαβέτω με τῆς ἀμαρτίας σκότος
βαθύτατον, μηδὲ βυθὸς καλύψη με τῆς ἀπογνώσεως·

Etenim manifeste ostendisti palatium illud capax
Dei, quod futurus est ut inhabitet Christus Rex
universi: ad quem clamat universa terra: Benedicite,
omnia opera Domini, Domino.

Grande sapientie decus senex, inquit Anna reli-
giose verecunda,

Gratiosissimam puellam quam dedit mihi Deus,
Hilariter accipe, et vaticinare,

Illam solam futuram quæ opere completura est
oracula prophetarum, cum quibus exclamas: Bene-
dicite, omnia opera Domini, Domino.

Liquido nunc cognovi, mulier, respondit senex
benevolo animo,

Lignum ex te germinasse, quod,

Medio veluti in paradiso, producturum est fru-
ctum vere divinum.

Nosque homines per corruptionem expulsos, reci-
piendos iterum ab illa paradiso, clamantes ob gau-
dium: Benedicite, etc.

O puella veneranda, anima tua! manifeste, re-
spondit clare senex.

Origo erit narrabilium, et inenarrabilium initia-
tionum.

Perge nunc, habita, o Virgo, in templo divino.

Quo in loco ab angelo nutrieris, magni consilii
Angelum paritura, cui suaviter canunt, et benedi-
cunt omnia opera Domini, tanquam Domino.

Resonamus tibi lætis canticis, o casta Puella, vo-
cem Gabrielis.

Salve, o causa unica lætitiæ omnium.

Tibi salve dicimus, o animarum purificatorium.

Ut quæ redemptionem peperisti, et reformatio-
nem nostram, cui nos canimus suaviter: Benedicite,
omnia opera Domini, Domino.

II Ode 9. Joseph.

Ingreditur in Sancta sanctorum cum splendidis
lampadibus mons Dei sanctus, ex quo excidetur
lapis, qui aras, et simulacrum dæmonum corami-
nnet; homines autem templa et veneranda habita-
cula efficiet.

Olim juravit Deus, et nunc adimplevit, dans no-
bis de tribu Juda Virginem perpetuam, e cujus
ventre lignum vitæ germinabit, quod liberabit a
mortifero cibo eos, qui per escam subiere iuinam,
et fraude serpentis decepti sunt.

Sermone claro exclamavit Anna in templo Dei:
Offero tibi, Domine, puellam, quam mihi tradidisti,
ex qua propter ineffabilem misericordiam tuam cor-
poratus apparens, salvabis mundum quem formasti
magnificans eam, tanquam Matrem tuam.

Ecce coruscavit dies salutaris commorantibus in
nocte malorum: porta cœlestis templi portas expan-
dens, cum lampadibus ingreditur in Sancta sau-
ctorum a divina virtute nutrienda, ut sit Dei sancti
habitaculum.

Purissima Virgo, illumina oculos animæ meæ,
tu quæ lucem peperisti, ne deprehendant me pro-
fundissimæ peccatorum tenebræ: neque despera-

tionis abyssus cooperiat me. Habeam per te salutem: tu mihi gubernatrix esto ad portum divinæ voluntatis.

2 III.

In profestivitate obdormitionis beatissimæ Virginis Canon III (15), ejus acrostichis hæc est: *Læti dilaudo Genitricem Dei Joseph.*

Ode 1.

Læti cantemus Domino, qui suam incontaminatam et omni sanctitate præditam in carne Matrem transtulit ad terram viventium.

Accelerabas tu ipsa quoque profectionem istam magnis gressibus, o Virgo, ut tanto citius gloriose nunc Filii pulchritudinem cerneret, atque mira ejus amœnitate fruere.

Et vero mortem quodammodo sustinuisti, tu que talis Filii Genitrix fuisti, qui mortem attulit inferno, quique mortuis hominibus per te nunc vitam elargitur.

Tu, o Virgo, demonstrata es omnibus creaturis purior (16), quia peperisti eum qui tollit peccata; et propter hanc sane causam te cum singulari fide glorificamus.

Ode 3.

Utique cœlum et terra propter hunc tuum transitum lætantur, Mater Dei qui inexpectatum mutæ conjunctionis vinculum, per tua in cœlis patrocinia consequuntur.

Suscipientes te a terris cœlestes angeli hac tui in **C** **13** altum deportatione exultabant, o cunctorum laudibus celebrata Dei Genitrix.

Divina et adoranda tua in cœlum transmigratio non minus revera ceptum humanum superavit, o Virgo intacta quam eundem superavit tua fecunditas in pariendo.

In cœlestia tabernacula fuisti tu sublata, o castissima et nullis subjecta Virgo maculis, quod eras nimirum multo maxime purum Dei templum.

Ode 4.

Letho extinctam et omni privatam voce ipsius te vitæ Genitricem, dum aspiciunt Verbi divini mystæ (id est apostoli), ingens eos admiratio et velut ecstasis oppressit, o nunquam sordidata Virgo!

Ah funus! et simul o gratia! o item laus divina omnem excedens intellectum, quam tunc apostoli, nil nisi divinum sapientes, sunt auspicati, cum scilicet, o omni ex parte beatissima, te circumstarent.

(15) Canonem hunc in profestivitate, seu in vigilia Obdormitionis B. Virginis, qui Græce exstat in Menæis tam impressis quam manuscriptis sub die 14 Augusti, una cum canone de pretiosa zona B. Virginis, Latinitate a se donatos, mihi Monachio Romam transmisit P. Simon Vuagnereck Soc. Jesu theologus, amicus meus.

(16) Purior omnibus creaturis non fuisset Deipara, si cum impuritate peccati originalis, ut ceteri omnes Adæ posterii, concepta fuisset. Igitur ut purior omnibus creaturis vere sit et dici possit,

ἀλλ' αὐτὴ με σῶσον καὶ κυβέρνησον πρὸς λιμένα του θείου θελήματος.

Γ.

Ἐν προσοφίᾳ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, Κανὼν γ', οὗ ἡ ἀκροστιχὶς ἐστὶ·
« Διὶ γὰρ γερῶς τοῦ Θεοῦ τὴν Μητέρα Ἰωσήφ. »

ᾠδὴ α'.

Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ τῶν ἐν χώρᾳ ζώντων μεταστήσαντι τὴν ἑαυτοῦ κατὰ σάρκα παναγίαν Μητέρα τὴν ἄχραντον.

Ἴνα τὸ κάλλος βλέπης καὶ καταπολαύης ὡραιότητος τοῦ Υἱοῦ σου, Παρθένε, πρὸς αὐτὸν μεταστᾶσα ἀνέδραμες.

Νευρώσιν πως ὑπέστης, ἡ τὸν νεκρωτὴν ἄδου κύησασα, καὶ νεκροῖς τοῖς ἀνθρώποις διὰ σοῦ νῦν ζωὴν χαρισάμενον.

ᾠφθης καθαρῶτερα, πάντων τῶν καθαιρόντα κύησασα ἀμαρτίας, Παρθένε· διὰ τοῦτο σε πιστεῖ δοξάζομεν.

ᾠδὴ γ'.

Γῆ καὶ τὰ οὐράνια τῇ μεταστάσει σου χαίρουσι, Μητὲρ Θεοῦ, διὰ σοῦ τυχόντα παραδόξου ἐνώσεως.

Ἐχαίρον οὐράνιοι ὑποδεχόμενοι ἄγγελοι σὲ ἀπὸ γῆς ἀναφερομένην, Θεοτόκε πανύμνητε.

Ἰέγονε παράδοξος ὡσπερ ἡ κύησις, ἄχραντε, σοῦ ἀληθῶς, οὕτω καὶ ἡ θεία καὶ σεπτὴ σου μεταστάσις.

Ἦρθης πρὸς σκηνώματα τὰ ἐπουράνια, Παναγνε, οὕσα Θεοῦ, ἄχραντε Παρθένε, καθαρῶτατον τέμενος.

ᾠδὴ δ'.

Θάμβος εἶχε καὶ ἔκστασις τοὺς τοῦ Λόγου μύστας ὀρώντας, ἄχραντε, σὲ νεκρὰν οὔσαν καὶ ἄφωνον, τῆς ζωῆς μητέρα χρηματίζουσαν.

Ὡ κηδεύεις! ὦ χάριτος! ὦ τῆς ὑπὲρ λόγον τότε ὑμνήσεως, ἧς προῆγον οἱ θεόφρονες σε περιεστῶτες, παμμακάριστε.

ex S. Josepho, hujusmodi est ab ea impuritas ableganda.

(17) Ergo nec subjecta maculæ originali: si enim huic aliquando subjecta fuisset, non nulli, sed alicui maculæ subjecta dici posset, quod non vult S. Josephus.

(18) Fuisset autem aliquando sordidata, id est in primo instanti sui, si contraxisset peccatum originale, quod animam inquinat, et divinis oculis abominabilem reddit.

Ἐν χωρίον εὐρύχωρον γέγονας τοῦ Λόγου, ἔθεν Ἄ
μετήρῃ σε πρὸς εὐρύχωρον καὶ ἅγιον, Θεοτόκε, λή-
ξιν καὶ αἰώνιον.

Τὴν ἅγιαν σου κοίμησιν ἄγγελοι καὶ ἄνθρωποι μα-
καρίζουσι, πάντων πέλεις γὰρ βασίλισσα, Βασιλέα
πάντων, Κόρη, τέξασα.

ᾠδὴ δ'.

Ὁ τάφος σου κηρύττει, πανάμωμε, τὴν ταφὴν
σου, καὶ τὴν μετὰ σώματος πρὸς οὐρανοῦ, νῦν με-
τάστασιν.

Ἵμνήσατε, παρθένοι, δοξάσατε, νεανίσκοι, πρε-
σβύται καὶ ἄρχοντες, τῆς Θεοτόκου τὴν κοίμησιν.

Θανοῦσα ἀθανάτους μετέβης πρὸς κατοικίας ἐχ- Β
θρὸν θανατώσασα τῷ τοκετῷ σου, πανάμωμε.

Ἐχύκλουν θεολήπτων ἀνδρῶν σε χοροστασίαι,
ἐξοδίοις ῥήμασιν ὑμολογοῦντές σε, Δέσποινα.

ᾠδὴ ε'.

Ὁ οἶκος τὸν τοῦ παντὸς συνοχέα ὁ χωρήσας μετα-
βαίνει οἰκῆσαι πρὸς οὐρανοῦ, οὐρανὸς δεδειγμένος
Χριστοῦ καὶ θρόνος καὶ μέγα παλάτιον, ἡ πάναγνος
περιστέρα, ἥς θείαν ὑμνήσωμεν κοίμησιν.

Ἵπόπτεροι ἐν νεφέλαις ἀρθέντες ἀετοί, ὡς ὑψη-
πέται τοῦ Λόγου Γεθσημανῆ συνελθόντες, Παρθένη, C
καὶ ἐπιφθάνειν ἀπαιρεῖν σε μέλλοντες, πανύμνητε,
πρὸς οὐρανὸν, οὗς ὡς τέχνα Υἱοῦ σου ἠύλογησας.

Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα πέλει κοσμικῶν ἀπὸ κοι-
λάδων; τίς αὕτη ἡ προπομπὴ καὶ προπόρευσις ξένη;
τί τὸ ὁρώμενον μέγα μυστήριον; Ἡ πάντων ἐστὶ βα-
σιλεῖς, καὶ κυρία, καὶ δόξα, καὶ καύχημα.

Ἡλάλαξεν ἀποστόλων ὁ δῆμος καὶ δακρῶν ἐπλη-
ρώθη, ἠνίκα σου τὴν ψυχὴν τὴν ἅγιαν λιποῦσαν τὸ
θεοδόχον τεθέατα: σκήνωμα, καὶ ὑμνησε θεοπρεπῶς
σου τὴν θείαν, πανάμωμε, κοίμησιν.

ᾠδὴ ζ'.

Νόμους τῆς φύσεως λαθοῦσα τῇ κυήσει σου, τῷ
ἀνομίμῳ νόμῳ θνήσκεις, μόνη ἀγνή ζωώσασα τοὺς
πάλοι νενεκρωμένους, ἄχραντε, ζωηφόρῳ τοκετῷ
σου.

Μένει κενὸς ὁ θεῖος τάφος σου τοῦ σώματος, τῆς
χάριτος δὲ πλήρης· ποταμοὺς γὰρ ἡμῖν πηγάζει
ιαμάτων, καὶ ἀποπαύει ρεύματα, παναγία Θεοτόκε.

Ἦρθη τὸ σῶμα μὲν τοῦ τάφου, παραμένει δὲ ἡμῖν

(19) Fuissetne B. Virgo prorsus immaculata, si turpi ac detestanda originalis peccati macula ali-
quando conspurcata apparuisset?

Verbi locus et sedes amplissima tu fuisti: unde
et ab illo ad latissime patentem et sanctam atque
nunquam desituram quietem translata es, o Deipara!

Dormitionem tuam sacram angeli simul et homi-
nes beatam fuisse profitentur. Es enim istorum om-
nium regina, o Virgo, ut quæ Regem universorum
procreasti.

Ode 5.

Omnibus tumulus iste tuus declaravit, aliquando
te fuisse tumulatam: et is nunc quoque palam in-
dicat corporis tui ad caelos factam translationem.

Genitricis Dei obdormitionem hymnis celebrate,
virgines, glorificate item, o juvenes atque senes,
una cum principibus terræ.

14 Excedens hac vita ad sedes transiisti immor-
tales, quia per tuum partum, o undique intemerata,
mortem affecisti morte.

Numine afflatorum hominum chori te eungebant,
o Domina! collaudantes te hymnis, faustam tibi ad
caelum profectionem gratulantibus.

Ode 6.

Ille domus qua comprehenditur omnia comprehen-
dens jam modo ad caelos facit transitum ut illos
inhabitet, ipsa quoque caelum existens utpole Christi
thronus et ejusdem magnam palatium, illa, inquam,
castissima columba, cujus divinam celebramus
dormitionem.

Tanquam alarum remigio vecti in nubibus et ceu
Verbi divini quaedam altivolantes aquilæ in Geth-
semane, uno repente cœtu abituræ ad caelum tibi, o
Virgo ab omnibus laudata, supervenerunt, quos tu
ut filios Filii tui prosecuta es benedictione.

Rogo, quænam ista quæ ascendit de mundi con-
vallibus? Quænam hæc tam nobis incognita pompæ
deductio procedens a terra in caelum usque? Quam
est immensum istud mysterium quod intuemur jam
nunc? Nimirum ascendit modo nostra omnium do-
mina et regina, decus item et gloriatio nostra.

Jubilavit apostolorum cœtus et simul tamen lacry-
mis perfusus fuit quando vidit tui corporis taberna-
culum, in quo Deum suscepisti, a sancta anima tua
derelinqui. Quare divinam hanc quietem tuam lau-
dibus Dei majestate dignis prosecutus fuit, o om-
nibus omnino modis intemerata!

D

15 Ode 7.

Conceptione tua arcana legitimum quondam natu-
ræ ordinem superasti, eadem nunc tamen lege ritu-
que mortali, subis mortem: quantumvis partu tuo
vivifico homines inveterata jamdiu morte exani-
matis ad vitam reduxeris, o quæ sola vere es casta
ac prorsus immaculata (19).

Exstat divinus ille tumulus corpore quidem tuo
jam vacuus, sed is gratia tamen miraculorum scælet.
Nam medicinarum nobis fundit flumina, malorum
autem suffocat torrentes.

Manet nobis benedictio saltem tua, licet corpus

tuum, o Virgo inviolata, sublatum sit e tumulo: hæc autem tua benedictio cæcos ad lucem perfructandam manuducit, ac divite simul fructu tuorum erga miseros humanitatem viscerum patefacit universis.

Dignatum est Verbum divinum in te conscribi, o novum plane volumen, idque conjunctione tecum facta, summe admiranda, roga, ut nos omnes libro vitæ inseramur, quicumque tuum venerabilem hymnis celebramus.

Ode 8.

Ex sinibus terræ convenerunt in Sion illustrissima finium orbis columina, ut tibi, o intemerata, vitæ finem facienti, curam adhererent exsequiarum.

In unum collectæ omnes hominum linguæ, angelorum item omnium ora, non te digna possunt B prosequi prædicatione. Nam incomparabiliter creaturis omnibus, o Domina, antecellis.

Igitur omnis exsultet creatura, et simul ad tanti transitus 16 divinam prope dignitatem celebrandam, ipsæ quoque cælorum nubes stillent rorem justitiæ.

O vide! nunc Domini thronus qui eminet super Cherubinos et Thronos, incipit de terra elevari, ut in suprema Dei regia collocetur. Illa, inquam, creaturarum unica a nævis plane omnibus intacta (20).

Ode 9.

Sicut cœlitibus illustrior universis, laudatores nos illustris tuæ obdormitionis tuarum splendore gratiarum illumina simul ac penitus illustra.

Exsultate, mentes omnium quotquot aliquid habent pietatis in celebranda ejus obdormitione, quæ sola Deum genuit, utpote cunctæ patrocinio ejus nunquam obdormituro conservandæ.

Panegyricè tibi gratulatur terra, et simul angeli tripudiant: aggaudent denique omnes qui sunt justii, obdormiscentem te, o virgo, hymnis celebrantes.

Haurire fac effuse omnes, o amatrix Virgo benignitatis, de tuarum flumine misericordiarum; et demum salutem nobis largire, tu, quæ Verbum omni summa bonitate præditum genuisti

17 IV.

De depositione pretiosæ vestis sanctissimæ Deiparæ in Blachernis. Canon IV (21), cujus acrostichis est: « Vestem beatam Virginis diæ colo: » Joseph.

Ode 1.

Vestem tuam venerandam largita es, o Virgo,

(20) Annon nævus originale peccatum, quod animam quam tangit cædat, polluit, contaminat, ac macula turpissima aspergit? Ab hoc igitur nævo plane libera Deipara, ut sit a nævis omnibus plane intacta: non enim est, ut dixi alias, in Deipara locus vulgari ac trito proverbio: *Nulla facies absque nævo*.

(21) Habes hunc canonem Græcè tantum in Menæis Græcorum tam impressis quam manuscriptis sub die 2 Julii, et Græcè ms. in codice bibliothecæ Barberinæ n. 110, pag. 74, et in antiquo Menologio ms. bibliothecæ monasterii Cryptæ Ferratæ. — Die 2 Julii apud Constantinopolim in Blachernis celebrabatur

ἡ εὐλογία σου, Παρθένε ἀγνή, τυφλοὺς φωταγωγοῦσα, καὶ σοῦ τὸ εὐστυμπαθητὸν ὑπερφαίνουσα πλουσίως.

Τόμῃ καινῇ, ἐν ᾗ Λόγος ἀναγράφεται συνόδῳ ξενοτάτῃ, βίβλου πάντας ζωῆς ἰχέτετε γραφῆναι τοὺς τὴν σεπτὴν σου κοιμήσιν καὶ παράδοξον ὑμνοῦντας. et nostro captu superiorem obdormiscentis obitum

Ὁδὴ η'.

Ἐκ τῶν περάτων ἐλθόντες οἱ περάτων φωτισθέντες στυλοὶ πρὸς τὴν Σιών παρεγένοντο, πέρας βίου λαβοῦσαν κηδεῦσαι σε, ἀχραντε.

Ῥητορευόντων οὐ σθένει πᾶσα γλῶσσα οὐδὲ ἀγγέλων ἀξίως ἀνευφημῆσαι σε στόματα· ἀσυγκρίτως γὰρ πάντων ὑπέρχεισαι, Δέσποινα.

Ἀγαλλιᾶσθω ἡ κτίσις, αἱ νεφέλαι ἐν τῇ παρούσῃ ἡμέρᾳ δικαιοσύνην βινάτωσαν, τῆς Παρθένου τιμῶσαι τὴν θεῖαν μετάστασιν.

Ἴδε, ὁ θρόνος Κυρίου ὑπερέχων τὰ Χερουβείμ καὶ τοὺς θρόνους, γῆθεν ὑψοῦται: τεθῆσθαι εἰς βασιλεῖα θεῖα, ἡ μόνη πανάμωμος.

Ὁδὴ θ'.

Ὡς πάντων παιδοτέρα τῶν ἐπουρανίων τοὺς ὑμνητάς τῆς παιδρῆς σου κοιμήσεως τῶν σῶν χαρίτων τῷ φέγγει φαίδρυνον, φώτισον.

Σχιρτήσατε, καρδίαι πάντων εὐσεβοῦντων, ἐν τῇ κοιμήσει τῆς μόνης θεόπαιδος, τῇ ἀκοιμήτῃ πρεσβείᾳ ταύτης σωζόμεναι.

Ἡ γῆ πανηγυρίζει, ἀγγελοὶ σχιρτῶσιν, ἀγαλλιῶνται δὲ πάντες οἱ δίκαιοι, ἐν τῇ κοιμήσει σου, Κόρη, ὑμνολογοῦντές σε.

Φιλάγαθε Παρθένε, βᾶνον ἐπὶ πάντας τὰ ἀγαθὰ σου ἐλέη, καὶ σῶσον ἡμᾶς, ἡ τὸν πανάγαθον Λόγον ἀποκυήσασα.

Δ'.

Ἐν καταθέσει τῆς τιμίας ἐσθῆτος τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν Βλαχέρναις, Κατῶν Δ', οἷ ἡ ἀκροστιχίς ἐστίν· « Ἐσθῆτα τιμῶ τῆς παρ-ἀγνου Παρθένου. » Ἰωσήφ.

Ὁδὴ α'.

Ἐσθῆτά σου σεπτὴν, Θεοτόκε Παρθένε, τῷ τιμῶντι

virgo perseverasti.

(54*) Naturæ leges, Jesus qui est Deus omni essentia superior, innovavit, o ab omni macula immunis, ex utero tuo exortus; qui solus rebus universis concedit esse, voluntate sua.

O porta gratiæ, quæ mortalibus cælorum portam aperuisti; patefac mihi, Domina, pœnitentiæ portas, et a portis mortis libera me.

Ab antiqua maledictionis sententia redempti per partum tuum, o inviolatissima Puella, ac per te salvati, te laudibus extollimus, clamantes et cum fide dicentes: Benedicta tu, quæ Deum incarnatum peperisti.

Divinum Prophetarum collegium mysteriis tuis sacrum in morem initiatum fuit, o Deipara, longe ante edoctum, et clare exponens divini partus tui divinas appellationes.

Ad vocem angeli, magni consilii Angelum Christum Emmanuelem in carne peperisti, qui homines angelis copulavit; o Virgo puella sola benedicta, sola omnibus laudibus celebranda, sola causa nostræ deificationis.

Ex canone in S. Patrem nostrum Cassianum confessorem, dei 29. A Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὸν ὁσίον Πατέρα ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴν Κασσιανόν, ἡμέρα κθ'.

Omni creatura visibili atque invisibili superior apparuisti, o casta semper Virgo; etenim Creatorem peperisti, cui placitum fuit incarnari in utero tuo. Eundem cum **68** fiducia ac libertate deprecare pro salute animarum nostrarum

Sana, precor, o purissima, intercessionibus tuis animam meam, quæ a passionibus atque omni-genis pessimorum dæmonum assultibus oppressa languescit.

Tempore carentem, sub tempore constitutum ineffabiliter peperisti, o immaculatissima, qui luce perfundit sanctos suos, qui in fide optime se gesserunt, et principem malorum serpentem humiliaverunt.

Vita ex te, o Virgo, supra mentis conceptum exorta, hostem interemit, qui nos omnes morte affecerat; et mundum te incessanter laudantem, vivificavit.

Tanquam pulchram ac speciosam concupiscens te pulcherrimus Jesus, o mundissima, ex te secundum carnem natus est, et me propter immensam misericordiam suam deificavit.

Thalamus Dei Verbi, et thronus ejus igniformis facta es, o casta: in quo idem Verbum, propter summam bonitatem suam, incarnatum requievit. Ipsum ergo deprecare, ut mei misereatur, atque erga me ostendat compassionem suam.

Miseram animam meam multis Belial aggressionibus atque ictibus infirmatam, precibus tuis roboratricibus sana atque incolumem effice, o Virgo Dei genitrix, ut te in omnia sæcula glorificem.

Naturam primi parentis corruptam renovasti, enixa supra naturæ ordinem, universæ naturæ conditorem, et virgo perseverans, quem olim in cruce pendentem intulisti, lamentabar, o sanctissima Virgo Mater.

MENSIS MARTIUS.

69 *Ex canone in S. Hesychium martyrem, die 2.*

Post partum virgo permansisti vere, qualis eras ante partum: quippe peperisti Creatorem, quem deprecare, o immaculatissima, pro salute collaudantium te.

(54*) Sequentes strophæ in vulgato textu Menæorum desiderantur.

Ἵπερτέρα πέφνηας, ἀγνή, πάσης ἀοράτου τε καὶ ὄρατῆς, Ἀειπάρθενε, κτίσεως· τὸν γὰρ Κτίστην τέτοκας, ὡς ἠϋδόκησε σαρκωθῆναι ἐν μήτρᾳ σου, ὃν σὺν παρῆρσι πρέσβευε σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ἰάτρευσον, πανάμωμε, τὴν ψυχὴν μου, δέομαι, ἐξασθενοῦσαν πάθει, καὶ παντοδαίς ἐπαναστάσει τῶν κακίστων δαιμόνων, μεσιτείαις σου.

Τὸν ἀχρονον ὑπὸ χρόνον γενόμενον τέτοκας ἀβρήτως, πανάμωμε, τὸν τοὺς ὁσίους λαμπρύνοντα πίστει ἀριστεύσαντας, καὶ τὸν ἀρχέκακον ὄφιν ταπεινώσαντας.

Ἐκ σοῦ ἡ ζωὴ ὑπὲρ νοῦν, Παρθένε, ἀνατελλασα ἐχθρὸν ἐθανάτωσεν, ἅπαντας ἡμᾶς τὸν θανατιώσαντα, καὶ ἐζώωσεν κόσμον ἀπαύστως ἀνυμνοῦντά σε.

Ὡς καλὴν, ὡς ὠραίαν ποθήσας σε ὁ καλλοποιὸς Ἰησοῦς, παναμώμητε, ἐκ σοῦ σαρκὶ γεγέννηται, καὶ θεοὶ με δι' οἴκτον ἀμέτρητον.

Παστὰς ἐχρημάτισας τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ θρόνος πυρίμορφος, ἐν ᾧ ἐπανεπαύσατο ὁ Λόγος σαρκούμενος, δι' ἄκραν ἀγαθότητα· τοῦτον οὖν ἰκέτευς, ἀγνή, κατοικτειρῆσαι καὶ ἐλεῆσαι ἡμᾶς.

Ἐξασθενήσασαν πολλαῖς τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν, Θεοκυῆτορ, προσβολαῖς τοῦ Βελίαρ, ταῖς ῥωστικαῖς σου λιταῖς, Παρθένε, ὑγιῆ ἀπέργασαι, ἵνα σε δοξάζω εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φθάρεισαν ἐκαίνισας τὴν φύσιν τοῦ προπάτορος, ὑπὲρ φύσιν τεκοῦσα καὶ παρθενεύουσα φύσεως ἀπάσης τὸν πλάστην, ἔν ἐν σταυρῷ κρεμάμενον πάλαι ἠλάλαζες βλέπουσα, παναγία Μητροπάρθενε.

MHN MARTIOΣ.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Ἡσύχιον, ἡμέρα β'.

Παρθένος διέμεινας μετὰ τόκον, ὡς πρὸ τοῦ τόκου ἀληθῶς, τὸν Κτίστην τεκοῦσα, ὃν αἰτεῖσαι, πανάμωμε, σωθῆναι τοὺς ὑμνοῦντάς σε.

Ἔστη μέχρι σοῦ ὁ θάνατος· τῆς ἀθανασίας γὰρ τὴν πηγὴν ἀπεκώσασα, παναγία, Χριστὸν τὸν μόνον ὑπεράγαθον Θεὸν ἡμῶν.

Τὸν ἀκήρατον βότρυν βλαστήσασα, κόρη, ἀθανασίας γλεῦκος ἀποστάζοντα πᾶσιν, ὠφθης, παναμώμητε καὶ μήτηρ ἀλόχευτος.

Σὺ μόνη ἐπὶ γῆς τὸν οὐράνιον τέτοκας, πανάμωμε, Θεὸν Λόγον, ὃν ὕμνει πᾶσα κτίσις, ὡς Ποιητὴν καὶ Κύριον.

Οἰκήσας σου τὴν ἅγλαν κοιλίαν ὁ Κύριος, Θεοτόκε, τῆς Τριάδος τερπνὴ καταγωγή ἐκτελεῖ τοὺς πῖστει ἀληθείας σε νῦν μακαρίζοντας.

Νενεχρωμένους ἡμᾶς τῇ ἀμαρτία πάντας, ζωὴν τεκοῦσα, ἀνεζώωσας· διὸ σοὶ κραυγάζομεν, Θεοκυήτορ κόρη, ἀεὶ δεδοξασμένη.

Ὁ ἱερώτατός σε καλεῖ προφήτης πύλην ἀδιόδευτον, ἀχραντε, ὁ Κτιστὴς δι' ἧς διήλθεν, ὡς μόνος ἐπίσταται, πάλιν κεκλεισμένην λιπῶν, ὡς πρὸ τοῦ τόκου.

Φῶς ἡμῶν ἀνέτειλεν ἐκ σοῦ, πανάμωμε, ὁ τῶν ὄλων μόνος Κύριος, καὶ κατελάμπρυνε τὰς πάντων καρδίας θεϊκαῖς ἐπιγνώσεσι, καὶ σκότος ἀγνωσίας ἐμείωσεν· ὅθεν σε πάντες μακαρίζομεν.

Ex canone in S. Theodotum martyrem, die 2 (54^o).

Humana natura olim per dolum serva facta est seductionis. Cum autem tu, inviolata, Christum peperisti, libertatem adeptam, magnis vocibus te gratia veneratur.

Medere menti meæ, o castissima, quæ pessimi Draconis ictibus percussa languescit, et peccatis captiva deservit.

Lucidissimum Domini Palatium, Domina sanctissima, effice nos domus Spiritus sancti, dum in domo sancta tua laudem Domino offerimus.

Deum hominem factum concepisti, o Domina; propterea generationes generationum te incessanter beatam dicunt.

Christus Deus noster, qui in utero tuo habitavit, o immaculata, peccatum in hominibus habitans

Ἐκ τοῦ καρῶνος εἰς τοὺς ἄγιλους μάρτυρας Θεόδωρον, Κωνσταντῖνον, κ. τ. λ., ἡμέρα 5^η.

Ἵπεραγία Παρθένε, τῶν ἀθλητῶν θεῖον ἐγκαλλώπισμα, ἢ κυήσασα Χριστὸν τὸν ὠραῖον, κάλλεσιν αὐτὸν καλλιῶσαι τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἰκέτευε.

Ἄγιων δῆμος ἐναθλῶν τεσσαράκοντα δύο σε Θεοῦ τοῦ ὑψίστου Μητέρα παναληθῆ ἐκτρυπτεν ἐμφανῶς, δυναμοῦσαν τούτους μεσιτείας σου.

Ἄγνην μητέρα σε οἱ θεῖοι μάρτυρες ἐπιστάμενοι, κόρη, καὶ τὴν ἐν σοὶ δόξαν κλειζόμενοι, τὰς ἀθανάτους δωρεὰς ἐν ὑψίστοις ἐκλήρωσαντο.

Νοός μου Ἰθυον, δυσωπῶ, ἀχραντε, κινήσεις πρὸς Θεὸν ὁδὸν ζωῆς χρηματίζοντα, καὶ τῶν ἀθλοφόρων ἐξωμαλίσαντα τὰς τρίβους τὰς φερούσας πρὸς τὰ οὐράνια.

(54^o) Græca desunt in Menæis impressis.

Perstitit mors usque ad te, o sanctissima; tu enim immortalitatis fontem peperisti Christum unicum optimum Deum nostrum.

Incorruptibilem botrum, ex quo immortalitatis mustum effluit universis, germinasti, o puella immunis ab omni labe, et facta es mater sine maternarum passionum et sine corruptionis experimento.

Tu sola cœlestem Deum Verbum in terra peperisti, o mundissima; quem universa creatura tanquam Creatorem Dominumque collaudat.

Dominus, qui in sancto utero tuo inhabitavit, o Deipara, jucunda Trinitatis hospitia efficit eos, qui nunc te cum vera fide beatificant.

Nos omnes peccato peremptos, tu vitam enixa, vivificasti; propterea ad te clamamus, o Dei genitrix, puella semper gloriosa.

Sacratissimus propheta portam te vocat, o inviolata, per quam nulli patet aditus, et solus Creator transivit, sicut ipse solus novit, relinquens eam clausam quemadmodum erat ante partum.

Lux nobis ex te orta est, o purissima, unicus omnium Dominus, qui divinis cognitionibus omnium corda illustrat, **70** et ignorantiae tenebras imminuit. Unde te omnes beatam nuncupamus.

expulit, et ob suum in homines amorem, eosdem domos suas effecit.

Una cum supernis choris, omnes ad te clamamus; Ave, Mater Dei; cœlum animatum, palatium gloriosissimum, et thronus igneus, in quo Christus secundum carnem requievit.

Ab omni inquinamento humanam naturam emundasti, o inviolata, supercœlestem filium enixa hominem factum, nosque renovasti, qui vetustate confecti eramus: et nunc clamamus, o casta: Laudate, omnia opera, Dominum.

Lucem, quæ a Patre ante luciferum coruscavit ineffabiliter, peperisti nobis, o Virgo, et ignorantiae tenebras dissipans, eos, qui in peccati umbra sedebant, illuminasti atque exhilarasti.

71 *Ex canone in SS. Theodorum, Constantinum, etc. martyres, die 6.*

O sanctissima Virgo, divinum athletarum decus, quæ Christum decorum pulchritudine peperisti, eundem exora ut decoret animam meam.

Quadraginta duorum martyrum sanctorum turba decertans, te Dei altissimi Matrem verissimam manifeste prædicabat, quæ eosdem intercessionibus tuis in certamine roborabas.

Castam matrem scientes te esse divini martyres, o puella, tuamque gloriam celebrantes, immortalia dona in excelsis hæreditaverunt.

Mentis meæ motus dirige, te precor, o inviolata, ad Deum, qui est via vitæ, et martyrum triumphantium semitas ad cœlestia perducentes complanavit.

Deipara puella præter naturæ leges, ac supra A ejusdem naturæ ordinem, peperit te, o Christe, qui martyres legitime pro fide certantes vere coronasti.

Volumen maxime novum es, o inviolata, quæ Verbum in te scriptum habuisti, quod in libro viventium divinos Athletas suos descripsit, qui ea quæ scripta sunt exactissime adimpleverunt.

Divinus archangelus tanquam divinarum nuptiarum auspex apparens tibi, o casta et inviolata, clamavit: Salve, o ignee Dei throne, martyrum triumphantium, qui Deum in carne manifestatum confessi sunt, firmamentum.

O lucis receptaculum, Deo charissima, illuminativis radiis tuis illustra cor meum, socordiae nubes depellens, ac peccati tenebras eliminans; tu, quæ B Deum omni peccati labe carentem peperisti.

72 *Ex canone in SS. martyres Basileum, Ephræm, etc., die 7.*

Primorum parentum pœna sublata est, o casta et inviolata, ineffabili partu tuo; atque illis pristinus ad Paradisum patuit ingressus, quamobrem te magna voce concelebrant.

O Virgo tota casta et inviolata, peperisti Dominum illum potentissimum, qui homines ab hostis potestate liberavit.

Homines mortuos vivificasti, o Virgo, supra omnis cogitationis captum enixa Christum Deum nostrum, qui propter suam misericordiam homo factus est

Beatus est ille populus, qui agnoscit te, o immaculatissima, omnium Domini Matrem, et cum affectu te beatificat.

Te legis umbræ, te prophetarum ænigmata præfigurabant, o Virgo purissima, quæ per Verbum ineffabile illum conceptura ac paritura eras, qui mundo salutem afferret.

Dei Verbum, quod manu sua Evam formavit, universos reformare volens, ex utero tuo, o puella, humanam formam accepit, incipiens esse, cum tamen Patri ac Spiritui sancto sit coæternum, et coæquale.

Deus supersubstantialis, ex te natus, o inviolata, homo apparuit, cum duabus naturis, operationibus et voluntatibus; illis manifeste apparens, quibus sponte similis factus est. Quamobrem illi clamamus: Omnia opera, laudate Dominum.

Puella Deo charissima ferens in ulnis Christum, qui manu ferti universa, stupore percussa exclamabat dicens: Quomodo te et Filium et Creatorem meum video, o incomprehensibilis?

73 *Ex canone in S. Quadratum, et socios martyres, die 10.*

A sordibus passionum, a tempestate cogitationum, a jaculis maligni, ab omni impetu hostili salva, o Deipara immaculata ac tota pura, animas laudantium ineffabilem partum tuum.

Ne cœlestis quidem mens explicare valet, o

Νομίμων σε άνευθεν τῶν τῆς φύσεως, Χριστέ, ὑπερφυσῶς ἐκύησεν ἡ Θεοτόκος κόρη ὡς ἀληθῶς, νομίμως τοὺς μάστιγας ἐναθλήσαντας πίστει στεφανώσαντας.

Τόμος, ἀχραντε, καινότατος ὑπάρχουσα, τὸν Λόγον ἐγγραφόμενον ἐν σοὶ ἐσχηκας, τὸν ἐν βίβλῳ ζώντων τοὺς αὐτοῦ ἐγγράφαντα θείους ἀθλητάς, τὰ γεγραμμένα ἐμμελῶς ἀποπληρώσαντας.

Νυμφοστόλος φανείς σοι θεῖος ἀρχάγγελος· Χαῖρε, πύρινε θρόνε Θεοῦ, ἐβόα σοι, ἀχραντε ἀγνή, ἀθλοφόρων κρατάλωμα ὁμολογησάντων Θεὸν σαρκὶ φανέντα.

Φωτὸς δοχεῖον, θεοχαρίτωτε, φωτιστικαῖς αὐγαῖς σου τὴν καρδίαν μου φώτισον, ῥαθυμίας τὰ νέφη διώκουσα, καὶ τὸ τῆς ἀμαρτίας σκότος ἐξαίρουσα, ἢ τὸν ἀναμάρτητον Θεὸν ἀποκυήσασα.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τοὺς ἀγίους μάρτυρας Βασίλειον, Ἐφραίμ, κ. τ. λ., ἡμέρα ζ'.

Ἐλύθη τῶν προπατόρων, ἀχραντε, τὸ ἐπιτίμιον τῆ ὑπὲρ νοῦν κυήσει σου, ἀγνή, καὶ τὴν πρώτην ἀπέλαβον τοῦ Παραδείσου εἰσοδόν, μεγαλοφώνως εὐφημοῦντές σε.

Ῥυόμενον τοὺς βροτοὺς τῆς δυναστείας τοῦ ἐχθροῦ, πάναγνε, τὸν δυνατὸν Κύριον, ἀχραντε Παρθένε, ἐκύησας.

Νενεκρωμένους ἐζώωσας τοὺς ἀνθρώπους, ζωὴν τὴν ἐνυπόστατον τεχοῦσα, Παρθένε, ὑπὲρ πάσαν ἔννοιαν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, ἀνθρωπον δι' οἶκτον C γενόμενον.

Μακάριός ἐστιν ὁ λαὸς ὁ γινώσκων σε, πανάμωμε, τοῦ Δεσπότου τῶν ἀπάντων μητέρα, καὶ πόθῳ μακαρίζει σε.

Νόμου σε αἱ σκιαὶ, προφητῶν τε ἀντίγματα προδιετύπουν, Παρθένε, τὴν ἀρρήτῳ Λόγῳ κυοφορίαν ἐσχηκυῖαν διασώζουσαν κόσμον, πανάμωμε.

Ὁ διαπλάσας χειρὶ τὴν Ἐβαν Λόγος Θεοῦ, κόρη, ἀναπλάσαι ἅπαντας βουληθεῖς, ἐκ γαστρός σου ἀναπλάττεται ἀρχὴν δεχόμενος, ὁ τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι σύνθρονος.

Ἦράθη ὡς ἀνθρωπος ἐκ σοῦ ἀποτικτόμενος ὁ ὑπερούσιος, διπλοῦς ταῖς φύσεσιν, ἀχραντε, ἐνεργεῖαις D καὶ θελήσει· οἷς ὡμοιώθη βουληθεῖς ἐμφανιζόμενος, ᾧ βοῶμεν· Πάντα τὰ ἔργα, ὑμνεῖτε τὸν Κύριον.

Φέρουσα Χριστὸν ἐν ἀγκάλαις χειρὶ τὸν φέροντα τὰ πάντα ἡ θεοχαρίτωτος κόρη, ἐκπληττομένη ἐβόα λέγουσα· Πῶς καὶ Υἱὸν γνωρίζω σε καὶ Ποιητὴν μου, ἀκατάληπτε;

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τοὺς ἀγίους μάρτυρας Κόδρατον, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἡμέρα ι'.

Ἰλύος ἐκ παθῶν, λογισμῶν τριχυμίας, ἐκ βελῶν τοῦ πονηροῦ, ἐκ πάσης προσβολῆς ἐναντίας διάσωσον, ἀχραντε Θεοκυῆτορ, τὰς ψυχὰς τῶν ὑμνούντων σου τὸν ἀνέκφραστον τόκον, πάναγνε.

Νοῦς οὐδὲ οὐράνιος τὴν ὑπὲρ νοῦν σου λοχεῖαν

διερμηνεύσαι, κόρη, δύναται· νοῦ γὰρ τοῦ πρώτου ἐν γαστρὶ Λόγον, ἀγνή, συνέλαβες, τὸν τὰ πάντα λόγῳ συστησάμενον.

Ἡ ἀγία Θεοτόκος, ἦν οἰκῆσαι ἠδὲ δόκησεν ὡς εὐώδη οἶκον Λόγος τοῦ Πατρὸς δημοσίως, οὐ κατεφλέχθη τὴν μήτραν, οὐκ ὠδίνησε· καὶ γὰρ τέτοκεν Ἐμμανουὴλ τὸν Θεάνθρωπον.

Ὁ πλαστουργήσας, ἄχραντε, τὴν Εὐαν ἐκ πλευρᾶς, σοῦ ἐκ νηδύος, ἀγνή, πλαστουργεῖται, σῶσαι τὸν Ἄδάμ δι' εὐσπλαγγνίαν βουληθεὶς, ὡς φιάνθρωπος.

Οὐράνωσας γεωθείσαν τὴν φύσιν, πανάμωμε, τῶν ἀνθρώπων, καὶ φθαρείσαν αὐτὴν ἐθεούργησας· διὰ τοῦτο πάντες ἀσιγήτοις φωναῖς σε δοξάζομεν.

Εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς εὐλογημένης γαστρὸς σου, ὃν εὐλογοῦσιν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις, βροτῶν τὰ συστήματα, ὃ ἡμᾶς λυτρῶσάμενος τῆς κατάρας τῆς ἀρχαίας, εὐλογητὸς εἶ.

Λυτρωθέντες τῆς ἀρᾶς τῆς προμήτορος διὰ σοῦ τῆς ἀγνῆς Θεομήτορος, εὐλογημένη Δέσποινα, εὐλογοῦμέν σε πίστει καὶ μελωδοῦμεν, παναγία Παρθένε Θεόθυγε.

Φανεῖσα τοῦ πάντων ποιητοῦ λοχεύτρια ὑπὲρ πάντα νοῦν, πανάμωμε, τῶν οὐρανῶν ὑψηλοτέρα ἐδείχθης, καὶ τῶν ὀλων δεσπόζουσα, Παρθένε θεοτόκε πανύμνητε· ὄθεν σε πάντες μεγαλύνομεν.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὸν ὄσιον Πατέρα ἡμῶν *Βενεδίκτην, ἡμέρα ιδ'.*

Οἱ διὰ σοῦ τὴν ἀφθαρσίαν πλουτήσαντες, Θεοκυῆτορ παναγνε, Χαῖρε, βοῶμέν σοι, ἡ κεχαριστώμενη, ὀσίων καὶ δικαίων τὸ ἐγκαλλώπισμά.

Ὁ μόνος ἀγαθὸς τὴν σὴν σαρκούμενος ὑπέδου, παναμώμητε, γαστέρα, καὶ βροτος ὠράθη τέλειος· ἐν ἰκέταυε σῶσαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ὡς ὄμβρος ἐπὶ πόκον, ἄχραντε, τῇ σεπτῇ σου γαστρὶ ὁ Λόγος κατήλθε σαρκούμενος, καὶ ἔπαυσε πολυθείας σαφῶς τὰ ὄμβρήματα, πανάμωμε, καὶ τὸν πικρὸν χειμῶνα διεσκέδασεν.

Ὁ κατοικῶν οὐρανοὺς τὴν σὴν πανάμωμον νηδὺν ἔβησεν, ὅπως ἡμᾶς οἶκους τῆς Τριάδος ἐναποτελέσῃ, τοὺς σὲ Θεοτόκον κηρύττοντας, ἄχραντε.

Ἐκ γαστρὸς σου ἀγίας ἀνέτειλε τῆς δικαιοσύνης ἀνέσπερος ἥλιος, καὶ τοὺς πιστοὺς ἐφώτισε, Θεοτόκε παρθένε πανύμνητε.

Ἰασαί τῆς ψυχῆς μου τὰ πάθη, τῆς ἀπαθείας τὴν πηγὴν ἢ συλλαβοῦσα, Παρθένε, καὶ κατανύξωος ὄμβρους παράσχου μοι προξενούντάς μοι τὴν παράκλησιν ἐκεῖ, ἀγία Θεοτόκε.

Ἰδοὺ γεγέννηται ἐκ σοῦ, Ἰσαΐας ἐμφανῶς, ἀγνή, ἔδσα, ὁ Υἱὸς τοῦ Ὑψίστου, καὶ σὸς ὀράται Υἱὸς, Παρθένε, υἱὸς ἐργαζόμενος τοῦ ἐπουρανίου Πατρὸς τοὺς σὲ ὑμνοῦντας.

A puella partum tuum, qui transcendit omnem mentem : primæ enim mentis Verbum in utero tuo concepisti, o casta, quod omnia verbo produxit.

Deipara sanctissima, in qua tanquam in domo suavi odore plena habitare sibi complacuit Verbum Patris consubstantiale, non sensit uteri combustionem, neque dolores partus experta est : peperit enim Emmanuel Deum et hominem.

Ille, qui Evam e costa formavit, ex utero tuo, o casta, formatus est, volens Adam salvare propter pietatem suam, tanquam hominum amator.

Hominum naturam, quæ terrena facta erat, cœlestem effecisti, o immaculatissima, et corruptam deificasti : propterea omnes te incessabili voce glorificamus.

Benedictus ventris benedicti fructus tui, quem benedicunt cœlorum | potestates hominumque cœtus ; qui nos ab antiqua maledictione redemit.

A primæ matris maledictione per te castam Dei Matrem redempti, cum fide te benedicimus, atque canticis celebramus, o Domina benedicta, sanctissima Virgo, sponsa Dei.

Cum omnium factoris Genitrix supra omnem cogitationem, o purissima, fueris, facta es cœlis sublimior, atque omnium Dominatrix, o Virgo Deipara omni laude dignissima : unde te universi magnificamus.

74 *Ex canone in S. P. N. Benedictum, die 14.*

Nos qui per te incorruptione ditati sumus, o Dei genitrix castissima, ad te clamamus : Salve, o gratia plena, sanctorum omnium ac justorum ornamentum.

Ille qui solus bonus est, ingressus est in uterum tuum, ubi carnem suscepit, et homo perfectus factus est : quem tu deprecare, o purissima, pro salute animarum nostrarum.

Velut imber super vellus, descendit Verbum carnem assumens in venerandum uterum tuum, o inviolata, et idololatriæ pluvias manifeste sedavit, et amarulentam tempestatem dissipavit, o immaculatissima.

Qui habitat in cœlis, in purissimo ventre tuo habitavit, ut Trinitatis domos efficeret nos, qui te Deiparam prædicamus, o inviolata.

Ex utero tuo sancto ortus est Sol justitiæ innociduus, et fideles illuminavit, o Deipara Virgo omni laude dignissima.

Sana, o Virgo, animæ meæ passiones, tu quæ fontem impassibilitatis concepisti, et compunctionis imbres concede mihi, o Deipara sancta, qui futuram in cœlo consolationem acquirant mihi.

Ecce natus est ex te, quemadmodum Isaias aperte clamabat, Altissimi Filius, et Filius tuus factus est, o Virgo casta, qui filios Patris cœlestis efficit eos, qui te collaudant.

O Virgo lucis genitrix, animæ meæ nubes expelle, et concede, o Domina omni laude celebranda, ut ad radios salutiferæ pulchritudinis illius qui ex tuo sanctissimo utero in lucem gentium coruscavit, pure illuminetur.

75 Ex canone in SS. Martyres Agapium et socios, die 15

Splendore lucidissimo illius, qui ex te ortus est, illumina, o Virgo, pupillas animæ meæ, ut te glorificare possim.

Creatorem agnovimus, qui in carnis similitudine propter viscera misericordiæ suæ ex utero tuo lucifero, o Mater semper Virgo, apparuit manifeste nobis collaudantibus te.

Unguentum suscepisti in utero tuo, o casta et B inviolata, Verbum scilicet, quod mundum a foedissimo omnium peccatorum odore repurgavit: quamobrem te cum fide beatam appellamus.

Divinis canticis Deiparam fideles beatificemus, dicentes: Salva, porta, per quam solus Dominus pertransivit.

O purissima sponsa Dei (55), quæ sancto germine tuo infidelitatis plantas arefecisti, hostis malitiam imminue, in me assidue repullulantem.

Exsolve me, o immaculatissima, inextricabilium peccatorum vinculis colligatum, ac lacrymarum imbres concede mihi, canenti ad eum qui ex te ortus est: Benedictus es, Deus patrum nostrorum.

Medere passionibus cordis mei, o mater Salvatoris, quæ impassibilitatis fontem peperisti, et ad vitam divinam deduc me, ut glorificem te in omnia sæcula.

Illustra me, o intemeratissima, negligentia te-

(55) Nemo nescire debet (inquit Ambrosius Catharinus in Disput. pro veritate immaculatæ conceptionis libr. iii, testim. 6,) quod in Scripturis sanctis, inter multas, quæ ibi commemorantur, adolescentulas et concubinas regis, imo etiam reginas, una est ipsius Regis Christi primaria Sponsa electa et præelecta, quod de Maria procul dubio intelligitur, sicut et canit Ecclesia. Nam propter nimirum illius excellentiam declarandam, scriptum est: *Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ, adolescentularum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea.* Nulli autem nisi supra modum austero homini potest videri decens, quod summus et primarius rex voluerit sibi adoptare in Sponsam talem, scilicet primam et primariam, eam de qua dici aliquando posset, vel pro aliquo momento, quod sub hostis et adulteri potestate fuerit: et ita subira sua, et Patris sui maximi et altissimi Regis, cum præsertim potuerit ipse ac noverit, si modo voluerit, eam præripere ac præservare sibi, ne in hosticam manum dimitteretur. Obsecro, discamus hoc saltem a prudentia sæculi; nec minoris benignitatis ac prudentiæ faciamus Deum. Si enim quæretur sponsa cuiusdam magni regis filio, qui speciosus ipse fuerit præ filiis hominum, aut ipse filius sibi ipsi eam quærat, imo (ut aptior parabola fiat) si detur ipsi filio eligendi facultas, quin potius et condendi et componendi potestas unam aliquam pro voto, an quæso, talem eliget, aut sibi condet, quam com-

Φωτοκυήτορ Παρθένε, τῆς ψυχῆς μου τὰ νέφη ἀπέλασον, καὶ δίδου καθαρῶς προσενοπτρίζεσθαι, Δέσποινα, τὸ σωτήριον κάλλος τοῦ λάμπαντος ἀρρήτως ἐκ τῆς σῆς παναγίας νηδύος εἰς φῶς ἐθνῶν, πανύμνητε.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τοὺς ἀγίους μάρτυρας Ἀγάπιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἡμέρα 15.

Αἴγλη φαινοτάτη τοῦ ἐκ σοῦ, Παρθένε, ἀνατείλαντος τῆς ψυχῆς μου τὰς κόρας φωταγώγησον, ὅπως δοξάζω σε.

Σαρκὸς ὁμοιώματι ἐμφανισθέντα ἐκ τῆς φωτοφόρου νηδύος, τὸν Κτίστην ἐπέγνωμεν διὰ σπλάγχνα ἐλέους, ἡμῖν τοῖς ὁμοῦσί σε, Μήτηρ ἀειπάρθενα.

Μύρον ἐν γαστρὶ τὸν Λόγον ὑπεδέξω, ἀχραντὴ ἀγνή, τὸν κόσμον δυσωδίας ἀποκαθαίροντα πάσης τῶν ἐπταισμένων· ὄθεν πιστῶς σε μακαρίζομεν.

Ἕμνολογίαις θελαῖς τὴν Θεοτόκον πιστοὶ μακαρίζομεν· Χαῖρε, λέγοντες, πόλη, ἣν μόνος διώδευσε Κύριος.

Μαράνασα τὰ φυτό τῆς ἀθείας, πανάμωμε, τῷ σῷ ἀγίῳ φυτῷ τὴν ἀναθλαστάνουσαν ἐν ἐμοὶ ἐκάστοτε τοῦ ἐχθροῦ κακίαν ἀπομείωσον, θεόνομφε.

Δεδεμένον σειραῖς με ἀμυθήτων πταισμάτων λύσον, πανάμωμε παρέχουσα μοι ὁμῆρους δακρύων μελωδοῦντι τῷ ἐκ σοῦ ἀνατείλαντι· Ο τῶν πατέρων ἡμῶν Θεός, εὐλογητὸς εἶ.

Ἰασα! μου τὰ πάθη τῆς καρδίας, ἀπαθείας πηγῆν ἢ τετοκυῖα, καὶ πρὸς ζωὴν με θείαν καθοδηγήσον, ἵνα σε δοξάζω, Μήτηρ τοῦ Σωτήρος, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φωτὶ με μετανοίας τὸν ἐσκοτισμένον τῇ ἀμελείᾳ,

prehendi ab hoste et violari patitur, quam tamen prius potuerit ipse ac meruerit servare? Profecto austerus nimirum necesse sit, qui hoc fateatur: indecentissimum enim est hoc in sponsa primaria. Fædissime enim claudicarent hæ nuptiæ, neque enim sponso esset sponsa conveniens, quem jam speciosum facimus præ filiis hominum. Quod vero post unam hanc primariam penitus illibatam, alias habeat secundario, sive ancillas, sive concubinas, redemptas tamen et ab hostium manu ereptas, atque ideo non penitus intactas, nihil absurdum est, nullus enim vituperio dederit, modo illa una prima ac præcipua servata sit illi, ut prorsus illibata, intacta, immaculata fuerit. Quid ergo? Prudentiores erunt filii sæculi in generatione sua, non dico, quam filii lucis (hoc enim per socordiam nostram sæpe contingit), sed dico quam ipsa lux? Ipsa, inquam, lux æterna, et sapientia vera, unde omnis sapit, quicumque sapit? Absit. Quis enim dicere hoc potest sine blasphemiam? Ergo speciosissimus omnium Sponsus, et sapientissimus, et omnipotentissimus Rex, non talem sibi potius adoptaverit Sponsam, imo (ut Hieronymi utar verbis) etiam condiderit, ac servaverit, qualem sibi omnino convenire prævideret, scilicet perpetuo speciosam, intemeratam, incorruptam penitus et mente et corpore, et cum qua nullum unquam potuerit intervenire dissidium? Qui hoc negaverit, male affectus sit, prorsus necesse est. Hactenus Catharinus loco citato.

πανάρωμε, λάμπρονον, ὅπως ὕμνῳ καὶ δοξάζω τὰ **A** nebris offusum, luce pœnitentiæ, ut laudem et glorificem magnalia tua.

76 *Ex canone in S. Papam martyrem, die 16 (55').*

Tanquam angelis sanctior existens, Deum sanctum, sanctissima, concepisti, qui sanctitatem largitur omnibus sese incessanter glorificantibus, sanctosque ipsius martyres venerantibus.

Canens propheta David te, Dei Mater, montis pinguis nomine manifestissime præsignificavit, ex quo advenit Christus, qui malitiæ montes contrivit.

Templum sanctum apparuisti, o Virgo innupta, quod Deum in se continuit, universis sanctitatem largientem, propter misericordiam suam ineffabilem, et pietatem prorsus inenarrabilem.

Te, o Deo charissima, Prophetarum chorus præmonstravit fore Creatoris Matrem, quem sine ulla intermissione precare, ut misereatur animarum nostrarum.

Abyssum misericordiæ et miserationum Christum

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὸν ἅγιον Ἀλέξιον τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ, ἡμέρα 15'.

Ὁ Θεοῦ συνάναρχος Υἱὸς ἔσχεν ὡς αἰτίαν σε τῆς πρὸς ἡμᾶς, Παρθένε, ὁμοιώσεως μόνην ὑπὲρ ἅπασαν κτίσιν, ἄχραντε, καθάραν σε εὐράμενος· ὅθεν σε ὕμνοῦμεν πᾶσαι γενεαὶ καὶ μακαρίζομεν.

Ὁ ἄνω ἀθεώρητος τοῖς ἀγγέλοις, ἄχραντε, κάτω **C** ἐκ σοῦ γενόμενος καθορᾶται τέλειος ἄνθρωπος, ἀπολλύμενον κόσμον ἀνακτώμενος.

Θηλάσασα τὴν δοτῆρα, Παρθένε, τοῦ γάλακτος, πεινῶσαν καὶ στένουσαν νῦν τὴν καρδίαν μου κόρεσον πάσης ἐπιγνώσεως καὶ κατανύξεως θείας, ἰκετεύω σε.

Ὁ φῶς κατοικῶν τὴν ἁγίαν ὠκησέν σου νηδύν, ἀγνή, κόσμον ἀπολλύμενον σκότει ἀγνωσίας ἀνακτώμενος, ὃν ἰκέτευε πάντα φωτίσαι τοὺς ὕμνοῦντάς σε.

Νόμους φύσεως, ἄχραντε Δέσποινα, ὁ Δημιουργὸς καινουργήσας, τῆς κτίσεως ἐκ σοῦ ἀρρήτως τίχτεται, καὶ θεοὶ με δι' ἄμετρον ἔλεος.

Μεγάλου διάκονος σὺ μυστηρίου ἐγένου, πανάρωμε· θεὸν γὰρ ἐσωμάτωσας μεγάλων κακῶν ἡμᾶς ἀπολυτρούμενον τοὺς σε μεγαλύνοντας, ἀγνή, εὐλογημένη θεοχαρίτωτε.

ῥεύσαντας ἡμᾶς τῇ πάλαι παραβάσει ἀνακαινίζων ὁ φιλόανθρωπος ἀρβρεύστως σεσάρκωται ἐξ ἀφθό-

enixa, abyssum malorum meorum exsicca, o Domina sanctissima, intercessione tua, et cogitationes compunctionis concede mihi.

Benedictus fructus tuus omni benedictione cumulatus, o benedictissima Domina, quem deprecare, ut benedicat nobis, qui te castam Dei Matrem agnovimus.

Deiice fortitudine tua, Virgo inviolata, universam hostis fortitudinem, nosque virtute corrobora, ut divinam filii tui voluntatem perficere valeamus, o præsidium formidabile eorum qui invocant te!

Virgo casta, et immaculata, quæ Dei receptaculum apparuisti, me plurimis peccatis maculatum emunda, precor, o Deipara, purificativa intercessione tua, et in die iudicii a damnationis sententia libera me.

77 *Ex canone in S. Alexium hominem Dei, die 17.*

Dei Filius, illi coæternus, habuit te, o Virgo inviolata, tanquam causam, qua similis factus est nobis, cum te solam super omnem creaturam invenisset puram (56): unde omnes generationes te laudamus, ac beatam appellamus.

Qui superius in cœlo est angelis invisibilis, inferius in terra natus ex te, o inviolata, ab omnibus conspicitur perfectus homo, perditum mundum recuperaturus.

O Virgo, quæ datorem lactis lactasti, cor meum famescens ac gemens satia, precor, omni cognitione ac compunctione divina.

Qui habitat in luce, in sancto utero tuo habitavit, o casta, ut mundum in tenebris ignorantie pereuntem recuperaret; eundem deprecare, ut omnes te laudantes illuminet.

Cum creaturarum conditor naturæ leges innovasset, o Domina inviolata, ex te ineffabili modo natus est, et me propter immensam misericordiam suam deificavit.

Magni mysterii ministra facta es tu, o immaculata; Deum enim corporasti, qui a magnis malis redemit nos, qui te magnificamus, o casta, benedicta, Deo charissima.

Nos, qui propter antiquam transgressionem deluxeramus in corruptionem, Amator hominum

ritatem infinitam ex Matre, quæ aliquando contaminata fuisset, progigni, cum præteritarum sordium ipsa quoque memoria offendere soleat. Quapropter dum S. Josephus Deiparam solam a Deo super omnes creaturas puritate fulgentem inventam fuisse, eademque de causa in Dei Matrem electam affirmat, omnem ab ipsa originariam maculam propulsat.

(55') Græca desunt in Menæis impressis.

(56) Non invenisset Dei Filius B. Virginem solam omni creatura puriorem, si hæc non fuerit immunis ab originali macula, qua primi parentes caruerunt creati in iustitia et sanctitate veritatis. Cum autem solam omni creatura puriorem invenisset, in ea habuit causam qua similis nobis fieret, nempe summam puritatem, sine qua Dei Filius in ea non fuisset incarnatus. Non enim decebat pu-

renovaturus, incorruptibiliter incarnatus est ex impolluto utero tuo, o purissima, atque omnes a peccati corruptione liberavit, o immunis ab omni macula (57).

Ad te Gabrielis vocibus lætabundi clamamus, dicentes: Salve, o ager inarate; salve, o maledictionis solutio: salve, o fons aquæ vivæ; salve, gloria sanctorum Deipara semper Virgo.

78 *Ex canone in SS. Chrysanthum, et Dariam martyres, die 19.*

Qui secundum naturam divinam est inaccessibleis, accessibilis apparuit mihi, ex te, o Virgo carne suscepta: quem Daria concupiscens, constanter decertavit, et in sponsæ morem ad eum adducta est.

Filius, qui ex utero tuo, o Virgo inviolata, secundum carnem natus est, despōnsavit sibi sponsam castam martyrem Dariam.

Incomprehensibilis ille ab omni intellectu, qui te post partum virginem conservavit, quemadmodum fueras ante partum, ex te, o inviolata, incarnatus est, Dariam martyrem sibi sponsam asciscens.

Quis tuum valeat explicare mysterium, o castissima? Deum enim Verbum, supra cogitationis verbique conceptum, duplicem in natura peperisti.

Te tanquam novum puerum Virgo peperit, antæ-sæculare Verbum, quod puellæ concupiscentes, tanquam sponsæ post illam adductæ sunt tibi omnium Regi.

Qui secundum divinam substantiam est incircumscribitus, in sinu tuo, o Virgo, factus est similis nobis secundum carnem circumscribitus. Benedicta es tu inter mulieres, o domina immunis ab omni macula.

Cum te tanquam rosam in medio spinarum hujus vitæ, invenisset Deus immaculatam (58), o castissima, habitavit in utero tuo inviolato, et mystica suaveolentia replevit mundum clamantem: Omnia opera, laudate Dominum.

Horrore quatiantur mens et cor, dum partum tuum, o puella, recogitant. Deum enim, quem nulla cogitatio comprehendere potest, concepisti, qui per te liberat ab omni necessitate eos qui te honorant.

(57) Sæpissime S. Josephus se egregium pro Deiparæ immunitate ab originali fidejussorem præbet, cum non solum hic, sed alibi eam deprædicet ab omni macula et labe immunem, ab omni labe et macula liberam, omni labe et macula carentem, ab omni labe vacuum, ab omni labe puram, ab omni nævo mundam, quæ elogia absolute prolata, ut ea profert S. Josephus, maculam etiam, labem et nævum peccati originalis a B. Virgine ablegant.

(58) Si B. Virgo tanquam rosa in medio spinarum hujus vitæ immaculata inventa non fuisset, in ea Dei Filius per humanæ carnis assumptionem non inhabitasset. Hinc Nicolaus Cusanus S. R. E. cardinalis libr. v. Exerc. ad illa verba: *Cælum et terra transibunt*, hæc litterarum monumentis con-

ρου σου, πανάμωμε, νηδύος, καὶ ἐρρύσατο ἅπαντας ἁμαρτίας καταφθορᾶς, παναμώμητε.

Φωνήν σοι προτάγομεν τοῦ Γαβριὴλ γηθόμενοι· Χαῖρε, λέγοντες, χώρα ἡ ἀγεώργητος, χαῖρε, τῆς κατάρας ἡ λύσις, χαῖρε, πηγὴ ὕδατος τοῦ ζῶντος, ὁρίων τὸ καύχημα, Θεοτόκε ἀειπάρθενε.

Ἐκ τοῦ καρδός εἰς τοὺς ἀγίους μάρτυρας Χρυσανθὸν καὶ Δαρείαν, ἡμέρα 19'.

Ὁ φύσει τῇ θεϊκῇ ἀπρόσιτος προσετις ὤφθη μοι, ἐκ σοῦ, Παρθένε, σάρκα προσλαβὼν· ὃν Δαρεία ποθήσασα καρτερικῶς ἐνήθλησε, καὶ νυμφικῶς αὐτῷ προσήνεκται.

Σαρκὶ τεχθεὶς ἐκ γαστρὸς σου τῆς παρθένου υἱός, ἄχραντε, νύμφην ἄγνην μάρτυρα ἑαυτῷ Δαρείαν μνηστεύεται.

Συντηρήσας σε παρθένον, ὡς πρὸ τοῦ τόκου, μετὰ τὸν τόκον, ἄχραντε, ἐκ σοῦ ἐσαρχώθη ὁ ἀπερινότητος, Δαρείαν τὴν μάρτυρα νύμφην ἑαυτῷ ἐπαγόμενος.

Τίς δύναται τὸ σὸν ἐρμηνεῦσαι μυστήριον, ὦ πάναγνε; Θεὸν Λόγον γὰρ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον, διπλοῦν τῇ φύσει τέτοκας.

Νέον σε ὡς παιδίον Παρθένος ἐκύησε τὸν προαιώνιον Λόγον, ὃν ποθοῦσαι κόραι ταύτης ἐπίσω σοι τῶ πάντων βασιλεῖ νυμφικῶς ἀπηνέχθησαν.

Ὁ κατ' οὐσίαν τὴν θεϊκὴν ὢν ἀπερίγραπτος κόλποις σου, Παρθένε, γέγονε καθ' ἡμᾶς τῇ σαρκὶ περιγραφόμενος. Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν ὑπάρχεις, πανάμωμε Δέσποινα.

Ὡς ῥόδον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν τοῦ βίου, πάναγνε, Θεὸς εὐράμενός σε τὴν ἀμώμητον, ἔκρησε τὴν γαστέρα σου τὴν ἄχραντον, καὶ εὐωδίας μυστικῆς κόσμον ἐπλήρωσεν ἐκδοῶντα· Πάντα τὰ ἔργα, ὑμναίτε τὸν Κύριον.

Φρίττει λογισμὸς καὶ καρδία κατανοοῦντες τὴν λοχελίαν τὴν ἀκατανόητον, κόρη· Θεὸν γὰρ Λόγον ἐκυσφόρησας τὸν διὰ σοῦ ρυθόμενον πάσης ἀνάγκης τοὺς τιμῶντάς σε.

signavit: « Virgo gloriosa cum esset prædestinata ante sæcula, ut ex ipsa reciperet Dei Filius naturam humanam, et Dei Filius fieret filius hominis, ita concepta est, ut dignum ad hoc habitaculum fieret. Induere se debuit Deus humanitate Mariæ, quare humana natura Virginis digna facta est ab initio. Nam etsi ipsa concepta fuit ex virili semine via propagationis ab Adam, et quantum ad suum initium indiguit liberatore, quia in Adam, nisi liberentur aut præserventur, omnes, moriuntur, ut in Christo omnes vivificantur; tamen sicut anima ejus rationalis, nullo tempore fuit, antequam esset corpori unita, ita ipsa dum crearetur, sancta creata fuit, sic etiam quod nulla duratione fuit verum dicere Virginem fuisse sub peccato. » Sic ille.

79 *Ex Canone in S. Cyrillum episcopum Catanæ, die 11 (58').*

Fortitudo mea, laus, et salus mea Christus est, **A** o castissima; qui ex te tanquam homo natus est circa corruptionem, propter suam multam misericordiam, et factus est quod non erat.

O immensam mysterii profunditatem: Deus incarnatur et nascitur ex puella incorrupta, et corruptionem dissolvit per passiones quas subit solus bonus et amator hominum.

Quomodo Verbum peperisti? quomodo post partum incorrupta, qualis ante fueras, permansisti, o Virgo immaculatissima? Quomodo omnium nutritorem aluisti, voluntarie apparentem infantem mansuetum ac placidum? O novitatem miraculi tui, purissima!

Salva me, o mundissima, a gravissimis periculis: erige me a libidinum mearum sterquilinio; et a **B** captivitate, et vexatione pessimorum dæmonum libera me, dum te devote collaudo.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὸν ἁγίον ἱερομάρτυρα Βασίλειον πρεσβύτερον, ἡμέρα κβ'.

Ὁ τῷ Πατρὶ συνυπάρχων Μονογενὴς βουληθεὶς κατόκησέ σου τὴν ἀχραντον νηδύν, καὶ βροτὸς ἐγένετο, ἀγνή, σώσαι θέλων τοὺς βροτοὺς δι' ἀγαθότητα.

Γνωρίσας πόρρωθεν τὴν σὴν σύλληψιν Ἡσαίας διὰ πνεύματος, κόρη, διετράνωσεν αὐτὴν βοῶν· Ἴδου ἐν γαστρὶ ἡ Παρθένος τὸν Θεὸν συλλήφεται.

Ἦμῶ σε, Δέσποινα, τὴν πολυύμνητον· εὐλογῶ σε, Παρθένε, δι' ἧς βροτοὶ πάντες εὐλογήθημεν, καὶ τῆς κατάρας ἀληθῶς τῆς ἀρχαίας ἐλυτρώθημεν. **C**

Τὴν ἀνωτέραν τῶν χερουβιμ, τὴν ὑψηλοτέραν οὐρανῶν, τὴν ὑπερτέραν τῆς κτίσεως, τῶν σοφῶν μαρτύρων τὸ περιτείχισμα, τὴν μόνην Θεοτόκον τιμῆσωμεν.

Ἦμῶ σε, πανύμνητε, ἦν ὕμνοῦσι στρατιαὶ ἐπουρανίων τάξεων, καὶ δυσωπῶ σε, πάθη μου τῆς ψυχῆς ἰάτρευσον, ἀχραντε, καὶ πυρὸς αἰωνίου ἐλευθέρωσον.

Παρθενίαν μετὰ τόκον ἀδιάφθορον, Παρθένε, διαμένουσαν κατανοοῦσα, τῷ ἐκ σοῦ τεχθέντι ὑπὲρ νοῦν ἐβόας Σωτῆρι καὶ Θεῷ· Εὐλογητὸς εἶ, ὁ Θεὸς ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Σωτηρίαν ἀνθρώπων γένος ἡξίωται διὰ σοῦ, πανχρῖα θεοχαρίτωτε· μόνη γὰρ ἡμῶν τὸν Σωτῆρα ἐκύησας, ὃν ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φρικτὸς ὁ τρόπος ὁ τῆς λοχείας σου· Θεὸς γὰρ ἦν, Παρθένε, σαρκῶθεις ὁ τικτόμενος, ὃν ἐκέλευε φρικτῆς κολάσεως πάντας τοὺς ἀδιστακτῶ πίστει τιμῶντάς σε, μήτερ ἀπειρόγαμε σεμνή, ἀπολυτρώσασθαι.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὸν ὁσίου Πατέρα ἡμῶν Νικωνα, ἡμέρα κγ'.

Ἡ πύλη τῆς πρὸς ἡμᾶς σου, Κύριε, συγκαταβά-
(58') Græca desiderantur in Menæis.

Esto mihi gubernatrix, o Virgo, in pelago tentationum hujus vitæ periculosissime fluctuanti, et dirige me in portum salutis, et salva me.

Mentem meam plurimarum [passionum morbo peremptam vivifica, o immaculatissima; et da mihi vires, ut Deo placita efficere possim, ut magnificentem te fervens patrocinium, et spem Christianorum.

Curasti contritionem Adæ terreni, dum Deum Salvatorem peperisti, o illibatissima. Eundem exora pro curatione plagarum animæ meæ, quæ insanabili morbo laborat.

Cum ferret tanquam recens natum infantem Verbum quod est ante sæcula, veneranda puella stupore perculsa, **80** sic loquebatur: Fili mi, quomodo fero te, qui nutu continens universa? quomodo te lacte nutrio nutritorem, Salvatorem, ac Deum?

Ex canone in S. Basillium presbyterum et martyrem, die 22.

Unigenitus, qui simul est cum Patre, habitare voluit inviolatum uterum tuum, o casta; et homo factus est ut homines propter suam bonitatem salvos faceret.

Cum a longe conceptionem tuam Isaias per spiritum agnovisset, o puella, clare manifestavit illam exclamans: Ecce Virgo Deum in utero concipiet.

Laudo te, Domina, omni laude dignissima; benedico te, Virgo, per quam omnes homines benedicti sumus, atque ab antiqua maledictione vere liberati.

Sublimiorem Cherubim, excelsiorem cœlis, eminentiorem omni creatura, sapientissimorum martyrum munimentum ac vallum, solam Deiparam hymnis honoremus.

Laudo te, o summe laudabilis, quam laudant acies cœlestium exercituum; et precor te, o inviolata, ut animæ meæ affectionibus medearis, meque ab igne liberares sempiterno.

Cum virginitatem tuam post partum incorruptam permaussisse cognosceres, exclamabas, o Virgo, Salvatosi ac Deo, qui ex te supra omnem mentis captum natus est: Benedictus es, Deus patrum nostrorum. **D**

Per te humanum genus salute dignum factum est, o sanctissima ac Deo charissima: sola enim nobis Salvatorem peperisti, quem superexaltamus in omnia sæcula.

Pavendus est modus partus tui, o Virgo: Deus enim incarnatus ex te natus est: quem supplex exora, ut a pavendo supplicio eripiat omnes, qui te inconcussa fide venerantur, o veneranda Mater innupta.

81 *Ex canone in S. P. N. Niconem, die 23.*

Porta ista, per quam ad nos, Domine, descen-

disti, supernaturali modo genuit orientem, et solem, et lucem mystico advocatam atque accersitam, Deum scilicet et hominem, natura duplici præditum.

Martyrum cœtus occisionem tuam, Domine, imitatus est atque in se expressit, cum agnovisset te ex Virgine Innupta exortum esse.

Tanquam omni creatura superiorem, Creator dilexit te, o Virgo mater, faciens te Matrem suam; quam etiam deprecantur martyrum turbæ cum omni honore ac veneratione.

Lucem illam sine tempore, quæ est splendor Patris, genuisti, o immaculatissima, factam sub tempore, propter divitias bonitatis suæ.

Templum et palatium Dei animatum agnoscens te martyrum triumphantium chorus, te Domina, deprecatur, quæ sola mulierum opprobrium abstulisti.

Verbum Patris, absque ulla virginitatis tuæ corruptione, in te habitavit; et celeberrimum martyrum chorus attraxit, te Deiparam castam, prædicantem.

Perrumpe pondus grave malorum meorum, o tota casta atque inviolata, et omni laude dignissima, quæ partu tuo Adæ lapsum reparasti; et illumina me, ut clamare possim mente pura: Benedicite, omnia opera, Dominum.

Lucis habitaculum facta es, illius scilicet qui ex te propter nos natus est; quem sine intermissione deprecare ut lumine suo perfundat eos, qui te, o castissima Virgo Mater, collaudant ac Deiparam confitentur.

82 *Ex canone in Synaxim archangeli Gabrielis, die 26.*

Statim atque Gabriel vidit te castam omni labe carentem, illustri voce exclamavit: Ave, Domina, thalami nescia, hominum salus, angelorum gloria et venustas.

Agnoscens Gabriel mysterium olim absconditum, ad te clamabat, o puella: Ave; Dei palatium, in quo inhabitans, omnes homines, utpote misericors, deificabit.

Cum te totam a Spiritu sancto castificatam vidisset Gabriel, o immaculatissima, exclamavit ad te claris vocibus: Ave, redemptio a maledictione et primorum parentum revocatio.

Cum templum sanctificationis esses, o intemeratissima, per vocem Gabrielis archangeli concepisti eum, qui requiescit in sanctis suis, sanctissimum Deum, qui universos sanctificat ac liberat a malis.

Divinis Gabrielis verbis obediens fuisti, o casta, et Verbum æternum in carne perperisti quod mundum ab irrationalitate liberavit.

Missus est princeps militiæ cœlestis Gabriel, ut tibi gaudium annuntiaret, o casta Virgo Mater, per quam vere tristitia cessavit, et maledictio sterilis facta est, ac floruit benedictio fidelibus in sæcula.

Tanquam jucundum Regis thronum, tanquam

σεως, ἀνατολήν καὶ ἥλιον καὶ φῶς μυστικῶς συγκαλούμενον ὑπερφῶς γεγέννηκε, διπλοῦν τὴν φύσιν τὸν Θεάνθρωπον.

Μαρτύρων δῆμος τὴν σὴν ἀπεικονίσασθε σφαγὴν, Δέσποτα, ἐπεγνωκῶς κόρης σε ἐξ ἀπειρογάμου βλαστήσαντα.

Ὡς ὑπάρχουσαν τῆς κτίσεως ἀνωτέραν ὁ Ποιητὴς ἠγάπησέ σε, Παρθενομήτορ, δείξας σε μητέρα αὐτοῦ, ἦν καὶ λιτανεύουσι δῆμοι ἀθλητῶν εὐπρεπέστατα.

Φῶς ἄχρονον ἡμῖν τοῦ Πατρὸς τὸ ἐπαύγασμα ἐγέννησας, ὑπὸ χρόνον ἀγαθότητος πλούτῳ γενόμενον, πανάμωμε.

Ναὸν σε τοῦ Θεοῦ καὶ παλάτιον ἐμφυχον τῶν ἀθλοφόρων χορεία ἐπιγνοῦσα, Δέσποινα, λιτανεύει σε τὴν μὴν γυναικῶν ἀραμένην τὸ δνειδος.

Μὴ διαφθείρας τὴν παρθενίαν ὅλως τὴν σὴν Λόγος τοῦ Πατρὸς, ἐσχήνωσεν ἐπὶ σοί, καὶ μαρτύρων ἐπεσπάσατο χορὸν αἰδιδμον, Θεοτόκον ἀγνήν σε κηρύττοντα.

Ῥῆξον τῶν κακῶν μου τὸ βαρὺ φορτίον, πάναγνε, ἡ ἀνερθώσασα Ἀδὰμ τὴν ἐκπτώσιν, ἄχραντε, τῆ κυήσει σου, πανύμνητε, καὶ φωταγωγῆσον βοῆν ἐν καθαρῷ λογισμῷ· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.

Φωτὸς οἰκητήριον ὤφθης τοῦ δι' ἡμᾶς ἐκ σοῦ τεχθέντος, ὃν ἀδιαλείπτως δυσώπει φωταγωγεῖσαι τοὺς ἀνομνοῦντάς σε, καὶ Θεοτόκον, πάναγνε Παρθενομήτορ, καταγγέλλοντας.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὴν σύναξιν τοῦ ἀρχιστρατήγου Γαβριήλ, ἡμέρα κς'.

Ἀγνήν σε πανάμωμον ὁ Γαβριήλ ὡς ἐώρακε, τὸ Χαῖρε, σοί, Δέσποινα, λαμπρῶς ἐδόθησεν, ἀπειρογάμε, βροτῶν ἡ σωτηρία, ἀγγέλων τὸ καύχημα καὶ σεμνολόγημα.

Γνωρίζων τὸ πάλαι κεκρυμμένον μυστήριον, κόρη, σοί ποτε ὁ Γαβριήλ ἐκραύγασε· Χαῖρε, Θεοῦ παλάτιον, ἐν ᾧ οἰκήσας ἀπαντας βροτοὺς θεώσει ὡς εὐσπλαγχνος.

Ὅλην σε τῷ Πνεύματι ὁ Γαβριήλ περιηγνισμένην, πανάμωμε, κατανοήσας ἐκδοῦ σοὶ ἐμφανῶς· Χαῖρε, ἀρᾶς ἡ λύτρωσις, καὶ τῶν πρωπατόρων ἀνάκλησις.

Ναὸς ἀγιάσματος ὑπάρχουσα, πανάμωμε, φωνῆ Γαβριήλ τοῦ ἀρχαγγέλου, τὸν ἐν ἀγίοις ἀναπαυόμενον τέτοκας πανάγιον Θεὸν, πάντας ἀγιάζοντα καὶ δεινῶν ἐξαιρούμενον.

Ῥημάτων θείων ὑπήκοος, ἀγνή, τοῦ Γαβριήλ ἐχρημάτισας, καὶ τὸν προάναρχον Λόγον σαρκὶ ἀπέκύησας, τῆς ἀλογίας κόσμον ἀπολυτρούμενον.

Ἀπεστάλη Γαβριήλ ὁ ἀρχιστράτηγος χάριν μηνύων σοί, Παρθενομήτορ ἀγνή, δι' ἧς λύπη πέπαυται, καὶ ἡ ἀρὰ ἀληθῶς ἀπεστερωται, καὶ εὐλογία ἦνθησε τοῖς πιστοῖς εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὡς θρόνον τὸν πνευματικὸν τοῦ βασιλέως, ὡς

πάντων τῶν ποιημάτων ὑπερέχουσαν, ὡς τὸν ὑπερού-
σιον μόνον οὐσιώσασαν τὸν τοῦ βροτοῦ θεώσαντα
ἐνώσει κρείττονι γεννήσεως ἀρρήτου καὶ ξένης, τὴν
εὐλογημένην ὑμνήσωμεν Παρθένον.

Ἐγγὺς ἀστραπῆς τοῦ τόκου σου ἔλαμψεν καὶ κατ-
εφραΐδρυνε πᾶσαν τὴν ὑφήλιον, καὶ τὸν προστάτην
τοῦ σκότους ὤλεσε, Θεογεννήτορ πάναγνε, ἀγγέλων
καύχημα, καὶ ἀνθρώπων πάντων τὸ διάσωσμα, τῶν
ἀπαύστοις φωναῖς εὐφημούντων σε.

Ἐκ τοῦ κανόνος εἰς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν Ἰλα-
ρίωνα τὸν Νέον, ἡμέρα κη'.

Τῶν ἐμῶν πταισμάτων τὰς σειρὰς, πάναγνε, διὰρ-
ρηξον, τὸν σὸν Υἱὸν καὶ Θεὸν ἰκετεύουσα· καὶ τὴν
τυραννοῦσάν με, Ἀειπάρθενε, ἀμαρτίαν κατάβαλε,
ὅπως σε γεραίρω πάντοτε, πανάμωμε, σωζόμενος.

Ύατρευσον τὰ τραύματα τῆς ψυχῆς μου, δέομαι,
καὶ τοῦ νοῦς κυβέρνησον τὰς κινήσεις πρὸς τὰ θε-
λήματα τοῦ ἐκ σοῦ σαρκωθέντος, κόρη πάναγνε.

Ὁ Κύριός σε Κυρία ἀπάντων καὶ Δέσποινα εἰρ-
γάσατο, ἄχραντε· σοῦ γὰρ ἐκ μήτρας σεσάρκωται
κατακυριεύοντος αὐτοῦ τὸ ἴδιον πλάσμα λυτρωσά-
μενος.

Ἰσχύς τῶν πιστῶν καὶ ὁσίων ἔγενας κρα-
ταίωμα· διὰ σοῦ γὰρ, ἄχραντε, ἅπασιν ἐπήγασας
τὰ κρείττονα, καὶ οἱ γῆν κατοικαῦντες πρὸς οὐρανὸν
βαδίζουσιν.

Τὴν παστάδα Θεοῦ τὴν ἀμόλυντον, θρόνον τὸν
πυρίμορφον τοῦ Παντοκράτορος, τὴν Θεοτόκον ἅπα-
σαι γενεαὶ γενεῶν μακαρίσωμεν.

Συμβόλοις σε πόρρωθεν προδιετύπου ἡ χάρις τοῦ
Πνεύματος προφητικοῖς χαρίσμασιν, ὄρος πῖον ἅγιον,
πύλην σωτήριον, τόμον τε καινότατον, ἀγνή, καὶ
κιθωτόν σε κατονομάζουσα.

Ῥύπου με παθῶν, καὶ σπύλου ἀμαρτίας, θεοχαρί-
τῳτε ἀπόπλυνον, καὶ πύλας μοι ἀνοιξόν μετανόιας
ὀλισθαίνοντι, καὶ συνεχῶς τοῖς πταίσμασιν, ἄχραντε,
συναντῶντι, καὶ τὸν Θεὸν παροργίζοντι.

Φωνὴν σοι προσάγομεν τοῦ Γαβριὴλ γηθόμενοι·
Χαῖρε, λέγοντες, οἶκος τοῦ Παντοκράτορος, χαῖρε,
τῶν ὁσίων ἡ δόξα καὶ τῶν πιστῶν πάντων σωτήρια, δι'
ἧς ἐθεώθημεν, Θεοτόκε ἀειπάρθενε.

Ἐκ τοῦ κανόμος εἰς τὸν ἅγιον Μάρκον ἐπίσκο-
πον Ἀρεθουσίων, ἡμέρα κθ'.

Ὅρος σε κατάσκιόν ποτε ὁ Ἀββακούμ ἐλλαμφθεὶς
ἐθεάσατο, Μητέρα ἀπειρόγαμε, ἐξ ἧς Θεὸς σωματω-
θεὶς ἐπέφανεν ἀρετῇ καλύψας ὡς ἀληθῶς τὰ οὐ-
ράνια.

Ὁ μόνος οἰκῶν τοὺς οὐρανοὺς τὴν μήτραν σου
κατόκησεν ὑπερβολῇ, Παρθένε, χρηστότητος, καὶ
σὰρξ ὠράθη ἐκ σοῦ τικτόμενος· ἀλλ' αὐτὸν ἰκέτευε
πάσης περιστάσεως, παναγία, ρυσθῆναι τοὺς δούλους
σου.

Συλλαβοῦσα ἀφλέκτως τὸ πῦρ τῆς Θεότητος, καὶ

A omnibus creaturis eminentiorem, tanquam eam,
quæ solum supersubstantialem substantiam effecit,
qui præstantissima unione ineffabilis ac peregrinæ
generationis homines deificavit, Virginem bene-
dictam collaudemus.

Jubar fulgoris partus tui coruscavit, atque uni-
versum terrarum orbem læta luce perfudit; tene-
brarumque præsidem profligavit, o Dei Genitrix
castissima, angelorum gloriatio, **83** et omnium
hominum salus, qui te incessabilibus vocibus con-
celebrant.

Ex canone in S. P. N. Hilarionem Juniozem,
die 28.

Disrumpe, o castissima, peccatorum meorum
vincula, deprecans pro me Filium ac Deum tuum;
et peccatum, quod me tyrannice premit, dejice, ut
salutem consecutus te semper honorare valeam,
o semper Virgo purissima.

Cura, precor, vulnera animæ meæ, o puella ca-
stissima; et mentis meæ motus rege ac dirige ad
voluntatem ejus faciendam, qui ex te incarnatus
est.

Dominus constituit te, o inviolata, Dominam ac
Reginam universorum: ex utero enim tuo incarna-
tus est, ut suum plasma ab eo, qui eidem domina-
batur, liberaret.

Fortitudo fidelium et firmamentum sanctorum
facta es, o intemerata: per te enim omnibus præ-
stantissimorum honorum fons emanavit, et habi-
tantibus in terra ad cœlum iter patefactum est.

Thalamum Dei impollatum, thronum Omnipoten-
tentis igniformem, Deiparam omnes generationes
generationum beatificemus.

Gratia Spiritus sancti propheticiis charismatibus
te a longe per symbola præfigurabat, o casta; no-
minans te montem pinguem ac sanctum, portam
salutarem, volumen novum ac recentissimum, et
arcam.

Emunda me, o Deo charissima, a sordibus pas-
sionum, et a maculis peccati, et poenitentiae portas
aperi mihi, o illibata, qui cado, et assidue in pec-
cata incurro, Deumque provoco ad iram.

Vocem Gabrielis ad te cum gaudio proferimus,
dicentes: Ave, domus Omnipotentis: ave, gloria
sanctorum, **84** et salus omnium fidelium, o Deipara
semper Virgo, per quam deificati sumus.

Ex canone in Festo S. Marci episcopi Arethusio-
rum, die 29.

Montem umbrosum, quondam Abbacuch illumina-
tus te vidit, mater innupta, ex qua Deus incorpo-
ratus apparuit, virtute occultans verissime cœ-
lestia.

Is, qui solus inhabitat cœlos, in utero tuo habi-
tavit, o Virgo, ob excessum benignitatis, et caro
apparuit natus ex te. Tu vero ipsum deprecare, o
sanctissima, ut liberet servos tuos ab omni adver-
sitate.

Quæ suscepisti absque combustione ignem Divi-

nitatis, et peperisti sine semine fontem vitæ Dominum, o Deipara, gratia plena, salva ab omni parte, magnificantes te.

Nos qui tuam protectionem possidemus, o immaculata, et tuis intercessionibus a malis liberamur, a cruce Filii tui in omnibus custoditi, jure te omnes religiose magnificamus.

Mons ille, quem propheta Daniel vidit, ex quo lapis Christus abscissus est sine manu, conterens idola, et evertens dæmonum fastum, tu es, o Virgo, propterea te glorificamus.

Admirans sanctissima eum, qui ex se natus erat ineffabiliter, terrore concutiebatur, et magnificabat, et clamabat, Quomodo in ulnis meis complector te, Fili, universa complectentem.

Palatium Dei apparuisti, Domina, omnium regnatoris, quem deprecare, ut me malorum latronum diversorium factum expurget, et salvet me, o immaculata.

Segnitiam, quæ est in me, Domina, et somnolentiam gravem vigilantibus tuis et venerandis precibus apud Deum, immaculata, expelle, et miserere mei, qui cano : **85** Laudabilis et supergloriosus Deus patrum nostrorum.

Contritam hominum naturam antiqua transgressione, reformasti super naturam, et deificasti, o pura, psallentem partui tuo : Benedicite, omnia opera, etc.

Miserere populi tui, Domine, et hujus hæreditatis tuæ, quam possedisti, flexus precibus pro nobis oblati Genitricis tuæ Dei Filix, ut te velut Dominum et misericordissimum glorificemus.

Ex canone in SS. martyres Jonam et Barachisium, die 29.

(Idem est cum superiori, et ideo omittimus.)

86 MENSIS APRILIS.

Ex canone in SS. martyres Theodulum et Agathopodem, die 4 (58'').

Salvatorem, factorem omnium, ac Dominum concepisti, quem Agathopus una cum illustri Theodulo prædicavit esse Deum et hominem, o Virgo Mater, omni beatitudine cumulatissima.

Ex te salus hominibus exorta est, o Dei Genitrix benedicta, propterea te laudamus universæ generationes.

Peperisti, o inviolata, Redemptorem, qui ab hostili captivitate homines liberavit, carne nostra circumdatum.

Prædicantes incarnationem Domini, qui ex utero tuo, Deipara coruscans, exortus est, gloriosi martyres salutare martyrii poculum lætantes biberunt.

O Mater Dei, animæ meæ pessimum morbum cura, tu quæ optimum Verbum peperisti, quod universos efficit bonos.

Medere passionibus animæ meæ, o immaculatis-

Α τεκοῦσα ἀσπύρως πηγὴν ζωῆς τὸν Κύριον, κεχαριτωμένη, Θεοτόκε, περίσωζε τοὺς σὲ μεγαλύνοντας.

Οἱ τὴν σὴν προστασίαν κεκτημένοι, ἄχραντε, καὶ ταῖς σαῖς ἰκεσίαις τῶν δεινῶν λυτρούμενοι, τῷ σταυρῷ τοῦ Υἱοῦ σου ἐκ παντὸς φρουρούμενοι, κατὰ χρέως σε πάντες εὐσεβῶς μεγαλύνομεν.

Τὸ ὄρος, ὃ προφήτης Δανιὴλ ὁ τεθέαται, ἐξ οὗ ὁ λίθος ὁ Χριστὸς ἐτμήθη ἀνευθεν χειρὸς, συντρίψας τὰ εἰδῶλα καὶ καθελὼν τὰ τῶν δαιμόνων φρυγίγματα, σὺ εἶ, Παρθένε · διὸ σε δοξάζομεν.

Β Θαυμάζουσα τὸν ἐκ ταύτης ἀρρήτως τιχτόμενον, ἡ πάναγνος κατεπλήττετο, καὶ ἐμεγάλυνε, καὶ βοῶσα ἔλεγε · Πῶς ἐν ἀγκάλαις σε κατέχω, τέκνον, τὸν πάντα κατέχοντα ;

Παλάτιον Θεοῦ ἐδείχθης, Δέσποινα, τοῦ πάντων βασιλεύοντος · ὃν ἰκέτους ληστῶν με πονηρῶν ἤδη γεγονότα καταγώγιον ἀποκαθάσαι, καὶ σῶσαί με, ἄχραντε.

Τὴν ἐν ἐμοὶ ῥαθυμίαν, Δέσποινα, καὶ νύσταγμὸν τὸν χαλεπὸν ταῖς ἀγρύπνοις σου πρὸς Θεὸν καὶ σεπταῖς δεήσεσιν, ἄχραντε, ἀπέλασον, καὶ μελωδοῦντά με οὐκτειρον · Ὁ αἰνετὸς τῶν πατέρων Θεὸς καὶ ὑπερένδοξος.

Συντριβεῖσαν φύσιν τῶν βροτῶν τῇ πάλαι παραβάσει ἀνέπλασας ὑπὲρ φύσιν, καὶ ἐθέωσας, ἀγνή, τῷ τόκῳ σου ψάλλουσαν · Πάντα τὰ ἔργα, τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Γ Φεῖσαι τοῦ λαοῦ σου, Κύριε, καὶ ἤς ἐκτίσω ταύτης κληρονομίας σου, ταῖς ὑπὲρ ἡμῶν τῆς σε τεκούσης θεόπαιδος παρακλήσεσιν ἐπιχαμπτόμενος, ἵνα σε ὡς Δεσπότην καὶ πανοικτίρμονα δοξάζομεν.

MHN ΑΠΡΙΛΑΙΟΣ.

in dolore versantes et ad te cum animi confiden-
tia confugientes, o Virgo.

Refugium Christianorum, adjutrix eorum qui in
angustiis detinentur, Virgo sanctissima, ne despi-
cias nos **107** assiduis periculis percussos, multis-
que Barbarorum pessimorum invasionibus exagita-
tos.

O Virgo genitrix lucis, cum angelis incorporeis,
apostolis, prophetis, pontificibus, martyribus, ac
sanctis omnibus, unicum benignissimum Deum de-
precare, ut a periculis liberet animas nostras.

Ex Canone in S. Simeonem martyrem, qui fuit co-
gnatus Domini, die 27.

Tanquam omni creatura superior, Creatorem ac
Deum in utero concepisti, o Virgo, et peperisti in
redemptionem hominum.

Omnis encomiorum lex vincitur nunc, o castis-
sima Dei sponsa, in laudibus tuis; Dei enim Ver-
bum peperisti, et angelorum sublimitatem transcen-
disti.

Initiatus mysteriis partus tui propheta Abbauc,
o Puella, describit te montem umbrosum, ex quo
Deus noster advenit.

Deprecare pro nobis Christum, o casta Deipara,
qui ex puris sanguinibus tuis materialem induit
carnem, et homines reformavit.

Sana insanabiles animæ meæ passiones, o Dei
Sponsa, quæ medicum et Salvatorem peperisti, qui
passionibus propriis hominum passiones curavit.

Virgo Mater casta, dæmonum vulnus, hominum
salus, angelorum decus, libera miseram animam
meam a seductione inimici.

Ut te gratis vocibus, o casta, quæ genus nostrum
gratia replevisti, laudemus, protege et defende nos
ab omni damno, o Sponsa Dei.

Divina luce perfunde me, o Virgo, lucis habita-
culum, passionum mearum tenebras, et penitus
profundissimam **108** noctem, intercessionibus tuis
dispellens, o Dei Genitrix.

Ex Canone in S. Zosimam, die 27 (60').

Verbum citra mutationem incarnatum in terra peperisti in reformationem hominum, qui te vocibus incessabilibus beatificant, o vere divina felicitate cumulativissima.

Virgo incorrupta, o casta, post partum permansisti, concipiens modo inexcogitabili, illum qui abstulit corruptionem: propterea omnes te merito beatam dicimus, o Deipara.

Thalamus totus lucidus, candelabrum totum aureum, locus sanctificationis thronus Dei altissimus, et palatium amplissimum facta es, o Virgo divina gratia cumulativissima.

Sanctior Cherubim fuisti, o laudatissima, dum Deum inexplicabili ratione genuisti, qui voluit salvare humanum genus, serpentis dolo corruptum ac peremptum.

Vitam peperisti, o castissima, quæ ob pomi esum

Ex Canone in S. Jasonem apostolum, die 28.

Puellæ virum nescientis apparuit filius carne circumdatus propter multam suam misericordiam ille, qui nulla mentis ratione comprehendi potest, ut eos qui passionibus carnis misere succubuerant, ad impassibilitatem manifeste reduceret per passionem carnis suæ, cui de more psallentes dicimus: Glorioso enim glorificatus est, etc.

Interfice, o purissima, vivifica intercessionem tuam peccatum quod vivit in me, tu quæ vitam genuisti.

O Domina, thalami nuptialis nescia, salva me, Salvatorem Verbum enixa, et a periculis atque ab æterna damnatione libera me.

Sanctior Cherubim apparuisti, dum in terra omnium Dominum corpore induisti, o Domina inviolata, omni laude dignissima.

110 *Ex Canone in S. Memnonem, die 29.*

Cum Deus ex te hominem assumpsisset propter suam bonitatem, o intemerata Virgo, processit cum duplici operatione et natura; quem semper deprecare, ut te laudantes illuminet.

Verbum Dei impolluta viscera tua inhabitavit, o inviolata, atque universa hominum peccata eliminavit.

Animam meam in profundum carnalium voluptatum demersam confirma, te precor, interventionem tuam, o Dei genitrix, quæ sola bonorum omnium datorem Deum nostrum genuisti.

Deum peperisti, et virgo permansisti, o Sponsa Dei; propterea omnes hominum linguæ te cum gaudio beatam dicunt.

Mortifica, o Virgo, carnis meæ prudentiam, quæ

MENSIS MAIUS.

111 *Ex Canone in SS. martyres Timotheum, et Mauram, die 3.*

Supersubstantiale Verbum substantia factum ex

A mortuos vitæ restituit; unde nos fideles vocibus gratiarum actionis te beatam proclamamus, per te, o laudibus digna, salvati.

Lex divina et prophetarum ænigmata præmonstraverunt te, o tota immaculata, parituram Jesum Christum Emmanuel in omnium hominum reconciliationem, salutem, vitam et redemptionem.

Negligentiæ dormitatione gravatum, profundissimus peccati sopor me oppressit: quamobrem clamor ad te, ut semper vigilantibus precibus tuis ad pœnitentiæ lucem excites me.

Voce gratiarum actionis ad te clamamus: Salve, jucundum ac sanctissimum Dei tabernaculum: salve, totius **109** mundi salus: salve, o benedicta: salve, o ab omni macula immunis, per quam a corruptione ac damnatione liberati sumus.

B

Sicut pluvia in vellus, Verbum salutiferum in vulvam tuam descendit, et homo ex te factus est, ut salvaret me, o Puella, mediatione tua.

Tu quæ Christum in ulnis tuis, tanquam thronus igniformis gestasti, exora eundem, o innocentissima, utpote Filium tuum ac Dominum, ut pacem largiatur mundo clamanti: Benedictus Deus patrum nostrorum.

Fornax, partus tui symbola olim referens, o Virgo Mater, adolescentes non combussit, quemadmodum nec ignis divinitatis uterum tuum.

Mater facta Emmanuelis in utero tuo incarnati, deificasti, o inviolatissima, naturam humanam: propterea, o sanctissima Dei Genitrix, te beatam vocamus.

mortis peremptorem, et vitæ datorem concepisti et peperisti modo ineffabili atque inexcogitabili, o castissima.

A tempestatibus immensorum peccatorum libera me, o Puella, quæ sola fortissimum es miserabilium adjutorium, et peccatorum propitiatorium, o benedicta in mulieribus purissima Domina.

Miseram animam meam, gravissimis malis argrotantem et periclitantem, dignam fac, o Domina Deo charissima, visitatione tua, et omnimodam illi incolumitatem restitue, dum clamat.

Voce archangeli ad te lætabundi clamamus, o Virgo: Ave, maledictionis solutio, sanctorum confessorum gloria, Patrum gloriatio, prophetarum prædicatio, atque hominum salus.

MHN MAIOS.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἀγίους μάρτυρας Τιμόθεον καὶ Μαύραν, ἡμέρη γ'.

Ἵπερούσιος Λόγος οὐσιωθεὶς ἐξ ἀγνῶν αἱμάτων

(60') Hic canou cum duobus sequentibus Græce non exstat in libris editis.

σου ἐθεούργησεν ἡμᾶς καὶ φθορᾶς ἐρρύσατο, ἀγνή· A
διὰ τοῦτό σε πιστῶς αἰεὶ δοξάζομεν.

Ἐπάρχων φύσει ἀπαθῆς ὁ Υἱός σου, Παρθένε,
προτελάβετο σάρκα ἐξ αἱμάτων σου ἀγνῶν, καὶ διὰ
πάθους σταυροῦ τῶν παθῶν με, ἀχραντε, ἐρρύσατο.

Ἀγνεῖας σκήνωμα, κατοικητήριον τοῦ Δεσπότου
τῶν ὄλων, τῶν προφητῶν πάντων περιήχημα, θεο-
χαρίτωτε ναεὶ, τοὺς ὑμνοῦντάς σε οἰκτείρησον.

Τὴν καταιγίδα τῶν λογισμῶν, τὰς ἐπαναστάσεις
τῶν παθῶν, τῶν πειρασμῶν τὸ κλυδώνιον, κόπασον,
Παρθένε θεοχαρίτωτε, καὶ σῶσόν με ὑμνοῦντα τὰ
μεγαλεῖά σου.

Πανάγαθε Δέσποινα, τὸν πανάγαθον Θεὸν ἢ ἐν B
σαρκὶ κυήσασα, κεκακωμένην πάθει τὴν ψυχὴν
ἐμὴν νῦν ἀγάθουνον, ἵνα πιστεῖ καὶ πόθῳ μεγαλύνω σε.

Ἐπερύμνητε Παρθένε, ἐπερύμνητον Θεὸν ἀποκυή-
σασα, τοὺς ὑμνοῦντάς σε κοινωνοὺς ἀνάδειξον φω-
τὸς, καὶ ῥῦσαι γέεννης καὶ φλογὸς, καὶ πάσης βλάβ-
δης τοῦ ἐχθροῦ ταῖς ἰκεσίαις σου.

Ὁραιώθης, Παρθένε, ἀποκυήσασα ὠραιότατον
κάλπει Χριστὸν τὸν Κύριον, θείαις τοὺς πιστοὺς
ἀγλαῖαις φαιδρύνοντα, ὃν ὑπερυψοῦμεν.

Φωτὶ τῷ σῷ με, θεοχαρίτωτε ἐν γυναιξὶ Παρθένε,
καταλάμπρυνον, δέομαι, καὶ πυρὸς αἰωνίου με λύ-
τρωσαι, ὅπως σε μεγαλύνω, ὅπως δοξάζω σε, ὅπως C
καταχρέος ἀνομῶν τὰ μεγαλεῖά σου.

Ἐκ τοῦ Κατόντος εἰς τὸν ἁγίον ἀπόστολον Ἀν-
δρόνικον καὶ Ἰουνίαν, ἡμέρα ιϛ'.

Ὁμδρισόν μοι, Παρθένε, πάντων τῶν πταισμάτων
ἀπολύτρωσιν, καὶ διόρθωσιν βλου, τῇ ἐν σοὶ μεσιτεῖᾳ
καὶ χάριτι.

Οὐκ ἔστιν ἄχραντος πλήν σου, Δέσποινα, καὶ οὐκ

61) Per titulum *immaculata* additum *Virginii*,
exprimi ejus immaculatam conceptionem, videtur
suaderi posse ex synodo Tridentina, quæ sess. v,
ad finem Decreti de peccato originali, B. Virginii
apposuit epitheton *immaculatae*, ut forte hunc titulum
proprium esse mysterii conceptionis intelligeremus,
et in appellatione Virginis *immaculatae* *immacula-*
tam conceptionem includi agnosceremus. « Decla-
rat, inquit, hæc ipsa sancta synodus non esse sue
intentionis comprehendere in hoc Decreto, ubi de
peccato originali agitur, beatam et immaculatam
Virginem Mariam Dei Genitricem. » Cujus declara-
tionis perspicua sententia est, inquit *Armamenta-*
rium Seraphicum pro tit. Immaculatae Conceptionis,
pag. 150! « Beatam Virginem Mariam in communi
lege peccati necessario non comprehendo, sed ut
ab omni macula liberam pie a fidelibus *immacula-*
tam dici, exemplo doceo. Hæc concilii mens valde
illustratur ex sess. vi, can. 23: Si quis hominem
semel justificatum dixerit posse in tota vita peccata
omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei
privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ec-
clesia, Anathema sit. Hic non auditur titulus *im-*
maculatae, quia puritas ab omni peccato actuali
non sufficit ut persona aliqua omnimode in tota
vocabuli latitudine et per excellentiam *immaculata*

castis sanguinibus tuis, deificavit nos, ac liberavit
nos a corruptione: propterea te semper cum fide, o
purissima, glorificamus.

Filius tuus, cum esset natura impassibilis, ex
puris sanguinibus tuis carnem suscepit, o Virgo
immaculata (61), et per passionem crucis, me a pas-
sionibus liberavit.

O castitatis tabernaculum, domicilium Domini
universorum, prophetarum omnium resonatio,
templum Deo gratissimum, miserere eorum qui te
collaudant.

Cogitationum procellam, passionum insurgentes
fluctus, tentationum tempestatem seda, o Virgo
divina gratia cumulatissima, et salvum fac me lau-
dantem magnalia tua.

Omni bonitate prædita Domina, quæ Deum omni
bonitate plenum, in carne peperisti, animam meam
passionibus male affectam ac depravatam, bonam
effice, ut cum fide et affectu magnificem te.

O Virgo superlaudabilis, quæ superlaudabilem
Deum peperisti, eos qui te collaudant effice parti-
cipes lucis, et libera eos intercessionibus tuis a
gehenna et flamma, et ab omni læsione inimici.

Speciosa facta es, o Virgo, cum peperisses spe-
ciosum forma Christum Dominum, divinis splen-
doribus fideles illustrantem, quem nos superexal-
tamus.

112 Luce tua illustra me, precor, o Virgo inter
omnes mulieres Deo charissima, et ab igne æterno
redime me, ut te magnificem, ut te glorificem, ut
pro debito laudem magnalia tua.

Ex Canone in S. Andronicum apostolum et Juniam,
die 17

Deplue super me, o Virgo, omnium peccatorum
redemptionem et emendationem vitæ, mediatione et
gratia tua.

Nullus est immaculatus præter te, o Domina:

nominetur, si autem sub lege originalis non com-
prehendatur, optime hujusmodi titulo absque ulla
limitatione insigniri potest. Nemo conciliarium
actionum gnarus suspicari potest *immaculatae* titulum
illic expressum, hic prætermissum, absque maturo
consilio et singulari aliquo mysterio, cum ex scri-
ptis Patrum, qui concilio interfuerunt, constet ca-
nones et decreta a peritissimis deputatis confecta
in congregationibus legi, et adeo districto examini
subjici, ut ob unius vocis, imo apicis, collocatio-
nem sæpe ad deputatorum incudem revocentur,
donec communi judicio probari mereantur. Quam
diligentiam, si unquam alias, in articulo de con-
ceptione Virginis exquisitissime adhibitam necesse
est fateri, controversia vigente et præsentibus
utriusque opinionis defensoribus. Si ergo titulus
immaculatae ex magna aliqua causa tributus est
Virginii, cum solum declarabatur in regula gene-
rali de peccato originalis contractione non neces-
sario comprehendi: et prætermissus, cum tan-
quam certum Ecclesiæ dogma statuebatur omnibus
venialibus caruisse: aut hæc causa assignanda
est, vel concedendum veram esse causam a nobis
prolatam, scilicet per titulum *immaculatae* additum
Virginii exprimi (ut ego arbitror) ejus *immaculatam*
conceptionem.

nullus est irreprehensibilis præter te, o tota pura : A etenim sola Dei omnium habitaculum facta es (62).

Te semper, o Virgo Deipara, omnes fideles concordæ voce laudamus, tanquam tutissimum et ad propugnandum aptissimum præsidium, et animarum nostrarum redemptionem.

Te, o sanctissima Puella, prophetarum chorus in sacris symbolis præsignavit futuram esse Dei genitricem.

Noti facti sunt divini ingressus Domini in te, o innupta, qui carnem abs te emendicavit, et ditavit fideles.

O Domine, qui in utero Virginis habitasti, et Adam in ipso reformasti, benedictus es in sæcula.

Tanquam forcipe, manibus carbonem defers, o B Virgo, qui divinum rorem, super eos qui in incendio erroris periclitantur, effundit, et comburit passiones eorum qui ipsius regnum laudibus celebrant.

O, Virgo immaculata, ab omni prorsus labe pura (63), quæ lumen peperisti, postula lumen, et remissionem peccatorum, et salutem animarum pro illis qui te veram Deiparam esse cognoscunt.

113 Ex Canone in Festo sanctorum martyrum Petri, Dionysii, et sociorum, die 18.

Tanquam thronum regis, in quo cum ille sedisset, sedem cœlestem fidelibus præparavit te, o Virgo, veneramur, et cum affectu beatificamus.

Sola Virgo manens parisi, sola mysterii maximi vere ministra notificata es cum Deum peperisti, o Deipara Mater Virgo.

O Virgo, Dei genitrix, omni laude superior, salva laudatores tuos in te confidentes, ab omni circumstanti periculo ac tribulatione.

Sponsa Christi innupta, per quam ab antiquo debito liberati, filii secundum gratiam facti sumus Patris cœlestis, custodi eos qui te collaudant.

Tanquam secundus ager, germinasti, o Deipara, apicam vitæ, a qua fideles nutriuntur, et erroris fames e terra vere repellitur.

Arcam Dei, urnam mannæ divinæ, aureum candelabrum ac mensam, montem sanctum, Deiparam omnes fideliter laudamus.

(62) Petrus Galatinus libro *De arcana catholicæ veritatis*, cap. 6. exponens illud Pauli, *Omnes in Adam peccaverunt*, ait : « Omnes scilicet qui subeunt solum Adæ regulam, neque altiore sortiuntur gradum. Hi enim in Adam vere peccatores sunt, ac in originali peccato concepti. Gloriosa autem Virgo, cum ad sublimiorem, quam Adam, ascenderit gradum, dici non potest in peccatum Adæ cecidisse, quoniam ipsa sola inter cæteras omnes creaturas hoc privilegio donata fuit, ut in ea Filius Dei conciperetur. Quod autem hic fuerit ejus ultimus finis ac suæ conceptionis, ex eo potissimum patet, quod nunquam alia creatura, præter ipsam, ad hoc concepta fuit, ut in ea Filius Dei incarnaretur, quia in nulla alia quam in ipsa Filius Dei incarnatus est. Ergo ut in ea Filius Dei

Est in ðμεμπτος, πλήν σου, πανάμωμα· τοῦ Θεοῦ γὰρ τῶν ὄλων χωρίον μόνη ἐχρημάτισας.

Σὲ διὰ παντός, Παρθένε Θεοτόκε, πάντες οἱ πιστοὶ συμφώνως ἀνυμνοῦμεν, ὡς ἀσφαλῆ καὶ ὑπέρμαχον προστασίαν, καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν τὴν λύτρωσιν.

Σὲ, παναγία Κόρη, τῶν προφητῶν ὁ χορὸς προεχίραξεν ἱεροῖς ἐν συμβόλοις, ἔσεσθαι Κυρίου λοχεύτριαν.

Αἱ θελαὶ τοῦ Δεσπότου ἐπὶ σοὶ πορεῖται ἐγνώσθησαν τοῦ σάρκα πτωχεύσαντος, καὶ πλουτίσαντος πιστοῦς, ἀπειρόγαμε.

Ὁ ἐν γαστρὶ τῆς Παρθένου οἰκήσας, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν Ἀδὰμ ἀναπλάσας, εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας, Κύριε.

Ὡς λαβίδι χειρῶν ἀνθρακα φέρεις, δρόσον θεῖον πηγάζοντα, Παρθένε, τοῖς τῷ φλογμῷ τῆς πλάνης κινδυνεύουσι, φλέγοντα δὲ πάθη τῶν ὑμνολογούντων αὐτοῦ τὴν βασιλείαν.

Φωτισμὸν ἡμῖν αἰτησαι, ἡ τὸ φῶς τεκοῦσα, καὶ ἁμαρτιῶν ἄφρασι, καὶ ψυχῶν σωτηρίαν τοῖς εἰδόσι σε ἀληθῆ Θεοτόκον, ἄχραντε Παρθένε πανάμωμε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἀγίους μάρτυρας Πέτρον, Διονύσιον καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς, ἡμέρα ιη'.

Ὡς θρόνον σε, Παρθένε, τοῦ βασιλέως, ἐν ᾧ καθίσας τοῖς πιστοῖς καθέδραν οὐράνιον ἠτοίμασε, γεραίρομεν, καὶ πόθῳ μακαρίζομεν.

Μόνη παρθενεύεις τίκτουσα, μόνη μυστηρίου μεγίστου δυτικῶς διάκονος ἐγνωρίσθης Θεὸν τεκοῦσα, Θεοτόκε μητροπάρθενε.

Ἵπερύμνητε Παρθένε Θεοκυῆτορ, τοὺς ὑμνητὰς σου σῶζε ἐπὶ σοὶ πεποιθότας πάσης περιστάσεως κινδύνων καὶ θλίψεων.

Νύμφη Χριστοῦ ἀνύμφευτε, δι' ἧς τοῦ παλαιῦ λυθέντες χρέους υἱοὶ κατὰ χάριν ὠφθημεν Πατὴρ ἐπουρανίου, τοὺς ὑμνοῦντάς σε φύλαττε.

Ὡς ἀρουρα καρποφόρος τὸν στάχυν ἐβλάστησας, Θεοτόκε, τῆς ζωῆς τοῦς πιστοῦς διατρέφοντα, καὶ λιμὸν τῆς πλάνης ἐκ τῆς γῆς ἀληθῶς ἀναστέλλοντα.

Τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ, τοῦ θεοῦ μάννα στάμνον, χρυσοῦν λυχνίαν τε καὶ τράπεζαν, τὸ ὄρος τὸ ἅγιον, D τὴν Θεοτόκον πάντες πιστῶς ὑμνολογοῦμεν.

conciperetur, ipsa concepta est; concluditur igitur Filius Dei incarnationem conceptionis ipsius Virginis causam finalem exstitisse. Quare, ut ex præmissis rationibus colligitur, oportuit materiam et formam ipsius immaculatæ Virginis perfectiorem atque sublimiorem quacunque alia materia et forma in genere humano fuisse, ac sine peccati initialis infectione productam. » Sic Galatinus.

(63) Nonne hæc verba clarissime et sine ulla probabili tergiversatione omnem prorsus peccati labem a Maria relegant? Si autem prorsus omnem relegant, cur non etiam labem peccati originalis, quæ sub universali comprehenditur, et pejor multo est quam labes peccati actualis venialis, a qua Deiparam nunquam vel levissime fuisse afflatam nemo dubitat?

Νοητὸν Ἰλαστήριον πέφυκας, τὰς ἀπάντων δεήσεις Ἀ
δεχόμενον, καὶ τῷ Υἱῷ σου, πάναγνε, ἀναφέρεις εἰς
λύτρον τῶν μελωδούντων· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα, τὸν
Κύριον.

Φωνὴν σοι πιστοὶ περιχαρῶς προσφέρομεν τοῦ
ἀγγέλου, Θεοτύμφευτε· Χαῖρε, βοήθεια ἀνθρώπων,
μαρτύρων, ἀποστόλων κρατάλωμα, καὶ πάντων
προφητῶν περιήχημα, Θεογεννητορ παναμώμητε.

*Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Θαλλε-
λαῖον, ἡμέρα κ'.*

Κυριοτόχε Παρθένε, τῶν εὐσεβῶν καύχημα, ἡ
τῶν ἀγγέλων χαρμονή, Χριστιανῶν τὸ διάσωμα,
ἀμαρτανόντων ἐξίλασμα, γέφυρα ἐκ γῆς μετάγουσα
τοὺς πιστοὺς εἰς οὐρανὸν, σῶζε δούλους σου.

Λάμπρον μοι φῶς, Παρθένε, μετανοίας· ἐν σκότει B
γὰρ κατάκειμαι τῆς ἀμαρτίας φρενοβλεβῆς, καὶ
παράσχου μοι τὴν λύσιν τῶν ἐπταισμένων, ὅπως σε
δοξάζω, πανάμωμε.

Ἱεροὶ προφηῆται τὴν σὴν λοχείαν πάλαι προ-
ανεφώνουν, ὄρος μέγα καὶ κατάσκιον, πύλην τε κα-
λοῦντές σε, δι' ἧς Κύριος, μόνη ἀγνή, διώδευσεν.

Υἱοὺς φωτὸς ἀπέδειξας τοὺς σκοτισθέντας πάθει,
Πατὴρ ἀπαύγασμα κυήσασα Χριστὸν τὸν φωτοδότην,
παναγία Δέσποινα· διὰ τοῦτο πόθῳ σε μακαρί-
ζομεν.

Ἐλυσας τῶν δεσμῶν με τῆς ἀμαρτίας, τεκοῦσα
τὸν Κύριον, τὸν λύσαντα τὰ τοῦ ἄδου, Θεοτόχε, βασι-
λεια, καὶ πάντας συνδεσμοῦντα πρὸς τὴν οἰχείαν C
ἐπίγνωσιν.

Εἰς τὴν βοήθειαν ἡμῶν, Θεοχαρίτωτε Κόρη, σὲ
δυσωποῦμεν σαφῶς, ἀνάστηθι καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς
πειρασμῶν αἰωνίων καὶ πάσης ἀπειλῆς.

Ἰλασμὸν τῶν ἐπταισμένων μοι, παναγία ἀγνή,
αἴτησαι, καὶ δός μοι χεῖρα ἐν πελάγει τῶν δεινῶν
δεινῶς χειμαζομένῳ, ἵνα σε μακαρίζω, ἵνα πιστῶς
κηρύττω τὴν σὴν βεβαίαν προστασίαν.

Φωτὸς δοχεῖον γεγένησαι, Παρθένε, καὶ θρόνος τοῦ
παντάνακτος, ἀχραντε, ἐν ᾧ καθήσας τοῦ παλαιοῦ
πτώματος ἤγειρεν ἡμᾶς, καὶ τῇ συνεδρείᾳ τῇ θείᾳ
ἐτίμησε τοὺς ἐν πίστει καὶ πόθῳ σε μεγαλύνοντας.

*Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Βασκί-
σκον, ἡμέρα κβ'.*

Πόκον προεώρα Γεδεὼν τὴν ἀχραντον γαστέρα σου,
δρόσον τὴν οὐράνιον, Παρθένε, δεξαμένην, θαλάσσης
ξηραίνουσαν, Κόρη, τῆς ἀθεΐας, καὶ τακείσας ἀρδεύ-
ουσαν φρένας.

Εὐροίμι σε, πάναγνε, χειραγωγούσάν με πάντοτε
πρὸς ἀρετάς, καὶ πρὸς μετανοίας· τὰς ὁδοὺς ἐμβιδά-
ζουσαν.

Ὁ Πατρὶ ὁμοούσιος ὤφθη κατὰ πάντα ὁμοῖος ἀν-
θρώποις, σαρκωθείς, καθὼς ἠυδόχησεν, ἐκ τῶν σῶν
αιμάτων, παναμώμητε.

Σαρκὸς ἐν ὁμοιώματι τέτοχας, Θεοτόχε, τὸν ἀκα-
τανόητον καὶ ἀπερίληπτον Κύριον.

Συντρίμματα τῆς ἀθλίης ψυχῆς μου, καὶ τὰ χρόνια

Spiritale propitiatorium facta es, a quo om-
nium preces suscipiuntur, quas filio tuo offers, o
castissima, in pretium redemptionis eorum qui sus-
viter canunt : Benedicite, opera, Dominum.

Tibi, o Dei Sponsa, vocem angeli nos fideles le-
tabundi offerimus : Ave, o hominum auxilium
martyrum et apostolorum robur, omniumque pro-
phetarum resonatio, Dei Genitrix immaculatis-
sima.

*114 Ex Canone in festo S. Thallelæi martyris,
die 20.*

Domini para Virgo, piorum gloriatio, angelorum
gaudium, Christianorum salus, peccantium expia-
tio, pons e terra transferens fideles in cœlum, sal-
vos fac servos tuos.

Irradia super me, o Virgo, luce pœnitentiæ ; in
tenebris enim jaceo peccati ob meam stultitiam ;
et concede mihi remissionem peccatorum meorum,
ut te glorificem, o carens omni macula.

Prophetæ sacri partum tuum olim præclamave-
runt, appellantes te montem magnum, atque um-
brosum, et portam per quam Dominus transivit, o
sola casta.

O Domina, omni sanctitate cumulata, tu effecti
filios lucis eos qui in passionum tenebris ver-
sabantur, Patris splendorem enixa, Christum lucis
datorem : propterea cum affectu te glorificamus.

A vinculis peccati me dissolvisti cum Dominum
peperisti, o casta, qui inferni regna dissolvit, om-
nesque colligat ad cognitionem sui.

Exsurge palam in auxilium nostrum, te preca-
mur, o Puella Deo gratissima ; et redime nos a ten-
tationibus et comminationibus sempiternis.

Postula mihi, o sanctissima casta, propitiationem
peccatorum meorum, et manum tuam porrige
mihi in pelago afflictionum graviter fluctuanti ; ut te
beatificem, ut fideliter prædicem firmissimum pa-
trocinium tuum.

Lucis receptaculum facta es, o Virgo immacu-
lata, et thronus Regis universi, in quo cum conse-
disset, ab antiquo casu excitavit nos, et ad divi-
num consessum præparavit eos qui cum fide et
affectu magnificant te.

*115 Ex Canone in festo S. Basilisci martyris,
die 22.*

Sub velleris typo prævidit Gedeon immaculatum
uterum tuum, o Virgo puella, coelestem rorem ex-
cipientem, ac maria infidelitatis exsiccantem, men-
tesque incendio liquescentes irrigantem.

Inveniam te ego semper, o castissima, manu-
ducentem me ad virtutes, et ad pœnitentiæ vias indu-
centem.

Consubstantialis Patri, apparuit per omnia si-
milis hominibus, incarnatus, juxta beneplacitum
suum, ex sanguinibus tuis, o tota immaculata.

In carnis similitudinem peperisti o Deipara, Do-
minum inintelligibilem et incomprehensibilem.

Contritiones miserissimæ animæ meæ, et tempore-

rales passiones sana, o Virgo, quæ animarum et corporum medicum inexplicabili ratione genuisti, et salva me, o immaculatissima, qui spes meas in te reposui.

Ecce Virgo, quam magnus Isaias in Spiritu prædixit, Deum in utero concepit ac peperit, cui suaviter canimus: Domine Deus, benedictus es.

Latior cælis apparuisti, Deum in utero comprehendens, o Puella tota sancta; qui a perniciose angustia liberavit eos qui concinunt: Laudate Dominum, et superexaltate in omnia sæcula.

Natura quidem Deus es; sed sustinuisti circumdari natura humana, vulvam immaculatam sponte ingressus, o amator hominum: unde duas naturales voluntates in te agnoscentes, te magnificamus, Matrem tuam fideliter beatificantes.

116 *Ex Canone in festo S. Apostoli Carpi, die 26.*

Pariens Virgo ineffabiliter, et naturæ innovans leges, facta es mater semper Virgo, propterea te beatificamus.

Novum tanquam puerum peperisti illum, qui ante sæcula a Patre exortus est ineffabiliter, o Dei Genitrix: ideo te glorificamus.

Intellectualiter vidit te, o Dei Genitrix, Puella, propheta Deiferus montem magnum et umbrosum, ex quo Deus noster in carne advenit.

A sordibus mentis et corporis emunda me nunc, o benedicta, nutu tuo atque inclinatione plena misericordiæ; ut te pro debito laudem ac magnificem, o omni laude dignissima.

Peperisti, o immaculatissima, sine dolore Creatorem, qui aufert dolores et labores nostros, et deliciis omni dolore carentibus dignum facit humanum genus.

Tanquam cælis latior, excepisti, o Virgo, in utero tuo Verbum quod a nulla re capi potest, et quod redimit ab omni angustia genus hominum.

Cælum facta es, o Deiparens, ex quo ortus est nobis Sol justitiæ, qui illuminat nos luce cognitionis, o Deigenitrix casta.

Vocem tibi Gabrielis exhibemus, o Virgo, exclamantes: Ave, nubes levis; ave, terra, quæ sine agricolæ cultura spicam speciosam fructificasti, nutritorem scilicet omnium creaturarum.

117 *Ex canone in festo S. Eutychis martyris, die 28.*

In carnis similitudine apparens amator hominum ex te, o tota immaculata, mundum salvavit pereuntem atque errori subjectum, unde te honoramus ac beatificamus.

Mentis meæ tenebras, o Deipara, luce tua, precor, tanquam benignissima, dissipa, et intercede pro me, ut per pœnitentiam melioris vitæ rationem instituiam, ut cum fide te glorificem.

Prophetarum collegium scripsit ante, te esse volumem, o Virgo immaculata Deo desponsata, in quo Verbum Patris digito scriptum est, quod fideles describit in libro vitæ.

Α ἰάτρευσον πάθη, τὸν ἰατρὸν τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνερμηνεύτως, Παρθένε, κυήσασα, καὶ σῶσόν με τὸν ἐπὶ σοὶ τὰς ἐλπίδας, πανάμωμε, θέμενον.

Ἴδε, ἣν ἔφησε Παρθένον ἐν τῷ Πνεύματι ὁ μέγας Ἰσαίας, ἐν γαστρὶ τὸν Θεὸν συνέλαβε καὶ τίκει, ᾧ μελωδοῦμεν· Κύριε ὁ Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Ἄφθης πλατυτέρα οὐρανῶν χωρήσασα Θεὸν ἐν μήτρᾳ τὸν στενοχωρίας πονηρᾶς ῥυσάμενον τοὺς μελωδοῦντας, παναγία Κόρη· Ὑμνεῖτε τὸν Κύριον, καὶ ὑπερυψοῦτε εἰς πάντας αἰῶνας.

Φύσει μὲν πέφυκας Θεὸς, ἀλλ' ἠνέσχου περιθέσθαι τὸν ἄνθρωπον, μήτρην ἀμώμητον ἐθελουσίως εἰσδύς, φιλόανθρωπε· ὅθεν διπλᾶς τὰς φυσικὰς εἰδότες θελήσεις σου, σὲ μεγαλύνομεν, τὴν Μητέρα σου πιστῶς μακαρίζοντες.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Κάρπον, ἡμέρα κς'.

Κύουσα Παρθένος ἀνερμηνεύτως καὶ τοὺς τῆς φύσεως θεσμοὺς καινίζουσα πέφυκας Μητέρα αἰὲ Παρθένος, διὸ σε μακαρίζομεν.

Νέον ὡς παιδίον τέτοκας τὸν πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀνατελλαντα ἀπορρήτως, Θεογεννήτορ· διὰ τοῦτο σε δοξάζομεν.

Νοερῶς ὁ Θεοφόρος, Θεογεννήτορ, ἤρας σε βλέπει μέγα κατάσκιον, Κόρη, ἐξ οὗ ἐπεδήμησε σαρκὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Ῥύπου ψυχῆς καὶ σώματος καθάρισόν με νῦν, εὐλογημένη, εὐσπλάγγνω σου ῥοπῇ, ὅπως σε ὑμῶν καὶ μεγαλύνω καταχρέος, πανύμνητε.

Ἐκύησας ἀνωδύνως τὸν Πλάστην, πανάμωμε, τὰς δύννας καὶ τοὺς πόνους ἡμῶν ἀφαιρούμενον, καὶ τῆς ἀνωδύνου ἀξιούντα τρυφῆς τὸ ἀνθρώπινον.

Ὡς πλατυτέρα οὔσα τῶν οὐρανῶν ἐν μήτρᾳ ἐδέξω Λόγον τὸν ἀχώρητον, Παρθένε, λυτρούμενον στενοχωρίας πάσης τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων.

Ἄφθης οὐρανός, Θεοκυήτορ, ἐξανατέλλουσα ἡμῖν τὸν τῆς δικαιοσύνης Ἥλιον, φωτίζοντα ἡμᾶς φωτὶ ἐπιγνώσεως, Θεογεννήτορ ἀγνή.

Φωνὴν σοὶ προσαγομεν, Παρθένε, τὴν τοῦ Γαβριὴλ, ἀναβοῶντες· Χαῖρε, κούφη νεφέλη, χαῖρε, γῆ ἀγεώργητος, στάχυν ὡραῖον καρποφοροῦσα τὸν τροφέα τῆς κτίσεως.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Εὐτυχία, ἡμέρα κη'.

Σαρκὸς ὁμοιώματι ἐπιφανείς ὁ φιλόανθρωπος ἐκ σοῦ, πανάμωμε, κόσμον διέσωσεν ἀπολλύμενον, καὶ πλάνη ὑπαρχθέντα, διὸ σε γεραίρομεν καὶ μακαρίζομεν.

Νοός μου τὸ σκότος, Θεοτόκε, φωτὶ τῷ ἐν σοὶ, ὡς ἀγαθῇ, ἐκδυσωπῶ, διάλυσον, καὶ μετανόας τρόποις με βελτιωθῆναι πρέσβευε, ὅπως ἐν πίστει δοξάζω σε.

Τόμον σε προέγραψε τῶν προφητῶν, ἀχραντε Παρθένε, ὁ σύλλογος, ἐν ᾧ δακτύλῳ κατεγράφη τοῦ Πατρὸς ὁ Λόγος, Θεόνημφε, βίβλω τῆς ζωῆς καταγράφων πιστοῦς.

Νεκρούμενος πάθει καὶ λογισμοῖς, πανάμωμε, A
πρὸς τοὺς οἰκτιρμούς σου καταφεύγω πρὸς τὴν θερ-
μὴν σου προστρέχω, Δέσποινα, σκέπην καὶ βοήθειαν
ἡμῶν, μόνη θεοδόξαστε, ζωοποιήσον, σῶσόν με.

Λιμὴν γενοῦ μοι, πανάμωμε, πρὸς ὄρμον σωτη-
ρίας ἰθύνουσα τῷ θαλαττεύοντι ἐν τοῖς τοῦ βίου νῦν
κύμασι, καὶ τῶν σκανδάλων ῥῦσαι τοῦ πολεμή-
τορος.

Ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς ἀπερινόητος Υἱὸς
καθήμενος, ἐν κόλποις σοῦ τῆς ἀγνῆς, ὡς βρέφος
καθέζεται, ἐπ' ἀνακλήσει ἡμῶν, ᾧ κραυγάζομεν·
Ὁ τῶν πατέρων Κύριος καὶ Θεός, εὐλογητός εἶ.

Συνῆψας τὰ πάλαι διεστῶτα, Παρθένε θεουχαρί-
τωτε, τῷ τόκῳ σου· ὅθεν ὡς αἰτίαν σε πάντων μα-
καρίζομεν τῶν ἀγαθῶν, κραυγάζοντες ψυχῆς εὐθύ-
τητι· Τὸν Κύριον ὑμνεῖτε, τὰ ἔργα. B

Φώτισον, ἀγνή, ψυχῆς μου τὰ ὄμματα, παῦσον
τὸν κλύδωνα τὸν ἐπιγινόμενον τῆς τῶν δαιμόνων παρ-
ενοχλήσεως, καὶ εἰς ὁδὸν κατεύθυνον τῶν θελημάτων
Χριστοῦ τοῦ νοός μου, πάναγνε, τὴν στένωσιν,
ὄπω; πίστει ἀεὶ μακαρίζω σε.

Ex Canone in SS. Theodulum, ac Therapondem, die 28 (63').

Sacerrimus Prophetarum chorus præmonstravit
a longe te futuram vere Dei Genitricem, o Virgo
sublimior Cherubim, atque hominibus creaturis.

Arcanam atque inscrutabilem partus tui pro-
funditatem humanus intellectus assequi nullo modo
potest, o Augusta : Deus enim seipsum propter
suam misericordiam exinaniens in utero tuo, me
totum iterum plasmavit. C

Tanquam portam ferentem ad ingressum divi-
num, tanquam alium Paradisum, tanquam intelli-
gibilem locum sanctificationis, tanquam speciem
Jacob, Virginem beatificemus.

Post tremendum partum virgo, qualis ante fue-
ras, perseverasti : Deus enim erat qui nascebatur,
qui immutat omnia voluntate sua, o Maria innumpta,
Dei gratia plenissima.

*Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Ἑρ-
μείου, ἡμέρα 14'.*

Ἄγία Παρθένε, Μητέρα Χριστοῦ, μαρτύρων ἡ
δόξα, καὶ ἀγγέλων ἡ χαρμονή, σὺν τούτοις δυσώπει D
τὸν Υἱόν σου, τοῦ οἰκτιρῆσαι καὶ σῶσαι τοὺς δού-
λους σου.

Στόματι καὶ γλώττῃ σε Θεοῦ πανάγιον τέμενος
ὁμολογῶ, πάναγνε· διό με πάσης ῥῦσαι κολά-
σεως.

Ἐπερύμνητε Δέσποινα, τὸν ἐν τοῖς ἀγίοις ἀνα-
παύομενον ὑπὲρ λόγον ἀπεκύησας· διὰ τοῦτο ὑμνοῖς
σε γεραίρομεν.

Νοεράν σε λυχνίαν πάλαι ὁ προφήτης κατεῖδεν ἐν
Ἡνεύματι κεκτημένην, Κόρη, τὸ λαμπάδιον Χριστὸν
τὸν Κύριον, τὸν φωτὶ ἀβρόβητον πάντας ἡμᾶς φωτ-
αγωγοῦντα, τοὺς πιστῶς σε τιμῶντας, πανάμωμε.

(65*) Deest in Membris impressis.

Interemptus a passionibus et cogitationibus
meis, o summe immaculata, ad miserationes tuas
confugio, ad ferventem protectionem tuam et auxi-
lium erga nos, accurro, o Domina sola a Deo summe
glorificata : tu vivifica et salva me.

Portus esto mihi, o libera ab omni labe, diri-
gens me ad quietam stationem salutis, dum agitor
marinis fluctibus vitæ, et ab hostis scandalis li-
bera me.

Filius inintelligibilis qui sedet in sinu Patris, in
tuo etiam sinu, o pura, tanquam infans residet ad
revocandum nos; cui clamamus : Patrum Dominus
et Deus, benedictus es.

Copulasti ea, quæ olim disjuncta erant, partu
tuo, o Virgo Deo gratissima : quamobrem te tan-
quam omnium bonorum causam beatificamus, cla-
mantes cum rectitudine animi : Laudate, opera, Do-
minum.

Illumina, o casta, oculus animæ meæ, seda tem-
pestatem perturbationis dæmonum ingruentium,
et in viam dirige voluntatum Christi, mentis meæ
angustiam, ut te **118** semper cum fide beatificem,
o castissima.

Verbum intra viscera tua corpus factum sine
semine, perfectus homo apparuit, innovans naturas,
prout Deum decebat, quemadmodum solus ipse no-
vit, o porta Deo charissima, ab omnī nævo immunis.

Ille qui sedet in sinu Genitoris incircumscripti-
biliter, in sinu tuo nunc residet, o intemerata, cir-
cumscriptibiliter, forma tua circumamictus, propter
salvationem Adæ factus novus Adam.

A pristina maledictione redempti per partum
tuum, o Puella omni benedictione cumulata, ac
divina gratia plenissima, ad te vocem Gabrielis
emittimus : Ave, causa salutis omnium.

Luce tua illustra me, quæso, o Virgo inter mu-
lieres Deo gratissima, et ab igne perenni redime
me, ut te magnificem, **119** ut te glorificem, ut de-
bitis laudibus extollam magnalia tua.

Ex Canone in festo S. Martyris Hermei, die 31.

Sancta Virgo, Mater Christi, martyrum gloria, et
angelorum lætitia, una cum illis supplex precare
filium tuum, ut misereatur et salvos faciat servos
tuos.

Ore et lingua te sanctissimum Dei templum con-
fiteor, o tota casta : propterea ab omni supplicio
libera me.

O Domina omni laude superior, tu eum qui in
sanctis requiescit, ineffabili ratione peperisti; ideo
te laudibus veneramur.

Olim vidit te, o Puella, propheta in spiritu can-
delabrum intelligibile habens lucernam Christum
Dominum, ineffabili luce nos omnes perfundentem,
qui te, o immaculatissima, fideliter honoramus.

Lacte divinitus nutris eum qui nutu nutrit universos; ulnis contines et complecteris, o purissima Domina, eum qui continet omnia: quamobrem te fideliter pro debito glorificamus.

Speciosa facta es, o Virgo, speciosum forma Christum enixa, qui similis factus est nobis, atque omnes contritos, ad vitam reformavit: unde te semper fideliter hymnis glorificamus.

Latior caelis facta es, o Virgo, cum continueris in utero Deum; quem semper exora, ut liberet me nunc a peccato, a quo nunc in angustias redigor, ut pietatis operibus dilatatus, te fideliter beatificem.

Deus, qui gestavit me, processit ex te; induens me vestimento incorruptionis, cum ob pravas meas cogitationes divina stola nudatus fuisset; o Dei Genitrix Domina, omnium hominum refugium, B
martyrum murus, et robur a quo coronantur, et angelorum exsultatio.

120 MENSIS JUNIUS.

Ex Canone in festo S. Dorothei martyris, episcopi Tyri, die 5.

Deplue super me, o Virgo, precor, compunctionis stillam, quæ inherentes mihi sordes abstergat, ut glorificem te.

Totum cor meum illustra luce divina, o porta lucis, peccati tenebras depellendo.

A tentationibus, atque a mortifera vitæ tempestate salva me, ut cum fide te beatificem, o sanctissima Puella Mater Virgo.

Oriens Solis, qui ante Luciferum coruscavit, facta es, o immaculata; per quem illi qui in tenebris malorum versabantur, lucem viderunt.

Deum, quem peperisti hominem factum supplicia ora, o Virgo, ut liberet me ab igne et tormento.

O Dei Genitrix, eripe a vinculis peccati infelicem animam meam; et mediante perfecta Christi charitate liberam redde eam, ut te, o Deipara, fideliter in sæcula glorificem.

Speciosissima facta es, o Virgo, speciosissimum in utero concipiens ac ferens Verbum, cui psallimus: Benedicite, omnia opera, Dominum.

O pura, quæ manibus portasti Christum, universa divino nutu portantem; eundem assidue deprecare, ut dirigat elevationes manuum nostrarum tanquam thymiana in conspectu suo.

121 *Ex Canone in festo S. Theodoti Ancyran, martyris, die 7.*

Ob excessum misericordiæ Filius Dei inclinavit caelos, et descendit, atque ex te incarnatus est, o casta, ut salvaret homines a seductione serpentis.

Intuitus a longe divini loquorū prophetarum chorus profunditatem mysterii tui, multiformibus vocibus, te Dei Matrem castam prædicavit, o castissima Sponsa Dei.

Cum Creator conservasset te post partum virginem incorruptam, qualis fueras ante partum, ha-

A Θηλάζεις θεοπρεπῶς τὸν νεύματι πάντας τρέφοντα, ἀγκάλαις περικρατεῖς, πανάμωμε Δέσποινα, τὸν πάντας κατέχοντα· διὰ τοῦτο πίστει καταχρέος σε δοξάζομεν.

Ὁραιοῦθης, Παρθένε, τὸν ἐν κάλλει ὠραῖον Χριστὸν κυήσασα ἡμῖν ὁμοιωθέντα, καὶ πάντα συντριβέντας πρὸς ζωὴν ἀναπλάσαντα· ὅθεν πιστῶς σε ἀεὶ δοξάζομεν ἐν ὕμνοις.

Ἄφθης πλατυτέρα οὐρανῶν, χωρήσασα θεὸν ἐν μήτρᾳ, ὃν ἀεὶ δυσώπει τῆς στενοχωρούσης με νῦν ἀμαρτίας ρύσασθαι, Παρθένε, ὅπως πλατυνόμενος ἔργοις εὐσεβείας πιστῶς σε μακαρίζω.

Φορέσας με προῆλθε θεὸς ἐκ σοῦ ἀφθαρσίας ἐνδύων με ἔνδυμα τὸν πονηρᾷ γνώμῃ γυμνωθέντα θείας στολῆς, Θεογεννητορ Δέσποινα, πάντων τῶν ἀνθρώπων καταφυγῆ, μαρτύρων στεφηφόρων κρατάϊωμα, καὶ τεῖχος, καὶ τῶν ἀγγέλων ἀγαλλίαμα.

MHN IOYNIOS.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Δωρόθεον, ἐπίσκοπον Τύρου, ἡμέρα 5.

Ὁμβρισὸν μοι, Παρθένε, δέομαι σταγόνα καταλύξεως, τὸν ἐνόντα μοι ῥύπον ἀποπλύνουσαν, ὅπως δοξάζω σε.

Ὅλην τὴν καρδίαν μου τῷ θεϊκῷ φωτὶ λάμπρυνον, πύλη φωτὸς τὸν τῆς ἀμαρτίας σκοτασμὸν ἐκδιώκοντα.

Πειρασμῶν με διάσωσον, καὶ τοῦ ψυχοφθόρου τοῦ βίου κλύδωνος, ὅπως πίστει μακαρίζω σε, παναγία C
κόρη Μητροπάρθενε.

Ἀνατολὴ Ἡλίου πρὸ Ἐωσφόρου ἐκλάμψαντος γέγονας, δι' οὗ φῶς οἱ ἐν σκότει, ἀχραντε, δεινῶν ἐθεάσαντο.

Παρθένε, ὃν ἐκύησας θεὸν ἄνθρωπον γενόμενον, τοῦτον ἰκέτευε λυτρωθῆναι με πυρὸς καὶ κολάσεως.

Ῥῦσαι δεσμῶν τῆς ἀμαρτίας τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν, Θεογεννητορ, καὶ ἀγάπη Θεοῦ ὑπόζευξον τελείη, ἵνα πιστῶς δοξάζω σε, Θεοτόκε, εἰς αἰῶνας.

Ὁραιοτάτη, Παρθένε, ἀνεδείχθης τὸν ὠραιότατον Λόγον κροσοφοῦσα, ᾧ ψάλλομεν· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα, Κύριον.

Φέρουσα Χριστὸν ἐν χερσὶ φέροντα τὰ πάντα νεύματι τῷ θεῷ, ἀγνή, αὐτὴν ἀεὶ δυσώπει τῶν χειρῶν ἡμῶν τὰς ἐπάρσεις εὐθῦναι τούτου ὡς θυμίσμα D
ἐνώπιον.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Θεόδωτον Ἀγκύρας, ἡμέρα 7.

Ἐπερβολῆ εὐσπλαγγχνίας τοὺς οὐρανοὺς κλίνας καταβέβηκεν ὁ Υἱὸς ὁ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ σοῦ σετάρωται, ἀγνή, διασώζων τοὺς βροτοὺς πλάνης τοῦ θφωσ.

Ἰδὼν σου πόρρωθεν χορδὸς προφητῶν θεηγόρων μυστηρίου τὸ βάθος, πολυτρόποις ἐν φωναῖς Θεοῦ Μητέρα ἀγνήν σε κηρύττει, παναγνε Θεόνυμφε.

Φυλάξαις ἀρρορόν σε μετὰ κύησιν, ὡς πρὸ τόκου παρθένον, ὁ πλαστοουργὸς ἔκρησεν ἐν μήτρᾳ σου,

καὶ τοὺς φθαρέντας τῇ πλάνῃ ἐκαινούργησεν ὡς εὐσπλαγχνος.

Σωματωθέντα τὸν ἀληθῆ Λόγον τοῦ Πατρὸς ἐκ τῶν σεπτῶν, ἀγνή Παρθένη, αἱμάτων σου, τέτοκας ἐν δύο τελείαις φύσεσι, μιᾷ δὲ ὑποστάσει, θεοχαρίτωτε.

Ὁ πάσης ἐπέκεινα νοουμένης ἀληθῶς καὶ ὀρωμένης κτίσεως μήτραν τὴν σὴν ὑπέδου παναληθῶς, καὶ σὰρξ ἐχρημάτισε, τοὺς βροτοὺς ἀναπλάττων, Ἄειπάρθενε.

Μίαν φέροντα ὑπόστασιν ἐκύησας τὸν Λόγον, Μητροπάρθενε, διπλὰς ἔχοντα τὰς θελήσεις καὶ τὰ φυσικὰ αὐτοῦ ἰδιώματα σαφῶς· Θεὸς γὰρ ἐστὶ καὶ βροτὸς ὁ δι' ἡμᾶς σαρκωθείς.

Ῥητορεύουσα γλῶσσα τοῦ μυστηρίου σου τὸ ἀπόρρητον βάθος εἰπεῖν οὐ δύναται. Λόγον γὰρ Θεὸν ὑπὲρ λόγον ἐκύησας, πάναγνε Παρθένη, εἰς πάντων σωτηρίαν.

Φωνῇ ἀγγέλου τέτοκας τὸν ἀναρχον Λόγον λαβόντα σὰρκα ἐννοῦν τε καὶ ἔμψυχον, Παρθένη παναγία, ἐκ τῶν καθαρῶν αἱμάτων σου, καὶ τοὺς ἀσάρκους ἐχθροὺς καταβάλλοντα, καὶ σώσαντα ἡμᾶς πάντας τοὺς ἀληθῆ Θεοτόκον ὁμολογοῦντάς σε.

Ἐκ τοῦ Καρόνος εἰς τοὺς ἀγίους μάρτυρας Ἀλέξανδρον καὶ Ἀντωνίναν, ἡμέρα ι'.

Ὁ δημιουργήσας ὡς Θεὸς τὰς ἀόρατους δυνάμεις βουλήματι, ἔσχεν ὡς αἰτίαν σε τῆς πρὸς ἡμᾶς, Παρθένη, ἀναπλάσεως· τοῦτον οὖν δυσώπει τὸν κόσμον σώσαι, πανάμωμε.

Παρθένος κῆσασα Θεὸν ὠράτης μετὰ γέννησιν, καὶ σοῦ τὸ θεῖον, ἄχραντε, πρόσωπον χοροὶ παρθένων νῦν λιτανεύουσι, μεθ' ὧν ἡμῖν αἰτησαι ἰλασμὸν καὶ ἔλεος, καὶ δεινῶν παντελῆ ἀπολύτρωσιν.

Ὡς ἔχουσα, πανύμνητε, ἰσχύν σε καὶ στήριγμα ἡ Ἀντωνίνα, καρτερεῖ τὰ δυσαχθῆ καὶ θλιθερά, καὶ ῥίπτει τὸν τύραννον καὶ συμπατεῖ ποσὶν ὠραίοις, τῇ χάριτι τοῦ ἐκ νηδύος σου Λόγου ἐκλάμψαντος.

Κατάβαλε τοὺς αἰεὶ πολεμοῦντάς με δαίμονας, καὶ ἀπραχτεν τὴν βουλήν αὐτῶν ποίησον, ἄχραντε, ἀπρωτόν με σώζουσα τῆς προσδοκίας τούτων, Κόρη, ὅπως αἰεὶ μακαρίζω σε.

Νενέκρωμαι ψυχὴν ταῖς παραβάσεσιν, ἐπίσκεψαι με, ζώωσον, τὴν ζωὴν ἀποκῆσασα Χριστόν, ὃν οἱ εὐκλεεῖς μεγαλομάρτυρες πάντων Θεὸν, Παρθενομήτορ, καθωμολόγησαν.

Ὡσπερ τοὺς τρεῖς παῖδας οὐ κατέφλεξε κάμινος ἡ Χαλδαϊκῆ, οὕτως, ἄχραντε, σὴν νηδὺν πῦρ τὸ τῆς θεότητος ἀφλεκτον ἐτήρησεν, ἀλλὰ βοῶ σοι· Κατάφλεξον ὕλην πικρὰν τῶν παθῶν μου, ἀγνή, ὅπως δοξάζω σε.

Ἀπειράνδρως τέτοκας Θεὸν ἡμῖν ὁμοιωθέντα, Παρθένη, ὃν ἐκδυσώπει, παναμώμητε, αἰεὶ σώσαι τοὺς κραυγάζοντας· Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα, Κύριον.

bitavit in utero tuo; et tanquam plenus misericordia, eos qui fraude diaboli corrupti fuerant, instauravit ac renovavit.

Verum Patris Verbum, ex venerandis sanguinibus tuis, o Virgo casta, incorporatum peperisti in duabus perfectis naturis, unica autem hypostasi, o Deo charissima.

Ille, qui vere est supra omnem creaturam, quæ intelligi aut videri possit; verissime uterum tuum ingressus est, et caro factus est, ut homines reformaret, o Virgo perpetua.

Verbum unicam habens hypostasim, duasque voluntates, et naturalia ipsius idiomata, manifeste, peperisti, o Mater Virgo: Deus enim est et homo, qui propter nos incarnatus est.

Lingua quantumvis eloquens ac diserta non potest ineffabilem mysterii tui profunditatem explicare: Verbum enim Dei supra verbum genuisti, o Virgo castissima, in salutem universorum.

Mediante voce angeli peperisti Verbum carens principio, quod carnem accepit mente atque anima præditam ex tuis puris sanguinibus, o Virgo sanctissima; hostesque carnis expertes devicit, nosque omnes salvavit, qui te veram Deiparam confitemur.

122 Ex Canone in festo SS. martyrum Alexandri, et Antoninæ, die 10.

Qui creavit tanquam Deus invisibiles potestates decreto suo, habuit te tanquam causam reformationis nostræ, o Virgo. Hunc ergo exora, o intemerratissima, pro mundi salute.

Cum Deum genuisses, post partum Virgo apparuisti, o impolluta; divinumque vultum tuum chori virginum nunc deprecantur, cum quibus postula pro nobis propitiationem et misericordiam, et omnimodam a malis liberationem.

Cum Antonina haberet te, o omni laude dignissima, fortitudinem ac fulcimentum, toleravit aspera ac dura supplicia; projecit tyrannum, conculcavitque eum pedibus speciosis, mediante gratia illius Verbi, quod ex utero tuo coruseavit.

Dejice, o immaculata, dæmones, qui me perpetuo oppugnant, et irritum redde consilium eorum; serva me illæsum a vulnere, præter spem eorum, o Puella, ut te semper beatificem.

Animam transgressionibus interemptam ac mortuam habeo: visita et vivifica me, tu quæ vitam Christum peperisti, quem illustres magnique martyres omnium Deum esse confessi sunt, o Virgo Mater.

Quemadmodum tres pueros non combussit fornax Chaldaica, ita uterum tuum, o inviolata, divinitatis ignis incombustum servavit. Ego vero clamo ad te: Combure amaram sylvam passionum mearum, o casta, ut te glorificem.

Absque viri experientia Deum peperisti, o Virgo, factum similem nobis; quem suppliciter exora assidue, o libera ab omni macula, ut salvet eos, qui clamant: Benedicite, **123** omnia opera, Dominum.

O castissima, oriri fac mihi nunc in tenebris so- cordiæ jacenti, lucem, qua dissolvas nubes, excæ- cantes mentem meam, ac perpetuo altissimam quietem pacemque concedas animæ meæ, ut glori- ficare possim te, o mundissima.

Ex Canone in SS. martyres, Meletium,

Venerandum virginitatis monumentum, montem vere a lapicidæ manu intactum, Spiritus sancti thuribulum, Dei matrem, orthodoxorum gloriam, fide- les universi beatificemus.

Corporatum Patris Verbum ineffabili ratione genuisti, o pura Deipara, unitum hominibus propter summam bonitatem suam; quod enixe precare, ut servos tuos a periculis eripiat.

Leges naturæ in te innovantur; nam legis dato- rem vere peperisti, qui universis vitæ leges consti- tuit, et peccatorum contra legem commissorum flu- vios repressit, o Virgo omni ex parte illibata, mar- tyrum gloria, et fidelium salus et gloriatio.

Solidissimam gloriam, regale sanctumque ve- hiculum, thalamum Dei, pontem, transmittentem omnes ad immateriales mansiones, mundi propi- tiatorium, Virginem Mariam laudibus celebremus.

Mortifica carnis meæ lascivientes motus, o in-

Ex Canone in festo S. Acylinæ martyris, die 13.

Qui cum Patre principii experte simul intelli- gitur, ingressus est uterum tuum, o Maria Deo de- sponsata, factus homo, et salvavit nos, qui succu- bueramus malitiæ, et servi facti fueramus seduc- tione inimici: atque ideo te cum fide et affectu glorificamus.

Te sponsam innuptam, purumque Creatoris ta- bernaculum, et Cherubinis sanctiorem, o casta, co- gnovimus.

Dormitatione negligentiae somnus peccati depres- sit me: tu vigilantia intercessione tua exsuscita me ad pœnitentiam.

Nos omnes a damnatione primorum parentum redempti per partum tuum, ad te clamamus: Ave, gratia plena, omni laude dignissima.

Ut homo fieret Deus, Deus visus est ab homini- bus, natus ex visceribus tuis, o Virgo, inexplica- bili ratione, et permanens id quod erat absque ulla mutatione.

Peperisti, o Virgo, eum qui nos ab omni cor- ruptione redemit, propterea universi te glorifica- mus.

Angeli voce ad te, o castissima, clamamus: Ave, o omnium hominum salvatio, et gloriosissimorum martyrum corona divina

125 *Ex Canone in festo S. Tychonis thaumaturgi, die 16.*

Ecceisti nos, o casta, qui in perditionis profun- dum collapsi eramus, cum Christum ex immacula-

A Φῶς μοι τῷ κειμένῳ, πάναγνε, ἐν ἀμελείας σκότει νῦν ἐξανάτειλον, τὰ τυφλοῦντά μου τὸν λογισμὸν νέφη λύουσα, καὶ εἰρήνην βαθεῖαν, πανάμωμε, ἀεὶ ἐργαζομένη ἐν τῇ ψυχῇ μου, τοῦ δοξάζειν σε.

Stephanum et Joannem, die 10(63'').

temeratissima, tu quæ vitam peperisti, et passio- num tempestatem in tranquillitatem commuta, at- que esto mihi adiutrix, ab hujus vitæ periculis eri- piens me.

Peccati luto me nunc infixum erige, o Sponsa Dei, sola Dei Genitrix, et dirige ad impassibilita- tem, intense **124** clamantem, etc.

Præfigurabat te rubus ille, qui olim Moysi osten- sus est, dum arderet, et non combureretur: vere enim, o castissima, divinitatis ignem portasti, qui te nulla ex parte combussit; cui cum fide clamamus: Pueri, benedicite, etc.

Amica honorum Virgo, quæ bonum Dominum ac dominatorem peperisti, animam meam nunc multitudine malorum vitiatam, tanquam bona bo- nam effice, et a duritie qua nunc detinetur, libera eam precibus tuis, ut te sine cessatione magnificet.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὴν ἀγλίαν μάρτυρα Ἀκυλί- νην, ἡμέρα ιγ'.

Ὁ τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ συννοούμενος ὑπέδου μή- τραν τὴν σὴν ἀνθρώπος γενόμενος, καὶ ἔσωσεν ἡμᾶς κακίᾳ ὑποκύψαντας, καὶ πλάνῃ δουλωθέντας τοῦ ἐχθροῦ, Μαρία Θεονούμφευτε· διὰ τοῦτο πιστεῖ σε καὶ πόθῳ μακαρίζομεν.

Νύμφην σε ἀνούμφευτον, καὶ καθαρὸν, ἀγνή, στή- νωμα τοῦ Ποιητοῦ καὶ ἀγιωτέραν Χερουβιμ ἐπι- στάμεθα.

Νυσταγμῷ ἀμελείας με ὕπνος ἀμαρτίας, Κόρη, κατέλαβε, τῇ ἀγρύπνῳ ἰκεσίᾳ σου διανάστησόν με πρὸς μετάνοιαν.

Λελυτρωμένοι πάντες προγονικῆς καταδίκης τῷ τόκῳ σου, Χαῖρε, σοὶ προσφωνοῦμεν, κεχαριτωμένη πανόμνητε.

Ἴνα Θεὸς ὁ ἀνθρώπος γένηται, Θεὸς ὠράθη ἀν- θρώποις, Παρθένε, ἐκ σῶν λαγόνων ἀνερμηγεύτως τε- χθεῖς, καὶ ὅπερ ἦν μείνας ἀναλλοίωτος.

Τὸν καταφθορᾶς ἡμᾶς πάσης ἀπολυτρούμενον τέ- τοχας· διὰ τοῦτό σε πάντες, Παρθένε, δοξάζομεν.

Φωνὴν σοὶ τοῦ ἀγγέλου, πάναγνε, βοῶμεν· Χαῖρε, ἀνθρώπων ἀπάντων διάσωσμα, καὶ πανενδόξων μαρ- τύρων θεῖον στεφάνωμα.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον καὶ θαυματουργὸν Τύχωνα, ἡμέρα ις'.

Ἀνώρθωσας ἡμᾶς ἀπωλείας εἰς βάθη πεπτωκότας τὸν Χριστὸν κηύσασα, ἀγνή, ἐξ ἀχράντων λαγόνων

σου. Τοῦτον οὖν ὡς παθήσαν κακτημένη ἐκέλευε λυτρωθῆναι κινδύνων τοῦ δουλοῦ σου.

Τὸν τῆς Τριάδος ἀπεκύητας ἕνα, πανάμωμε, ἀναπλάττοντα ἡμῖς τοὺς συντριβέντας τὸ πρότερον κακίᾳ τοῦ ὄφρου τοῦ πολεμήτορος.

Ῥαθυμία συσχεθέντα, καὶ παθῶν ἀμαυρότητι ἔλον σκοτισθέντα, καὶ τῇ ἀμαρτίᾳ δουλεύσαντα, τὸν ἀναμάρτητον Λόγον ἡ κυήσασα, φωταγώγησον καὶ πρὸς ζωὴν χειραγώγησον.

Ῥυομένη φάνηθι ἐχθρῶν ἐπαγωγῆς καὶ Βαρβάρων ἐπιδρομῆς τοῦς σοῦς δούλους, ἄχραντε, τοῦς κακτημένους σε κραταίαν ἀντίληψιν, καὶ πρεσβείαν ἀκαταίσχυντον.

Ἄγία Παρθένε, τὴν ψυχὴν μου ἣν ὁ ἐχθρὸς δολίως κατεσπίλωσε τῇ ἀμαρτίᾳ, ὡς ἀγαθὴ, δυσωπῶ, ἀγά- **B** θυον καὶ φωτί σου καταλάμπρυνον.

Πάντων ὠφθης ἀσωμάτων, οἷα Μήτηρ τοῦ Θεοῦ, ὄντως ὑπερέχουσα, ὃν ἐκδυσωποῦσα, Παρθένε, ὑπέρ- **τερόν** μου δαίξον τὸν λογισμὸν σαρκικῶν ἡδονῶν.

Ἱερεῖς καὶ λαὸς εὐφημοῦσί σε, παντευλόγητε κόρη πανάμωμε, τὴν εὐλογίαις ἅπαντας στεφανώσασαν, πίστει μελωδοῦντες· Εὐλογεῖτε, ὑμνεῖτε τὸν Κύριον.

Φωτὸς οἰκητήριον ἡ σὴ, πανάμωμε, παναγία ἡ μή- **τρα** γέγονεν, ἣ φωτιζόμενοι τοῦ σκότους λυτρου- **μεθα** τῆς πλάνης ὑμνοῦντές σε, καὶ πόθῳ ἀληθεῖ μακαρίζοντες, μόνῃ ἀνθρώπων ἐπανόρθωσις.

126 Ex Canone in S. Fortunatum martyrem, die 19 (64').

Oriens fuisti tu, o immaculatissima, in occasu **C** naturæ nostræ, propter benignitatem Solis justitiæ, qui apparuit.

Gignens, o Virgo, illum qui est Patri coæternus, hominibus similem factum : genuisti etiam apo- **stolorum** ornamentum, et martyrum coronam.

Per te nobis illuxit, o Deipara puella, Sol inoe- **ciduus**, sedentibus in umbra mortis.

Corpore indutus apparuit ex te, o inviolata, Deus qui a carne erat immunis, ut passione sua a carnalibus passionibus liberaret omnes, qui te cum fide assidue beatam appellant.

Rumpe, o Virgo puella, catenas peccatorum meorum, et illuminatione tua tenebrosam mentem meam illustra, o salus fidelium.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Ἰούδα, **D** ἡμέρα 16'.

Πίστις ἡγείσθω μόνῃ καὶ μὴ ἀπόδειξις τῶν ὑπέρ- **νοῦν** θαυμάτων, Θεογεννητορ, πάναγνε, τὸν ἀκατά-

(64) Et quomodo B. Virgo non solum immacu- **lata**, sed summe immaculata, si ejus etiam non sit immaculata conceptio? Porro qui Virginem immaculatam appellari dignum existimant, non vero im- **maculatam** conceptionem, fructum laudant, et ar- **borem** radicibus excindunt. Si vero immaculata **conceptio** semper diceretur, et non etiam frequen- **ter** immaculata Virgo, servata arbore fructus invi-

lis visceribus tuis peperisti : ipsum ergo tanquam **liberam** habens confidentiam deprecare, ut a peri- **culis** liberet servos tuos.

Unum Trinitatis peperisti, o purissima, qui nos ante **malitia** serpentis bellatoris contritos, restaura- **vit**.

Me negligentia occupatam, et passionum nigre- **dine** totum obtenebratum, peccatoque servientem, **tu** qua: Verbum impeccabile peperisti, illumina, et **manuduc** ad vitam.

Appare, o immaculata, et ab hostium invasione, **et** ab incursu Barbarorum libera servos tuos, qui **habent** te fortem defensionem, et intercessionem, **quæ** non confunditur.

Oro te, Virgo sancta, bonam redde animam meam, **quam** hostis dolose peccato inquinavit, tu namque **bona** es, et illustra eam lumine tuo.

Omnibus spiritibus incorporeis superior appa- **ruisti**, utpote vere Mater Dei : quem supplex de- **precans**, o Virgo, fac mentem meam superiorem **carnalibus** voluptatibus.

Sacerdotes et populus concelebrant te, o puella **omni** benedictione plena, et vacua ab omni macula, **quæ** benedictionibus coronasti omnes, cum fide con- **cinentes**, Benedicite et laudate Dominum.

Luceis habitaculum factus est sanctissimus uterus **tuis**, o summe immaculata (64); qua illuminati a **tenebris** erroris liberamur laudantes te veroque **affectu** beatificantes, o sola hominum restauratio.

Cum mortuus fuisset Adam ob præcepti a Crea- **tore** impositi transgressionem, ad vitam verissimo **revocatus** fuit vivificante partu tuo, et pristina **paradisi** habitationem recepit, psallens : O Bene- **dicta**, quæ Deum in carne genuisti.

Puerum novum nobis vere peperisti in terra, o **pura**, qui ante omnia sæcula ab æterno Patre **ineffabiliter** genitus fuit, o inviolata; et nos cor- **ruptione** inveteratos, ad novitatem revocavit.

Illum fers, qui fert omnia divina potentia sua; et **nutris** ab uberibus tuis, o castissima, illum qui nu- **trit** omne in quo est spiritus vitæ. Miraculum tuum **omni** cogitatione superius angelos stupore percellit **atque** homines, qui te perpetuis laudibus celebrant, **et** cum affectu beatam appellant.

127 Ex Canone in festo S. Judæ apostoli, die 19.

Fides sola, et non demonstratio sit dux ad mira- **cula** tua quæ sunt supra omnem mentem, o ca-

deretur : nam ex radice immaculate conceptionis **pretiosum** hunc honoris ac honestatis fructum **Virgo** decerpit, ut Immaculata, imo summe im- **maculata**, atque immaculatissima appellari merca- **tur**. Vide Armamentarium Seraphicum pro titulo **Conceptionis** Immaculate pag. 156.

(64') Desideratur in Menais impressis.

tissima Dei Genitrix: Deum Verbum, incomprehensibilem peperisti humano corpore indutum.

Ecce tu, o casta, super universas gratia repleta fuisti; sanctitate universas superasti: universas transcendisti, sublimior omnibus cœlestibus potestatibus manifeste apparuisti, mater Dei effecta.

Cum ineffabiliter factorem, et Deum tuum, o intemperatissima, conceperis, eundem exora, ut nos a periculis servet illæsos, animarumque salutem laudantibus te, Domina, largiatur.

Mortifica passiones meas, o Dei Genitrix; et animam meam peccati morsu peremptam resuscita, o Mater veræ resurrectionis.

D runt, et egent gloria Dei, Rom. 11, « sed justificatione post lapsum. Hujus solius de ultimis finibus, id est innocentia, recte pretium attollitur, quam nulla unquam, nec originalis, nec actualis culpa maculavit. Propter quod etiam angelus a Deo ad hanc theotocon missus, ab ejus innocentia laudes exorsus est : Ave quod interpretatum est, sine væ, utique maculæ culpæ. » Sic Biel. Qui et Serm. 3, subdit : « Opponitur Evæ Maria quantum ad personalia, et quantum ad propagationis principia. Quantum ad personalia, id est propria personarum, sive actus personales, Evæ Maria opponitur, tam in earum productione, quam in conversatione, quoniam Eva de massa innocentia, costa videlicet

quæ sola subsistentem vitam peperisti; quam-obrem te semper beatissimam nunc pro debito beatam appellamus.

Tanquam Creatorem enixa; creaturarum omnium Regina facta es: propterea te glorificamus, o Deipara, sola semper Virgo (71).

innocentis viri Adæ formata, sibi innocentiam perdidit, nobis originale peccatum invenit: Maria vero de massa perditionis, sine perditione concepta peccatum originale perdidit, primo innocentiam invenit, eumque, qui omnium diluit peccata, immaculatum edidit immaculata. » Hæc ille.

Sanctius etiam a Porta ord. Prædic. in suo Mariali serm. 43, de hac Virginis innocentia locutus dixit: « Eva habuit duo nomina: primum, in statu innocentie virago: secundum in statu naturæ corruptæ, Eva. Sed de virago tolle A, scilicet Adam, qui illum statum perdidit, et remanet virgo, ad innuentum, quod status innocentie, perditus per Adam, recuperatur et reducitur per Virginem. » Hinc P. Hortensius Pallavicinus Soc. Jesu in suis Elogiis parte 1, elogio 4, de illibata conceptione, de Maria loquens, ait inter alia: « Monstrum esset, innocentem non esse ejus (B. Virginis) genituram, quæ sola sub horoscopio concipitur innocentie. Eva nocens prima peccatum concepit: Eva innocens prima sine peccato concipitur. » Sed de eadem Virginis innocentia præclare omnino Petrus Pazmany S. R. E. cardinalis in sua concione de immaculato B. Virginis conceptu, dum ait: Eo majori asseveratione dici potest beatissimam Deiparam non tantum ab omni originali labe fuisse innocentem, quo originale peccatum est deterius ac magis exitabile, quam omnia mundi totius venialia peccata. Illud est fons et radix actualium. Quo etiam ex capite argumentatus Augustinus contra Julianum cap. 9, sub finem, probat Christum nunquam peccasse, eo quod originali labe infectus non fuerit, et adjungit: Profecto peccatum etiam major fecisset, si parvulus habuisset. » Sic ille. Qui et infra addit: « Magnum tribunalium axioma est, quod si de quopiam quæstio suboriatur, reusne sit, an innocens, innocens debeat censeri, donec indubitatis indiciis et luce clarioribus demonstrari possit illum esse reum. Vide Aristotelem Probl. 29, p. 13: « Reum liberare volumus potius nocentem, quam condemnare innocentem. » Ideirco cum beatissimam Virginem originalis noxæ ream esse indubitatis et clarioribus luce indiciis ostendi non possit, imo illam defendere sine ullo errore liceat per Ecclesiam, id nos illi non negare tenemur. Porro in die judicii non videretur decens minus esse completam in hoc omnipotentiam et misericordiam divinam, nec gloriosum Judici Christo, qui de divinis præceptis rationem tunc accipiet ab hominibus, si ita Matrem ipse non honoravisset, ut minimus angelorum cæli innocentior, quam illa, appareret in illo die, cum hi in toto ævo suo apparebunt innocentissimi sine ulla culpa, eorum tamen Regina, et Mater summi sancti et omnipotentis, aliquando cum macula fuisset. Plane non videtur magis decens minus in hoc curasse Christum de honore Matris et ostentatione suæ omnimodæ puritatis et misericordie, tum arcendo a Matre hanc minorem prærogativam, quod possent angeli in publicatione illius diei dicere, innocentiores esse ipsa sua Regina, tum exaltando suam misericordiam, quod non defuerit in excellentissimo redemptionis modo etiam a peccato originali eam præservans. Nam, ut Antonius Navarrus ex Dominicana familia in sermone de conceptione B. Virginis ait: « Si Deus angelos fecit spiritus mundissimos, cur non eorum reginam puriorem faceret? Vas mundum

A δὶό σε ἀξιοχρέως τὴν ἀειμακάριστον νῦν μακαρίζομεν.

Ὡς τὴν Κτίστην κυήσασα πάντων ποιημάτων ὡφθης βασίλισσα· διὰ τοῦτό σε δοξάζομεν, Θεοτόκε μόνῃ ἀειπάρθενε.

elegit Eliseus, in quo mitteretur sal sanaturum aquas Jericho; ita et vas mundissimum et ornatum omni lapide pretioso fuit B. Virgo, in quo recondideretur Christus salus vera populorum, qui in aquis figurantur, juxta illud Joannis: *Aquæ multæ, populi multi*. In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, alioquin derideret et subsannaret diabolus in voce exultationis, quod prius possederit in suam, quam postea Deus in Matrem elegit. Non sivit Deus, ut dæmon columbam assumeret ad decipiendam Evam (sub columbina enim specie, sicut sub vestimentis ovium, melius contegeretur simulata fraus, quam sub serpentina pelle), quia columbam assumpturus erat Spiritus sanctus in baptismo Christi; ita nec illam, de qua nasciturus erat Filius Dei, decebat sedem fuisse unquam Satanæ. » Sic ille. Ne igitur in die judicii cœlestes spiritus eorum Regina apparerent innocentiores, hæc sine aliqua peccati macula fuit concepta, atque hoc forsitan intuitu a S. Josepho titulo innocentissimæ compellata.

(71) Quia sola tam in corpore quam in anima ab omni contaminatione aliena. Favet S. Anastasius Sinaita dum libro II in *Hexaemeron* Deiparam appellat: « Lunam plenam, quæ nunquam minuta aut defecit, aut privata fuit essentiali lumine, nempe sua virginitate. » Lumen namque essentiali explicans virginitatem, non loquitur de virginitate solius corporis, hæc enim non potest dici lumen essentiali gratiæ et sanctitatis, nam potest ejus carentia componi cum eximia sanctitate ex lumine gratiæ, sicut accidit S. Annæ; sed loquitur de integra virginitate seu puritate virginis, corporis scilicet et animæ, cujus puritatem omnimodam vocarunt etiam Patres integritatem et virginitatem. Itaque Virgo sacratissima non est passa deliquium aut defectum in integritate sua, tum corporis, tum animæ, quæ cum in sanctitate creata fuisset, nunquam fuit orba lumine essentiali gratiæ in anima, nec splendore superadicto incorruptionis in corpore, nimirum omnimoda virginitate et puritate. S. Augustinus et alii Patres dixerunt prius concepisse Virginem Verbum mente, quam carne, denotantes fidem ejus et voluntatem requisitam ad assumptionem humanitatis in ejus ventre. Itaque virtus animæ ad conceptionem divinam requisita fuit. Quapropter decebat ut non minus fuisset pura, et integra, et virgo ab omni contaminatione culpæ anima Mariæ, quam ejus caro pura et incorrupta. Et ne quis intelligeret ipsum Anastasium loqui solum de perpetua virginitate corporis, ipse S. Anastasius se explicat subdens: « Perseverat Maria virgo quoad animam: » perpetua autem virginitas quoad animam, est perpetua integritas, quoad peccatum, vel actualè, vel originale. Vide Nierembergium in *Exceptionibus* cap. 13.

B. Albertus Magnus cap. 181, super *Missus est*, definiens essentiali propriissimam virginitatis, sic inquit: « Virginitas est recessus ab omni malo, » tam malum animæ, quam corporis comprehendens. Et quidem major ratio habita fuit a Deo puritatis spiritualis, quam integritatis corporalis, quia, ut docuit Augustinus libr. X, *De mendacio ad Consent.*, cap. 20: « Minus est quidquid in corpore, quam quidquid in anima violari potest. »

Ἄλατόμητον ὄρος σε πάλαι Ἀββακούμ προεΐδεν ἐν πνεύματι, ὁ Θεὸς ἐξ οὗ ἐπέφανε, καὶ ἡμᾶς, Παρθένε, διεσώσατο.

Σεσαρκίωμενον Λόγον διπλῆν ἐνέργειαν φέροντα τέτοκας, ἀπειρόγαμε Κύρη, μείνασα παρθένος ἀμίαντος.

Τῆς προμήτορος Εὔας νῦν ἀνεκαλέσω τὴν ἦταν, κυήσασα Λυτρωτὴν τῶν ὄλων, καὶ Σωτῆρα καὶ Κτίστην καὶ Κύριον, Θεομήτορ μόνη, ἐν γυναιξίν εὐλογημένη. Διὰ τοῦτό σε πίστει δοξάζομεν.

Νέον ἡμῖν βρέφος ἀπεκύησας Πατρὸς τῶν ὁμοούσιον, φθαρεῖσαν φύσιν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ ἀρχαῖον, ἀγνή, κάλλος αὐτὴν πάλιν ἐπανάγοντα.

Πελάγη ἀμαρτιῶν καὶ κύματα ἀπογνώσεως χεϊμάζουσί μου τὸν νοῦν· σπλαγχνίσθητι, Δέσποινα, καὶ χεῖρά μοι ἔκτεινον, καὶ διάσωσόν με, τὸν Σωτῆρα ἢ κυήσασα.

Γνώμη οἰκεία ὀλισθαίνων, καὶ πράξεις ἀτόπους περιχείμενος, ἐπὶ σὲ καταφεύγω· βοήθει μοι, Δέσποινα, μετανοίας τρόπος παρέχουσα τῇ ταπεινῇ μου ψυχῇ, ἵνα δοξάζω σε.

Ῥῆξον τὰς πολυπλόκους τῶν ἐμῶν ἐγκλημάτων σειράς, θεόνυμφε, τὸν αἶροντα τοῦ κόσμου Θεὸν τὴν ἀμαρτίαν, ὑπὲρ λόγον κυήσασα, εὐλογημένη ἄγνή, ἀεὶ δεδοξασμένη.

Νόμου τὸ σκιῶδες ἀπσπαύθη, Δέσποινα, σοῦ κυήσας νόμου τὸν δοτῆρα, χάριτι φωτίζοντα τὴν οἰκουμένην, ὃν ἀεὶ δυσώπει, νόμῳ με τροπεύμενον τῷ τῆς ἀμαρτίας οἰκτεῖραι διὰ τάχους.

Ὁ οὐρανοὺς τῷ νεύματι, καὶ τὴν γῆν τῷ βουλήματι Λόγος τοῦ Πατρὸς δημιουργήσας, ἀχραντε, καὶ πλάσας τὸν ἀνθρώπον, ἐκ σοῦ σαφῶς ἠνέσχετο σάρκα ἐκ τῶν οἰκοδομήσαι τὴν φύσιν ἡμῶν ἀναχωρεύων συντριβεῖσαν ἀπάτη τοῦ δράκοντος, Παρθένε, ὁ μόνος ἐλεήμων.

Φιλάγαθε Παρθένε, τὴν κεκαχωμένην ταῖς ἀμαρτίαις ψυχὴν μου ἀγάθυνον, ἢ τὸν πανάγαθον Λόγον ἀποκυήσασα.

Φιλάνθρωπον τεκοῦσα καὶ λυτρωτὴν, θαυμαστὴ καὶ φιλάγαθε Δέσποινα, ἀμαρτιῶν λύτρωσίν μοι δίδου σαῖς προσευχαῖς, καὶ τὴν ψυχὴν μου, πάντα ἀγνε, τὴν κεκαχωμένην ταῖς λογισμοῖς ἀγάθυνον, καὶ δεῖξον παθῶν θανατηφόρων λελυτρωμένην, παναμώμητε.

Ἐκ τοῦ Κατόνος διπλοῦ εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Ἀγαθόνικον, καὶ Λοῦππον, ἡμέρα κβ'.

Θαυμάτων ἐπέκεινα τὸ μέγα θαῦμα, σεμνὴ τῆς λοχείας σου καθορᾶται· τίχτεις γὰρ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς γενόμενον Χριστὸν δίχα τροπῆς καὶ φερμοῦ.

Ὡς ὄρθρος εὐπρεπὴς ἐκ λαγόνων ἀνίτχεις Ἰησοῦν τὸν φωτισμὸν ἀπάντων καὶ Θεὸν, ἀπειρόγαμε Δέσποινα, νύχτα τε πολυθείας ἐκμειοῦντα, ταῖς λάμπουσιν ἀνεσπέροις καὶ κόσμον φωτίζοντα.

A Montem a lapidæ manu immunem prævidit olim te, o Virgo, Abbacuc in spiritu, ex quo Deus manifestatus est, nobisque salutem dedit.

Verbum incarnatum duplici operandi virtute prælitum in lucem protulisti, o puella innupta, et Virgo impolluta permansisti.

Primæ Matris Evæ eadem nunc restaurasti, Redemptorem, Salvatorem, Creatorem, ac Dominum omnium enixa, o Dei Mater, sola inter mulieres benedicta: ideo te cum fide glorificamus.

Novum nobis infantem peperisti, consubstantialem Patri, o casta, qui humanam naturam corruptam ad antiquam suam pulchritudinem iterum reducit.

B Pelagi peccatorum, fluctusque desperationis exagitant mentem meam: ad misericordiam moveantur viscera tua, o Domina, manumque tuam extendens mihi salvum me fac, tu quæ Salvatorem peperisti.

Mea sponte collapsus, fœdisque actibus circumdatus, ad te confugio: adjuva me, Domina, habitum pœnitentiæ præbens miseræ animæ meæ, ut possim te glorificare.

Rumppe implicatissima delictorum meorum vincula, o Dei Sponsa benedicta; et casta, semperque gloriosa; quæ Deum, qui tollit peccatum mundi, supra sermonis conceptum genuisti.

C Legis umbrositas cessavit, pariente te, Domina, datorem legis, qui gratia illuminat orbem terrarum; quem semper precare, ut me peccati legi obnoxium, misericordia sua celeriter dignetur.

169 Verbum Patris, quod cœlum nutu, terramque voluntate creavit, atque hominem plasmavit, ex te, o immaculata Virgo, manifeste corpus carneum sibi ædificare non est dedignatus, ut naturam nostram, serpentis fraude contritam, restauraret, unice misericors.

O Virgo bonorum amatrix, bonam redde animam meam peccatorum malitia depravatam, tu quæ Verbum optimum peperisti.

Amatorem hominum et redemptorem enixa, o Domina admirabilis, et bonorum amatrix, redemptionem a peccatis concede mihi precibus tuis, et animam meam cogitationibus pravis vitiatam, bonam redde, atque a mortiferis passionibus redimecam, o tota casta, et immaculata.

Ex Canone duplici in festo SS. Martyrum Agathonici, et Lupi, die 22.

Magnum partus tui miraculum, o veneranda, miraculorum supremum apparet; peperisti siquidem in similitudine carnis factum Christum sine mutatione, aut permistione.

Tanquam aurora pulcherrima, e visceribus tuis, o Domina innupta, educis Jesum illuminationem et Deum omnium; qui idololatriæ noctem splendoribus innocuis immittit, ac mundum illuminat.

Qui secundum naturam est in circumscriptus, A formam nostram ex te, Domina, accipiens, circumscriptiōnem quoad corpus suscepit, cognitus in duabus substantiis, ac voluntatibus.

Cum Deus in medio tui tanquam in tabernaculo habitasset, eo modo quo ipse novit, virginitalis claustra non commovit, o casta: atque in immobili fidei petra universas **170** stabilivit ac fundavit.

Qui ascendit supra humeros Cherubim, incarnatus tanquam homo ex te, eo modo, quo Deum decebat, tuis insedit ulnis velut infans, et infantis in morem se gessit, ut primum parentem, qui olim infantilliter sapuit, salvaret.

In te descendit tanquam imber, abyssus sapientiae Jesus; cum te solam puram invenisset, o Dei genitrix Virgo; et gravissimos Impietatis torrentes divina gratia repressit, atque cohibuit.

Prævidens in spiritu divino Isaias mirabilia tua, exclamabat: Ecce, o Immaculata (72), in utero habebis incarnatum illum, qui a nullo capi aut comprehendi potest.

Castam casta mente veneremur, decorem Jacob divinis actibus decoremus, ac religiose laudemus, utpote Dei nostri Matrem.

Virgo permanes postquam Christum peperisti, sicut eras antea; lacte nutris cum, o casta, ac veneranda, qui escam præbet universis. O stupore plenum atque incomprehensibile miraculum.

Genuisti illum, o casta, quem Pater ante sæcula ab æterno generavit: et uberibus lactasti ipsum nutritorem. O miraculum excedens omnem mentem! o mysterium superans omnem sermonem!

Deus ex te factus est homo: hominum massam deificasti, o inviolata; naturæque divinæ consortes effecisti eos, qui te beatam appellant, o vere benedicta inter mulieres, et casta.

Te speciem Jacob solam elegit solus qui habitat cœlos; cumque in medio tui habitasset, o intacta ac benedicta, nequaquam labefactavit claustra virginitalis tuæ.

Tabernaculum, et mensam, et arcam divinam, et urnam manna vitæ continentem, et montem sanctum te **171** nominamus; o Virgo Maria semper benedicta (73).

(72) Per titulum *immaculata* magis excluditur peccatum originale, quam veniale, ex vi et significatione epitheti *immaculata*: quippe macula venialis non est adeo notoria, ut animæ spirituales pulchritudinem demoliri contendat, adeoque nec tantam repugnantiam habet cum voce elogii *immaculata*. Cæterum peccatum originale, cum penitus omnem gratiæ ornatum explodat, cum decore immaculata minime potest consistere. Magis igitur verificatur significatio hujus verbi *immaculata*, per expulsionem peccati originalis, quam per expulsionem venialis, juxta sententiam angelici Doctoris 1. 2. q. 8, 9, a. 1. in c. dicentis: « Proprie loquendo peccatum veniale non causat maculam in anima. »

(73) Cum fuerit B Virgo Maria semper bene-

Ὁ κατὰ φύσιν ἀπερίγραφτος μορφωθείς ἐκ σοῦ τὸ ἡμέτερον περιγραφὴν σωματικῶς ὑπεδέξατο, Δέσποινα, ἐν οὐσίαις καὶ θελήσει διτταῖς γνωριζόμενος.

Ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ σου κατασκηνώσας ὡς οἶδε, τῆς παρθενίας κλειθρα οὐ παρεσάλευσεν, ἀγνή, ἐν ἀσαλεύτῳ πέτρα δὲ τῆς πίστεως πάντα ἐστερέωσε.

Ὁ νώτοις ἐπιβαίνων, ἀγνή, χερουβικοῖς σαρκωθεὶς ὡς ἄνθρωπος ἐκ σοῦ θεοπρεπῶς, σοῦ ἐν ἀγκάλαις καθέζεται ὡσπερ βρέφος, καὶ νηπιάζει νηπιόφρονα τὸν πάλαι σώζων γεγονότα πρωτόπλαστον.

Ἐπὶ σὲ καθάπερ θυβρός τῆς σοφίας ἡ ἀβυσσὸς Ἰησοῦς κατήλθε μόνην καθαρὰν σὲ εὐράμενος, Θεογεννητορ Παρθένε, καὶ κατέκλυσεν ἀσεβείας χειμάρρους δεινοὺς θεῖα χάριτι.

Σοῦ τὰ θαυμάσια προορώμενος θελῶ ἐν Πνεύματι Ἦσατας ἀνεκρύγαζεν· Ἴδου ἐν μήτρᾳ ἔξεις τὸν ἀχώρητον σαρκούμενον, ἀχραντε.

Τὴν ἀγνήν ἀγνεύοντι τιμήσωμεν νοῖ, καλλομένη τὴν τοῦ Ἰακώβ ταῖς ἐνθέσις πράξεσι καλλυνόμενοι, εὐσεβῶς ὑμνήσωμεν ὡς Μητέρα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

Παρθενεύεις ὡς τὸ πρὶν, καὶ τεκοῦσα τὸν Χριστὸν, γαλουχεῖς πᾶσι τροφήν τὸν παρέχοντα, ἀγνή. Παράδοξον, σεμνὴ, τὸ θαῦμα καὶ ἀκατάληπτον.

Γεγέννηκας ἐν Πατρὶ πρὸ αἰώνων γεγέννηκε προανάρχως, καὶ μαστοῖς τὸν τροφέα ἐθήλασας· ὑπὲρ νοῦν τὸ θαῦμα, ὑπὲρ λόγον, ἀγνή, τὸ μυστήριον.

Θεὸς ἐκ σοῦ ἐγένετο βροτὸς, τὸ φύραμα, ἀχραντε, θεώσας τῶν βροτῶν, καὶ κοινωνοὺς φύσεως θείας ἐκτελέσας σοὺς σε μακαρίζοντας, ἐν γυναιξίν ἀληθῶς εὐλογημένη ἀγνή.

Σὲ καλλομένη τοῦ Ἰακώβ μόνην ἐξελέξατο μόνος ἐ κατοικῶν τοὺς οὐρανοὺς καὶ οἰκήσας ἐν μέσῳ σου, ἀχραντε, οὐδαμῶς παρεσάλευσε παρθενίας σου τὰ κλειθρα, εὐλογημένη.

Στηνὴν σε, καὶ τράπεζαν, καὶ θείαν κιβωτὸν, καὶ στάμνον χωρήσασαν τὸ μάννα τῆς ζωῆς, καὶ ἅγιον ὄρα· ὀνομάζομεν, Παρθένε Μαρία ἀεὶ εὐλογημένη.

dicta, fuit etiam talis in sua creatione, et consequenter tunc maledictionem peccati originalis evitavit. Favet Ecclesia in Responsorio v festi Circumcisionis, dum ait: « Et benedicta in æternum, Deum nobis protulit et hominem. » Quasi dicat Ecclesia: Quia B. Virgo nobis Deum protulit et hominem, fuit benedicta in æternum. Quid autem est benedicta in æternum, nisi semper benedicta, id est, ab initio suæ creationis et deinceps? æternitas enim respicit omnem temporis differentiam, et nullum momentum temporis excludit, sed omne omnino et totaliter comprehendit. Ergo Maria benedicta fuit semper, et in omni differentia temporis, non potuit ergo incurrere peccatum originale, obstante gratia benedictionis, quæ illam præ-

Εὐλογεῖ πάντα κτίσις τὸν τόκον σου, εὐλογίαις, ἅμα στεφανώσαντα, καὶ τὴν ἀρὰν ἐξάραντα, παντεὺς εὐλόγητε μόνη δεδοξασμένη, ἢ τὸ γένος ἡμῶν χριτώσασα.

Φιλαμαρτήμονα γνώμην, καὶ ἀδιόρθωτον βίον, καὶ πλήμμελήσασαν ψυχὴν, καὶ καρδίαν ρυπώσαν ἔχων ἄσωτος, ἐγὼ, προσπίπτω σοι, Δέσποινα, βοήθει μοι καὶ διόρθωσιν δίδου, πρὶν με φθάσῃ τοῦ θανάτου ἡ τομὴ.

Φωτὸς τοῦ ἐν σοὶ μαρμαρυγαῖς, Θεόνυμφε, τὴν ψυχὴν μου φωταγωγῆσον, κείμενον βόθρῳ ἀπωλείας ἀνάστησον, ἐχθροὺς καταταράσσουσα τοὺς θλίβοντας αἰεὶ τὴν καρδίαν μου, καὶ πρὸς τὰ πάθη συνωθούνης με.

Ἐκ τοῦ Κανόνα εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα **Εὐτυχεά, ἡμέρα κδ'.**

Ἐν σοὶ, Παρθένε, τὴν ἐλπίδα τίθημι τῆς σωτηρίας μου, ἁμαρτιῶν ρύπου ὄλον με ἀπόπλυνον, καὶ καθαρὸν ἀπέργασαι τῷ Υἱῷ σου ἀρίστως εδραστοῦντα, καὶ πράττοντα τούτου τὸ πανάγιον θέλημα.

Χαῖρε, ἢ μόνη τὴν χαρὰν θνερμηναύτως τεκοῦσα· χαῖρε, ἄρμα καὶ νεφέλη τοῦ Λόγου· χαῖρε, θρόνε τοῦ Θεοῦ, Παρθένε ἀπειρόγαμε· χαῖρε, ὁσίων δόξα· χαῖρε, μαρτύρων στεφάνωμα.

Ἐν γυναιξὶ μόνη παρθένος διέμεινας, καὶ πρὸ τόκου, καὶ μετὰ τὴν γέννησιν· Θεὸς γὰρ ἦν ὁ καινοτομῶν φύσεις ὑπὲρ λόγον ἐκ σοῦ ἀρβήτως σαρκούμενος, ὁ ἄνω πρὸ αἰώνων, καὶ ἐν γῆ εἰς τὰ τέλη γεννηθεὶς τῶν αἰώνων, πανάμωμε.

Μητροπάρθενε κόρη, ἢ τὸν ἀπερίληπτον Λόγον κυήσασα, τῶν ἀγγέλων δόξα, καὶ δαιμόνων τὸ τραῦμα Θεόνυμφε, τὴν ἐμὴν καρδίαν τραυματισθεῖσαν ἁμαρτίαις θεραπείαις ἐνθεοῦ ἀξίωσον.

Νοός μου τὰς ἐκτροπὰς, καὶ τῆς ψυχῆς τὰ κινήματα τὰ ἐμπαθῆ καὶ δεινὰ, Παρθένε, διόρθωσον, καὶ σῶσον με, φύλαξεν ἐκ τῶν καθεκάστην ἀφειδῶς ἐπεμβαινόντων μοι.

Νοήσαντες πόρρωθεν σεπτοὶ προφήται τοῦ μυστηρίου σου τοῦ ἀπορρήτου βάθος, ποικιλοτρόπως πᾶσιν ἐφάνωσαν τὴν σὴν λοχείαν. Παρθένε, κραυγάζοντες· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ τῶν Πατέρων.

Νανεκρωμένην δὴγμάτι τὴν ψυχὴν μου τοῦ ὄφρα, μόνη προφανῶς ἢ τὴν Ζωὴν κυήσασα, πανάμωμε, ζώωσον, καὶ ἐνεργεῖν εὐόδωσον τὰ τοῦ δι' ἡμᾶς ἐκ σοῦ τεχθέντος, Παρθένε, θελήματα, βοῶσα· Ἱερεῖς εὐλογεῖτε Κύριον.

Φωνὴν σου προσφωνοῦμεν τοῦ Γαβριὴλ· Χαῖρε, γῆ ἐκλεκτῆ, χαῖρε, τράπεζα χρυσοειδῆς, χαῖρε, τῶν ἀνθρώπων καταφυγῆ, χαῖρε, μαρτύρων καύχημα, χαῖρε, τῶν ἀγγέλων ἢ χαρμονῆ, ἀγία Θεοτόκε, κραταίωμα τῶν πίστει μαχαριζόντων σε.

ΜΗΝ ΣΕΠΤΕΜΒΡΙΟΣ.

Ἐκ τοῦ Κανόνα εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα **Ἀνθίμου, ἡμέρα γ'.**

Ο Κύριος ἐκ σοῦ ἀνατείλας ὡς οἶδε, τοὺς χοροὺς

Benedicunt omnes creaturæ partum tuum, qui nos benedictionibus coronavit, atque abstulit maledictionem : O omni benedictione cumulata, sola gloriosa, quæ genus nostrum gratia replevisti!

Ego ille prodigus, ac luxuriosus habens mentem peccatorum amicam, et vitam pravam, animamque delictis oneratam, et cor coinquinatum, ante te procido, o Domina; adjuva me, et correctionem concede mihi, antequam a mortis falce secante præveniar.

Lucis in te habitantis radiis, illumina, o Dei sponsa, animam meam : jacentem in barathro perditionis excita, perterrefaciens hostes, qui semper tribulant cor meum, et ad passiones sectandas compellunt me.

B *Ex Canone in festo S. Eutychis martyris, die 24.*

In te, o Virgo, repono spem salutis meæ; absterge me totum a sordibus peccatorum, ac purum effice, Filio tuo optime complacentem, sanctissimamque illius voluntatem facientem.

Gaude, o tu, quæ sola gaudium ineffabiliter peperisti : gaude, currus, et aubes Verbi; gaude, thronus Dei, Virgo viri nescia : gaude, confessorum gloria : gaude, martyrum corona.

C *Sola inter mulieres virgo ante partum, et post partum, permansisti : Deus enim erat qui naturas innovabat supra sermonis conceptum, ex te ineffabiliter incarnatus : qui in supernis ante sæcula, in terra autem in fine sæculorum natus est, o tota immaculata.*

O Mater Virgo puella, quæ Verbum incomprehensibile genuisti : o Dei sponsa, angelorum gloria, et dæmonum vulnus : cor meum peccatis vulneratum, divina **172** curatione fac dignum.

Mentis meæ evagationes, animæque motus molestos, atque affectibus perturbatos corrige, et salva et custodi me ab iis, qui per singulos dies crudeliter invadunt me.

Inenarrabilem mysterii tui profunditatem a longo intuitus mentis oculo prophetæ venerandi, variis figuris ac modis universis partum tuum manifestaverunt, o Virgo, clamantes : Benedictus Deus Patrum.

D *Mortuam ob serpentis morsum animam meam, tu, quæ sola vitam manifeste peperisti, o immaculatissima, vivifica : et deduc me feliciter per viam, qua voluntates illius, qui propter nos ex te natus est, efficere possim, o Virgo, clamans : Sacerdotes, benedicite Dominum.*

Voce Gabrielis ad te clamamus : Ave, terra electa; ave, mensa aurea; ave, hominum refugium; ave, martyrum gloriatio; ave, angelorum gaudium, Dei para sancta, robur eorum qui te cum fide sincera beatificant.

MENSIS SEPTEMBER.

Ex Canone in festo S. Anthimi martyris, die 3.

Dominus, qui ex te ortus est, eo modo, quem

ipse novit, o casta, athletarum choros illustravit; exprimentes in seipsis omnes illius passiones vitales, mortemque injustam, quæ nos peccatores justificavit.

Speciosa facta es, o castissima, speciosum super omnes terrigenas enixa Filium ac Verbum Patris, quem generosi martyres amantes, gloria illustrati sunt.

173 Verbum, non relinquens vacuum sinum Paternum, in sinu tuo reclinatum est, o puella, tanquam infans, volens restaurare me corruptioni subjectum.

Legis umbræ declaraverunt splendorem illum, qui ex te ortus est, o puella illibatissima, et athletarum choros te celebrantes illustravit.

O inupta, quæ malitiæ plantas germine tuo arefecisti, passionum mearum stirpes evelle, divinasque cogitationes germinare fac ex anima mea.

Propter excessum humanitatis ac benignitatis erga homines apparuit Verbum ex te corporatum, o Virgo, salvans eos qui modulantes canunt: Benedictus es, Deus Patrum nostrorum.

Sacris vocibus beatificemus impollutum Dei tabernaculum, arcam animatam, martyrum gloriam, sublimiorem Cherubim, atque omnibus rebus creatis.

Gladius flammeus, qui olim Paradisi ingressum prohibebat, nunc recedit, ac terga vertit iis, qui venerandas passiones Christi lancea vulnerati voluntarie in se expriment: et te, o Virgo, honorant, omni honore superiorem.

Ex Canone duplici in memoria miraculi facti Colossis, vel Chonis per S. Michaelen archangelum, die 6.

O Virgo tota pura, angelorum decor, et hominum auxilium; tu adjuva me in mari versantem, atque in tempestate peccati semper coincidentem ac periclitantem.

O miraculum inintelligibile, quomodo hominibus unitus est incomprehensibilis Deus, natus ex te in carne secundum hypostasin, o inupta, ut salvaret me ob serpentis fraudem corruptioni obnoxium.

Qui immateriales mentes voluntatis nutu condidit, in **174** utero tuo materiali, o purissima, voluntarie habitavit, secundum carnem patens aspectibus qui erat invisibilis.

Daniel te montem magnum descripsit, o inviolata, Abbauc vero montem umbrosum virtutibus. David autem montem coagulatum: ex te enim Deus incarnatus est, ut mundum redimeret.

Docuit olim partus tui miraculum intellectualiter in spiritu ille sacrorum præses, intuens te montem umbrosum manifestissime, ex quo sanctus venit, Deus incarnatus.

Gabriel ab altissimis venit, deferens tibi Ave, o castissima: cum ipso ergo clamamus: Ave, o

των ἀθλητῶν ἐλάμπρυνεν, ἀγνή, τὰ αὐτοῦ εἰκονίζοντας πάθη πάντες ζωηφόρα, καὶ τὸν ἀδικὸν θάνατον δικαιοῦντα ἡμᾶς ἀμαρτήσαντας.

Ὁραιοῦθης, ἰπόναγνε, τὸν ὑπὲρ πάντας ὠραῖον τοὺς γηγενεῖς τεκοῦσα Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Πατρὸς, ὃν οἱ γενναῖοι μάρτυρες ποθήσαντες δόξῃ ἐλαμπρύνθησαν.

Μὴ κενώσας τοὺς Πατέρας ὁ Λόγος κόλπους, σοῦ ἐν τοῖς κόλποις, κόρη, ἀνεκλίθη ὡς βρέφος, θέλω ἀναπλάσαι με φθορᾷ ὑποκείμενον.

Νόμου σκιαὶ ἐδήλωσαν τὸ φέγγος τὸ ἐκ σοῦ ἐξανατεῖλαν, πανάμωμε κόρη, καὶ τῶν ἀθλητῶν καταλαμπρῦναν τοὺς χοροὺς εὐφημοῦντάς σε.

Μαράνασα τὰ φυτὰ τῆς κακίας, ἀνύμφευτε, τῷ βλαστῷ σου, τῶν παθῶν μου τοὺς σκόλοπας ἐκτιλόν, καὶ βλαστάνειν θεῖα τὴν ψυχὴν μου νοήματα ποίησον.

Ὑπερβολῇ, Παρθένε, φιλανθρωπίας ὤφθη ἐκ σοῦ Λόγος σωματούμενος, καὶ σώζει τοὺς μέλλοντας. Ὁ τῶν Πατέρων ἡμῶν Θεὸς, εὐλογητὸς εἶ.

Ἱεραῖς ἐν φωναῖς μακαρίσωμεν τοῦ Θεοῦ τὴν σκηνὴν τὴν ἀμόλυντον, τὴν κιβωτὸν τὴν ἐμψυχον, τῶν μαρτύρων τὴν δόξαν, τὴν ἀνωτέραν Κερουβιμ καὶ ἀπάσης τῆς κτίσεως.

Φλογίνῃ ῥομφαίᾳ, ἡ τὸ πρὶν τὴν εἴσοδον τοῦ παραδείσου ἐναπέργουσα, νῦν νῦν δίδωσι, Παρθένε, τοῖς πάθη τὰ σεπτὰ εἰκονίσασι Χριστοῦ τοῦ λογχευθέντος θελήματι, καὶ σὲ τιμῶσι τὴν ὑπέρτιμον.

Ἐκ τοῦ Κανόνος διπλοῦ εἰς τὴν ἀνάμνησιν τοῦ γεγονότος θαύματος ἐν Κολοσσαῖς, ἢ ἐν Χωνναῖς παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ, ἡμέρᾳ 6.

Παρθένε πανάμωμε, ἡ τῶν ἀγγέλων εὐπρέπεια, ἀνθρώπων βοήθεια, σὺ μοι βοήθησον θαλαττεύοντι, καὶ ζάλη ἀμαρτίας ἀεὶ περιπίπτοντι καὶ κινδυνεύοντι.

Ἀκατανόητον θαῦμα, πῶς τοῖς βροτοῖς ἦνωται ὁ ἀκατάληπτος Θεὸς, ἐκ σοῦ σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἀποτεχθεὶς, ἀπειρόγαμε, σώσον με τὸν ὑπαχθέντα τῇ φθορᾷ κλοπῇ τοῦ ὄφους.

Ὁ τοὺς ἀθλοὺς συστησάμενος νόας βουλήματι, τῇ ἐνύμφῃ σου γαστρὶ οἰκεῖ βουλήσει, πανάμωμε, σαρκὶ καθορώμενος ὁ ἀθεώρητος.

Ὁ Δανιὴλ σε ὄρος γράφει μέγα, ὁ Ἀβδαχοὺμ δὲ, ἄχραντε, ὄρος κατάσκιον ἀρεταῖς, καὶ Δαβὶδ τετυρωμένον, ἐξ οὗ ὁ Θεὸς σεσάρκωται τὸν κόσμον λυτρούμενος.

Νοερῶς τοῦ σοῦ, Παρθένε, τοκετοῦ τὸ παράδοξον ἐνοεῖτο πάλαι ὁ Ιεροφάντωρ ἐν πνεύματι, ὄρος κατάσκιον βλέπων σε τρανώτατα, ἐξ οὗ ἅγιος ἦλθε Θεὸς σωματούμενος.

Ὁ Γαβριὴλ σοὶ τὸ Χαῖρε ἐκ τῶν ὑψίστων, πάνναγνε, χορίζων ἦρθε· σὺν αἰτῷ οὖν ἐκδοῶμεν· Χαῖρε,

κύλη, μόνος ἦν διώδευσε Χριστὸς ὁ Θεὸς σώζων τὸ ἀνθρώπινον.

Νοερῶν ἀγγέλων σε ἀνέδειξε Θεὸς ἀνωτέραν, καθυποδὸς τὴν σὴν μήτραν, ἄχραντε, τὴν Παναμώμητον, ὃν δυσώπει πάντοτε οἰκτειρῆται τοὺς ὑμνοῦντάς σε.

Ἀγγελικῶν δυνάμεων, Παρθένε, ὑπερέχουσα καὶ τετοκοῖα τὸν ἀπάντων Θεὸν καὶ βασιλέα, σὺν αὐτοῖς ἰκέτευε, παναγία Δέσποινα, διασώζεσθαι ἡμᾶς.

Μακάριος ὁ λαὸς αἰεὶ μακαρίζων σε, μακαρία, ἡ Θεὸν τὸν μακάριον τέξασα, τοὺς βροτοὺς δι' οἶκτον ἀπορρήτω ἐνώσει θεώσαντα.

Τόμον σε προεώρα ὁ προφήτης, ἐν ᾧ Λόγος γέγραπται δακτύλῳ Πατρὸς, Παρθένε, ὃν ἰκέτευε βίβλῳ τῆς ζωῆς ἡμᾶς καταγραφῆναι τοὺς εὐσεβῶς σε δοξάζοντας.

Νοῦ τοῦ μεγάλου Λόγον τὸν ἀίδιον, κόρη, ἀληθῶς ἐν σοὶ ἀρρήτως καὶ φρικτῶς κατοικήσαντα βλέπων ἐδόξε Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος· Χαῖρε, θρόνε τοῦ Ὑψίστου, εὐλογημένη.

Τὸν Σωτῆρα καὶ Θεὸν, καὶ Λυτρωτὴν καὶ Δεσπότην σαρκὶ τεκοῦσα, παναγνε Δέσποινα, τοῦτον αἰεὶ, ἄχραντε, δυσώπει, ὅπως λύσιν τῶν δεινῶν, καὶ πολλῶν ἀμαρτιῶν τὴν ἄφεισιν λάβωμεν, ὑμνολογοῦντες αὐτοῦ τοὺς ὑπὲρ νοῦν οἰκτιρμούς.

Νυμφοστόλος ὁ βεῖος ἀρχάγγελος ἐπιστάς προσεφώνησε, τὸ Χαῖρε σοι, Νύμφη Θεοῦ ἀνύμφευτε, τῶν ἀγγέλων ἡ δόξα, καὶ τῶν ἀνθρώπων τὸ διάσωμα καὶ περιτείχισμα.

Πῦρ ἐκύησας οὐδαμῶς φλογίσαν σου, Παρθένε, νηδύν, Λόγον ἐγέννησας Πατρὸς, ἐξαιρούμενον ἀλογίας τοὺς λόγους τοῦ πλάνου ὑπακούσαντας, καὶ παρακούσαντας τοῦ πεποιηκότος Θεοῦ τοῦ φιλανθρώπου.

Φωνῇ τοῦ ἀγγέλου Γαβριὴλ συνέλαβες Θεὸν Λόγον, παναμώμητε, λόγῳ τὰς ἄνω στρατηγίας ποιήσαντα, καὶ λόγον παρέχοντα ὑμνεῖν τὴν ὑπὲρ λόγον καὶ ἐννοιαν τούτου ἁγίαν συγκατάβασιν.

Φανεῖσα, Παρθένε, πλατυτέρα οὐρανῶν ἐχώρησας Θεὸν ἀνερμηνεύτως, ὃν ἄσωμάτων χοροὶ ἀνυμνοῦσι μυστικῶς· αὐτὸν οὖν ἰκέτευε, ἀγνή, πάντας ἡμᾶς σωθῆναι τοὺς σε μακαρίζοντας φωναῖς ἀσιγήτοις.

Ἐκ τοῦ Καρόνου εἰς τὰς ἁγίας μάρτυρας Μητροδώραν, Μητροδώραν, καὶ Νυμφοδώραν, ἡμέρα ι'.

Ὡς ἔμφυχον θάλαμον, ὡς ἀδιάφθορον σκηνῶμα, ὡς πύλην οὐράνιον, ὡς θείαν τράπεζαν, ὡς παλάτιον, καὶ θρόνον τοῦ Δεσπότητος Μαρίας τὴν ἄχραντον ὕμνοις τιμήσωμεν.

(74) Idem apud me est immunem esse Virginem a peccato originali et actuali, ac esse immaculatam. Licet enim homines concepti in peccato immaculati nuncupentur, ut cum dicitur in psalmo,

A porta, per quam solus Christus Deus pertransivit, salvans genus humanum.

Intellectualibus angelis sublimiorem te fecit Deus descendens et ingrediens in uterum tuum purissimum, o inviolata. Illum igitur semper deprecare, ut eorum qui te laudant, misereatur.

O Virgo, quæ angelicas Potestates superemines, et peperisti omnium Deum, et Regem, una cum illis preces effunde, o Domina sanctissima, pro salute nostra.

Beatus populus, qui beatificat te, o beata, quæ Deum beatum peperisti, qui propter suam misericordiam homines ineffabili unione deificavit.

Volumen prævidit te propheta, o Virgo, in quo Verbum scriptum est digito Patris: quod supplex exora, ut ascribat in libro vitæ nos, qui te religiose glorificamus.

Magnæ mentis Verbum æternum in te, o puella, ineffabiliter ac formidabiliter vere habitasse intuens Gabriel archangelus, clamabat: Ave, thronus Altissimi, o benedicta.

Cum Salvatorem et Deum, Redemptorem et Dominum pepereris, o castissima Domina, eundem semper deprecare, o immaculata, ut ab eo recipere possimus gravissimorum malorum depulsionem, plurimorumque **175** peccatorum remissionem, laudantes misericordias ejus, quæ excedunt omnem cogitationem.

Nuptialis auspex divinus archangelus prope astans, exclamavit tibi, Ave, o sponsa Dei innupta, angelorum gloria, et hominum salus, et munimentum.

Ignem concepisti, qui nequaquam uterum tuum, o Virgo, flammis combussit; Verbum Patris genuisti, quod liberat ab irrationalitate eos qui seductoris verbis obedierunt, et Deo factori suo humanissimo inobedientes fuerunt.

Per vocem angeli Gabrielis, o mundissima, concepisti Deum Verbum, qui verbo supernos exercitus creavit, et verbum præbet, quo sanctam illius descensionem ac demissionem, quæ superat omne verbum et cogitationem, laudare possimus.

O Virgo, latior cælis apparuisti, continens in te ineffabiliter Deum, quem incorporeorum chori mystice collaudant. Ipsum ergo deprecare, o casta, pro salute omnium nostrum, qui te irrequietis vocibus beatificamus.

Ex Carone in festo SS. martyrum Menodoræ, Metrodoræ, et Nymphodoræ, die 10.

Tanquam thalamum animatum, tanquam tabernaculum incorruptum, tanquam portam cœlestem, tanquam mensam divinam, tanquam palatium et thronum Domini, Mariam immaculatam, hymnis honoremus (74).

Beati immaculati in via, parum refert, quoniam non loquor de qualibet nuncupatione nominis immaculati, sed de absoluta et antonomastica, et speciali, personæque particularis, et in Novo Testamento,

Appare, o Virgo casta, et animæ meæ tenebras A dispelle; peccati vincula disrumpe; salva me tu, quæ omni misericordia præditum, omniumque miserentem peperisti.

Me dolosi malitia interemptum vivifica, o illibaticissima, quæ vitam ipsam peperisti; ad te enim confugi; et in profunda peccatorum prolapsum erige, atque extrahe, tanquam **176** compatiens, o tota immaculata (73).

Cum te solam electam, et pulchram, et carentem macula, divinissimum Verbum invenisset, ex te incarnatum est, o divina gratia plenissima.

Sanctus est Deus, qui habitavit in utero tuo, cum te omnibus creaturis sanctiorem ac puriorem invenisset (76), o Dei Mater immaculata Regina, cujus nomen dominationem sonat.

Supra naturæ ordinem, Creatorem in utero tuo conceptum gestare digna facta fuisti, o puella, qui reformavit nos, cum fide carentes: Benedictus es, Christe.

Tanquam templum Dei immaculatum, o puella, eundem suscepisti humano corpore indutum, et in duabus naturis cognitum: cui concinimus: Benedicite, opera, Dominum.

Parce mihi, Christe, dum veneris judicare mundum cum gloria: dissolve nebulas passionum mearum precibus Genitricis tuæ, ac venerandum martyrum tuorum, tanquam bonus, plurimæque misericordia plenus.

Ex Canone in festo S. Cornelii Centurionis martyris, die 13.

Allicis fidelium corda ad te semper cum insatiabili desiderio glorificandam, o Domina Dei genitrix immaculata: tu enim es hominum gloria, quæ Dominum gloriæ peperisti.

nam in Veteri non extiterat Christus et beatissima Virgo, quæ personæ vere, et propriæ, et omnino, et antonomastice immaculatæ sunt; at vero cum in Veteri Testamento tales personæ non essent, non mirum, si attribueretur sanctioribus nomen immaculati, maxime cum nec absolute illis tribuatur. Sic cum dicitur: *Beati immaculati*, additur, *in via*, id est, in modo operandi, non absolute et omnino. David etiam dixit, *Immaculatus ero*, hoc ipsum indicat aliquando non fuisse talem. Job quoque, qui agnoverat, et supposuerat se in peccato, conceptum, postea se dixit immaculatum de præsentem, non de præterito, sicut alii significantur immaculati de futuro in Scriptura. Modus autem quo Josephus et alii Patres vocant Virginem immaculatam, absolute, antonomastice; et passim non invenitur similis in aliis sanctis, et specialissimum et grandius aliquid supra omnes filios Adæ indicat, ut in suis Dissertationibus epistolice epist. 8, observat Nierembergus.

(75) Concinit Josepho nostro S. Ildephonsus archiepiscopus Toletanus, in aureo tractatu *De corona B. Virginis*, quod opus, ut testatur Petrus de Alva in *Bibliotheca Virginali*, factum esse hujus sanctissimi præsulis verisimile putatur, dum ibi cap. 13, hoc habet: « Tu, Domina, semper fuisti clara et serena, sincera, mundissima et amœna. Tu enim es semper tota pulchra, tota formosa, tota immaculata, et tota speciosa. Macula nulla luscari, nulla sordelmacularis, omni gratia illustraris. » Sic

Ἐπιφάνεισα τῆς ψυχῆς μου τὸ σκότος ἀπέλασον, ἀμαρτίας τὰς σειράς, ἀγνή Παρθένε, διάρρηξον, σῶσόν με, κηρύσσου τὸν πανοικτίρμενον.

Νεκρωθέντα με κακίᾳ τοῦ δολίου, πανάμωμε, ἡ Ζωὴν τεκοῦσα, ζῶωσον, πρὸς σὲ γὰρ κατέφυγα, καὶ ἐμπροσθέντα εἰς βλάβη παραπτώσεων ἐπανάγαγε, ὡς συμπαθῆς, παναμώμητε.

Σὲ μόνην ἐκλεκτὴν, καὶ καλὴν, καὶ ἀμώμητον εὐράμενος σωματοῦται ὁ ὑπέρθεος Δόγος ἐκ σοῦ, Θεοχαρίτωτε.

Ἄγιος ὁ σκηνώσας ἐν μήτρᾳ σου Κύριος ἀγιωτέραν εὐρών σε καὶ καθαρωτέραν κτίσεως πάσης, Θεομήτορ, κυριώνουμε ἀχραντε Δέσποινα.

B

Ὑπερφυῖς τὸν Κτίστην τῆ γιοτρί σου, κόρη, κυφορῆσαι κατηξίωσαι ἡμᾶς ἀναπλάττοντα τοὺς μελωδοῦντας πιστεῖ· Χριστὲ, εὐλογητὸς εἶ.

Ὡς Θεοῦ ἀηλίωτον τέμενος ὑπεδέξω αὐτὸν σωματούμενον, καὶ ἐν οὐσὶ ταῖς φύσεσι γνωριζόμενον, κόρη, ᾧ μελωδοῦμεν· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα, τὸν Κύριον.

Φείσαι μου, Χριστὲ, ὅταν ἔλθῃς κρίναι τὸν κόσμον μετὰ δόξης, λύσον τὴν ἀχλὺν τῶν παθῶν μου ταῖς ἰκεσίαις τῆς κηρύσεως σε, καὶ τῶν σεπτῶν μαρτύρων σου, ὡς ἀγαθὸς καὶ πολυέλεος.

C

Ἐκ τοῦ Καρόνος εἰς τὸν ἅγιον μάρτυρα Κορνήλιον τὸν ἑκατόντυρχον, ἡμέρα ιγ'.

Θέλγεις πιστῶν καρδίας αἰεὶ δοξάζειν σε ἀχορέστῳ ἐφέσει, Θεογεννήτορ Δέσποινα· δόξα γὰρ χρηματίζεις τῶν ἀνθρώπων, τέξασα τὸν τῆς δόξης Κύριον, ἀχραντε

ille.

(76) Vox purior, applicata Virgini in comparatione omnium creaturarum, omnino excludit peccatum originis. Nam (ut in suis Dissertationibus epistolice epist. 6, notat vir egregie doctus et pius P. Joan Eusebius Nierembergus) communiter sumuntur diversimode ista nomina *sanctior* et *purior*. Sanctitas solet sumi pro positiva dignitate gratiæ et meritorum, ad quam pervenit creatura, unde non refertur ad præterita, sed ad præsentem statum et culmen, ad quod pervenit gratia. Puritas autem sumitur pro negativa propinquitate peccati et sordis, unde respicit etiam ad præteritum, ex quo haberi possent sordes, et tamen non fuerunt habitæ. Hinc est ut Magdalena, vel S. Maria Ægyptiaca posset dici *sanctior* sancta Agnete vel Cæcilia, et tamen non posset dici *purior*: quia quamvis majorem sanctitatem potuerit acquirere Magdalena, non tamen adeo caruit immunditiis peccatorum. Sic etiam S. Augustinus posset dici *sanctior* quam S. Ludovicus episcopus, vel S. Casimirus, attamen non poterit dici *purior*, quia non caruit sordibus vitæ præteritæ, quibus caruit S. Casimirus. Sic etiam rex David potest dici *sanctior* quam sanctus Henricus imperator, et tamen non dicetur *purior*. Hinc constat B. Virginem, dum appellatur omnibus creaturis purior, denotari necessario caruisse in præterito labe originis, qua caruerunt angeli et protoplasti.

Ἄγγελος φωτιστὴς στήνωμα γεγένησαι, καὶ τὸν φωτοδότην φέρεις σαρκούμενον ἄνθρωπον ὄφθέντα καθ' ἡμᾶς διὰ φιλάνθρωπλαν, καὶ τὴν φθορὰν ἐξαφανίσαντα, ἀφθορε βροτῶν ἢ ἀνάκλησις.

Σοφίας καθαρὸν ἐνδιαίτημα τῆς τοῦ Πατρὸς ὑπερφυῶς, ἀγνή Παρθένη, γεγένησαι, δι' ἧς ἡμεῖς τῆς κακίας νυκτὸς τοῦ σπυριστοῦ ἐλυτρώθημεν.

Ὁμβρισὸν μοι, πάναγνε, πταισμάτων ἀφεσίν, ἐπίσκεψαι με τὸν ἀσθενοῦντα, καὶ κλυδωνιζόμενον συμφοραῖς τοῦ βίου, καὶ πάθει τοῦ σώματος.

Ὁ τῆς δόξης Κύριος ἐξ αἱμάτων σου παρθενικῶν ἐσαρκώθη μόνος ὡς ἐπίσταται, πανύμνητε, σώζων ἡμᾶς ἀγαθότητι.

Ὁφθης τὸ ἀνθρώπινον φύραμα θεώσασα τῇ θεῖᾳ γεννήσει σου, Παρθένη πάναμωμε· διό σε καταχρέος οἱ πιστοὶ δοξολογοῦμεν.

Ῥᾶνον ἐφ' ἡμᾶς τὰ σὰ ἐλέη, κόρη, συνήθως καὶ αἰτησαι, ἀγνή, συγχώρησιν πάντων πταισμάτων ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ ἐξ ἀπροσεξίας ἡμῖν συμβάντων.

Φωτισμὸν μοι αἰτησαι, ἡ τεκοῦσα Φῶς τὸ ἐκ φωτὸς ἐκλάμψαν, τὸν σκοτασμὸν πόρρω ἀπ' ἐμοῦ ἐναποδιώκουσα, καὶ πειρασμῶν καὶ τῶν ἡδονῶν, ἀχραντε Δέσποινα, προστασία ἀνάσχυντε.

Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τὸν ὁσίον Πατέρα ἡμῶν Εὐμένιον ἐπίσκοπον Γορτύνης, ἡμέρα ιη'.

Αἱ περὶ σοῦ νῦν προφητεῖαι πεπληρῶνται, Θεοκυήτορ Δέσποινα· ὃν γὰρ προήγγειλαν ὀψηγόρως, ἐν μήτρᾳ ἐχώρησας ἐν δύο τελείαις φύσεσι.

Μαρία τὸ χρυσοῦν θυμιατήριον καθῶν μου ἀπέλασον τὸ δυσῶδες, καὶ στερέωσον κλονούμενον προσβολαῖς τοῦ δόλλου πολεμήτορος.

(77) Dicitur B. Virgo Regina immaculata, quia non decuit illam, quæ futura erat Regina angelorum, cum originali macula concipi. Hinc S. Anselmus in serm. De concep. ait : « Angelos, aliis peccantibus, a peccato servavit, et feminam Matrem suam futuram ab aliorum peccatis exorfam servare non potuit? In æternitate consilii sui statuit Eam dominatricem et reginam fore angelorum, et tunc inferiorem gratiam angelis datam, in consortium conceptam esse credimus hominum peccatorum? Existimet hoc qui vult : argumentis suis probet qui vult : his, quæ dicimus, adversetur qui vult : ego, donec ostendat mihi Deus aliquid dignius excellentiæ Dominiæ meæ posse dici, quæ dixi, dico ; quæ scripsi, non muto. » Hinc etiam Guilielmus Parisiensis Junior, sive Bitontinus, in Postillis majoribus de festo Concep. q. 3, ait : « Virgo Maria in Matrem Dei electa, erat exaltata super angelos : sed omnes angeli fuerunt præservati ab omni peccato. Ergo a ratione fortiori et ista, quæ erat superior. » Insuper Albertus Magnus in *Bibiæ Mariæ* super libr. Job, de Maria loquens dixit : Ipsa est aquila singularis, de cuius klude et præconio loquitur Dominus ad Job 39, *Nunquid ad præceptum tuum, sicut ad meum, qui, quidquid præcipio, inspiro, elevabitur, in natura, gratia et gloria etiam, et in omni prærogativa*

Lucidissimum castitatis tabernaculum facta est ; lucisque datorem defers incarnatum, qui homo similis nobis apparuit propter hominum amorem, et corruptionem abolevit, o incorrupta hominum reparatio.

Sapientiæ Patris purum habitaculum supra nature ordinem facta es, o casta Virgo ; per quam a maligni pravitate **177** nunc nos liberati sumus.

Deplue mihi, o castissima, peccatorum remissionem. Visita me infirmum, vitæque calamitatibus, et corporis passionibus, tanquam tempestatibus exagitatum.

Dominus gloriæ ex virginalibus sanguinibus tuis incarnatus est eo modo, quem ipse solus novit, o laudabilissima, salvans nos ex sua bonitate.

Humani generis massam deficere visa es divino partu tuo, o Virgo tota immaculata, propterea nos fideles te pro debito glorificamus.

Stilla super nos misericordias tuas, o puella, juxta morem tuum, et omnium peccatorum, tam scienter quam ignoranter ex incuria perpetratorum, indulgentiam nobis impetra, o casta.

Illuminationem mihi impetra, præclibus tuis, o Regina immaculata (77), quæ Lumen quoddam lumine coruscavit, peperisti, procul a me tenebras tentationum, et concupiscentiarum depellens, o patrocinium quod non confunditur.

Ex Canone in festo S. P. N. Eumenii episcopi Gortynensis, die 18.

Prophetiæ, quæ erant de te, nunc impletæ sunt, o Domina Dei Genitrix : quem enim sublimes eloquio prænuntiaverunt, in utero tuo comprehendisti in duabus perfectis naturis.

O Maria, aureum Thymlaterium, passionum mearum foedissimum odorem depelle, meque fraudulentis hostis assultibus exagitatum, stabilem redde ac firmum.

aquila, id est Maria, super omnes choros angelorum. » Sic ille. Cujus verba afferens in suis Dissertationibus epistoliceis, epist. 6, P. Joan. Eusebius Nieremberg. in hunc modum scribit : « Superare angelos in natura, est in conditione, seu a conditione naturæ, in qua non esset super omnes angelos, si conderetur illis impurior.

In Liturgia quoque Æthiopum apostolica, quoniam ab apostolis promanasse dicitur, sic dicitur in oratione ad Virginem Dei Matrem : « *Lætare, Immaculata, vere Regina. Lætare, gloria nostrorum parentum. » Quasi dicat (ut in suis Exceptionibus cap. 13, inquit Nierembergius :) Tu, quæ, utpotè vera regina et augusta, duræ servorum poenæ severæque legi de macula contrahenda non subjacui, atque ita humani generis amissum decus restaurasti, Tu domina, gaude. Vere regina, quod immaculata ea ratione, ut nunquam servire alieni debueris nisi Uni Deo, cui servire vere regnare est. Non igitur ullum peccatum habuit, quando id cuiusdam est infelicissimæ servitutis. Lætate igitur tanto bono, tanta gloria, quam suam parentes nostri vocare possunt; cum hac illorum fuerit ignominia compensata. Sic humani generis amissum justitiæ statum, et decus, primorumque parentum collapsam gloriam magno cum lenore restitui.*

Olim sacræ voces, partus tui profunditatem pæ-
nuntiaverunt; quarum nunc eventum intuemur, o
immaculata (78).

Tanquam novum infantem peperisti nobis Filium,
qui **178** est ante omnia sæcula, o summe imma-
culata (79); qui in duabus voluntariis operationibus
duplex est, homo scilicet simul et Deus.

Cum cœlestis imber in te descendisset, o Virgo
perpetua: terram desolatam, divinæ scientiæ fluentis
irrigans, fecundissimam reddidit.

Lucis immaterialis domicilium venter tuus fa-
ctus est, o Dei Sponsa puella inviolata: illius, in-
quam, lucis, quæ divinæ scientiæ facibus infidelita-
tem imminuit; quam laudantes clamamus: Bene-
dictus es, Deus patrum nostrorum.

Sacratissimus Prophetarum chorus, te vere ante
descripsit, o veneranda Virgo, appellans montem
a lapicidæ manu intactum; virgam, et portam, per
quam Altissimus pertransivit, eo modo quem ipse
novit, clausamque iterum reliquit.

Fers ferentem omnia divina potentia, o castissima,
ac nutris uberibus tuis nutrientem omne quod spi-
rat. Superat omnem mentis cogitationem miracu-
lum tuum; ac stupore percellit angelos simul et
homines, qui te assidue collaudant, et cum affectu
beatam appellant.

*Ex Canone in festo SS. martyrum Trophymi, Sab-
batii, et Dorimedontis, die 19.*

Generosi martyres gratiarum tuarum illuminati-
vo fonte splendide illustrati, o Deo charissima,
sola porta lucis, profundissimas tenebras intolera-
bilitum suppliciorum, te laudantes, pertransierunt.

Domini ex te incarnati legibus obtemperantes,
generosi Athletæ iniquos devicerunt; te enim co-
adjutricem habebant, quæ salvas animas nostras,
o puella carens omni macula (80).

179 Te tanquam mundum Regis palatium, o
virgo inviolata, martyrum cœtus invocans tripli-
cem adjutricem, dæmonum templum dejecit, cum
iis qui ad templum gloriæ supernum translati sunt,
laudibus te semper honorans.

Fortissimi milites invocantes in auxilium virgi-
nem sanctam, Deo gratissimam, ac summe imma-
culatam, tormentorum timorem, et rerum diffici-
lium tempestatem inconcussa mentis prudentia
pertransierunt.

Virtutibus ex te missis roborati Athletæ tui,

(78) Hinc patet B. Virginem originali macula
non esse aspergendam, cum eam toties Josephus
noster in hoc opere, imo omnis Ecclesia sancto-
rum, Sponsi vocem audiens, concinit immacula-
tam, inquit Catherinus in Tract. *De concept.* ad
Synod. Trident. sub finem.

(79) Quomodo immaculata B. Virgo vere dici
posset summe immaculata, si fuisset cum origi-
nali macula concepta? Nec valet dicere, quod di-
catur summe immaculata, quod post conceptionem
fuerit summe purificata et ab originali macula
mandata: quia, cum præteritum non possit esse

Ἰερὰ προκατήγγειλαν πάλαι φωναὶ τοῦ τόκου
σου τὸ βάθος, ὧν νῦν ἐκθάσεις εἶδομεν, ἄχραντε.

Νέον ὡς βρέφος ἡμῖν τὸν προσιώνιον Υἱὸν τέτοκας
θελητικαῖς δυσὲν ἐνεργείαις ὑπάρχοντα διπλοῦν,
ἄνθρωπον ἅμα θεόν τε, πανάμωμε.

Ἐπὶ σὲ καταβάς ὁ οὐράνιος δὺβρος χερσὶθεισαν
τὴν γῆν, ἀειπάρθενε, θεογνωσίας νάμασι καταρ-
δεύσας πολυφόρον ἔδειξεν.

Ἄλλου φωτὸς οἰκητήριον ἢ σὴ μήτρα γεγένησαι,
τοῦ ἴφρικτωρίας θαλάσ γνώσεως τὴν ἀθείαν μειώσαν-
τος, ἄχραντε θεόθυμφε κόρη, δὴ ὑμνοῦντες κραυγά-
ζομεν· Εὐλογητὸς εἶ, ὁ θεὸς ὁ τῶν Πατέρων ἡμῶν.

Ἰερωτάτη προφητῶν σε προγράφει ἀληθῶς, σεμνή.
χορεία ἀλατόμητον ὄρος, βάρδον καὶ πύλην δι' ἧς
διήλθεν ὡς οἶδεν ὁ Ὑψιστος, πάλιν κεκλεισμένην
ἔασας σε, Παρθένε.

Φέρεις τὸν φέροντα πάντα θεϊκῆ δυναστεία, καὶ
τρέφεις ἐκ μαζῶν πᾶσαν πνοὴν τὸν διατρέφοντα,
πάναγνε· ὑπὲρ νοῦν σου τὸ θαῦμα ἀγγέλου κατα-
πλήττον καὶ βροτοῦ; τοὺς αἰεὶ σε ὑμνοῦντας, καὶ
πόθῳ μακαρίζοντας.

*Ἐκ τοῦ Κανόνος εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας Τρό-
φιμον, Σαβδῶτιον καὶ Δορυμέδοντι, ἡμέρα 19.*

Φωτιστικαῖς σου πηγαζούσαις χάρισι, Θεοχαρί-
τωτε, πόλη φωτὸς μόνη, οἱ γενναῖοι μάρτυρες φαι-
δρῶς καταυγαζόμενοι τὸ βαθύτατον σκότος τῶν
ἀνυποπίπτων κολάσεων σε ὑμνολογοῦντες παρέδρα-
μον.

Νομοθεσίαις ἐκ σοῦ σεσαρκωμένου Δεσπότου πείθ-
αρχοῦντες, παναμώμητε κόρη, οἱ γενναῖοι ὀθηταὶ
ἀνόμους ἐτροπώσαντο, σὲ συνεργὸν ὡς ἔχοντες, τὴν
σώζουσαν τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ὡ; καθαρὸν τοῦ βασιλέως παλάτιον σε μαρτύρων
σύστημα τρισάριθμον ἐπικαλούμενοι βοηθῶν, ἄχραντε
Παρθένε, ναοὺς δαιμόνων ἠδάφησαν, καὶ πρὸς ναὸν
τὸν ἄνω μετετέθησαν δόξης, αἰεὶ σε ἐν αἰνέσει γε-
ραῖροντες.

τὴν ἁγίαν Παρθένον, τὴν Θεοχαρίτωτον καὶ παν
αμώμητον οἱ στεβροὶ ὀπλίται εἰς βοήθειαν ἐπικαλού-
μενοι τῶν βασάνων ὄγκον καὶ τῶν δαιμῶν τὴν τρι-
χυμίαν ἀκλονήτιν διήλθον φρονήματι.

Νευρούμενοι ταῖς ἐκ σοῦ ἐκπεμπομέναις δυνάμε-

non præteritum, in *Perhierm.* per Aristotelem,
sequitur beatam Virginem fuisse cum peccato
originali, perpetuo esset verum, sicut etiam in
Magdalena remansit nomen peccatrici, quamvis
purificata fuerit a peccatis, ne in perpetuum con-
sequatur aureolam virginitalis.

(80) Cum S. Josephus, Deiparæ neget omnem ma-
culam, sub hac negatione generali illi etiam negasse
maculam peccati originis quis inficietur, cum pro-
positio particularis necessario includatur in ge-
nerali?

πιν οἱ ἀθλοφόροι, Χριστὲ, νομίμως ἐνήθλισαν, τὴν Ἀ
 ἄγνην Μητέρα σου ἀνυμολογοῦντες ἀποβόητως σε
 κοήσασαν.

Ἐπίχουσα Δέσποινα καθαρωτέρα πίσης τῆς
 κτίσεως ὑπεδέξω τὸν Λόγον ἐκ σοῦ ἀβρόχως ἀπρ-
 τιχτόμενον, ὃν οἱ γενναῖοι ποθήσαντες μάρτυρες τὴν
 τῶν βασάνων πυρὰν ἐνεκαρτέρησαν.

Νέον ὡς βρέφος τέτοχας τὸν Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύ-
 ματι, ἄχραντε Παρθένε, συμφυῶς νοούμενον Χρι-
 στὸν, τὸν Θεὸν ἡμῶν, ὃν οἱ γενναῖοι μάρτυρες καθ-
 ομολογοῦντες ἱερῶς ἐναθλοῦσι, μεθ' ὧν σε, παναγία,
 μακαρίζουσι πῖσται λαοὶ, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι εἰς
 πάντας τοὺς αἰῶνας.

Φυλάξας σε παρθένον ὃ ἐκ τῶν σῶν ἀνατελλας λα-
 γόνων, ἀνέσπερος ὡς ἀληθῶς ἥλιος, Παρθένε, τοὺς Β
 ἀθλητὰς περιφανῶς ἐλάμπρυνε, διηγωνισμένους καρ-
 τερικῶς, μεθ' ὧν αὐτὸν δυσώπει ἡμᾶς κατοικτειρῆ-
 σαι τοὺς εὐσεβῶς σε μακαρίζοντας.

Ex Canone in sanctam Susannam (80), die 19 septembris.*

Oriens solis illius, qui super occasum humanæ
 naturæ natus est, revera facta es, o Domina, per
 quem illi, qui in tenebris et in umbra versabantur,
 viderunt lucem:

Urna figurabat te, o casta Virgo, quæ intelli-
 gibile manna **180** tulisti, Christum scilicet, dulcedi-
 nem mundi : cui supplica, Dei Mater (81), ut ii qui
 te assidue glorificant, a pravaram affectionum ser-
 vilitate liberentur.

Fortitudo mea et laus mea Christus est, qui ex
 te, Deipara, exortus est, servili carne circumda-
 tus, et nos a servitute diaboli eripuit propter bo-
 nitatem suam.

Sanctissimum templam Dei agnoscentes te, so-
 lam immaculatam (82), et creaturis omnibus supe-
 riorem, sacris te vocibus merito beatam appella-
 mus.

Dominum universi, qui ex te natus est, exorans

(80*) Desideratur in Menæis impressis.

(81) Ex titulo Dei Matris solide admodum colligi-
 tur, B. Virginem sine originalis peccati macula
 fuisse conceptam; nam, ut inquit S. Bernardinus
 Senensis serm. 49 de amore glorioso ex Bartholo-
 meo Siculo : « Credendum est, quod voluit sumere
 carnem ex carne purissima, et quod ejus Mater
 fuerit plusquam Eva et Adam, qui creati fuerunt
 sine peccato originali. » Bernardinus item de
 Busto in *Mariali* serm. 2 de concept. in fine ait :
 « Cum omnes credant B. Virginem Mariam fuisse
 idoneam Matrem Dei, debent etiam credere ipsam
 fuisse immunem ab omni labe peccati, quia aliter
 non fuisset congrua Mater Christi. » Consonat Bar-
 tholomeus Pisanus *De laud. B. V.* fructu 7, dum
 scribit : « Non fuit conveniens Matrem Dei addici
 morti æternali pro quacunque mensura : ergo origi-
 nali caruit. Item Christus elegit Matrem incorru-
 ptam corporaliter, quare et spiritualiter. » Item
 Joannes Vigerius theologus Dominicanus in libro
Institutionum capite de peccato originali in hunc
 modum loquens : « Si dicatur, quod Diva Virgo
 non habuit peccatum originale, licet processerit ab
 Adam secundum rationem seminales, dicendum
 est, quod ipsa sola speciali gratia præventa fuit et

Christo, legitime certaverunt, laudibus celebrantes
 purissimam Matrem tuam, quæ te ineffabiliter ge-
 nuit.

Cum esses, o Domina, purior omnibus creaturis,
 suscepisti Verbum, ex te ineffabiliter natum, quod
 generosi martyres cum affectu concupiscentes, tor-
 mentorum probationem patienter constantique
 sustinuerunt.

Tanquam novum infantem peperisti, o Virgo in-
 violata, Christum Deum nostrum, qui intelligitur
 Patri ac Spiritui cœvus : quem generosi martyres
 confitentes, sacrum certamen obiere ; cum quibus
 populi, tribus et linguæ, cum fide te, o sanctissima,
 per universa sæcula beatificant.

Μετὰ μαρτύρων, ἄχραντε, καὶ ὁσίων Πατέρων, καὶ προφητῶν, πασῶν τε καὶ τῶν ὁσίων γυναικῶν, τὴν ἐν ἀγίοις μόνον ἐπαναπαύμενον ἐκδυσώπει ἡμᾶς καθαγιάσαι, ἀγνή, ἀγίαις ἐν φωναῖς τοῦς δοξολογοῦντας αὐτὸν εἰς τοῦς αἰῶνας.

Θεοκυῆτορ ἀγνή, μετὰ πάντων μαρτύριον, προφητῶν, καὶ ὁσίων, καὶ ἀγίων γυναικῶν καὶ ἱερομαρτύρων, κατοικτειρήσαι ἡμᾶς τὸν Σωτῆρα δυσώπει.

Φιλοικτίρμονα Θεὸν ἡ κυήσασα σαρκί, μετὰ πάντων ἀγίων καθικέτευέ ἀεὶ κινδύνων ἡμᾶς σῶσαι, Μητροπάργενε ἀγνή.

ΗΧΟΣ Γ.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς δευτέρας εἰς τὸν Ὅρθρον.

Παναγία ἄχραντε, ἀμαρτωλῶν βοήθεια, πιπτόντων ἐπανόρθωσις, μετάνοιαν δίδου μοι κατανώξεως πολλὰ ἡμαρτηκότα.

Μαρία κυριώνυμε πολλοῖς κυριευθέντα με πάθεσι ψυχοφθόροις ἐλευθέρωσον πρεσβείαις σου.

Δίδου μοι, ἀγνή, ἀληθῆ μετάνοιαν, παῦσον τῶν παθῶν μου τὸν σάλον, ἀμαρτανόντων ἡ προστασία.

Ἡ μόνη διὰ λόγου ἐπὶ γῆς τὸν Λόγον τέξασα καὶ παρθενεύουσα, τῶν ἀλόγων με ρῦσαι πράξεων λόγοις σεπτοῖς ὅπως ἀνυμνῶ σε.

Τὴν κιβωτὸν τῆς Διαθήκης, τὴν ἀγίαν ἔντως τράπεζαν, τὸ ἱλαστήριον ἡμῶν, τὸν ναὸν Θεοῦ τὸν ἐμψυχον, τὴν πάγχρυσον λυχνίαν, τὴν ἀληθῆ Μητέρα τοῦ πλαστοουργοῦ ἀνυμνοῦμεν.

Ἡ κρήνη ἡ τὸ ὕδωρ τῆς ἀφέσεως βρύουσα, τὰς ἐκδύσεις τῶν ἡμῶν πταισμάτων ξήρανον, παρεχομένη μοι ὑμῶν δακρύων, ὅπως σε ἀεὶ ὡς Θεοτόκον ὑμνῶ.

Ἐπερβολῆ ἀσωτείας τῷ ἄδη νυκτὶ προσήγγιστα ὑπερβάλλουσαν, Κόρη, εὐσπλαγχνίαν ἔχουσα, ὡς Θεὸν τὸν εὐσπλαγχνον ἀρρήτως τεκοῦσα, οἰκτείρασά με σῶσον.

Φωτεινὸν τοῦ Δεσπότη παλάτιον, οἶκον δειξόν με φωτός • ἀδιόδευτε πύλη, ὑπάνοιξόν μοι μετανοίας ὁδούς • γῆ ἀγία, πρὸς γῆν με πραέων ἐδήγησον • Δέσποινα, πάσης με δειξόν δεσποτείας παθῶν ἀπελεύθερον.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς τρίτης εἰς τὸν Ὅρθρον.

Ἀθανασίας μάννα Χριστὸν φέρουσα, στάμνος λεγική, πικρίας ψυχοφθόρων παθῶν ἐκλύτρωσαί με, Παρθένε παναγία, ὅπως πίστει δοξολογῶ σε εὐσεβῶς.

Παρθενομήτορ ἄχραντε, μετανοῶντας ἡμᾶς καὶ τῷ Χριστῷ προσιτρέχοντας καὶ τῶν πταισμάτων λύσιν

O Sancta Deipara, sanctifica cogitationes nostras, animique sensum corrobora, et a maligni jaculis nos sine vulnere conserva, dum tuam misericordiam, o Virgo casta, glorificamus.

Una cum martyribus, sanctisque Patribus ac prophetis, omnibusque sanctis mulieribus suppliciter, o Virgo, ora illum qui solus in sanctis requiescit, ut sanctificet nos, qui sanctis vocibus illum glorificamus in sæcula.

Dei Genitrix pura et casta; cum omnibus prophetis, martyribus, et confessoribus, sanctisque mulieribus ac hieromartyribus, precare Salvatorem, ut misereatur nostri.

O Mater, Virgo purissima, quæ amatorem misericordiæ Deum in carne peperisti: semper illum deprecare, una cum omnibus sanctis, ut nos a periculis salvos custodiat.

TONUS III.

Ex canone feriæ II ad Matutinum.

Virgo sanctissima ac purissima, auxilium peccatorum, lapsorum erectio, mihi, qui multa peccata perpetravi, compunctionis pœnitentiam concede.

O Maria, cujus nomen Dominam sonat, me sub multarum passionum, animam meam ad interitum pertrahentium, dominatu oppressum libera intercessionibus tuis.

Veram mihi pœnitentiam concede; compesce passionum mearum tumultuantes fluctus; o Virgo casta, præsidium peccatorum.

262 O tu, quæ sola in terris per verbum Verbum genuisti ac peperisti, et virgo permansisti, libera me ab actionibus brutalibus, ut verbis veneratione plenis te collaudem.

Arcam Testamenti, mensam vere sanctam, rostrum propitiatorium, templum Dei animatum, lucernam totam auream, veram Matrem Creatoris collaudamus.

O fons, qui aquam indulgentiæ ac remissionis scaturis, peccatorum meorum manantes aquas exsiccata, lacrymarum imbres mihi concedens, ut te semper tanquam Deiparam laudibus extollam.

Luxuriæ atque intemperantiæ excessu inferno nunc appropinquavi: tu, o Puella, quæ excedis in visceribus misericordiæ, utope quæ Deum misericordissimum ineffabiliter peperisti, miserere mei, et salva me.

O palatium Dei luminosum, fac me domum lucis: o porta impervia, aperi mihi vias pœnitentiæ: o terra sancta, deduc me in terram mansuetorum: o Domina, libera me ab omni passionum dominio.

Ex canone feriæ III ad Matutinum.

O urna rationalis, quæ Christum immortalitatis manna tulisti, libera me, Virgo sanctissima, a mortiferarum passionum amaritudine, ut cum fide, ac pietate te glorificem.

Virgo Mater inviolata, tu quæ omnium es Domina, concede nobis omnibus qui pœnitentia ducti ad Chri-

stum recurremus, et peccatorum absolutionem desideramus, ut illum propitium reperire possimus.

Salve, o Puella multorum nominum appellatione conspicua, ex qua Verbum natum est, quod nos a seclorum actionum irrationalitate liberat. Salve, nubes lucida, quæ nostræ pusillanimitatis ac socordiae nubes dispellit.

263 Partu tuo, o Puella, primi parentis maledictionem sustulisti, et nobis benedictionis flumina emanare fecisti, qui te benedicimus, et cum fide glorificamus.

O janua eorum, qui per fidem salutem consequuntur : o porta per quam solus ille pertransivit, qui propter nos incarnatus est ; aperi nobis portas justitiæ, qui te fideliter collaudamus.

O casta Virgo perpetua, libera me ab ignorantie B peccatique tenebris, quæ me undequaque circumdant et constringunt ; quippe quæ illum peperisti qui universa et continet et astringit.

Speciosus forma Dominus cum te speciem Jacob dilexisset, o immaculatissima, inhabitavit uterum tuum ; et cœlestium donorum pulchritudine humanum genus decoravit.

Te nubem lucidam propheta prævidit, ex qua sol magnus Christus Deus apparuit nobis, et ea quæ prius tenebris perfusa erant illuminavit. Eundem ergo, o benignissima, precare, ut passionum mearum nubes dissipet, divinaque luce me illuminet.

Ex canone feriæ iv ad Matutinum.

Supernis ordinibus sublimior apparuisti, Deum Verbum in terris enixa, o immaculata, I qui nos passionibus suis, et cruce pretiosa propter suam bonitatem ad cœlestia regna reduxit ac recepit.

Cum Christum in cruce suspensum videres, o ionupta, cum dolore dicebas : Occidis, o Sol gloriæ, ab oculis meis, qui in tenebris versantes illuminas.

Volumen te quondam, o Puella immaculata, propheta conspexit, in quo Patris digito, Verbum incarnatum descriptum fuit ; et primi parentis chi-rographum lancea rescissum est.

264 Naturam nostram, quæ prius ob transgressionem defluerat, tu reformasti, quæ Christum indefluenter peperisti, o Domina sanctissima, præsidium oculmarum nostrarum.

Cum Verbi ex tuis sanguinibus incarnati mortem videres, o Domina Virgo Mater immaculatissima ; materna pietate commota ejulabas, et eum qui vitæ auctor erat, magnificabas.

Stabas, o immaculata, aspiciens Christum, quem pepereras cruci affixum, et exclamabas : Ne me absque prole relinquas, quam post partum Virginem conservasti.

Cum ante Christi tribunal tanquam reus judicandus constituar : ostende te mihi, o pura, ut liberer me ab omni tormento ferventissima protectione tua.

In tempore illum peperisti, o immaculata, qui est omnibus temporibus antiquior, et Adæ proto-

A θέλοντας λαβεῖν, τοῦτον ἔλεον τοῖς πᾶσιν ἀπέργασαι, πάντων Δέσποινα.

Πολυώνυμε Κόρη, χαῖρε, ἐξ ἧς Λόγος ἐτέχθη, ἀλογίας ἡμᾶς λύων ἀτόπων πράξεων, χαῖρε, νεφέλη φωτεινὴ ἢ σχεδιάζουσα τὰ νέφη τῆς ἡμῶν ἀθυμίας.

Τῷ τόκῳ σου ἀπεστέρωσας, Κόρη, τὴν τοῦ προπάτορος ἀράν, καὶ ἐπήγασας ἡμῖν εὐλογίας ποταμούς, τοῖς εὐλογοῦσί σε καὶ δοξάζουσι πίστει.

Ἡ θύρα τῶν πιστῶν σωζομένων, ἡ πύλη ἦν διώδευσε μόνος ὁ σαρκωθεὶς δι' ἡμᾶς, πύλας ἡμῖν δικαιοσύνης ὑπάνοιξον, τοῖς πιστῶς σε ὁμνοῦσιν.

Ὡς τὸν πάντων τεκοῦσα συνοχία, τοῦ συνέχοντος ζόφου τῆς ἀγνοίας καὶ ἀμαρτίας ἀνάλλαξόν με, ἀγνή Ἄειπάρθενε.

Τοῦ Ἰακώβ τὴν καλλονὴν ὁ ὠραῖος κάλλιε Κύριος ἡγαπηκῶς, τὴν νηδύν, παναμώμητε, κατόκησεν ἀνθρώπων τὴν οὐσίαν ταῖς καλλοναῖς παιδρύνοντα τῶν ὑπὲρ νοῦν δωρημάτων.

Φωτοειδῆ νεφέλην σε ὁ προφήτης προορᾷ, ἐξ ἧς μέγας ἥλιος ἐπέφανεν ἡμῖν Χριστὸς ὁ Θεός, καὶ ἐφώτισε τὰ πρὶν ἐσχοτισμένα. Αὐτὸν οὖν δυσώπει, ἀγαθὴ, τὰ τῶν παθῶν μου νέφη ἐκδιώξαι καὶ φωτὶ θεῖῳ παιδρυνθῆναι.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς τετάρτης εἰς τὸν Ὁρθρον.

C Ὑπερτέρα τῶν ἄνω ὠφθης ταγμάτων, τεκοῦσα ἐπὶ τῆς γῆς Θεὸν Λόγον, τὸν ἡμᾶς, ἀχραντε, πρὸς τὰ οὐράνια, τοῦτου τοῖς παθήμασι καὶ τῷ σταυρῷ τῷ τιμίῳ, ἐπαναβιδάσαντα δι' ἀγαθότητα.

Ἀναρτηθέντα ὀρῶσα ἐν τῷ σταυρῷ Χριστὸν, ἀπειρόγαμε, ὀδυρομένη ἔλεγες : Ἐλυσ, δόξης Ἥλιε, ἐξ ὀφθαλμῶν μου, φωτίζων τοὺς ἐν σκότει.

Τόμον σέ ποτε ὁ προφήτης, Κόρη, τεθείαται, ἐν ᾧ τῷ δακτύλῳ τοῦ Πατρὸς ἐναπεγράφη Λόγος σαρκούμενος, καὶ τὴ προπάτορος λόγῃ ῥηγνύει, ἀχραντε, χειρόγραφον.

ῤεύσανταν πρὶν παραβάσει τὴν φύσιν, τὴν καθ' ἡμᾶς, ὡς ἀρρέυστως τεκοῦσα Χριστὸν, ἀνέπλασας, παναγία Δέσποινα, προστασία τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

D Νέκρωσιν ὀρῶσα τοῦ ἐκ τῶν σῶν αἱμάτων Λόγου σαρκωθέντος, πανάμωμε, μητρικῶς ἠλάλαξες, καὶ ζωῆς ὄντα αἰτιον ἐμεγάλυνες, Μητροπάρθενε Δέσποινα.

Ἰστασο βλέπουσα Χριστὸν σταυρῷ ἀνυψούμενον, ὃν ἐκύησας, ἀχραντε, καὶ ἐδόξας : Μὴ ἀτεχνόν με δειξῆς ἦν ἐτήρησας ἀγνήν καὶ μετὰ τόκον.

Ἐπὶ τοῦ βήματος Χριστοῦ, ὅταν μέλλω κρίνεσθαι, ὡς ὑπεύθυνος, ἀχραντε, φάνηθί μοι ἐκ πάσης με βαρᾶνου βυομένη τῇ θερμῇ σου προστασίᾳ.

Ἐν χρόνῳ ἀπεκύησας τὸν χρόνον ἐπέκεινα, λύοντα τὰ χρόνια δεσμὰ τοῖς δεσμοῖς αὐτοῦ, ἀχραντε, Ἀδάμ

τοῦ πρωτοπλάστου, καὶ συνδεσμοῦντα αὐτὴν τοῖς A δεσμοῖς τῆς γλυκείας αὐτοῦ ἀγαπήσεως.

Φέρον βρότειον μορφήν τὸ ἀπαύγασμα τοῦ Πατρὸς, Παρθένε, τέτοκας, ὃν ὑψοῦμενον σταυρωθὲν ὁ ἥλιος μὴ φέρον ὄραν ἐμελαίνετο, καὶ ζόφω ἐμειοῦτο τῆς εἰδωλολατρίας· διὸ σὺν ἐκείνῳ σε μεγαλύνομεν.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς πέμπτης εἰς τὸν Ὁρθρον.

Τὴν κίβωτόν τὴν θείαν τὴν χωρήσασαν τὸν τοῦ νόμου πάροχον, ἡμῶν τὰς ἀνομίας πάσας ἀφαιρούμενον δι' εὐσπλαγχνίας θείας, ἀδιήγητον πέλαγος, Μαριάμ τὴν πανάχραντον συμφώνως μακαρίσωμεν.

Νοῦς ἐννοεῖν οὐ δύναται τὸν ὑπὲρ νοῦν τοκετὸν B τῆς θαυμαστῆς Λοχείας σου, Θεογεννητορ Μητροπάρθενε, διὸ, ἰκετεύω σε, τὸν νοῦν μου, χαρίτωσον, τοῦ ἀεὶ δοξάζειν σε.

Σαρκωθέντα τὸν Λόγον ὑπερβολῇ εὐσπλαγχνίας ἀβρότητως ἀπεκύησας, αὐτὸν δυσώπει, ἄχραντε, τῶν σαρκικῶν πάντας μολυσμῶν ἐκλυτρώσασθαι, καὶ πάντων δυσχερῶν τῶν τοῦ βίου.

Ὡς μόνη τῶν ἀγγέλων χαρμονὴ χαρῆς μου πλήρωσον, Θεοχαρίτωτε, τὴν διάνοισιν σκυθρωπάζουσαν, καὶ ἀμελεῖα βεδυθισμένην.

Θιχῆσας ὁ Λόγος ἐν γαστρὶ σου, τὴν πάλαι ἐν ἀνθρώποις οἰκοῦσαν τῇ παραβάσει φθορὰν, Μητὲρ ἀγνή, C ὡς μόνος Θεὸς ἐξώκησε, διὰ σπλάγγνα ἐλέους.

Ἐμὲ τὸν ἀμελεῖα τὴν ψυχὴν σκοτιζόμενον φωταγωγήσον, ἀγνή, τὸν τῆς καρδίας μου προσεπανάπτουσα λύχνον, ἐν προθυμίᾳ ἀγαθῇ ὅπως δοξάζω σε.

Ἰσχύς καὶ ὕμνησις ὑπάρχει ὁ ἐκ σοῦ τεχθεὶς, πανάμωμε, ὃν ἐκδυτώπει ἐκτενωῶς παρειμένον με τοῖς πάθεσι, Παρθένε, ἐνισχύσαι τοῦ ἐκτελεῖν τὰς σωτηρίους αὐτοῦ διατάξεις.

Φωτισμὸς μου σωτήριος φάνηθι, ἡ κυήσασα τὸ φῶς, τῆς ψυχῆς μου τὰ νέφη διώκουσα τὰ πολλὰ καὶ χαλεπὰ, ὅπως μὴς ἡμέρας εὐχαῖς σου γεννήσομαι, πρᾶττων τὰ ὄσια, καὶ ὑμνολογίαις ἀεὶ μακαρίζω σε. D Ἐκ τοῦ κανόμος τῆς Παρασκευῆς εἰς τὸν Ὁρθρον.

Ἡ περικαλλῆς καὶ Παρθένος Δέσποινα, ὃν ἐκύη-

(16) Jam hoc S. Josephi votum adimpletum videmus, dum Christiani orbis antistites, illustres academias, selectissimos reges, inelytos principes, florentissimas republicas, integra regna, ac totum fere undique mundum, B. Virginem, ut ab omni macula immunem, una voce magnificare conspiciamus. Paucos jam pnto esse in Ecclesia, qui pite de immunitate B. Virginis ab originali macula sententiæ refragentur; et etiamsi aliquis in scrinio sui pectoris arbitraretur Mariam originali macula fuisse infectam, hic comparatus his, qui animo, sensu, ac voce clamant purissimum Deiparæ conceptum, jam nullus videtur, cum ex veteri proverbio, unus sit nullus, nec paucorum habenda sit ra-

plasti vincula, quibus diuturno tempore vincius fuerat, dissolvit vinculis suis, atque eundem dulcissimæ charitatis suæ vinculis colligavit.

Peperisti, o Virgo, splendorem Patris humana formâ præditum; quem in cruce exaltatum sol videre non sustinens, obscuratus est, et tenebris idolomanie minoratus: propterea una cum illo te magnificamus.

Ex canone feriæ v ad Matutinum.

Arcam divinam, continentem legis datorem, qui omnes iniquitates nostras propter viscera divinæ misericordiæ suæ aufert: pelagum inenarrabile, Mariam ab omni macula immunem, una omnes voce magnificemus (16).

Nequit cogitatio excogitare inexcogitabilem partum admirandæ Conceptionis tuæ, o Dei Genitrix Virgo Mater. Unde te deprecor ut cogitationes mentis meæ gratia repleas, ut te semper glorificem.

265 Verbum propter excessum pietatis incarnatus ineffabiliter peperisti: ipsum suppliciter exora, o immaculata, ut omnes a carnalibus inquinamentis et ab universis vitæ molestiis atque adversitatibus liberentur.

Tu, quæ sola es angelorum lætitia, imple, o Deo charissima, gaudio mentem meam præ tristitia mœroreque dejectam, atque in socordiæ profunda voragine demersam.

Cum Verbum in utero tuo habitasset, o Mater casta, corruptionem, quæ a diuturno tempore in hominibus propter transgressionem habitaverat, ejecit, tanquam solus Deus, propter viscera misericordiæ suæ.

Illumina me, o casta, cujus anima negligentia tenebris offusa est, accendens lucernam cordis mei, ut te magna animi alacritate glorificem.

Virtus et laus ille est, qui ex te natus est, o ab omni nævo mundissima Virgo (17); quem tu cum affectu deprecor ut me passionibus fractum virtute corroboret, ut salutaria ipsius præcepta perficere possim.

Esto salutaris illuminatio mea, tu quæ lucem peperisti; dispellens multas et graves nubes animæ meæ, ut precibus tuis efficiar filius diei, exercens opera sancta, teque assiduis laudibus beatificans.

Ex canone feriæ vi ad Matutinum.

Domina pulcherrina et Virgo, cum videret in

tio, ut ait Joan. Damasc. orat. i de imaginibus. Quis autem negare possit inter Catholicos paucis maculatæ conceptionis opinatoribus plusquam centum mille purissimi conceptus assertores obvios nunc esse, et imposterum futuros?

(17) Perspicuum apud me est B. Virginem, si hæc in primo instanti sui esse sordisset originali peccato (quod non solum nævus, sed turpissima macula est), falso dici a S. Josepho absolute, ab omni nævo mundissimam: cum igitur falso non dicatur, sed vere, sequitur ipsam ex ejusdem S. Josephi mente originalis peccati nævo in sua conceptione vere mundissimam exstitisse.

ligno voluntarie exaltatum Filium quem pepererat, cum dolore ingemiscens exclamabat : O piissime Domine Deus omnium, quomodo, cum sis Dominus gloriæ, ista pateris?

Post partum virgo conservata es, o casta, quæ Deum incarnatum peperisti, qui cruci voluntarie affixus est.

Velut forceps divinum carbonem suscepisti, o Virgo **266** Mater; qui non solum non combussit vel minima ex parte, sed potius rore respersit incorruptum divinumque uterum tuum, quem cum videres in ligno voluntarie secundum carnem exaltatum, hymnis glorificabas.

Cum videres, o casta Virgo, in ligno crucis affixum, et lancea in latere confossum illum qui olim ex lateris costa Evam formavit : materno dolore tacta exclamabas : Quomodo moreris, o Fili mi, qui es vita immortalis!

Non potest mens hominum, o Puella omni laude dignissima, miraculum partus tui : tu enim super omnem mentis capacitatem peperisti.

Tu sola, o casta, conceptionem ineffabilem, et partum inenarrabilem habuisti, quæ corpore vestisti Dominum, qui secundum carnem crucifixus est, Eundem nos laudantes clamamus : Benedictus es, Deus patrum nostrorum, etc.

Te urnam auream, et candelabrum; mensam, et virgam; montem divinum et nubem, palatium Regis et thronum igniformem, fideles omnes nominamus, o Deipara, quæ post partum virgo conservata fuisti.

Solares radii videntes crucifixionem tuam, Fili mi, defecerunt : et quomodo obstinatus Hebræorum populus non defecit, qui morti tradidit te vitæ auctorem? His vocibus Deipara utebatur; quam sine cessatione magnificamus.

Ex canone Sabbati ad Matutinum.

Te, o castissima, quæ Deum in carne peperisti, religiosa mente incessanter honoramus cum venerandis mulieribus, quæ exercitatione illustratæ in certamine, hostem dejecerunt.

Nos, o castissima, per partum tuum venerabilem salvati; cum Gabrielis voce ad te fideliter clamamus, Ave (18) : **267** loque precamur, ut intercessionibus tuis, omnibus nobis obtineas indulgentiam peccatorum.

(18) Per verbum Ave, quod componitur ex littera A, et VE, interjectione execrantis et maledicentis, et significat absque VE, seu maledictione, denotari B. Virginem sine Væ culpæ originalis conceptam, ex Joanne Viguerio, Alberto Magno, Bernardino Senensi, Ernesto Pragensi, et aliis late probat in suo *Sacro syllabo* 4, P. Joannes Eusebius Nierembergus. Hinc Joannes Vitalis in Defensorio B. Virginis. libr. 4, cap. 3, Ave, inquit, sonat Sine vae, id est, sine labe, et per consequens ipsa (B. Virgo) fuit sine vae originalis culpæ. Petrus quoque de Alliaco S. R. E. Cardinalis in meditatione super salutationem angelicam, Audi, ait, O clemens Maria, tuam gratissimam salutationem Ave. Nulla tibi esse

Α σεν Υἱὸν θεωρήσασα ἐν ξύλῳ ὑψωθέντα βουλήσει, ἡλάλαζε βῶσα ἐν ὀδύνῃ · Θεὸ τῶν ὅλων εὐσπλαγχνε, Κύριος ὢν τῆς δόξης, πῶς ταῦτα πάσχεις, Δέσποτα;

Συντετήρησαι καὶ μετὰ τόκον παρθένος, ἡ Θεὸν, ἀγνή, τέξασα σεσαρκωμένον, τὸν σταυρῷ προσηλωθέντα βουλήματι.

Τὸν ἀνθρακα ὡς λαβὴς τὸν θεῖον δέδεξαι, οὐ καταφλέγοντα ὅλως, δροσίζοντα δὲ μᾶλλον, Μητροπάρθενε, τὴν ἀφθορον καὶ θεῖαν νηδύν σου, ὃν βλέποντα σαρκὶ ὑψούμενον ἐθειλουσίως ἐν ξύλῳ ὕμνοῖς ἐδόξαζες.

Σταυρούμενον ἐν ξύλῳ καὶ τὴν πλευρὰν τῆ λόγχῃ δρουττόμενον τὸ ἐκ πλευρᾶς πάλαι δημιουργήσαντα τὴν Εὐαν, ἀγνή Παρθένε, θεωροῦσα, ἀνεβδᾶς μητρικῶς · Πῶς θνήσκεις, Υἱέ μου, ἡ ζωὴ ἡ ἀθάνατος;

Νοεῖν οὐ σθένει τὸ ὑπὲρ φύσιν τοῦ τοκετοῦ σου, πανόμνητε, νοῦς ἀνθρώπων, Κόρη· ὑπὲρ νοῦν γὰρ σὺ τίχτεις.

Κύησιν, ἀγνή, ἀσύγκριτον καὶ τόκον ἀνερμήνευτον μόνῃ ἔσχες, τὸν Δεσπότην σωματίσασα τὸν σαρκὶ σταυρωθέντα, ὃν ὕμνοῦντες βοῶμεν · Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Στάμνον σε χρυσῆν καὶ λυχνίαν, τράπεζαν καὶ βᾶβδον, θεῖον ὄρος καὶ νεφέλην, παλάτιον τοῦ Βασιλέως καὶ θρόνον πυρίμορφον, Θεοτόκε, πάντες πιστοὶ ὀνομάζομεν, τὴν μετὰ τὸν τόκον παρθένον φυλαχθεῖσαν.

Φωστῆρες τὴν σὴν ὀρῶντες, Υἱέ μου, σταύρωσιν ἔδυσαν, καὶ πῶς Ἑβραίων δῆμος οὐ κατέδυσεν ὁ ἀπαθεὶς, παραδιδούς σε θανάτῳ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ἡ Θεοτόκος ἔβδα, ἣν ἀπαύστως μεγαλύνομεν.

Ἐκ τοῦ κανόνος τοῦ Σαββάτου εἰς τὸν Ὅρθρον.

Ὡς Θεὸν τεκοῦσα σαρκὶ, πάναγνε, γνώμη εὐσεβεῖ τιμῶντές σε ἀπαύστως μετὰ σεμνῶν γυναικῶν ἀσκήσει λαμπροθέντων, καὶ ἀθλήσει καταβαλόντων τὸν ἐχθρόν.

Οἱ σεσωσμένοι, πάναγνε, σοῦ τῷ σεπτῷ τοκετῷ, τοῦ Γαβριὴλ βοῶμέν σοι πιστῶς τὸ, Χαῖρε, καὶ δεόμεθα· ταῖς σαῖς παρακλήσεσι πταισμάτων συγχώρησιν πᾶσιν αἰτησαι.

potest gratior acceptabiliorque salutatio ea, quam Deus per angelum suum Gabrielem transmisit de caelo. Ave, inquit, o Virgo salutifera, quæ Evæ maledictionem in benedictionem transferens, sola esse meruisti Sine vae. Meruisti quidem non tua justitia, sed divina gratia, ut sola esses sine vae culpæ venialis, et mortalis, et (ut pie creditur) etiam originalis. Sic ille. Vide Bustum in *Mariali* serm. 5 de concept. parte 1, ubi in rem nostram scribit : Ave idem est quod Sine vae, et ista indefinita æquipollet universali. Ideo exponitur Ave, id est, sine omni vae, id est, afflictione, quod verum non esset, si originali aculeo allicta fuisset.

Τῶν μαρτύρων τὴν δόξαν, ἱεραρχῶν καὶ ὁσίων τὸ A
θεῖον ἐγκαλλώπισμα, τῶν προφητῶν τὸ κήρυγμα,
καὶ τῶν γυναικῶν σεμνολόγημα, ἀνυμνήσωμεν ἀξίως
τοῦ Θεοῦ τὴν Μητέρα.

Ἐκ σοῦ Θεοῦ σεσάρκωται, ἀγνή, καὶ ἀνωτέραν σε
νῦν ἀγγέλων ἀνέδειξεν, ποιημάτων τε ὑπερέχουσαν
πάντων · διό σε ὑμολογοῦμεν.

Μαρτύρων, προφητῶν τε ἀγίων τῶν πάντων ἀπ'
αἰῶνος δικαίων καύχημα σὺ εἶ, ἀγνή · ὅθεν φωναῖς
σαφῶς ἱεραῖς τιμῶμέν σε σὺν αὐτοῖς εἰς αἰῶνας.

Μαρτύρων, καὶ ὁσίων, προφητῶν τε, πανάμωμε,
γυναικῶν καὶ πάντων τῶν ἱεραρχῶν, τῶν ἱερῶς
βιωσάντων σὺ εἶ τὸ κλέος ἀληθῶς, μεθ' ὧν τιμῶ-
μέν σε.

Ἡ πολύμνητος Παρθένος, προφητῶν τὸ περιή-
χημα, ἱεραρχῶν καὶ ἀθλητῶν, καὶ ὁσίων ἐγκαλλώ-
πισμα, γυναικῶν τε ἀγίων ἡ χαρμονή, ὑμνεῖσθω χρεω-
στικῶς εἰς αἰῶνας.

Φοβερὸς οὗτος τόπος, ἐδόθησεν ὀπηνίκα Ἰακώβ σου
τὴν τύπον ἐν κλίμακι ἐβλεψε, Θεοτόκε, ἀψευδῶς, τῶν
μαρτύρων ἡ δόξα, ὁσίων τὸ καύχημα, ἀγγέλων
ἀγλάισμα, πάντων προφητῶν καὶ πιστῶν τὸ διά-
σωμα.

ΗΧΟΣ Δ'.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς δευτέρας εἰς τὸν Ὁρ-
θρον.

Ἐπέρφωτε λαμπὰς τοῦ Ἡλίου τῆς δόξης, τῆς
ψυχῆς μου τὸν πυρσὸν σβεννύμενον ἀεὶ ῥαθυμῖα προ-
ἀναψὸν θείων ἔργων τῷ ἐλαίῳ, παναγία ἐπάρ-
δουσα, ἵνα πιστεῖ καὶ πίσθῃ δοξάζω σε.

Μαρία Κυρία, ὡς οὕτα τοῦ παντὸς τὸν Κύριον
γεννήσασα, κυριευθέντα πάθει τὸν νοῦν μου καὶ κα-
κίᾳ μελανωθέντα ἐλεύθερον ποίησον, καὶ καταλάμ-
πρυνον.

Ἐπὶ σὲ καθάπερ ὄμβρος τῆς σοφίας ἡ ἄβυσσος
Ἰησοῦς κατήλθε, μόνην καθαρὰν σε εὐράμενος,
Θεογεννητορ Παρθένε, καὶ κατέκαυσεν ἁμαρτίας
χειμάρρους δεινῆς θείᾳ χάριτι.

Σοῦ τὰ θαυμάσια προφητικὰ ἔφησαν φωναί, ὄρος
καλοῦντές σε καὶ πύλην, ἀχρυντε, καὶ λυχνίαν, φαι-
νήν, ἐξ ἧς τὸ φέγγος ἀληθῶς τὸν θαυμαστὸν φρυ-
κτωρεῖ, ἀγνή, κόσμον ἅπαντα.

Τὴν ἁμαυρωθεῖσάν μου καρδίαν ταῖς σκοτειναῖς
ἐφόδοις, θεονύμφευτε, τῆς ἁμαρτίας, τῷ φωτισμῷ
τῷ ἐν σοὶ καταύγασον, ἡ τὸν Ἡλίον καύσασα.

Μόνη μένεις ματὰ τόκον, Δέσποινα, παρθενικῶ
κάλλει διαλάμπουσα μόνη τὰς μητέρων διέδρας ·
θεὸν γὰρ μόνη ἔτεκες Αὐτρωτὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

(19) Favet Joan. Bromiardus ord. Prædic. in sua
Summa prædic. parte, II, c. 3, dum ibi inter alia
ait : « Filius Dei volens in aliquo loco, et de aliqua
muliere naturam nostram assumere et nobiscum
morari, a principio mundi nullam invenit pro ho-
spitio dignam, quia omnes peccato originali, vel

Merito Dei Matrem laudamus tanquam martyrum
gloriam; divinum hierarcharum, et confessorum
ornamentum; prophetarum præconium · mulierum
titulum honorificum.

Ex te Deus carnem assumpsit, o Virgo; teque
nunc angelis sublimiorem effecit atque omnibus
rebus creatis excellentiorem: idcirco te hymnis
celebramus.

Martyrum prophetarumque sanctorum, atque
omnium a sæculo justorum tu gloria es, o Virgo
casta: unde te manifeste, sacris vocibus una cum
illis honoramus in sæcula.

Martyrum et confessorum, prophetarum, mulie-
rum, atque omnium hierarcharum qui sancte vi-
tam traduxerunt, tu vere gloria es, o purissima,
cum quibus te honore prosequimur.

Virgo plurimis dignissima laudibus, prophetarum
præconium undique resonans: hierarcharum, mar-
tyrum, et confessorum ornamentum: sanctarum
feminarum lætitia, debitis laudibus celebretur in
æternum.

Cum Jacob elata voce dixit: Terribilis est locus
iste; vidit sine dubio te in illa scala figurari, o Dei-
para, martyrum gloria, confessorum lætitia, an-
gelorum splendor, omnium prophetarum atque
fidelium salus.

TONUS IV.

Ex canone seriae II ad Matutinum.

C

Splendidissima lampas Solis gloriæ, flammam
animæ meæ, quæ socordia ac torpore semper ex-
stinguitur, accende ac fove divinorum operum oleo,
o sanctissima, ut cum fide et affectu glorificem te.

O Maria Domina, omnium Dominum enixa;
mentem **268** meam sub pravaram affectionum
dominatu oppressam, et malitia denigratam, libera
et illustra.

(19) Super te tanquam imber descendit sapien-
tiæ abyssus Jesus, cum te solam puram invenisset,
o Dei Genitrix Virgo, et vorticosos peccati torrentes
divinæ gratiæ flammis exsiccavit.

D

Mirabilia tua prophetiæ voces prolucata sunt,
o inviolata; appellant te portam et lucernam
splendentem, o casta: ex qua jubar vere admirabile
universum mundum illuminat.

Cor meum tenebris peccati invasionibus obscu-
ratum, illumina, o Sponsa Dei, luce tua; nam tu
solem ipsum peperisti.

Tu sola, o Domina, post partum Virginalis deco-
ris lucem conservasti: sola, quæ propria matrum
sunt in partu ignorasti; sola enim Deum peperisti
Redemptorem animarum nostrarum.

actuali, vel utroque infectæ erant. Et tandem vero
in fine mundi hanc mundissimam inveniens Virgi-
nem, in qua nullum erat peccatum, vel originale
vel actuale, tanquam gaudens de fortuna optata
inventâ, dicere potuit: Hæc requies mea, etc.

Benedicunt omnes creaturæ Filium tuum, qui nos benedictionibus coronavit, et sustulit maledictionem; o sola omnibus benedictionibus cumulatissima (20), Virgo gloriosa, quæ genus nostrum gratia replevisti.

Lucis tuæ radiis illumina, o Sponsa Dei, animam meam in perditionis voragine jacentem: exurge; hostes proturba ac dejice, qui affligunt assidue cor meum, et ad sectandas passiones meas impellunt me.

Ex canone duplici seriae III ad Matutinum.

Tabernaculum immaculatum (21), Arcam, mensam, et montem, ex quo sine hominis manibus abscissus est lapis Christus omnium Dominus, Mariam Virginem hymnis honoremus.

O nubes lucida (22), animæ meæ nubes multas et graves, Illuminativis intercessionibus tuis dissolve, ut radios 269 illius, qui ex te tanquam sol exortus est, videre possim, et ex tua luce lucem inœcidiuam acquiram.

Primorum parentum tristitiam abstulisti, dum gaudium nobis peperisti, o sanctissima Deipara, vitæ scilicet datorem, ac Redemptorem, quem impenso affectu precare pro salute animarum nostrarum.

Mundus per te veniam consecutus est, Virgo Mater, qui propter transgressionem inutilis factus fuerat: propterea canticorum odis te merito beatam appellat.

Te salutem in omni loco et tempore invoco: ne despicias me, o purissima, quæ Deum Redemptorem ac Salvatorem meum peperisti.

Propitiatio ac redemptio nostra apparuit Filius tuus, o Virgo; quem suppliciter exora pro salute eorum qui te cum animæ compunctione beatificant.

(20) Hac igitur etiam benedictione cumulata, quod ipsa fuerit aurora divini Solis nulla originali caligine obscurata, arca semper coronata, et in nullo temporis momento, dæmoni per peccatum subjecta; albedo splendidissima in nulla unquam vel minima peccati obscuritate deprehensa: et amica Dei tota pulchra, a qua omnis macula non solum actualis, sed etiam originalis criminis semper exsulavit. Porro « Christus (ut in suo opere *De laud. B. Virginis* libr. 4, fruct. 7, inquit Bartholomæus Pisanus) dedit majora dona, et minus necessaria Virgini. Patet, quia eam suam Matrem fecit, ergo et minora dona dedit, scilicet præservationem a peccato originali. Item, præservavit Virginem a peccato Eve, ergo et a culpa, » etc.

(21) Non aliam ob causam, nisi quia ab originali peccati macula semper alienum. Hac enim macula, etsi ad momentum fuisset inquinatum, nec vere, nec absolute immaculatum dici posset. Hinc Bernardinus de Busto in *Marial. serm. 2 de Concept. parte 3*, ait: « Deus, cujus perfecta sunt opera Deut. 22, sacratissimum tabernaculum B. Virginis omni puritate et innocentia repletissimum formavit, in cujus sacratissimo utero factus homo novem mensibus, » Magister quoque Paulus de Luca in quodam excellentissimo sermone, in quo decem mediis probat Immaculatam B. Virginis conceptionem, inter alia inquit: « B. Virgo non fuit resoluta in pulverem. Ergo nec concepta per originalem

Eulogiae p̄sa κτίσις τὸν τόκον σου εὐλογίαις ἡμᾶς στεφανώσαντα, καὶ τὴν ἀράν ἐξάραντα, παντεσλόγητε μόνῃ δεδοξασμένη, ἣ τὸ γένος ἡμῶν χαριτώσασα.

Φωτὸς τοῦ ἐν σοὶ μαρμαρυγαῖς, Θεόνυμφε, τὴν ψυχὴν μου φωταγύγησον, κείμενον βόθρῳ ἀπωλείας ἀνάστησον ἐχθροὺς καταράσσουσα τοὺς θλίβοντας ἀεὶ τὴν καρδίαν μου, καὶ πρὸς τὰ πάθη συνωθοῦντάς με.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς τρίτης εἰς τὸν Ὁρθρον.

τὴν σκηνὴν τὴν ἀχραντον, καὶ κιβωτὸν, καὶ τράπεζαν, τὸ ἕρως οὐ ἐτμήθη ἀνευ χειρὸς ἀνθρώπου λίθος, ὁ τοῦ παντὸς Κύριος, Μαρίας τὴν Παρθένον ὕμνοις τιμήσωμεν.

Νεφέλη φωτεινὴ, τῆς ψυχῆς μου τὰ νέφη τὰ πολλὰ καὶ χαλεπὰ ταῖς σαῖς φωτιστικαῖς μεσιτελαῖς διάλυσον, ὅπως ἴδω τὰς ἀκτῖνας τοῦ ἐκ σοῦ ἀνατείλαντος, καὶ φωτὶ φῶς προσλάβωμαι ἄδυτον.

ἰων προπατόρων ἔλυσας τὴν λύπην, χάριν ἡμῖν κηύσασα, τὸν ζωοδότην καὶ Αὐτρωτὴν, παναγία Θεοτόκε, ὃν ἐκτενῶς ἐκέλευε σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Κόσμος διὰ σοῦ ἠλέηται ὁ τῇ παραβάσει ἀχρεωθεὶς, Μητροπάθνε· διὰ τοῦτο ὧδαῖς ἁσμάτων καταχρέως μακαρίζει σε.

Σωτηρίαν ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ, ἐπικαλοῦμαι, μὴ παρίδῃς με, πανάμωμε, ἣ Θεὸν κηύσασα τὸν Αὐτρωτὴν ὁμοῦ καὶ Σωτῆρά μου.

Ἰλασμός ἡμῖν καὶ λύτρωσις ἐγνωρίσθη ὁ σὸς Υἱός, Παρθένε, ὃν ἐκέλευε σῶσαι τοὺς ἐν καταλύξει σε ψυχῆς μακαρίζοντας.

culpam. Nam constat quod Tabernaculo Christi plus derogat peccati corruptio, quam in pulverem resolutio. » Sic ille apud Bustum, *serm. 6 de Concept. parte 2*.

(22) Quia nullo unquam tempore alicujus peccati obscuritati subjecta. Hinc D. Hieronymus tractans versiculum illum Psalmi 77. Eduxit eos in nube diei, dixit: Ecce Deus venit in Ægyptum in nube levi; Nubem levem aut proprie corpus Salvatoris, quia leve fuit, et nullo peccato gravatum, aut certo debemus accipere Mariam nullo semine humano prægravatam. « Ecce Dominus venit in Ægyptum sæculi hujus per nubem levem Virginem, et eduxit eos in nube diei. Pulchre « dixit in nube diei. » Nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce. » Hæc Hieronymus. Quæ profecto (inquit Catharinus in suo *Tract. de Concept. ad Synod. Trident. parte 1*) nisi sophisticè pervertantur, perpetuam Dominæ gratiam, et innocentiam comprobant. Appellat enim Virginem nubem nullo humano semine prægravatam. Quid, obsecro, est hoc nisi apertius dicere illam nullo peccati pondere, quod ex humano semine descendit, fuisse prægravatam? Et quid hoc est non fuisse illam nubem unquam in tenebris, sed semper in luce, nisi nunquam fuisse involutam peccato, per quod tenebræ significantur? Quid hic dicturi sunt quantumvis ingeniosi, et ad commenta copiosi? Sic Catharinus.

Ἀνάτειλόν μοι, Δέσποινα, ἀκτίνα τοῦ ἔλεους σου, ἅ τῶ ἐν τῶ σκότει τῶν πταισμάτων ὑπάρχοντι, Παρθένε, καὶ πρὸς φῶς ὁδήγησον μετανόιας, ἀχραντε ἵνα πίστει σε ὑμῶν.

Τὴν καλλονὴν ἠγάπησεν Θεός σε τοῦ Ἰακώβ, Παρθένε Κόρη, ἐπικαλλωπίζων πάντας διὰ σοῦ ἀμαυρωθέντας παραβάσει τὸ πρότερον.

Παναγία Παρθένε, ἡ προστασία ἅ πάντων τῶν πιστῶν, πρόστηθι, ρῦσαι με ἀπειλῆς καὶ σκότους τοῦ φρικτοῦ κριτηρίου ἐν ὥρᾳ τῆς κρίσεως, ἵνα πίστει δει ὑμῶν σε.

Νόμου διατρένωσαν εἰκόνας τὴν σὴν φρικτὴν λοχελαν, Θεονύμφευτε, ὧν τὰς ἐκβάσεις ἡμεῖς νῦν καθορῶντας, Δέσποινα, ἐπαξίως σε δοξάζομεν.

Τὸν Σωτῆρα καὶ Θεόν, καὶ Λυτρωτὴν, καὶ Δεσπότην σαρκὶ τεκοῦσα, Παναγνε Δέσποινα, τοῦτον δει, ἀχραντε, δυσώπει, ὅπως λύσιν τῶν δεινῶν καὶ πολλῶν ἀμαρτιῶν τὴν ἀφειν λαβόντας ὑμνολογοῦμεν αὐτοῦ τοὺς ὑπὲρ νοῦν οἰκτιρμούς.

Ἀπαγωγῆς πονηρᾶς, καὶ προνομῆς, Παρθένε, καὶ τῆς δουλείας τοῦ ἀλάστορος τοὺς δούλους σου φύλαττε, τοὺς σε ψυχῇ καὶ γλώσση δει δοξολογοῦντας.

Ἡ κοιλία σου, πανάμωμε, θημονία σεπτῆς ἀλινοῦς εἰδείχθη κόσμῳ σίτον φέρουσα ζωῆς τὸν τρέφοντα τὰ πάντα - διό σε ὡς αἰτίαν ἀπάντων τῶν καλῶν οἱ πιστοὶ συμφώνως ἀνυμνοῦμεν.

Ὡς πηγὴ τῆς ἡμῶν ἀναπλάσεως, συντριβέντα με δλον ἀνάπλασον ταῖς προσβολαῖς τοῦ ὕφους, ὅπως πίστει καὶ πόθῳ σε μακαρίζω, Θεοτόκε Παρθένε πανύμνητε.

Φιλάγαθε Κόρη, τὸν φιλάγαθον Θεόν κυήσασα, ἀγάθων, βοῶ σοι, κεκαχωμένην δεινῶς καὶ ἀθλιαν μου ψυχὴν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πονηραῖς ἐπιβουλαῖς τοῦ πλάνου, ἵνα πίστει σε ὑμῶν τὴν ἐλπίδα πάντων.

Φιλάγαθον τέξασα Θεόν, φιλάγαθε Θεοτόκε, τοῦτον αἰτησαι πάσης με ρύσασθαι κακίας, καὶ τοῦτον καρ-

(23) Optime in hanc rem vir piissimus et doctissimus Leonardus de Nogarolis in Epistola dedicatoria sui Officii de Immaculata Conceptione ad Sixtum IV Pontific. Max. dum ibidem inter alia : « Nullus in Mariæ laudes prorumpens, matrem eam dicet Dei simulque quondam filiam fuisse diaboli. Deformem profecto reddidit laudatam. Num Matrem dices gratiæ eam, quæ antea inimica largitoris gratiæ? Ingrati, non laudantis est officium. Numquid viam ad vitam affirmabis quæ et ipsa quandoque ignoravit viam? Te sane confundis. Spemne peccantium, et medium ad omnia tollenda peccata, quæ peccatum gustaverit? Te ipsum a veritate alienum ostendis. Extollis et deprimis, magnificas et vilipendis, sanas et pereulis, teipsum censura circumvenis, benedictam dices cui maledicere non desinis. Vis igitur laudare B. Virginem orbem terrarum introeuntem? vis festum diem constituere? Eas laudes tribue quæ ignominiam non servent. » Certe nulli dubium

Oriri fac, o Domina Virgo, radium misericordiatuæ, mihi, qui in peccatorum meorum tenebris jaceo; et ad lumen pœnitentiæ deduc me, o inviolata, ut cum fide collaudem te.

Te speciem Jacob Deus dilexit, o Virgo puella, qui exornat pulchritudine ac fulgore per te omnes qui prius peccati nigredine fuerant deformati.

Virgo sanctissima, præsidium omnium fidelium : esto mihi præsidium ut liberares me a minis, et tenebris tremendi consessus in hora judicii, ut semper te cum fide collaudem.

Legis imagines venerandum partum tuum manifeste expresserunt, o Sponsa Dei; quarum eventus nos nunc intuentes, pro merito te, Domina, glorificamus.

Salvatorem ac Deum, Redemptorem ac Dominum eum in carne pepereris, o Domina purissima et castissima; eundem assidue precare pro nobis, ut malorum cessatione, multorumque peccatorum indulgentia impetrata, ejusdem miserationes, quas nulla mens comprehendere potest laudibus efferamus.

A captivitate mala, a deprædatione ac servitute crudelissimi hostis custodi servos tuos, o Virgo, qui te corde et ore semper glorificent.

Venter tuus, o mundissima, venerandæ aræ acervus factus est mundo, afferens vitæ panem, quo nutriuntur universa : propterea te tanquam causam omnium bonorum nos fideles concordî voce laudamus.

Tanquam fons reformationis nostræ, me totum serpentis ictibus contritum reforma ac rediutegra, ut cum fide et affectu te beatificem, o Deipara Virgo omni laude dignissima (23).

O Puella bonorum amatrix, quæ amatorem bonorum Deum peperisti; ad te clamo : bonam fac miserabilem animam meam, passionibus, pravisque ac insidiosis seductoris suggestionibus gravissimis malis infectam : ut te cum fide laudare possim, spem universorum.

O Deipara, bonorum amica, et bonorum amicam Deum evixa, eundem roga, ut me ab omni liberet

est, concipi sine peccato originali esse magnam laudem; ergo Virgini non est deneganda, cui nec Ecclesia abstulisse videtur eum illam vocat sanctam in conceptione. Aliud est esse dignum, aliud est esse dignissimum laude. Laude dignus sufficienter extollitur nonnullis laudibus illi tributis : qui vero dignissimus est laude, meretur in omnibus laudari, quæ illi non repugnant. Maria ergo cum sit laude dignissima, in omnibus et super omnes extollenda est, ac proinde etiam de conceptione. Hoc porro, inquit Emmanuel Palæologus imperator, evenire omnibus necesse est, qui aliquem de Maria sermonem habere voluerint, alterum enim de duobus erit, omnino aut nihil dicere de Virgine, aut si dicas, laudare. Nulla enim ratione fieri potest ut loquaris de illa, et laus non sit, quod loqueris; quandoquidem et ipsa, et quidquid ad ipsam spectat celebratissimam habet gloriam. Sic ille.

malitia, et ut cor meum illius amore vulneretur, cum odio voluptuosarum carnis passionum, ut te laudabilissimam hymnis celebrare possim.

Ex canone feriae iv ad Matutinum.

Post partum Virgo inviolata permansisti, illum ineffabiliter enixa, qui in cruce fuit exaltatus: quam-obrem nos fideles omnes te, o immaculata, magnis vocibus beatam nuncupamus.

Aгна immaculata, videns te, Domine, in cruce elevatum, cum dolore flebat, ac potentiam tuam laudabat.

Tu quæ in tempore Dominum temporis expertem peperisti, atque unica virginitatem immaculatam possedisti; videns eundem in ligno suspensum, animam tuam **271** doloribus dissecari ac dividi sentiebas.

Ille qui solus bonus est, cum in uterum immaculatum ut carnem susciperet, ingressus fuisset, etiam crucifixus ostendi voluit, ut nos a perditione liberaret.

Clavis te populus iniquus confixit; et nunc doloris gladius dilacerat cor meum, o Creator meus. Ita cum lacrymis Virgo clamabat.

Cum Christum Deum, qui in camino ros apparuit, et nullo modo combussit uterum tuum; videres, o Puella, affixum ligno, inexcogitabilem illius demissionem, humilitatemque glorificabas.

Cum Domina plurimis celebranda laudibus, videret Christum morientem, et simul perimentem hostem illum qui homines occidebat; tanquam Dominum cum lacrymis illum laudabat: ac longanimitatem illius et patientiam admirata, clamabat: Omnia opera, laudate Dominum.

Illumina, Virgo casta, animam meam peccati tenebris involutam: dissolve nubila malorum meorum, o nubes lucis, quæ olim solem obtenebratum vidisti dum crucifigeretur ille qui est immortalis.

Ex canone feriae v ad Matutinum.

O Virgo, quæ semper vigilas intercedendo pro nobis: animæ nostræ passiones sopore opprime sacris precibus tuis, divinam et salutarem vigilantiam elargiens nobis, qua divina placita explere possimus.

Te presidium, Virgo sanctissima, possidemus: commuta in gaudium tristitiam nostram, et libera nos a tribulatione quæ generat mortem.

Exercitus angelorum stupore percelluntur, o castissima, hymnis extollentes magnitudinem divini partus tui: cum quibus preces funde, o Virgo, pro salute omnium **272** illorum qui te cum fide sincera beatam appellant.

Intellectualibus oculis intuens te Isaias, o Virgo, in has voces erupit: Ecce nasciturus est Jesus Dominus, ut homines renascantur.

Populus et civitas tua supplex precatur te Dei Matrem. Libera nos ab omni necessitate, o Domina sanctissima, et ab æterna futuri sæculi damnatione.

Somno opprime insurgentes motus passionum

διώται τῷ ἔρωτι σαρκὸς ἡδοναθελίας μισήσαντα, ὅπως ὁμῶς σε τὴν πανύμνητον.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς τετάρτης εἰς τὸν Ὁρθρον.

Παρθένος μετὰ τὸν τόκον ἀφθορος διαμεμένηκας, τὸν ὄψωθέντα, ἄχραντε, σταυρῷ ὑπὲρ λόγον κυήσασα· ὄθεν πιστοὶ σε ἅπαντες μεγαλοφώνως μακαρίζομεν.

Ἡ ἄμωμός σε ἀμνάς ἀναρτηθέντα ἐν σταυρῷ βλέπουσα, ὀδονηρῶς, Δέσποτα, ἐκλαιεν, ὕμνουσα τὸ κράτος σου.

Ἡ τὸν ἄχρονον ἐν χρόνῳ ἀποτεκοῦσα καὶ παρθενίαν ἄμωμον ἢ μόνη κεκτημένη, ξύλῳ ἀναρτηθέντα ὡς ἔγνωσ τὸν Κύριον, πόνους τὴν ψυχὴν κατεμέριζες.

Ὁ μόνος ἀγαθὸς ὑποδὺς μήτραν ἀφθορον σαρκούμενος καθωράθη, καὶ σταυρούμενος, ὅπως φθορὰς ἡμᾶς λυτρώσεται.

Ἦλοις σε ὁ παράνομος δῆμος προσήλωσε, καὶ λύπης νῦν τῇ βρομφαίᾳ τὴν ἐμὴν καρδίαν σπαράττομαι, ὦ Ποιητὰ μου, ἢ Παρθένος ἐβόα δακρύουσα.

Τὸν ἐν καρίῳ δρόσον ὄψθέντα Χριστὸν τὸν Θεόν, Κόρη, μηδαμῶς δὲ φλέξαντα τὴν νηδὺν τὴν σὴν· βλέπουσα γὰρ κρεμάμενον ξύλῳ ἐδόξαζες τὴν ὑπὲρ νοῦν αὐτοῦ συγκατάβασιν.

Νεκρούμενον βλέπουσα Χριστὸν, καὶ τὸν νεκρῶσαντα βροτοὺς νεκροῦντα ἐχθρόν, ἢ πολύμνητος Δέσποινα ὡς Δεσπότην ὕμνεϊ κλαίουσα, καὶ τὸ μακρόθυμον αὐτοῦ ἀποθαυμάζουσα ἀνεβόα· Πάντα τὰ ἔργα, ὕμνεῖτε τὸν Κύριον.

Φώτισον, ἀγνή, τὴν ψυχὴν μου τῇ ἀμαρτίᾳ σκοτισθείσαν, λύσον τῶν κακῶν μου τὰ νέφη, φωτὸς νεφέλη ἢ σκοτιζόμενον ἥλιον πάλαι βλέψασα, ἐν τῷ σταυροῦσθαι τὸν ἀθάνατον.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς πέμπτης εἰς τὸν Ὁρθρον.

Ἀκοίμητον, ἀγνή, κεκτημένη πρεσβείαν, κατακοίμησον ἡμῶν τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, ἱεραῖς μεσιτελαῖς σου, θεῖαν καὶ σωτηριώδη διορουμένη ἔγρηγασιν πρὸς Θεοῦ θελημάτων ἐκπλήρωσιν.

Σὲ προστασίαν, παναγία Παρθένε, κεκτήμεθα, μεταποίησον ἡμῶν εἰς χαρμονὴν τὴν κατήφειαν, καὶ θλίψεως λύτρωσαι γεννώσης θάνατον.

Στρατηγίαι τῶν ἀγγέλων καταπλήττονται, πάναγνε, ἀνυμολογοῦσαι μέγεθος τῆς θείας λοχείας σου, μεθ' ὧν δυσώπει, Παρθένε, πάντας σώζεσθαι τοὺς ἐν πίστει σε εὐλογοῦντες μακαρίζοντας.

Νοεροῖς τοῖς ὄμμασι, Παρθένε, σὲ ἐρῶν Ἠσαίας ἀναβοᾷ· Ἴδοὺ μέλλει τίχτεσθαι κόρης θεόπαιδος Ἰησοῦς ὁ Κύριος εἰς ἀνθρώπων ἀναγέννησιν.

Λαός σου καὶ ἢ πόλις δυσώπει σε τὴν τοῦ Θεοῦ Μητέρα, ἐξελοῦ ἡμᾶς πίσης ἀνάγκης, καὶ τῆς ἐκεῖ, παναγία Δέσποινα, αἰωνίου κατακρίσεως.

Κοίμησον ἐπαναστάσεις παθῶν τῆς ἐμῆς ψυχῆς

ἀγρύπνω δεῖσαι σου, εἶδου μοι ἐγρήγορσιν, Κόρη, ἅ τῆς ραθυμίας πρόβω τὸν νοσταγμὸν ἀπελαύνουσα.

Συμπαθείας τῆς σῆς με ἀξίωσον, συμπαθέστατον Λόγον κῦψασα, εὐλογημένη Παρθένε, καὶ ἐν ᾧ ῥα τῆς δίκης πρόστηθι ῥῦσαι τῆς ἐκεῖ με, ἀγνή, καταχρίσεως.

Φωνὴν σοι τοῦ θεοῦ Γαβριὴλ προσάγομεν χαρμοσύνως, καὶ κραυγάζομεν· Χαῖρε, Παράδεισε, τὸ ξύλον ἐν μέσῳ τῆς ζωῆς ἔχων πάντοτε περιδόξον τοῦ Λόγου παλάτιον· χαῖρε, Παρθένε παναμώμητε.

Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς Παρασκευῆς εἰς τὸν Ὁρθρον.

Ῥομφαία, ὡς ἔφησεν ὁ Συμεὼν, τὴν καρδίαν σου διήλθεν, ὡς ἔβλεψας Χριστὸν σταυρούμενον μόνον, Δέσποινα, νυττόμενον τῇ λόγχῃ· ὄθεν ἀλαλάζουσα πόνους ὑπέφερες.

Ἐκ σοῦ ἡ ἀνάπλασις τῆς Ἐβας ὠράθη, Παρθένε, ἀληθῶς Θεὸς σαρκὶ τικτόμενος, καὶ ἐν σταυρῷ ὑψούμενος, καὶ καταράσσων δαίμονας, θεοχαρίτωτε Δέσποινα.

Ῥήγνυται χειρόγραφον τὸ τοῦ Ἀδάμ, λόγχῃ νυττομένου σου, Δέσποτα, ἡ Θεοτόκος ἀνεβόα τῷ σταυρῷ παρισταμένη, Κύριε, καὶ ὀδυνηρῶς ἀλαλάζουσα.

Σαρκὶ δὲ ἐκύησας Χριστὸν, θεοχαρίτωτε, ξύλῳ ἀναρτούμενον ὡς εἶδες, θρήνων ἐπλήσθης, καὶ τὸ μακρόθυμον τοῦτου κατεπλήττου ἀληθῶς· ὄθεν ἐμεγάλυνες τὴν αὐτοῦ συγκατάδοσιν.

Λιμὴν γενοῦ μοι, πανάμωμε, πελάγει τῶν δεινῶν θαλαττεύοντι, ἡ ναυαγήσασαν πᾶσαν τὴν φύσιν τῷ τόκῳ σου, θεογεννητορ Κόρη, νῦν διασώσασα.

Νύμφη ἀμωμος, παλάτιον τοῦ Κτίσαντος, γῆ ἀγεώργητος, θρόνος πυρρίμορφος ἐδείχθης, πανάμωμε· ὄθεν βοῶμέν σοι· Χαῖρε, Δέσποινα, ἡ τοὺς βροτοὺς θεώσατα θεϊκῇ κωφορίᾳ.

Ἰδοῦσα ὑπνώσαντα ἐν ξύλῳ τὸν πᾶσιν ἐγρήγορσιν παρέχοντα θεῖαν καὶ σωτήριον, Μήτηρ ἡ πανάμωμος ἀλαλαγμῷ ὠδύρευτο, καὶ ἀνεκραύγαζε· Τί τοῦτο καινότατον θαῦμα; ὁ ζωοποιήσας τὰ πάντα, θνήσκει θέλων.

Φώτισον, ἀγνή, τοὺς πρόβω ὑμνοῦντάς σε, καὶ μεγαλύνοντάς· λύσον τῶν παθῶν ἡμῶν τὸ σκότος, Κόρη· παῦσον τὸν κλύδωνα τοῦ πονηροῦ τὰ σκάνδαλα ἐκ μέσου ποίησον· τοὺς τῆς Ἄγαρ γόνους καθυπόταξον βασιλεῖ εὐσεβεῖ ταῖς πρεσβείαις σου.

Ἐκ τοῦ κανόνος τοῦ Σαββάτου εἰς τὸν Ὁρθρον.

Ῥυόμενος ἡμᾶς καταδίκης ἀρχαίας ὁ Υἱὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ἠὲ δόκησεν, ἀγνή, καὶ Υἱὸς χρηματίσαι σου·

(24) Cum Christus caruerit originalis peccati maculis, decuit ut ejus mater eisdem careret, essetque omnino immaculata, ne Filius Dei habuisset circa se in Matre maculam, et peccatum originis. Et se non decuit habuisse Matrem Dei sordes naturæ physicas, nimirum sordes partus naturalis, quan-

animæ meæ precibus tuis nunquam dormientibus. Da mihi vigilantiam, o Puella, procul abigens sordidæ ac torporis dormitationem.

Compassionis tuæ dignum me fac, quæ Verbum summa compassione præditum peperisti, o benedicta Virgo castissima; et in hora judicii assiste mihi, ut a futuræ damnationis sententia eripias me.

Ad te Divini Gabrielis vocem cum gaudio dirigimus, clamantes: Ave, Paradise, quæ vitæ lignum semper habes in medio tui. Ave, gloriosissimum Verbi palatium, Virgo omni laude dignissima.

Ex canone serivæ vi ad Matutinum.

Pertransivit gladius cor tuum, quemadmodum prædixerat Simeon, o Domina; cum Christum crucifixum vidisti solum lancea perfodi; quamobrem dolores sustinens in gemitus erumpebas.

Ex te reformatio Evæ revera facta est, o Virgo Domina Deo charissima: Deus scilicet in carne natus, et in cruce exaltatus, qui dæmones proturbans dejecit.

Rescinditur chirographum Adæ, dum tu lancea perforaris, Dominator Domine. Ita Deipara assistens cruci cum dolore atque ejulatu exclamabat.

Quando Christum quem incarnatum pepereras, ligno affixum vidisti, o divina gratia cumulatissima, laments **273** repleta es, et profecto illius longanimitatem ac patientiam cum stupore admirabaris, quamobrem ejusdem demissionem atque humiliationem magnificabas.

Esto mihi portus, in pelago adversitatum fluctuanti, o purissima puella, quæ universam hominum naturam naufragium passam, partu tuo, o Dei Genitrix, salvasti.

Sponsa immaculata, palatium Creatoris, terra inarata, thronus igniformis facta es, o purissima: quare ad te clamamus: Ave, o Domina, quæ divino conceptu tuo homines deificasti.

Cum immaculatissima Mater (24) videret illum dormientem in ligno, qui omnibus divinam salutaremque tribuit vigilantiam: cum dolore ejulans exclamabat: Quoddam miraculum novum, et nunquam antea auditum est hoc? Ille qui omnia vivificat, moritur voluntarie?

Illumina, o casta, eos qui te cum affectu collaudant ac magnificant: dissolve passionum nostrarum tenebras, o puella: seda tempestates: tolle e medio scandala maligni: subjice filios Agar piissimo imperatori intercessionibus tuis.

Ex canone Sabbati ad Matutinum.

Filius Dei, ut nos ab antiqua damnatione liberaret, etiam Filius tuus, o Virgo, esse voluit; quam-

to magis debuit carere spiritualibus peccati. Item, si dolor partus dicitur contumelia naturæ, cum non sit culpa, sed pœna illius, ac proinde semota a Dei Matre, quanto magis ipsa culpa originalis, quæ est major contumelia humanæ naturæ, ab ea debuit excludi?

obrem per ipsum nos in filiorum adoptionem recepti, A
cœlestom Patrem benedicimus; tibi que laudes de-
cantamus.

Laudem Deo offeramus, qui ex Virgine voluntarie
natus est, et choris angelorum mulierum choros
adjunxit.

Ille, qui te Virginem immaculatam post partum
conservavit, virgines omnes quæ te circumstant,
glorificavit; cum quibus sine cessatione precare,
ut animæ nostræ ab omni angustia ac tentatione
serventur.

Dominus, qui habitavit in te, o Virgo ab omni
macula immunis, (25) **274** fecit homines habita-
cula divinæ gloriæ suæ.

Oro, lingua, et corde confiteor te, o puella, ca-
stam Matrem Dei nostri; at tu mediatione tua ab B
æternæ damnationis sententia libera me.

Videns olim legislator flammam non conburentem
rubum, didicit illam esse figuram partus tui, o
Dei Genitrix sola benedicta.

Compassione tua dignum me fac, o Dei Genitrix
castissima, quæ piissimum Verbum peperisti; et
salvum me fac clamantem; Benedicite, omnia opera,
Domino; laudate, etc.

Supernis Cherubinis superior apparuisti, o mun-
dissima, quippe quæ illum portasti qui continet
universa; fac quoque mentem meam passionibus
carnis superiorem; tribuens mihi virtutem, qua Do-
mini voluntatem exsequi possim.

TONUS PLAGIUS.

Ex canone feriæ II ad Matutinum.

O porta divinæ gloriæ, pande mihi portas pœni-
tentiae, et a portis inferi erue, precor, miserabilem
animam meam.

Virgo Mater, a qua Deus corpus assumpsit; sus-
cipe voces clamantium ad te assidue, et a variis
adversitatibus libera nos.

Ex puris sanguinibus tuis incarnatus est Domi-
nus, o omnibus hymnis celebranda, concedens
per benignissimam intercessionem tuam, pœniten-
tiæ locum honorantibus te, utpote piissimus, at-
que unice hominum amator.

O Virgo inter mulieres benedicta (26), concede
misericordias tuas populo tuo, quippe quæ miseri-
cordis Mater facta sis.

(25) Favet Richardus de S. Victore, dum trac-
tans illud Cantic., Tota pulchra es, etc., in hunc
modum scribit: « Nemo tam sanctus, qui maculam
non habuerit et defectum, præter ipsam B. Virginem.
Luna enim quæ nocte splendet, et stellæ non sunt
mundæ in ejus comparatione. Obtenebrantur enim
stellæ caligine humanæ culpæ, sed beatissima Maria,
Virgo tota adeo pulchra est, quam totam illustravit
et perfudit Sol justitiæ, ut nec maculas habuerit
nec tenebras culpæ. » Hæc Richardus. Cujus verba
afferens Catharinus in suo tractatu *De concept.* ad
synod. Trident. parte I, observat de originali ma-
cula loqui manifeste Richardum, tum quia indis-
tincte loquitur, tum quia auctoritatem ex B. Job
assumit, quæ (ut exponit B. Gregorius et D. Tho-
mas) ad peccatum originale refertur, cum ait: Ob-

θθεν υιοτεθέντες δι' αὐτὸν τὸν οὐράνιον εὐλογοῦμεν
Πατέρα, ὑμνοῦντες σε.

Αἶνον τῷ Θεῷ προσάξωμεν, τῷ ἐκ τῆς Παρθένου
ἀποτεχθέντι βουλήματι, γυναικῶν τε χοροῖς ἀγ-
γέλων τοὺς χοροὺς ἐπισυνάψαντι.

Ὁ Παρθένον σε φυλάξας μετὰ τόκον ἀμώμητον,
τὰς παρθένους πάσας σε περιεστῶσας ἐδόξασεν, μεθ'
ᾧν ἀπαύστως δυσώπει διατώζεσθαι πάσης θλίψεως
καὶ πειρασμῶν τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Ὁ Κύριος ἐν σοὶ κατοικήσας, πανάχραντε, εἰργά-
σατο τοὺς ἀνθρώπους τῆς αὐτοῦ θείας δόξης, Παρ-
θένε, οἰκητήρια.

Στόματι καὶ γλώσση καὶ καρδίᾳ ὁμολογῶ σε,
B Κόρη, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀγνήν Μητέρα· ἀλλὰ τῇ σῇ
μεσιτείᾳ ῥῦσαι με αἰωνίου κατακρίσεως.

Φλόγα τὴν βάτον πάλαι μὴ πυροπολοῦσαν βλέπων,
ὁ νομοθέτης ἐδιδάσκατο τὸν τύπον τοῦ τόκου σου,
Θεοκυῆτορ μόνῃ ἀεὶ εὐλογημένη.

Συμπαθείας τῆς σῆς με ἀξίωσον, συμπαθέστατον
Λόγον κυήσασα, Θεογεννητορ πάναγνε, καὶ βοῶντά
με σῶσον· Πάντα τὰ ἔργα, εὐλογεῖτε, ὑμνεῖτε τὸν
Κύριον.

Φανείσα τῶν ἄνω Χερουβίμ, πανάμωμε, ἀνωτέρα,
ὡς βαστάσασα τὸν συνοχέα τῶν ἀπάντων, ἀνώτερον
τὸν νοῦν μου ἀπέργασαι παθῶν τῶν τῆς σαρκὸς,
δυναμοῦσά με τὸ τοῦ Δεσπότου πράττειν θέλημα.

ΗΧΟΣ ΠΛΑΓΙΟΣ Α'.

C Ἐκ τοῦ κανόνος τῆς δευτέρας εἰς τὸν Ὁρθρον.

Πύλη τῆς θείας δόξης, μετανοίας μοι πύλας ἀνα-
πέτασον, καὶ ἐκ πυλῶν τοῦ ἄδου ἐξάρπασσον, δέομαι,
τὴν ταπεινὴν μου ψυχὴν.

Παρθενομῆτορ, ἡ Θεὸν σωματώσασα, τὰς φωνὰς
πρόσδεξαι βοῶντων σοὶ πάντοτε, καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς
τῶν ποικίλων περιστάσεων.

Σαρκοῦται ἐξ ἀγνῶν αἱμάτων σου Κύριος μετὰ-
νοϊαν τοῖς τιμῶσί σε διδοὺς, πανύμνητε, τῇ σῇ χρη-
στῇ μεσιτείᾳ, ὡς εὐσπλαγχνος καὶ μένος φιλάν-
θρωπος.

Παρθένε ἐν γυναιξίν εὐλογημένη, τὰ σὰ ἐλέη πα-
ράσχου τῷ λαῷ σου· τοῦ ἐλεήμονος γὰρ ἐδέλχθης
D Μητρη.

tenebrentur tenebræ in caligine ejus. » Neque vero
humanæ culpæ caligo proprie potest nisi ad origi-
nale referrī.

(26) Qui sola inter mulieres a communi male-
dictione et contractione originalis peccati libera.
Hinc Armandus Richelius R. E. cardinalis in suo
Catechismo, seu *Institutione Christiana*, lect. 24,
ait: « Beata Virgo dicitur benedicta in mulieribus,
quia nulla fuit nec nunquam erit sine peccati ma-
cula concepta cum plenitudine gratia sicut ipsa. »
Bartholomæus etiam Pisanus *De laud. B. Virg.*
lib. I, fructu 7. « Maria, inquit, dicitur Benedicta
in mulieribus, secundum Hieronymum et Augusti-
num, id est, super omnes mulieres. Ergo puritas
aliis concessa, Mariæ non debet negari. Ergo si
Eva a Deo mundissima est facta, quare et Maria. »

Παρθένε, τῶν πιστῶν ἡ προστασία, ρυσθῆναι ἀπὸ πάσης ἀμαρτίας δυσώπει τὸν Κύριον τοὺς δούλους σου.

Εὐλογητὸς εἶ, ὁ Θεὸς, ὁ μήτραν Παρθένου καθυκοδύς, καὶ σώσας τὸν ἄνθρωπον, ὁ ὑπερύμνητος καὶ ὑπερένδοξος.

Ἐκ σοῦ Θεὸς ἀνέτειλε, καὶ θεογνωσία κατελάμπρυνε τοὺς ἑσχοτισμένους, πανύμνητε Παρθένε.

Φέρεις ὡσπερ θρόνος κύριος νεύματι τὸν πάντα φέροντα, καὶ θηλάζεις, Παρθένε, τὸν πάντα διατρέφοντα.

Ἐκ τοῦ καρδίου τῆς τρίτης εἰς τὸν Ὁρθρον.

Ῥῦσαι συνηθείας με, ἀγνή Παρθένε, πονηρᾶς, στήριζον ἐπὶ πέτραν ἐντολῶν περιτρεπόμενον μεθοδείας, Δέσποινα, τοῦ παλαιοῦ πτερνιστοῦ, καὶ ἀξίωσον ἐμὲ Χριστῷ εὐαρεστῆσαι καλῶς ᾄδοντα καὶ ψάλλοντα ἐπινίκιον ψῆδῃ.

Τέτοκας ἀπορρήτως ὠδίνων ἀνευθεν ὄν Πατῆρ πρὸ αἰώνων ἀρρεύτως ἀπεγέννησε, πανύμνητε Δέσποινα, ὄν δυσώπει σώζεσθαι ἀπὸ πάσης βλάβης τοὺς σοὶ προστρέχοντας.

Τῆς μετανοίας πύλας νῦν μοι ὑπάνοιξον, πύλη φωτὸς, Παρθένε, καὶ εἰσόδους τῶν παθῶν ἀπόκλεισον τῆς ταπεινῆς μου ψυχῆς.

Ἄγία Παρθενομήτορ, μόνη πανύμνητε, ἐγκλημάτων μώμου ἡμᾶς ἀπάλλαξον, φώτισον ἡμῶν τὸν λογισμὸν, ἀγίασον καρδίαν, καὶ αἰωνίας ἡμᾶς πάντας λύτρωσαι καταδίκης δεόμεθα.

Ἡ πάναγνος Δέσποινα, ἀμαρτανόντων ἡ προστασία, τῶν πιπτόντων ἡ θεία ἑκανόρθωσις, ὡς Θεὸν τεκοῦσα δοξάζεται.

Ἐλέησόν με, μόνη πανύμνητε, τὸν ἐλεήμονα Θεὸν ὑπερβολῇ ἀγαθότητος ἀνερμηνεύτως τεκοῦσα, καὶ ρῦσαι αἰωνίου κολάσεως.

Πύλη ἀδιόδευτε τῆς δόξης, ἀχραντε, διάνοιξόν μοι τῆς μετανοίας πύλας, προξενήσας μοι τὰς θείας εἰσόδους καὶ τὴν ἐκεῖ κατάπαυσιν.

Θεὸν ἀρρήτῳ λόγῳ, Παρθενομήτορ, ἐκύησας ἡμῖν πᾶσι μετάνοιαν δίδοντα τοῖς πολλὰ πταίουσιν διὰ μεσιτεία σου τῆς ἀγαθῆς, καταφυγὴ τῶν πιστῶν καὶ λιμῆν.

Θεοχαρίτωτε σκηνῆ, τοῦ ἀγιασματος σεπτῆ κιβωτὲ, λυχνία θείου φωτὸς, ἄρτου ζωῆς τράπεζα, Λόγου παλάτιον ἐμφυχον, εἶκον Πνεύματός με δείξον.

macula: sed in animam, prout substantem illi
actioni vel conceptioni. Vide P. Theophilum Ray-
naudum in opere prænotato: *Pietas Lugdunensis erga
immaculatam B. Virginis Conceptionem.*

EJUSDEM S. JOSEPHI HYMNOGRAPHI

THEOTOCIA (51)

Sive Allocutiones ad beatam Virginem Deiparam.

Ex canone seriae II hebd. II (a).

Cum Christum ex mortuis secundum carnem resurgentem vidisses, o Dei genitrix, gaudebas. Sed nunc cum affectu ad te clamo, o casta, gratulabundus, ut eundem deprecereis ut mihi concedat in futuro saeculo divinam tuam advocationem ac patrocinium reperire.

In ulnis ferens Christum ex te incorporatum, Virgo, ipsum roga ut ulnis me colligat nunc errantem per omnia abrupta vitae, ac passim quotidie per negligentiam offensantem.

323 Obstupescit universus orbis, Domina, ad cogitatione superius mysterium partus tui. Paris enim Emmanuel vere Deum immaculatissima (52), eundemque propter nos hominem, qui cruce sua solvit tyrannidem mortis:

Ex canone seriae III hebd. II.

O miracula! o stupore plenum nuntium! Paris enim carne Deum, qui solvit mortis vincula, et corruptione homines liberavit, Virgo apud Deum gratiosissima.

Viso quem peperisti Deo cum resurgeret ex mortuis, apparuisti gaudio plena, Virgo Maria: illum

(51). In pervetusto codice pergamenaceo Graece ms. celeberrimae bibliothecae Barberinae n. 118, praeter Triodiam (de quo supra diximus) a pag. 217 et deinceps, exstat aliud Triodium, quod incipit ab Antipaschate (seu ab octava Paschae, nimirum a feria 2 post Dominicam in Albis) usque ad Dominicam omnium Sanctorum, quae apud Graecos est prima post Pentecostem, cum sua hebdomada sequenti: et, praeterquam quod in ipso titulo praefert auctorem Josephum, canon seriae 2 hebdomadis 2, hanc habet acrostichidem: *Canit ista Joseph. Hoc Triodium* (quod tanquam pretiosissimum thesaurum mihi detexit vir clarissimus, a me alias, licet non pro meritis, laudatus Leo Allatus et D. Carolus Moronus, eminentissimi D. Francisci Barberini S. R. E. cardinalis vice cancellarii bibliothecarius, vir eruditissimus, et non solum de me, sed de plurimis hominibus eruditis optime meritis, et merens, mihi humanissime communicavit) praeter canones trium odarum (a quibus Triodium denominatur), habet etiam canones tetraodios, id est quatuor, ne canones integros, novem odarum. Et licet in eo quaedam sint folia abscissa, atque alicubi character ob antiquitatem ita consumptus, ut vix legi possit, Theotociis tamen, quae remanserunt, et legi poterunt, Lectorem fraudari non sum passus, sed ea, ut Marianis cultoribus prodesse, ex praedictis canonibus fideliter excerpta, et partim a P. Petro Possino soc. Jesu theologo viro doctissimo ac eruditissimo, partim vero a P. Ludovico Maraccio fratre meo, de Graeco in Latinum sermonem translata, supra in hoc opere exhibui:

(52). Licet vox immaculata, saepissime a Josepho nostro B. Virgini tributa, et quod sit negativa, et juxta suae significationis amplexum, totius ac cujuslibet maculae carentiam comprehen-

A igitur ora, Virgo, ut ex corde nostro dolorem penitus omnem abstergat.

Lumen inocciduum splendens ex mortuis cum vidisses, gaudio repleta es magno, et congaivisa es, Virgo, sanctissimis discipulis, cum quibus nobis impetra remissionem innumerabilium culparum, Deipara tutela fidelium.

Ex canone seriae IV hebd. II.

Spectata es superior angelis, cum Deum corporasses crucifixum sepultum, et mortuis incorruptionem, o Virgo, largientem: Quem deprecere ut servet nos laudantes te.

Mortificato tuus, o Virgo, Filius inferno, sicut praedixerat, e mortuis surrexit. Illum ora, ut a peccati et supplicii pernicie liberet omnes qui ad te in fide clamant.

Laetissimum totum, forma incomparabilem, ut Sponsa conspicata, Virgo e tumuli thalamo in carne procedentem, gaudio repleta es. Quem supplica ut corruptione ac poena nos liberet.

324 *Ex canone seriae V hebd. II.*

Qui te ut templum pulcherrimum condidit Jesus (53), Rex maximus, descendens in inferos tene-

hendat: frequenter tamen idem Josephus ipsam B. Virginem etiam immaculatissimae titulo appellavit, ut perspicue intelligatur, eandem B. Virginem fuisse in omni genere puram, ac omnem puritatem possibilem attigisse, quam nequaquam attingere, si impuritatem originalem admisisset. Huic Matthaeus Cantacuzenus imperator in Canticum canticorum firmiter adherens B. Virginis totali puritati *Super immaculatam*, quasi dicere voluerit ascendisse supra omnem puritatem creatam, adhuc ultra justitiam etiam originalem, si fieri posset. Favet S. Eustachius Antiochenus in Hexaemeron, dum ibi Virginem appellat *Acrantos* quae dicitio est totius puritatis ac omnis maculae exclusionis significativa. Quapropter vir eruditissimus Leo Allatus ejus interpretes et commentator dicit quod significat, quod *Tota pulchra est, nec ullum admittit omnino maculam*. Et Lexicon locupletatum a Budeo ducit, quod significat: *Nulla aspersus macula, nulla labecula notatus*. Vide Nierembergium in Exceptionibus cap. 6 et 13.

(53). Si B. Virgo ut templum pulcherrimum a Deo est condita, nullo pacto dum conderetur, id est dum conciperetur, contraxit originale peccatum, quod non solum omnem amovet ab anima pulchritudinem, sed eam macula inficit atque deturpat. Hinc Thomas de Kempis serm. 25 ad Novitios ait: « Spirituale Dei Templum, quod est B. Virgo Maria ab omni labe pura, supra omnia templa sanctorum praeritet. » Sed optime S. Gregorius Nazianzenus in Epist. ad Nemesium, dum inquit: « In multorum hominum ore hic sermo versatur, Deum hominem, id est, Christum, ex Virginis sinu ortum esse, quem, id est sinum Virginis, Spiritus sanctus, cum Dei magni templo coagmen-

(a) Hic canon, ut alii infra nonnulli, Graece non exstat in Pentecostario Graecorum.

brosum habitaculum vacuum fecit, incorrupta Deipara Virgo, ad resuscitandum mortales ut omnipotens.

Vidisti e mortuis excitatum, Virgo, quem carne ineffabiliter conceperas Verbum, et gaudio anima repleta es, illius condescensionem ac demissionem hymnis exaltans, o casta, in sæculum.

Lumen allucens sedentibus in umbra mortis cum peperisses, e mortuis ut vidisti exorians, immaculata (54), cum mulieribus cunctis unguenta ferentibus glorificabas, choros ducens.

Ex canone feriæ vi hebd. ii.

Sanctum Dominum virtutum incorrupta peperisti (55), Eum qui evacuavit inferorum regiam,

tavit templum sanctum exstruens, Mater enim Virgo templum Christi fuit, Christus autem Verbi. » Quem locum afferens Gregorius de Valentia tom. IV in 3, p. d. 2. q. 2, a. 1, subdit: « De ipsa etiam Virgine, quatenus fuit templum Dei, dicere videtur, quod fuerit sancta exstructa, id est formata. Sic ille. Consonat S. Proclus orat. vi in qua locutus de Josepho, dixit: « Non meminerat potuisse eam (Mariam) effici Dei templum, quæ ex mundo erat formata luto: » quasi diceret, Mariam Dei templum effectam, quia ex mundo luto formata, id est, sine originali labe concepta. De puritate originali hujus templi locutus Joannes Taulerus in serm. de Purific. dixit: « Prævenit hoc sapientia æterna, nolens electissimum templum suum aliqua labe aspergi. » Porro (ut in suo *Mariali* serm. 6, de Concept. B. Virginis inquit Bernardinus Bustensis) sapiens architectus volens præclarum aliquod atque admirabile palatium construere, diu prius in mente sua præconcepit illud, antequam ipsum erigat, et adesse producat. Deus ergo, qui omnium est artifex, omnia prospiciens, ut dicitur Sap. 1, volens Filio suo templum virgineum fabricare atque domum sibi dignam construere, prius, id est ab æterno præordinavit illam præservare a submersione originalis peccati, ne, si in illo inficeretur, Majestati suæ incongrua habitatio redderetur. Si enim præservavit corpus ejusdem Virginis ab omni corruptione, multo magis præservavit ejus animam, quæ excellentius dicitur templum Dei, quam corpus. Unde Ambrosius in 1 libr. *De Virginitate* ait: « Nam si corpus Virginis Dei templum est, anima ejus quid est? » quasi dicat multo dignius templum. Et post multa: « Gloriosa Virgo Maria figurata est per domum, et templum, quod Salomon ædificavit Deo, de qua habetur III Reg. vi. Sed templum materiale dicitur sanctum juxta illud Psal. x: *Dominus in templo sancto suo.* Ergo et ipsa Mater Dei fuit sancta et nunquam maculata. Unde de ipsa dicitur illud Aggai ii: *Magna erit gloria domus illius novissimæ plus quam primæ.* Et ideo de ista domo divina, scilicet benedicta Virgine, dicit David Psal. xcii: *Domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudine dierum.* Quod non esset verum si aliquando fuisset peccato infecta. Similiter falsum esset illud, quod dicitur III Reg. vi, in figura Virginis, scilicet, nihil erat in templo, quod non auro legeretur, id est, charitate vestiretur. Falsum etiam esset illud, quod in eodem capite scriptum est, scilicet: *Malleus et securis et omne ferramentum non sunt audita in domo Domini cum ædificaretur.* Non ergo malleo peccati originalis, vel securi, vel aliis ferramentis peccati actualis fuit benedicta Virgo percussa, vel vulnerata. » Sic Bustus: « Merito (inquit P. Simon Vuagnerek in *Mariana Pietate Græcorum*, n. 196, ubi Mariam Salomonis templo assimilat) a prima sui origine intaminatum fuit hoc templum, neque enim homini habitatio præparaba-

tur, sed Deo. » (I Paral. xxix, 1.) Et P. Hieronymus Lanuza ord. Prædic. ad probandum, B. Virginem sine originali peccato fuisse conceptam, dixit inter alia: « B. Virgo adumbrata fuit insigni illo templo per Zorobabel ædificato, cujus ore Spiritus sanctus edixit: *Manus Zorobabel cæperunt ædificare Domum istam.* (Zachar. iv, 9.) » B. Hieronymus tradit Zorobabelis nomen significare *Magistrum insignem in Babel*: et ad Christum referri: *Vos vocatis me Magister, et bene dicitis.* (Joan. iii, 13.) Manus illius due in efformanda Virgine, quando concepta fuit, operam dederunt. Non ait *manus* in singulari: quia ambas ad hanc ædificationem adhibuit. Non solum manum, cujus ope esse naturale concedit, sed etiam alteram, quæ confert esse gratiæ. In efformatione nostra manum primo adhibet, cujus ope confert esse naturale, quod operatur in conceptione nostra: alteram deinde manum, qua esse spirituale, et sic in illam facilis patet dæmonis ingressus, quia tunc temporis unica tantum Dei manus adhibetur. Verum in conceptione Virginis duabus simul manibus usus est Deus; illa, quæ confert esse naturæ humanæ; ista, qua esse supernaturale gratiæ: *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.* (Cant. viii, 3.) Sinistra respectu bonorum naturalium, dextera respectu bonorum gratiæ, quibus Virginem circumdedit, quemadmodum agere solet qui alium amplectitur, et manu utraque extensa constringit. Sic Lanuza. Vide Bartholomæum de los Rios in *Horizonte Mariano* tract. 1 cap. 6.

(54) Titulus *immaculatae*, quem Josephus Noster toties B. Virgini attribuit, optime explicat exemptionem, et immunitatem a peccato originali in B. Virgine, quod recte animadvertit Hieronymus ab Angesto lectura 3, sui *Propugnaculi*, ubi probat non posse Virgini titulum *Immaculatae* competere, si per instans illam macula peccati originalis attaminasset. Idcirco nunquam Ecclesia sanctorum cuiquam, si Christum deitas et Virginem, titulum *Immaculatae* attribuit per modum cognominis, et absolute prolata, qui titulus nititur illis Cantecorum verbis cap. iv: *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.* Ubi omnem puritatem Naturæ communicabilem innuit, et omnem maculam notam ab ea procul arcet, ut videre est apud Christophorum de la Vega in *Theologia Mariana*, Palæstra 4, certam. 3, n. 519.

(55) Ex D. Thoma p. p. q. 98, a 2, ad 4, parere sine dolore et læsione virginitatis, est effectus connaturalis justitiæ originalis, et status innocentiae. Ergo si Virgo incorrupta, hoc est sine dolore et læsione virginitatis peperit sanctum Dominum Virtutum, non contraxit peccatum originale. Vide pro hoc argumento Andream Peruzzinum in *Analyti purissimæ Conceptionis*, pag. 165, et Ludovicum Crespi a Boria in *Propugnaculo theologico pro definibilitate immaculatae Conceptionis B. Virginis Mariæ*, pag. 62 et 63.

Inopinatum, **325** et ineffabile miraculum! Ubi enim Deus vult, vincit ordinem naturæ.

Celebramus te mortalium genus ut omnium salutem, o Laudabilissima (56), ad vitam revocati. Per te siquidem omnes maledictionis mortis liberationem nacti sumus.

Ἐκ τοῦ Κιανένος τῆς Κυριακῆς β', ἀπὸ τοῦ Πάσχα· τῶν ἁγίων γυναικῶν μυσφορῶν, καὶ Ἰωσήφ τοῦ δικαίου.

Τὴν ἀρχαίαν ἀρὰν ἐν γαστρὶ σου λύσασα, σεμνή, ἀνεβλάστησας ἡμῖν τὴν εὐλογίαν, βρέφος τεκοῦσα· οὗτος γὰρ Θεὸς ἐστὶ, καὶ σὰρκα φορεῖ.

Μακαρία εἶ, σεμνή, ἡ ἐκ ρίζης Ἰεσσαί, ἐξ ἧς ἡ βάρδος καὶ τὸ ἄνθος ὁ Χριστὸς κατὰ σὰρκα δι' ἡμᾶς ἀναβλάστησας.

Magnalia (57) tua, o incontaminata, quis prædicare sufficiet? Quis dicat terrigenarum ut Creatorem conceperis corruptionis expers, solventem vincula multorum, criminum? potest enim quæcunque vult facere.

Σὲ τὴν ἀσπέρω κυήσει γεννήσασαν ὑπὲρ φύσιν τὸν καινίσαντα τὴν φύσιν Χριστὸν τὸν μόνον. Δεσπότην ἀνυμνοῦμεν οἱ πιστοί.

Γαστρὶ ἀγεωργήτως συνέλαβες, ἀγνή, τῆς ἀφθαρείας τὸν βότρυον ὡς ἀμπελος, ἐξ οὗ τῆς ἀθανασίας οἱ κρουνοὶ ὡς οἶνον ἡμῖν πηγάζουσι τὴν αἰώνιον ζωὴν.

Ἐν τῇ γαστρὶ σου, ἀχραντε, πῶς ἐχώρησας βρέφος, ὃν τρέμουσι δυνάμεις αἱ τῶν ἀγγέλων ὡς Θεόν; εἰ μὴ ὡς ἠθουλήθη, ὡς οἶδεν, ἐσκήνωσεν, πάντα θέλων σῶσαι τοὺς ἐξ Ἀδάμ γηγενεῖς, λύσας τὸν Ἀδάμ τῆς ἀρᾶς ἐκείνης τῆς διὰ βρώσεως πικρᾶς.

Ἐν τῇ γαστρὶ σου, ἀγνή, τὸν ἀείζωον ἄρτον φεραθέντα ἀφύρτως ἐν φουράρατι ἡμῶν ἐγέννησας ἀτρέπτως ἓνα Χριστὸν τὸν Θεὸν ἐν δυοῖ ταῖς οὐδαίς.

Εὐφραινέσθω Ἰεσσαί, χορευέτω καὶ Δαβὶδ· Ἰδοὺ γὰρ ἡ Παρθένος, ἡ θεόφυτος βάρδος ἐβλάστησε τὸ ἄνθος τὸν ἀείζωον Χριστόν.

Ex canone ferivæ II, hebdom. III.

Vidisti Christum ex mortuis exortum Justitiæ Solem, Deo gratissima, quem roga, ut omnium te

(56) Inter alias Laudes, quas B. Virgini laudabilissimæ attribuire debemus, ut ab ea favores et gratias reportemus, haud postrema esse debet ejus Immunitas a peccato originali. Unde in Missali Romano antiquo apud Balinghem in *Parnasso Mariano*, pag. 25, canebatur;

Nos ergo dulci carmine
Laudemus in hac Virgine
Conceptum sine nubilo.
Hanc conceptam ex semine
Et mundam ab origine
Laudet chorus cum jubilo,
Ut mota dulci modulo
Nos servet in hoc sæculo
Mundos ab omni crimine.
Et in mortis articulo
Liberet a periculo
Et inferni voragine.

Et in quodam Officio de Immaculata Conceptione,
PATROL. GR. CV.

Expers naturæ legum, et matrum usum nesciens peperisti filium sine dolore, Virgo, qui te manu sua in matris utero formavit. Unde omnes generationes merito laudantes te semper beatam prædicant.

Ex canone Dominicæ secundæ post Antipascha, Sanctiarum mulierum unguenta ferentium, et Josephi justi.

Antiquam maledictionem in tuo ventre solvens, o veneranda, germinasti nobis benedictionem Christum pariens. Hic enim Deus est, et carnem gestat.

Beata et venerabilis ex radice Jesse, ex qua virga, et flos Christus secundum carnem propter nos germinavit.

Magnalia (57) tua, o incontaminata, quis prædicare sufficiet? Quis dicat terrigenarum ut Creatorem conceperis corruptionis expers, solventem vincula multorum, criminum? potest enim quæcunque vult facere.

Te seminis experte conceptu enixam supra naturam eum, qui innovavit naturam Christum solum Dominum prædicamus fideles.

Ventre sine cultoris opera Christum concepisti incorruptionis botrum, ut vitis: ex quo immortalitatis fontes, ut vinum, nobis fundunt æternam vitam.

In tuo utero, o immaculata, quomodo continuisti infantem illum, quem, utpote Deum, angelicæ potestates contremiscunt? Certe, ut ipse voluit, ut ipse novit, in me habitavit, cupiens salvare universos ex Adam **326** prognatos, qui Adam ipsum ab illa maledictione absolvit, quæ ex amaro cibo provenerat.

In tuo ventre, casta, semper vivum panem sine fermento commistum massæ nostræ genuisti, immutabiliter unum Filium, et Christum in duabus substantiis.

Gaudeat Jesse, choros agat et David: Ecce enim Virgo divini satus virga germinavit florem semper vivum Christum.

laudantium corda illuminet.

Sacerrimis te vocibus Dei Matrem glorificamus,

quod ex Floris B. Virginis secundum usum Romanum affert idem Balinghem loco citato pag. 34, his verbis Deipara salutabatur:

Ave, Regina cælorum
Inter omnes mitissima:
Ave, decus Angelorum
Inter omnes pulcherrima,
Simul et Archangelorum
Omni laude dignissima,
Quæ concepta es vitiorum
Sine tæbe, purissima.

(57) Cum nemo neget per appellationem « Incontaminata » affirmari a Josepho, et aliis Patribus puritatem actualem B. Virginis, ita ut nunquam vel veniali culpa fuerit infecta; cur non etiam significetur puritas originalis, cum multo plus contaminet originale peccatum, quam veniale?

ut supernis ordinibus manifeste sanctiorem, et divinum pontem transmittentem mortales ad supermundanos choros.

Lucis genitrix Virgo, divina tua luce illustra cogitationes nostras et corda : intercessionibus tuis perturbationum caliginem dissipans, et omnes per gratiam participes faciens diei vespere carentis.

Ex canone feriæ iii, hebd. iii.

Omnia continentem concepisti, immaculata Domina. Eum qui contrivit portas iuferi, et qui resurrexit, sicut dixerat, die tertio.

Tu es omnium vita : tu vivorum, et mortuorum, consolatio, o Verbum, gaudium, et illuminatio, quæ effulsisti ex Virgine, et die tertia gloriosus e sepulcro resurrexisti.

Viso e mortuis resurgente, Deipara, tuo Filio, et Deo, repleta es gaudio gaudii lætitiæque omnium causa. Propterea **327** te lætanter omnis anima celebrat, et glorificat semper, o Virgo.

Ex canone feriæ iv, hebd. iv.

Gladius animam tuam, Virgo immaculata, pertransiit, quando Christum cruci affixum vidisti : Exsultasti autem eundem e sepulcro conspicata redivivum.

Te splendidam nubem spiritualis solis, Deo gratissima, laudantes prædicamus. Corda nostra illumina, tenebras e cunctis expellens negligentia, et perturbationum, o Dei Sponsa.

O maculæ plane omnis expers (58), roga sine intermissione Christum Deum nostrum, ut eos qui te **C** semper beatam prædicant, liberet e tentationum,

(58) Deiparam Virginem Mariam, omnis plane maculæ, etiam levissimæ peccati actualis, semper expertem fuisse, extra controversiam est : valde enim decuit ut illa, cui tanta cum Christo affinitas, et conjunctio fuit, nullo unquam actualis peccati etiam venialis macula fuerit contaminata, ut optime argumentatus est D. Thomas 3, p. q. 27, a. 4. Ergo Deipara multo magis debet fuisse expers a macula peccati originalis, cum longe magis deceat Dei Matrem macula mortalis, cujusmodi est peccatum originis, quam macula venialis, quæ tamen est voluntaria (non item originalis), tamen levicula est, nec hominem a Deo alienat. Præterquam quod ex immunitate maculæ cujusvis peccati actualis in Deipara, recte inferitur immunitas a macula peccati originalis, ex doctrina magni **D** Patris Augustini, quæ fert peccata actualia esse infelicia germina peccati originalis, ita ut ubicunque peccatum actuale invenitur, præcesserit originale, ubi autem nullæ unquam sordes actualis, saltem venialis, reperiuntur, defuerit originale. Ita enim loquitur Augustinus, lib. v. contra Julianum c. 9 : « Illud sane magnum verumque dixisti, cum posuisses testimonium Apostoli dicentis : Qui peccatum non fecit : notandum esse, quod judicaverit Apostolus sufficere ad ostendendum in Christo nullum fuisse peccatum, quia dixit nullum eum fecisse peccatum. Ut doceret, inquis, quia qui non fecit, habere non potuit, omnino verissimum est. Profecto enim peccatum etiam major fecisset, si parvulus habuisset. Nam propterea nullus est hominum, præter ipsum, qui peccatum non fecerit grandioris ætatis accessu, quia nullus est hominum, præter ipsum, qui peccatum non habuerit

A et perturbationum procella, et tenebris laqueisque insidiosè perplexis diaboli.

Sanctum sanctorum supra mentis captum genuisti, o Deipara, qui sanctificationem, redemptionem, et remissionem peccatorum Adelibus, Te mediante, concedit, qui illius resurrectionem glorificant.

Ex canone feriæ v, hebd. iii.

Luctus tibi, immaculata Virgo, conversus est in gaudium, quando vidisti tuum Filium, et Dominum Christum e mortuis die tertia gloriose resurgentem, et mundum illuminantem.

Apparuisti capaciore cælis, o Virgo, Deum complexa, qui sub terra condi sustinuerat, et mira bonitate morte propria immortalitatem omnibus largitus fuerat, quem pie glorificantes te, ut par est, **B** beatam appellamus.

328 *Ex canone in Parasceve hebd. iii.*

Sanctifica corda nostra, sanctissima Dei sponsa (59), quæ vidisti sanctissimum Deum Verbum, e morte resurgentem, et in lætitia clamasti : Omnis substantia laudet Dominum.

Apparuisti, Virgo Mater, auctora Solis Justitiæ : quem cum vidisses excitatum e mortuis, sicut dixerat, et mundum totum illustrantem, gavisæ es, o sancta, laudans illum ut benignum.

Præter naturæ legem peperisti ineffabiliter Verbum Deum ; Quem impiorum consilio, Domina inculpatissima, crucifixum, sepultum, et resurgentem e mortuis ut vidisti, repleta es gaudio, eam pro nobis rogans laudantibus te.

Ex canone in Sabbato hebd. iii.

Puerum peperisti tu quidem, sed Virgo perman-

infantis ætatis exortu. » Sic ille. Ex cujus doctrina liquet peccatum originis subsequenter habere peccata actualia, et e contrario in Adami posteris, ubi nullæ reperiuntur actualia maculæ, non antecessisse originalem. Cum igitur B. Virgo maculæ cujusvis peccati actualis semper fuerit plane expers, sequitur manifeste, quod fuerit etiam plane expers maculæ peccati originalis.

(59) Atque idcirco sine originali peccato concepta. Nam ut inquit Bernardinus de Busto in *Mariæ* serm. 7, de *Concept.* parte II, « Decens fuit et consonum rationi, ut Sponsa castissima Dei, nunquam careret gratia sui Sponsi, sed semper jungeretur illi glutino charitatis, ita ut nec quidem per momentum inter ipsam, et Sponsum inimicitia contraheretur, nec divortium fieret. Si autem in peccato originali fuisset Benedicta Virgo concepta, pro illo tunc non fuisset ejus amica, sed inimica, et a Sponso suo divertisset, et separata fuisset. Sed inter ipsam, et Deum semper fuit amicitia et dilectio. Unde ipsa inquit Cant. vi : *Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi*, scilicet conjunctus est, et semper fuit unitus. Ergo sine peccato concepta fuit. » Sic Bustus. Hinc S. Petrus Chrysologus in serm. de *Annun.* n. 140, dixit : « Pervolat ad Sponsam festinus interpres, ut a Dei Sponsa humanæ desponsationis arecat, et suspendat affectum : neque auferat a S. Josepho Virginem, sed reddat Christo, cui est in utero pignorata cum fieret. » Quibus verbis non solum supponit, sed etiam expresse fatetur Virginem Dei Sponsam caruisse peccato originali : nam si cum hoc concepta fuisset in utero cum fieret, id est, cum conciperetur, non fuisset pignorata Christo, sed dæmoni.

sisti, sicut eras antequam pareres, Incorrupta A Virgo Deipara. Nam Deus, quem peperisti, naturam innovavit.

Tibi et soli convenit, ut salutis, et gaudii procuratrici, illud quod angelus attulit, Ave, quod cum fide tibi recinimus, Maria semper Virgo.

Liberata per te est prima Parens antiqua maledictione. Non jam amplius illa in dolore pariet. Tu

Ἐκ τοῦ Καρόνος τῆς Κυριακῆς γ', τοῦ παραλύτου.

Τὴν τιμῶσαι ταύτην, ἀγνή, πόλιν σε πάντοτε πιστῶς περίσωζε κινδύνων ἀλώσεως Βαρβάρων, πολέμου ἐμφυλίου, καὶ μαχαίρας, καὶ πάσης ἄλλης ἀπειλῆς.

Ἄσπορον ἔσχες σύλληψιν, καὶ ὑπὲρ νοῦν τοκετὸν, Παρθενομήτορ ἀχραντε· ἔργον φρικῶδες, θαῦμα μέγιστον, ἀγγέλοις τιμῶμενον, βροτοῖς δοξαζόμενον, Κόρη Δέσποινα.

Ἡ ἀγνή, πῶς θηλάζεις; πῶς δὲ ἐγέννησας βρέφος τοῦ Ἀδάμ ἀρχαιότερον; πῶς ἐν ἀγκάλαις φέρεις υἱόν, τὸν ἐπὶ ὤμων Χερουδικῶν φερόμενον· Ὡς ἐπίσταται, ὡς οἶδεν ὁ τῷ πᾶν οὐσιώσας.

Τὴν ἄσπορον λοχεῖαν σου, ἀγνή, τὴν ἀκατάληπτον ὑμνοῦμεν γέννησιν, μακαρίζοντες ὡς Μητέρα σε τοῦ Ποιητοῦ πάντων καὶ Δεσπότη.

Ὁ πάντα θεῖον νεύματι φέρων κραταίται, Θεοτόκε Παρθένε, ἐν ταῖς ἀγκάλαις σου, πάντας ἡμᾶς ἀρπάζων χειρὸς δουλείας τοῦ πονηροῦ, ὡς οἰκτιρῶν.

Παρθενοῦεις τεκοῦσα ὑπὲρ λόγον τὸν πρὸ πάντων αἰώνων γεννηθέντα ἐκ τοῦ ἀνάρχου Πατρὸς ἀββεύστως. Διὰ τοῦτο, ἀγνή, σὲ μακαρίζομεν.

Τόμον σε πάλαι ἐθεάσατο Ἡσαΐας, Ἄειπάρθενε, ἐν τῷ δακτύλῳ τοῦ Πατρὸς Λόγος ἀχρονος ἐγγέγραπτο, ἐκ πάσης ἀλογίας σώζων ἡμᾶς, τοὺς λόγους σε ἱεροῖς ἀνυμνοῦντας.

Φωτοφόρου προήλθε νηδύος σου μέγας ὁ Ἥλιος Χριστὸς, καὶ τὸν κόσμον ἐφώτισεν, ἀχραντε, ἐπιλάμψεσι παιδραῖς, καὶ τὸ σκότος ἐξῆρε τὸ τῆς παραβάσεως· ὅθεν ὑμνοῦμέν σε πάντων ὡς αἰτίαν καλῶν, θεοσώμψευτε.

330 Ex canone *feriæ II, hebdom. IV.*

Incarnatum Dominum ineffabiliter ex tuo purissimo sanguine, Deipara, et propter nos morte in carne suscepta resuscitatum intuens e sepulcro,

(60) Non aliam ob causam B. Virgo dicitur *inculpata*, nisi quia fuit prorsus ab omni culpa immunis. Si autem B. Virgo fuit ab omni culpa immunis, ergo non solum ab actuali veniali, ut omnes concedunt, sed etiam, et multo magis, ab originali. Si enim Deus a venialibus culpis B. Virginem non fecisset immunem, nunquam ei inimica, et invisibilis fuisset, utpote habens in se gratiam sanctificantem, charitatem enim non expellunt leves defectus: at non

enim sine dolore, Dei Genitrix, Christum peperisti. Quare te merito felicem prædicamus, et Dominum glorificantes laudamus.

Ad te ipsum recepisti gentem sanctam, eos, qui erant longe a te faciens prope corpore a Virgine suscepto, o Salvator, et non populum tuum vocasti populum tuum divinum; propterea omnes te nunc adoramus, o omnipotens.

329 Ex canone *Dominicæ III, in Paralyticum.*

Urbem hanc, quæ te, o Virgo, semper fideliter adorat, tu undequaque tuere a periculis captivitatis Barbarorum, civilium bellorum tenebris, a gladio, atque infaustis omnium malorum angustis.

Seminis expertem habuisti conceptum, partum vero cogitatione superiorem, incorrupta Dei Mater. Opus stupendum, miraculum maximum, ab angelis honoratum, ab hominibus glorificatum, Virgo Domina.

Quomodo, Virgo, lactas? Quomodo genuisti parvulum Adam seniore? Quomodo in ulnis gestas illum qui gestatur supra humeros Cherubicos? Eo modo quem ipse scit et novit, qui rebus universis dedit esse.

Conceptionem tuam sine semine, o casta, partum tuum incomprehensibilem laudamus, Beatam Te nuncupantes, utpote Matrem Dei Factoris omnium ac Domini.

Qui nutu divino cuncta sustinet, tenetur, Deipara Virgo, tuis ulnis, omnes nos cripiens e servitute diaboli ut misericors.

Virgo perseveras postquam peperisti ineffabiliter genitum ante omnia sæcula sine successione ex Patre principio carente: propterea, casta, te beatam prædicamus.

Librum te olim vidit Isaias, o semper virgo, in quo digito Patris Verbum initio carens conscriptum est, quod ex omni irrationali actu et motu liberat nos sacris te verbis collaudantes.

Prodiit ex lucifera tua alvo magnus Sol Christus, et mundum illuminavit, o immaculata, radiis lætissimis, tenebrasque expulit transgressionis. Unde laudamus te ut omnium causam bonorum, o Dei Sponsa.

cum ingenti gaudio glorificasti et magnificasti.

Concepisti, inculpata (60), eum qui cuncta continet, eum ipsum carne generans qui deinde

reddendo immunem ab originali mortali, vi istius fuisset objectum condignum odio Dei, et filia iræ et abominationis. Si a venialibus non reddidisset immunem, adhuc jus relinqueret ad hæreditatem æternam, quæ est clara ipsius visio; at non reddendo immunem a peccati originalis infectione, excluderetur de facto a consecutione, illius gloriæ. Item positus in B. Virgine culpis levibus, minime dici poterat, maledictus dies, et hora in qua concepta fuisset: at originali existente vere

mortem trideana sua morte spoliavit. Quem ora, A ut animæ meæ vitia mortificet, meque saluum faciat.

Serva et libera civitatem ac populum confugientem ad te, Dei genitrix Virgo, quæ Christum peperisti, ex omni adversaria ira, et excidio, incursio-

diceretur maledicta conceptio B. Virginis sicut, et Job, et reliquorum hominum. Hinc Bustus in *Mariali*, serm. 7, de *Concept.* part. 1, ait: « Si Deus præservavit, et defendit Virginem gloriosam a veniali peccato, quod non privat gratia Dei, et stare potest cum charitate, ut dicunt theologi, in 4, d. 21, et hoc ut esset idonea Mater sua, et ob amorem quem ipsi ab æterno portavit: ergo inconveniens videtur credere quod permisit illam labi in originali peccato privante gratia divina. Non enim esset verus amor, si quis defenderet amicum suum, ne vel modicum leviter verberaretur, quem tamen per gulam suspendi, vel capite permitteret truncari. » Sic Bustus.

(61) Angelicus Doctor 3, p. q. 27, a. 2, illum locum Jobi III, ubi de diabolo dicitur *Expectet lucem et non videat, nec ortum surgentis auroræ*, in sensu litterali (etsi metaphórico) exponit de nocte peccati originalis his verbis: « *Expectet Lucem*, id est, Christum, et non videat, quia nihil inquinatum incurrit in Sapientiam, quæ est Christus, ut dicitur Sap. VII; *nec ortum surgentis auroræ*, id est, B. Virginis, quæ in suo ortu a peccato originali fuit immunis. » Sic ille. Cum autem, idem D. Thomas in cap. I Matthæi, duplicem ortum, seu nativitatem agnoscat, scilicet nativitatem in utero, quæ est primâ formatio, et nativitatem ex utero, qua quis exit in lucem: « Nasci de Matre, inquit, est in lucem prodire, in Matre nasci est ipsum concipi. » Ex hoc loco argumentum bonum elici posse videtur ad confirmandum fuisse sanctam, et immaculatam non modo Virginis nativitatem, ad quam eum locum refert S. Thomas, sed etiam Conceptionem? « Neque enim potest negari, inquit Valentia in III p. D. Thomæ, tomo IV, disp. 2, q. 1, puncto 2, quin vel maxime Conceptio ipsa Virginis fuerit quoque ejus ortus; rei namque ortum maxime dicimus esse ipsum rei principium. » Hinc Catherinus in sua Disputat. pro immaculata B. Virg. *Concept.* lib. 1, ad quosdam, qui adducunt hunc Jobi locum: *Expectet lucem et non videat, nec ortum surgentis auroræ*, et de peccato originali ibi sermonem esse asserentes, quod non vidit Lucem, quæ est Christus, quo illum penitus non conclusit, nec ortum, id est, Nativitatem surgentis Auroræ, quæ est Maria: inde inferbant, quod sola nativitas, et non conceptio Mariæ excipiebatur, et ab eo peccato erat immunis, in hunc modum respondet: Exponunt ortum Auroræ pro Nativitate Mariæ, quæ fuit ex utero; cur non potius pro illa quæ fuit in utero? Cur enim viri isti, ut sapissime, et multis locis contra Domine puritatem perpetuam agentes, ortum, et nativitatem pro ipsa conceptione accipiunt, atque exponunt etiam verbis, et mente auctorum repugnantibus, ut suo loco monstrabo; nunc autem, ubi ratio maxime suadebat, et pius favor Matri Dei, ortum auroræ pro nativitate, quæ ex utero, non quæ in utero, velint nos recipere, ut hoc Domine privilegium expugnent? At nos discimus potius pro gloria Regine nostræ simili modo exponere, sicut illa faciunt contra illam, ut ortum ipsum pro ipso primo ortu accipiamus, qui fuit in utero cum est concepta, quem ortum procul dubio atra illa peccati nox non vidit. Quod autem ita vere exponi debeat, primum facit, quod ipsa decenter pro aurora significatur, quæ Christi luci adjungitur, quæ certe simul cum est, cum luce ipsa est, nunquam est enim aurora sine

neque gentium, ut te, prout decet, hymnis honorantes magnificemus.

Ex canone feriæ III, hebdom. IV.

Sicut Aurora Solem in ulnis ferens, Virgo exorta et nobis in nocte sedentibus (61).

Ut Deificaret humanum genus Deus homo factus

lucē. Secundo facit et maxime, quod cum de stellis loquitur Job, per quas procul dubio sancti ipsi significantur, obtenebratas illas caligine noctis hujus pronuntiat? quod certe non videretur verum, si ortum ex utero etiam in quibusdam ipsorum spectarem, ut de Joanne Baptista, et Jeremia omnes concedimus, sicut scriptum est: « Antequam exires de vulva, sanctificavi te. » (*Jerem. 1, 5.*) Non igitur recte excepta fuisset sola aurora in ortu, tanquam peccato illius noctis libera, si per ortum posterior significaretur nativitas, cum et hoc de aliquibus stellis verum esset. Et tamen sanctissimus Job, ut illam luci, id est, Christo adjungeret, et super omnes stellas, id est, sanctos, singulariter magnificaret, solum ejus ortum excipit, ut stellas omnes præ illa obscuratas faceret. Sic Catherinus. Prædicta etiam Jobi verba a S. Thoma allata expendens Andreas Pintus Ramirez in suo opere *De concept. B. Virg.* n. 367, in hunc modum scribit: « Quam libere ortus ab utero hic explicatur, tam libere ortum in utero, id est conceptionem passivam, possumus explicare, et fortasse magis congrue vulgatam nostram (qui est optimus explicandi modus) aliis versionibus conciliantes. » Sanctes enim Pagninus Thomista fideliter ex Hebræo sic vertit: « *Expectet lucem, et non sit, nec videat splendorem auroræ.* » Ortus ergo apud nostrum interpretem splendorem significat, et splendor absolute de quovis Mariæ instanti venit usurpandus. Vatablus legit: « *Expectet lucem, et non adsit, nec videat palpebras auroræ.* » Has palpebras frustra ad nativitatem magis deferat, quam ad conceptionem. In re ergo dubia magis congrue ad honorem Virginis locus ducitur, quam trahitur ad impium. Sed audi quid pro littera Pineda ibi: « Inter reliquas translationes hæc palpebrarum illustrior est, quod oculum cæli respiciat: namque solem cæli oculum videtur aurora quasi post nocturnum soporem, et clausa lumina, iterum diductis, et apertis palpebris vigilantem, et videntem mundo reddere. » Divini ergo Oculi, id est, Verbi, palpebra erit Maria, si Aurora est ex mente D. Thomæ, et quis tanti Oculi palpebras lippas, et conniventes quandoque existimabit? Si nihil in Divinam lucem Christum incurrit inquinatum, cur ejus Mater, ubi lux ista, tanquam inter palpebras, nobis fulguravit, denigratur? Si Maria Aurora est Solis immaculati, cur maculata, imo oppetens, quod Concepta appetit, profanatur? Majus est, quod voluit B. Petr. Dam. ad hunc locum serm. de Assumpt. « Hæc est, inquit, Aurora, quam ille non vidit, qui vidit omne sublime, ut erat B. Job, ut illi multa suppressione claudatur dicens: *Non videat ortum surgentis Auroræ.* Sicut Aurora terminum noctis, et diei principium adesse testatur, sic et Virgo noctem expulit sempiternam. » Minus enim congrue tam multa suppressione, id est abstrusione, clausa dicitur Aurora nostra, si ipsas appetentis illius primitias dæmon oppressit: minus congrue clauderetur, si hostis primum illius ostium reseravit. Absit: non solum non tetigit, sed nec eam videre ausus est princeps superbæ sublimitatis spectator; quam jam se suosque oppressuram, et æterno clausuram carcere pertimebat. Hactenus Ramirez. Vide S. Thomam in psalm. XLV, ubi explicans de B. Virgine illa verba: « Adjuvabit eam Deus mane diluculo, » inquit, Deum Mariæ existendi adhuc in utero, auxiliatum fuisse: « Et

est ex te, inculpatisima Virgo, quem pulcherrimum a sepulcro prodeuntem, victorem Orci conspexisti lætitia exundans.

Lucis datorem peperisti Dominum porta facta

Ἐκ τοῦ Καρόνος τῆς τετάρτης τῆς ἑβδομάδος δ' ἐν τῇ Μεσσηνιατικῇ.

Μόνη ἐχώρησας τὸν Κτίστην τὸν ἴδιον, Θεογεννητορ, ἐν γαστρὶ, καὶ σαρκὶ ἐκύησας ἀφράστως, καὶ Περθένοσ ἔμεινας, μηδὲν τῆς παρθενίας λυμανθείσης· τοῦτον, ἀγνή, ὡς Υἱὸν σου καὶ Θεὸν ἀπαύστως ἰκέτευε ὑπὲρ τῆς ποιμνῆς σου ἀεὶ.

Εἷς τῆς Τριάδος ὢν, γενόμενος σὰρξ ὠράθησ, οὐ τρέψας τὴν οὐσίαν, οὐδὲ φλέξας τῆς τεκούσης τὴν ἀφθορον γαστέρα, Θεὸς ὢν ὅλος καὶ πῦρ.

Ἡ ἐν γαστρὶ τὸν Θεὸν ἀπερίγραπτον χωρήσασα, Θεόνομφε Παρθενομήτορ ἀγνή, μὴ παύση προσθεύουσα ὑπὲρ ἡμῶν, ὅπως διὰ σοῦ βουθῶμεν τῶν περιστάσεων· πρὸς σὲ γὰρ ἀεὶ καταφεύγομεν.

Γέγονεν ἡ κοίλια σου ἀγία τράπεζα ἔχουσα τὸν οὐράνιον ἄρτον, ἐξ οὗ πᾶσ ὁ τρώγων οὐ θνήσκει, ὡς ἔφησεν ὁ παντὸς, Θεογεννητορ, τροφεύς.

Παρθένον μετὰ τόκον ὑμνοῦμέν σε, παρθένον καὶ μητέρα δοξάζομέν σε μόνην, ἀγνή Θεόνομφε Κόρη· ἐκ σοῦ γὰρ ὄντως Θεὸς ἐσαρκώθη ζωοποιήσας ἡμᾶς.

Ἐν γαστρὶ σου ἐχώρησας τὸν ἀχώρητον Λόγον, ἐκ μαζῶν σου ἐθήλασας τοῦ κόσμου τὸν τροφέα, ἀγκάλαισ ἐβάπτασας τὸν παροχέα ἡμῶν, Θεογεννητορ ἀγνή.

Πῶσ ἐγέννησας, εἰπέ, τὸν ἐκ Πατρὸς ἀχρόνως προεκλάμψαντα, καὶ σὺν ἀγίῳ Πνεύματι ἀνυμνούμενον; Ἡ ὡσ οἶδεν ὁ μόνος εὐδοκίησας ἐκ σοῦ τεχθῆναι, Θεοτόχε.

hoc est quod dicit, quod auxiliatus est ei Dominus in ipso ortu matutino.

Andreas etiam Duvallius doctor Sorbonicus in suo tract. *De Conceptione B. Virginis*, afferens hæc Jobi verba : « Expectet lucem et non videat ; nec ortum surgentis auroræ, » quæ S. Thomas in sensu litterali, etsi metapharico, exponit de Christo, et de B. Virgine, ait : Sicut aurora propter proximitatem, quam cum sole habet, nunquam obtenebratur, ab eo quippe duntaxat quindecim gradibus, ex astrologis, semper distat ; sic neque anima Virginis, Deo tantopere proxima, ullius peccati, etiam originalis tenebris unquam est comprehensa. Nec respondeas, per ortum Auroræ intelligendam esse Virginis nativitatem, quæ proprie appellatur ortus, siquidem conceptio non minus, imo magis dici potest ortus, quam nativitas, cum ipsa sit principium existentiae, qua res dicitur ex potentia suarum causarum extrahi. Unde Lucæ 1, de Christo, qui adhuc utero Matris suæ detinebatur scribitur : *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Nec dicas fetum conceptum, et detentum adhuc in utero, nondum esse extra hanc causam, nempe Matrem, quam certum est, esse causam per se : et hinc est, quod ipse fetus non habeat angelum custodem, donec sit egressus ex utero ipso : itemque si Mater martyrium subeat, corona martyrii, ita ut Mater, donec

Lucis, quem e sepulcro fulgurantem intuita, repleta es gaudio. Ipsum exora ut mihi concedat, o Virgo venerabilis, luctum lætificum, futuræ consolationis pignus et causam.

331 Ex canone feriæ iv, hebdom. iv, in sanctam Mesopentecosten.

Sola comprehendere tuo utero potuisti Conditorem tuum, Dei Genitrix, et carne genuisti incorrupta virgo permanens, nec pudore usquam maculata. Hunc, Sancta, Filium et Deum tuum ne cesses exorare pro tuo grege.

Unus Trinitatis, etsi caro factus, agnitus es non mutasse, Domine, substantiam, nec ambussisse Genitricis incorruptum ventrem, cum Deus omnino et ignis sis.

Tu quæ in utero tuo Deum incircumscripibilem genuisti, o Dei Sponsa Virgo Mater casta, ne cesses intercedere pro nobis, ut per te a circumstantibus malis liberemur : ad te enim semper confugimus.

Fuit alvustuus sancta mensa habens cœlestem panem Christum, ex quo quicumque comederit, non morietur, ut dixit, o Dei Genitrix, universorum nutritius.

Virginem post partum laudamus te, Deipara : Virginem et Matrem glorificamus te, o sola casta Dei sponsa puella, ex te enim vere incarnatus est Deus, qui renovavit nos.

Ventre tuo comprehendisti, quem nullus comprehendit locus. Uberibus tuis lactasti mundi altorem : uluis portasti eum qui nos sustinet, Dei Genitrix Virgo.

Quomodo genuisti, age dic : Eum qui ante omne tempus ex Patre resplenduit, quinque cum Spiritu sancto glorificatur ? Certe ut ipse scit, ut solus voluit ex te gigni, Deipara.

stentiam distinctam ab ipsa Matris, quod autem matre indigeat, est tantum ut conservetur in suo esse, non autem ut simpliciter producat. Quod autem specialem angelum ad sui custodiam non habeat, est quia tunc eo non indiget : nullum enim aliud peccatum potest subire quam ex parte Matris, ut satis constat, ideoque alio angelo, ab ipso matris, opus non habet. Et licet, si martyrio mater afficiatur, coronetur etiam martyrio fetus ille, quem supponimus esse animatum, est, quia re ipsa propter odium Christi, et Christianæ religionis occiditur ad occisionem matris prægnantis. Ex quo colligitur fetum conceptum, et anima informatum, optime dici posse natum, et extra suas causas. Hactenus Duvallius. Bernardinus. Denique de Busto in *Mariali*, serm. 5, de *Concept.* part. III, probans B. Virginem fuisse in aurora præfigurata Cantic. vi, ubi dicitur : « Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens ? » ait inter alia : Aurora a lumine incipit, et semper in lumine crescit, quousque soli jungatur, et nunquam lumine privatur ; sic B. Virgo a lumine divinæ gratiæ incipiens, nullis unquam est peccatorum tenebris obscurata, sed semper in virtutum omnium claritate succrescens, tandem cum Sole Justitiæ dilectissimo Filio suo in cœlesti gloria mirandis circumdata fulgoribus est conjuncta. Sic ille.

Continuisti alvo tua, Virgo mater, unum Trinitatis, Christum regem, quem laudat universa creatura, quem tremunt supernæ turmæ. Hunc roga, augustissima, ut nostras animas salvet.

332 *Ex canone feriæ v, hebdomad. iv.*

Super te sapientia Patris æterni descendit sicut pluvia in vellus, o casta et incarnata citra mutationem, vias vitæ ostendit nobis scientibus te Virginem post partum et Matrem.

Mundi universi Domina effecta, Dei Genitrix, mundanis me scandalis et vitiis corporis, æternisque suppliciis gehennæ libera, ut te laudem.

O tua cogitatione superiora miracula, sanctissima Virgo! Tu enim peperisti incarnatum Deum, qui divina resurrectione sua cuncta salva fecit.

Ex canone Parasceve hebdomad. iv.

Sancta Dei Genitrix, quæ sanctum sanctorum Verbum principio carentis æterni Patris ex eo resplendens peperisti. Roga ipsum indesinenter, ut sanctificet et illuminet animas et corda nostra, qui desideramus te laudare.

Domus Dei agnita es, castissima Virgo Deipara (62), quippe illi carnem vere animatam ex tuo incorrupta sanguine largita, o immaculatissima, unde te honoramus.

Incarnatur Christus ex te, ineffabiliter Verbum existens Patris, Virgo Deipara, et crucifigitur vo-

Ex canone Dominicæ iv, in Samaritanam.

Salve, throne ignee; salve, candelabrum totum aureum; salve, nubes luminis; salve, Verbi palatium, et mensa spiritualis, quæ Christum panem vitæ digne portasti.

O Virgo Mater, quæ modo inexplicabili in tuo utero Deum universorum concepisti; et supra men-

(62) Sufficit dicere B. Virginem fuisse Domum Dei, ut intelligamus illam sine originali macula conceptam. Nam ut sanctus Thomas a Villanova serm. 3 *De Nativit. B. Virg.*, ait: « Non decebat Domum Sapientiæ aliquam in se habere labem, propter quod anima, cum infunderetur, nullam habuit ex carne, neque contraxit labem peccati. » Sic ille.

Ludovicus quoque Carvajalus in Declamat. expostularia pro Conceptione B. Virginis, in persona ejusdem Virginis in hunc modum loquitur: « Antequam ego formata essem in utero, sui destinata ut essem Mater Dei, et eum in visceribus matris formarer, tunc domus mea, tanquam domus Dei, fabricabatur, non tanquam spelunca Satanæ. » Sic ille apud *Armamentarium Seraphicum* pag. 42. Et in quodam Officio antiquo Immaculatæ Conceptionis apud *Hallinghem in Parnasso Mariano*, pag. 39, B. Virgo salutatur his verbis:

*Salve, Virgo sapiens,
Domus Deo dicata,
Columna septemplexi
Mensaque exornata,
Ab omni contagio
Mundi præservata:
Ante sancta in utero
Parentis, quam nata.*

Ἐχώρησας ἐν γαστρὶ σου, Παρθενομήτορ, τὸν ἕνα τῆς Τριᾶδος Χριστὸν τὸν ζωοδότην, ὃν ὁμνεῖ πᾶσα κτίσις, καὶ τρέμουσιν οἱ ἄνω θρόνοι· αὐτὸν δυσώπει, παρμαχάριστε, σωθῆναι τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

lena propter nos, et resurrectione post triduum fines orbis illustrat, cum quo te, ut par est, Beatam prædicamus.

Ex canone Sabbati hebd. iv.

Lacte nutris Nutritulum mundi, et portas in ulnis, o Virgo, illum qui divina potestate sua portat universum. Propterea te ut Deiparam laudamus.

Auxiliatrix eorum qui periculis urgentur, **Portus** et **333** Salus confugientium ad te, Dei genitrix sancta, eos qui cum fide te laudant, tuo patrocinio proteges, et ab omnibus malis libera per intercessionem tuam eos, qui fideliter modulantur laudes tuas.

Tu quæ gaudium peperisti, et mœstiliam exterminasti, laudatissima Domina, intercessionibus tuis divinam lætitiā impetra iis, qui te fide ferventi, ut vere Dei genitricem celebrant.

Te ut mundi Dominam obsecramus, Sancta (63), ut populum tuum liberes ab omnibus malis, fame, peste, vexatione hostili, quoniam tu præsidium inexpugnabile Christianorum es, Maria Virgo.

C *Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Κυριακῆς δ', τῆς Σαμαρειτιδος.*

Χαῖρε, θρονε πυρινα, χαῖρε, λυχνία πάγχρυσε, χαῖρε, φωτὸς νεφέλη, χαῖρε, παλάτιον τοῦ Λόγου καὶ νοσητὴ τράπεζα, ἄρτον ζωῆς ἀξίως Χριστὸν βαστάσασα.

Ἄνερμηνεύτω; συλλαβοῦσα ἐν τῇ γαστρὶ σου τὸν τῶν ὀλων Θεόν, Παρθενομήτορ, ὑπὲρ ἔννοιαν καὶ

(63) Hieronymus Lanuza Ord. prædicatorum, inter alias rationes, quas excogitavit ad probandam immaculatam B. Virginis Conceptionem, hanc nobis proposuit: Observavit S. Thomas, inquit ille, populo antiquo Deum abstulisse casuum et peccatorum occasiones, ut essent sancti, quia nasci ex illis Sanctus sanctorum debebat: « Sancti eritis, quia ego sanctus sum; et pedum, quibus gradiabantur, curam gessisse, ne in culpa vacuum incidere: *Pedes sanctorum suorum servabit.* Si ergo priscis illis, ne pedes illorum sordes contraherent, præibat ipse, mundando iter, et obviam offensiones seponendo, ob eam tantum causam, quod ex illis nasci debebat Christus; quanto magis Matri titubandi occasiones auferret, eamque præservaret a sordibus, ut in omnibus vitæ passibus sancta foret? *Pes tuus non impinget Dominus,* etc. Unde cum Deus jam ipsis vicinus esset, minime dubium est, quin eam puram, et sanctam in primo Conceptionis suæ gressu conservaret. Sic Lanuza, hinc Origenes homil. 1 in Matth. beatam Virginem non solum sanctam, sed plenissimam sanctitatem nuncupavit, ut sic innueret ipsam nullius peccati consortium admisisse. Qua enim ratione plenissima diceretur Mariæ sanctitas, si eam gratia vacuum fuisse aliquando concedatur?

λόγον τέτοκας, μείνασα παρθένος ὡς πρὸ τέκου, Θεόνημφε.

*Ακατάφλεκτον βάτον σε ὁ νομοθέτης ἐώρα πάλαι, Δανιήλ δὲ ὄρος ἅγιον κατενόει, μόνη Μητροπάρθενε Δέσποινα.

Σὲ πύλην ἀδιόδευτον, καὶ χώραν ἀγεώργητον, καὶ κιβωτὸν τὸ μάννα φέρουσαν, καὶ στάμνον, καὶ λυχνίαν, καὶ θυμιατήριον τοῦ ἁθλοῦ ἀνθρακος ὀνομάζομεν, ἀγνή.

Παρθένον μόνην τίχτουσαν, καὶ νηδὺν ἀφθορον τηρήσασαν ὑμνοῦμέν σε, ἀγνή, θρόνον Κυρίου, καὶ πύλην, καὶ ὄρος, καὶ νοσητὴν λυχνίαν, νυμφῶνα ἐλόφωτον τοῦ Θεοῦ, καὶ σκητὴν δόξης σαφῶς, κιβωτὸν τε καὶ στάμνον, καὶ τράπεζαν.

Μετὰ λοχείαν φρικτὴν παρθένος, ἀγνή, διεφυλάχθης, ἅγια Θεοτόκε· διό σε ἅπασα ἀγγέλων χορεία καὶ τῶν ἀνθρώπων γενεαὶ ἅπασαι ἀσιγήτοις ἀνυμνοῦσι φωναίς, χωρὶν καθαρὸν τοῦ ἔχωρήτου.

*Ανθρακι καθαίρεται ὁ Ἴσαϊας προκηρύττων τὸν νοσητὸν ἀνθρακα σαρκούμενον, Παρθένε, ἐκ σοῦ ὑπὲρ ἔνοιαν, καταφλέγοντα πάντων τῶν βροτῶν τὰ ὀλώδη ἁμαρτήματα, καὶ θεοῦντα· δι' οἶκτον τὴν φύσιν ἡμῶν, παναμώμητε.

Φωτὸς γενομένη οἰκητήριον, ἀγνή, καταύγασον τὰς κόρας τῆς ψυχῆς μου ἀμαυρωθείσας πόλλαῖς μεθοδεύαις τοῦ ἐχθροῦ, καὶ βλέψαι ἀξίωσον τρανῶς τὸ ἀναλάμψαν φέγγος ἐκ σοῦ ὑπὲρ ἔνοιαν καθαρᾶ καρδίᾳ.

Ex canone feriæ II. hebdom. V.

Lucis domicilium facta, o Virgo, illumina pupillas animæ meæ plurimis hostis insidiis obscuratas, et dignum me fac, ut clare videre possim puro corde illud jubar, quod ex te supra mentis captum effulsit.

Exortus est formosus ut Sponsus ex mortuis, qui bonitate sua cogitationes excedente, ex tuis visceribus incarnatus est. Quare visa cum apostolis resurrectione post triduum, illum glorificasti.

Quam venerabilis est partus tuus, o laudatissima, per quem nos omnes ab horribili damnatione libe-

(64) Porro B. Virgo Dei Thalamus minime undequaque, id est, omni ex parte, atque omni ex genere, luce coruscasset, si in ipso primo sui esse principio, tetrīs originalis peccati tenebris obvoluta apparuisset. De hoc autem Dei Thalamo loquens Bernardinus Bustensis in Mariali, serm. 6, de Conceptione, part. 1, ait inter alia: « Quis in lecto fetido, et immunditiis pleno, jacere potius assentiret, quam in strato mundissimo, et ab omnibus immunditiis elongato? Nemo enim præsumitur carnem suam odio habere (ut inquit Glossa in Rubrica. § In jus voc.). Beata igitur Virgo Maria quia thalamus divinæ fuit gloriæ, non fuit aliqua peccati sorde polluta. » Sic ille. Hinc sanctus Melito Asianus episcopus Sardensis, homil. de Transitu Virginis dixit: « Domine, præelegisti hanc ancillam tuam fieri immaculatum tibi thalamum. »

tis captum, verborumque conceptum, eundem peperisti: virgo, qualis ante partum fueras, o Dei Sponsa, permansisti.

Olim te rubum incombustum vidit legislator: Daniel vero te montem sanctum animadvertit, o Regina sola virgo et mater.

Te portam imperviam, et agrum a cultura immunem: et arcam manna continentem et urnam, et candelabrum, et immaterialis carbonis turribulum nominamus, o pura.

Virginem solam parientem, et vulvam incorruptam servantem: thronum Domini, portam, et montem; spiritale candelabrum, thalamum Dei lucidissimum, tabernaculum gloriæ manifeste; arcam, urnam, et mensam, te laudamus, o B casta.

334 Post partum venerandum Virgo, casta, conservata es, o sancta Deipara: propterea te omnes angelorum chori, atque hominum generationes universæ vocibus incessantibus collaudant, o pura sedes illius qui nullo potest loco contineri.

Carbone purificatus est Isaias, qui spirituales carbonem vaticinans prædicavit, ex te, o Virgo, inexcogitabili ratione incarnatum, qui materialia omnium peccata comburit, nostramque naturam misericorditer deificat, o immaculatissima.

O pura, quæ lucis habitaculum facta es, illumina pupillas animæ meæ, multis inimici insidiis obscuratas; et fac me dignum ut perspicue puro corde intueri possim nitorem ex te supra quam mente concipi possit, fulgurantem.

rati clamamus: Salve, o omnium hominum salus: salve, collapsi mundi erectio.

Eum qui mortuis inspirat vitam, ut vidisti, o immaculatissima, e sepulcro redivivum cum gloria, repleta es dulcedine animi, clamans: Fili mi et Deus mi, magnifico tuam cogitatione superiorem benignitatem.

Ex canone feriæ III. hebdom. V.

Incaratus visus est ex sanguinibus tuis ineffabiliter, o castissima, supersubstantialis Deus, et reputatus inter mortuos ille qui est omnium vita, potenter resurrexit: **335** quem tu cum vidis-

Ubi satis insinuare videtur (inquit in suis *Exceptionibus*, cap. 13, P. Joan. Eusebius Nierembergus) immunitatem Virginis a peccato originali. cum dixerit non solum electam immaculatum Dei thalamum, sed præelectam, nimirum per singulare puritatis privilegium a principio suæ Conceptionis. Eandem a peccato originali immunitatem insinuare vult, Joannes Geometra in *Catena Græca* ad cap. 1 Luc. dum Mariam appellavit Thalamum præpurum. Et auctor hymni Græci apud Buteonem, et Raynaudum in *Nomenclatore Mariano*, dum eandem nuncupavit « Thalamum Verbi incontaminatum, et Thalamum undique relucens. » Quomodo enim Thalamus præpurus, incontaminatus, atque undique relucens, si impuritati, sceditati, atque obscuritati peccati originalis fuisset aliquando subiectus?

ses, animi alacritate repleta es, eundem magnificans.

Jesum quem corpore induisti supra cogitationem, casta Domina, resuscitatum intuens e mortuis, clamabas : Quam speciosa pulchritudo tua, Fili mi, per quam ad antiquam formam Adam nunc mutatus renovatur,

Luminis tui radiis dissipa meæ ignorantiae, Deipara, caliginem, ut fidei vocibus prædicem perpetuo mirabilia tua.

Ex canone feriæ iv. hebdomadae v.

Qui secundum propriam naturam invisibilis erat, visibilis est factus incarnatus ex te, inculpatisima Domina, et crucem mortemque volens sustinuit.

Quæ Dominum Deum peperisti vitæ mortique dominantem, da nobis, o casta, dominium evadere insidiantis nostræ liberati maligni hostis.

Ut porta lucis ex orei penetrabilibus solem intuita exortum, Virgo, et collustrantem terminos terræ, divina completa es suavitate, inculpatisima.

Ex canone feriæ v. hebdomadae v.

Cum Filium tuum e sepulcro resurgentem vidisses, o Virgo inviolata (65), cum illius apostolis gaudebas, cum quibus te glorificamus.

Serva me ab igne gehennæ et ab aeterna damnatione, immaculata : frange perturbationum mearum vehementem procellam, et dirige me ad tranquillos vitæ portus.

Vidisti Christum resuscitatum cum mulieribus unguenta ferentibus, et converso in gaudium luctu, illum glorificabas. Unde alta voce te felicem prædicamus, Dei Genitrix.

337 *Ex canone Dominicæ v, in Cæcum a Nativitate.*

Alvum tuam conjugii expertem inhabitavit Dominus, o Virgo, per viscera miserationum suarum salvum facere volens hominem corruptum astutia inimici. Hunc igitur obsecra, ut civitatem hanc omni excidio liberet, et incursione gentium.

Virginali ex ventre peperisti Deum incarnatum, a quo impetra, sanctissima Domina, ut misereatur nostri.

Partum tuum, incorrupta, natura superiorem glorificamus, beatam te, inculpatisima, fide prædicantes, tanquam Dei universorum Genitricem.

Quomodo peperisti sine virilis copulæ experimento, o casta Virgo Mater? quomodo nutristi eum, qui universas nutrit creaturas? Ut ipse solus novit, qui universi est auctor et Deus.

(65) Illic titulus Inviolatæ, non solum ostendit B. Virginem fuisse illibatam in corpore per integritatem virginitatis, sed etiam illibatam in anima per immunitatem a peccato originali. Unde P. Joan. Eusebius Nierembergicus in suis *Exceptionibus*, pag. 476, observat sanctum Leonem papam in Epistola ad Julianum Coensem, quæ exstat apud Binium in concilio Chalcedonensi, dum in ea vocat

Ex canone in Parasceve hebdomadae v.

Sancta inculpatisima, sanctum in sanctis quiescentem enixa, hunc ut vidisti e sepulcro fulgentem sicut sponsum ex thalamo, extulisti laudibus, benignitatem ejus commendans.

Sicut ex te prodiit Deus in aspectum, Virgo, minime resignatis virginitatis tuæ signaculis; ita e sepulcro emicuit signati lapidis inviolata sigilla linquens, quo viso superabundasti gaudio benedicens divinam ejus potentiam.

Eum qui nutu fert cuncta Deum utero gestasti, Virgo, factum hominem per suam misericordiam, Deo gratissima. Quem enixe roga ut illuminet corda nostra beatificantium te tanquam castam vere Dei Genitricem.

Ex canone Sabbati hebdomadae v.

Excedit omnem cogitationem divinus partus tuus: universorum enim factorem et Deum in carne paris, quem precare, o Domina, pro eorum, qui laudes tuas canunt, salute.

Virgo post partum, ut et ante partum fueras, o casta, apparuisti. Leges enim in te naturæ, o immaculata, immutatæ sunt. Propterea te, o casta, fideles beatam dicimus.

Virgo in utero concepit mundi unum imperatorem Deum humana indutum carne, quam ut imperatricem orbis et Dominam, merito celebramus.

Inopinatum in te miraculum existit, Deipara, mater enim eadem et Virgo nulla unquam a sæculo, præter te, visa est, quæ Deum incarnatum enixa, Virgo post partum permansisti: quamobrem cuncti te fideles pie laudamus.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Κυριακῆς ε', τοῦ τυφλοῦ.

Μήτηρ σου ἀπειρόγαμον τὴν σὴν κατόκησεν, ἀγνή, Κύριος διὰ σπλάγχνα οἰκτιρῶν σῶσαι βουλόμενος τὸν φθαρῆντα ἀνθρώπον ταῖς μεθοδαῖς τοῦ ἐχθροῦ· αὐτὸν οὖν ἔχευε τὴν πόλιν ταύτην σώζεσθαι πάσης ἀλώσεως καὶ ἐχθρῶν ἐπιδρομῆς.

Παρθενικῆς ἀπὸ γαστρὸς ἀπεκύησας Θεὸν σεσαρχωμένον, ὃν κατοικτεῖρησαι ἡμᾶς αἰτῆσαι, παναγία Δέσποινα.

Τὸν τόκον σου, ἀχραντε, τὴν ὑπὲρ φύσιν δοξολογοῦμεν μαχαρίζοντες πίστει σε, πανάμωμε, ὡς Θεοῦ τῶν ὅλων λοχεύτριαν.

Πῶς τέτοκας μὴ γνοῦσα, Παρθενομήτορ ἀγνή, πείραν ἀνδρός, θεοχαρίτωτε; πῶς τρέφεις τὸν τὴν κτίσιν τρέφοντα; Μόνος ὡς ἐπίσταται αὐτὸς τοῦ παντὸς Ποιητὴς καὶ Θεός.

Mariam inviolatam, ita appellare, quia nulla sordet, tum ejus mens, tum ejus caro lesa fuit, cum hoc inviolatæ nomine plus utatur S. Leo ad significandam integritatem spiritus, quam illæsionem corporis, atque idcirco sæpe in suis epistolis vocat Deum inviolabilem, quippe qui nulli corruptelæ obnoxius sit tanquam impassibilis.

Τὰ μεγαλεῖά σου, ἀγνή, τίς διηγῆσεται; Θεὸν γάρ A ἐν σαρκὶ ἔτεκες, ὑπερφυῶς κόσμον διὰ τοῦ θυόμενον, Παρθένη πανάμωμε, ἀπὸ πάσης ἀμαρτίας.

Μετὰ τὴν κύησιν παρθένος ὤφθης, ἀγνή· Θεὸν γάρ ἐγέννησας καινοτομήσαντα φύσεις, ἀχραντε, τῇ δυνάμει αὐτοῦ, ὃν ἐκδυσώπει σωθῆναι πάντας ἡμᾶς.

Παρθένη ἀχραντε, θεοχαρίτωτε, τὸν σὸν δυσώπει Υἱὸν διὰ παντὸς μὴ με καταισχύνοι ἐν ἡμέρᾳ τῆς εἰκῆς, ἀλλὰ συναριθμῆσαι τοῖς ἐκλεκτοῖς προβάτοις.

Φανείσα πλατυτέρα οὐρανῶν, Παρθένη ἀγνή, ἐχώρησας Θεὸν σωματικῶς τὸν ἀπερίγραπτον, καὶ ἐκύησας πάντων ἀπολύτρωσιν τῶν πίστει ἀδιστακτῶ ὑμνούντων σε.

Ex canone seriae II, hebdom. VI.

Aurora, Virgo, fuisti Solis intelligibilis justitiæ, B per quem ex ignorantie tenebris sumus eruti.

338 Libera nos a supplicio ac damnatione æterna, nos qui te laudibus extollimus (66), o pura Dei Genitrix.

Propitium effice nobis, incorrupta Virgo, tuum Filium et Deum omnium, nobis, inquam, fide te laudantibus.

Ex canone seriae III, hebdom. VI.

Domine sancte, qui ex casta Virgine natus es,

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς τετάρτης τῆς ἑβδομάδος 5', ἐν τῇ προνορτία τῆς Ἀναλήψεως.

Φωτοφόρον ὄχημα τοῦ Ἡλίου σὺ τοῦ νοητοῦ γεγένησαι ἀληθῶς, ἀχραντε ἀγνή, δι' οὗ αἱ καθήμενοι ἐν τῷ σκότει ἐβλεψαν τὸ φῶς τῆς ἐπιγνώσεως, κατα- C χρέως σε δοξάζοντες.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς πέμπτης τῆς ἑβδομάδος 5', ἐν τῇ Ἀναλήψει τοῦ Κυρίου.

Ἀχραντε Μητέρα Θεοῦ, τὸν σαρκωθέντα ἐκ σοῦ, καὶ ἐκ τῶν κόλπων τοῦ Γεννήτορος, μὴ ἐκφρατήσαντα Θεὸν, ἀπαύστως πρόσθευε ἐκ πάσης περιστάσεως σῶσαι ὅς ἐπλασεν.

Ἰκέτευε ἀπαύστως, ἀγνή, τὸν προσεθόντα ἐκ λαγόνων σου ρυσθῆναι πλάνης διαδόλου τοὺς ὑμνούντάς σε Μητέρα Θεοῦ.

Ἡ Παρθένος ἔτεκε, καὶ τὰ μητέρων οὐκ ἔγνω, ἀλλὰ μήτηρ μὲν ἐστι, παρθένος δὲ διέμεινε, ἦν ἀνυμνούντες, Χαῖρε, Θεότοκε, κραυγάζομεν.

(66) Sat est dicere B. Virginem fuisse Dei Genitricem, ad hoc ut eam a quacunque impuritate, non solum peccati actualis, sed etiam originalis omnino liberam atque immunem intelligamus. In ignominiam enim Christi redundasset, ut inquit 3, p. q. 27, angelicus doctor, si ipse non præservasset Genitricem suam a culpa veniali, quia infamia matris in filium redundat. Ergo in ejusdem Christi majus dedecus vergeret, sinendo propriam Matrem impuritate culpæ originalis coinquinari. Nonne plus per illud recessisset a Filio, utpote sancto per essentiam, et magis accessisset ad Belial, majusque cum illa commercium contraxisset, quam per peccata venialia, etiamsi in infinitum commisisset? Si Dei Filius consuluit honori suo, animam, et uterum undequaque pulchrum suæ Matris ab omni levis-

Magnalia tua, o sancta, quis enarrabit? Deum enim carne peperisti supernaturaliter, qui per te liberat mundum, inculpatisima Virgo, ab omni peccato.

Post partum, Virgo apparuisti, sancta, Deum enim genuisti naturam immutantem, o incorrupta, virtute sua; quem semper deprecare ut salvos nos faciat.

Virgo immaculata Deo gratissima, tuum exora Filium semper ne me confundat in die judicii, sed annumeret electis ovibus.

Visa capacior cœlis, Virgo sancta, comprehendisti corporaliter Deum incircumscripsum, et peperisti in redemptionem omnium, qui fide nil dubitante laudant te.

crucifixus autem et sepultus es voluntarie, et a mortuis resurrexisti, per ejusdem preces omnibus misericordias tuas demitte.

Supplex precare incarnatum ex te Verbum, ut nostri humiliatorum misereatur, o Deipara Virgo.

Lucem nobis de luce, o Virgo inviolata, genuisti, atque infidelitatis tenebras minuisti, unde nos universi te fidei vocibus collaudamus.

Ex canone seriae IV, hebdom. VI, in vigilia Ascensionis.

Vehiculum Luciferum Solis spiritualis tu facta es revera, o Virgo inviolata, per quem illi, qui in tenebris sedebant, viderunt lumen scientiæ te pro dignitate glorificantes.

Ex canone seriae V, hebdom. VI, in Assumptionem Domini nostri Jesu Christi.

Inviolata Dei Mater, Deum ipsum ex te incarnatum, absque eo quod Genitoris sui sinum dereliquerit, assidue deprecare, ut ab omni periculo servet quos creavit.

Roga indesinenter, o sancta, productum ex visceribus tuis, ut liberet a fallaciis diaboli laudantes te Matrem Dei.

339 Virgo peperit, nec, quæ matrum sunt, est experta, sed mater quidem est, virgo autem permansit, quam laudantes, Ave Deipara, clamamus.

D simo peccato actuali liberum conservando, quia Sapientia non intrat in corpus subditum peccatis; quanto magis exigit Filius idem corpus, eandem animam pulchram, ita ut nunquam denigrata, aut infecta fuerit lethali culpa originali? Hinc in quodam Officio antiquo Immaculatæ Conceptionis apud Balinghem in Parnasso Mariano, pag. 41, sic canitur:

*Decebat tam nobilem
Natum præcavere
Ab originali
Labe Matris Evæ
Almam, quam elegerat
Genitricem vere
Nulli prorsus sinens
Culpæ subjacere.*

Virginem post partum te laudamus o Deipara : A tu enim Deum Verbum incarnatum mundo peperisti.

(67) Te rubum incombustum, et montem, et scalam animatam, et portam cœlestem merito glorificamus, o Maria gloriosa, orthodoxorum gloria.

Qui natus est de Virgine, quam Deiparam effecit, benedictus sit Deus patrum nostrorum.

Filium ac Deum ob suam plurimam misericordiam de Virgine natum, per quem Spiritus paracletus fidelibus missus est, sacerdotes laudate.

Ave, Deipara, Mater Christi Dei, quem peperisti, hodie e terra evolantem cum angelis videns, magnificabas.

Ex canone serie vi, post Assumptionem.

Castam casti laudemus populi, speciem Jacob B divinis actionibus illustremus, et religiose laudamus tanquam Matrem Dei nostri.

Commune fidelium propitiatorium, promptum ac paratum hominum auxilium, pontem ad Creatorem traducentem, per quem omnes ad salutem transvehuntur, Dei Matrem glorificemus.

Præsens cum divinis discipulis, castissima, et videns quem genuit e terra exaltari, clamabat : Revertere ad Patrem principio carentem tu, qui replevisti omnia gloria tua, o sole Domine gloriosissime.

340 *Ex canone Sabbati post Assumptionem.*

Arcem in te ad refugium habemus, o Virgo, quin et promptuarium, unde salus perfecta et divitiæ C in animas nostras angustiis pressas effunduntur. Lumine enim tuo semper lætificantur, o Domina, et nunc nos et a vitis et a periculis serva.

Non relicto Patris sinu in tuo gremio Verbum reclinatam est ab irrationalitate nos liberans, o Virgo, canentes, Domine Deus.

Deipara castissima, animæ meæ vulnera, et peccati cicatrices absterge, et purga fontibus illis qui ex Filii tui latere manant, atque laticibus ex eo-

(67) Quare B. Virgo dicatur *Rubus incombustus*, optime inter alios explicat B. Ludovic. Bertrandus, ord. Prædic. in *Serm. de Conceptione* part. iv, p. 4, dum ibidem ait : « Domina nostra in sua Conceptione ab originali labe præservata fuit. Hæc est itaque rubus ille Moysis, qui ardebat, et non consumebatur. Ardebat hæc, nam more reliquorum ab Adamo descendentium ex semine virili et ardore concupiscentiæ fuit concepta, verum incombusta, ac a communi peccati originalis incendio remansit illæsa. » Sic ille. Cui favet S. Theodotus Ancyranus in homil. 2, de *Nativit. Salvatoris*, lecta in synodo Ephesina S. Cyrillo præsentate, dum ibidem comparans Virginem cum rubo ardenti inquit : « Dic mihi, quid est vilius, rubusne an uterus virginis, ab omni passione peccati purus? » Rubus enim Mariæ expresse fuit similitudo. Si ergo (subdit in suis *Exceptionibus* Nicrembergius) vilem illam arbusculam ita Deus ipse olim insedit, ut eum illi splendorem, eam gloriam, eam mirandam integritatem induxerit, qua quæso, ratione Virgi-

Παρθένον μετὰ τόκον ὑμνοῦμέν σε, Θεοτόκε ὡ γάρ τὸν Θεὸν Λόγον σαρκὶ τῷ κόσμῳ ἐκύησας.

Βάτον σε ἀκατάπλεκτον, καὶ ὄρος, καὶ κλίμακα ἔμφυχον, καὶ πύλην οὐράνιον ἀξίως δοξάζομεν, Μαρία ἐνδοξὴ, ὀρθοδόξων κτύχημα.

Ὁ ἐκ παρθένου τεχθεὶς, ἦν Θεοτόκον ἀπειργάσατο, εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ τῶν πατέρων ἡμῶν.

Τὸν Υἱὸν καὶ Θεὸν, διὰ τὴν αὐτοῦ πολλὴν εὐσπλαγχνίαν σαρκωθέντα ἐκ παρθένου, ὑφ' οὗ τὸ Πνεῦμα τὸ παρακλητικὸν διεγγέλθη, ἱερεῖς ὁμνεῖτε.

Χαῖρε, Θεοτόκε, Μητέρα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃν ἐκύησας, σήμερον ἐκ γῆς ἀνιπτάμενον σὺν ἀγγέλοις ὄρωσα, ἐμεγάλυνες.

dem latere fluentibus emunda. Ad te enim clamo, ad te confugio : te invoco gratia plenam.

Vocem tibi Gabrielis cum omnibus angelis offerimus : Ave, palatium lucidissimum Regis : Ave, quæ terram cœlis, Virgo, conjunxisti, per quam salvamur, qui scimus te virginem Dei matrem.

Ex canone serie ii, ante Pentecosten.

Totus dulcedo, totus desiderabilis tuus Filius Christus est Dominus, immaculata Virgo, quem instanter ora cum innumerabilibus sanctorum, qui sursum habitant, virtutibus, ut amaritie peccatorum animas perdente liberet nos.

Ex canone serie iii, ante Pentecosten.

Inarata Terra, quæ germinasti nutritium Universitatis, Eum qui manum aperit, et implet orane animal benedictione, divina virtute confirma per panem vitalem corda **341** languida, et nauseantia saturitate gravium nostrarum offensionum.

Speciosum forma peperit te, Salvator, speciosa puella, quem cum illa videret in passione non habentem speciem neque decorem, in lamenta erumpens aiebat : Stupore percellor, Fili mi, considerans inexcogitabilem humiliationem tuam, per

nem nostram obsederit, aut potius possederit? Quem illi nitorem, quam puritatem, quam lucem intulerit, quando eam ita ab omni peccati affectione immunem præstitit? Vide S. Theodorum, novum confessorem, in *orat. de Nativit. Virginis*, ubi Deiparam appellat Rubum consertum igni miraculum, quem rubigo peccati non tetigit; et Ambrosium Catharinum in *Disp. de Concept. B. Virg. ad Patres* ord. Prædic., lib. iii, circa finem ubi cum B. Virgine loquens his utitur verbis : « Tu Rubus ille ardens et incombustus, quem Moyses videns admiratur, in quo non minus corporis quam mentis perpetuam tuam ac laudabilem virginitatem agnovit Ecclesia. » Vide etiam Bernardinum Böstensem in *Mariali* serm. 6, de *Concept. part. iii*, ubi in rem nostram ita fatur : « Salamandra in igne permanet, et per illum transit, et tamen non comburitur, nec caloris ardorem sentit, sic intemperata Mater Dei in lumbis parentum igne peccati ardentium permansit, et per illos transit, et tamen illius peccati ardorem in se non recepit. »

quam naturæ hominum humiliatæ largiris salutem. A humanam naturam, immaculatam, Deum corporans,

Ex canone feriæ iv, ante Pentecostem.

Corporatus ex te prodiit Deus Verbum, o immaculata, lapsum primorum parentum per viscera misericordiæ reparans.

Ex te Dei Sapiencia, domum sibi ipsi fabricata, incarnata est ineffabili demissione, Virgo nuptiarum expers. Tu enim una ex cunctis generationibus electa es in incorruptum incorrupti habitaculum Verbi (68).

Luminis receptaculum fuisti, o pura, splendentis ante luciferum ex Patre, et in te habitaculum fligentis temporibus novissimis, nostramque ferentis humanam formam, et illam sine permistione deficiantis. Propter quod te omnes, ut Dei matrem, magnificamus.

Ex canone feriæ v, ante Pentecostem.

Refugis confictam, et corruptione collapsam

(68) Favet Nicolaus Cusanus S. R. E. cardinalis, libr. v *Exercitat.* ad illa verba: *Cælum et Terra transibunt*, dum inquit: « Virgo gloriosa, cum esset prædestinata ante sæcula, ut ex ipsa reciperet Dei Filius naturam humanam, ut Dei Filius fieret filius hominis: ita concepta est, ut dignum ad hoc habitaculum fieret. Induere se debuit Deus humanitate Mariæ, quare humana natura Virginis digna facta est ab initio. » Sic ille. Et Gulielmus Pariensis Junior, sive Bitontinus in *Postillis majoribus de festo Conceptionis*, q. 3, dum ait: « Virgo Maria debebat fieri speciale habitaculum Dei. Ergo debebat specialius præparari. Sed si concepta fuisset in peccato originali, non fuisset specialius præparata. Igitur non fuit concepta in peccato originali. Sic Gulielmus. Hinc Fulbertus Carnotensis in *Serm. de Nativit. B. Virginis*, ait in rem nostram: « Hoc igitur cum primis astruere fas est, quod anima ipsius, et caro, in qua elegit sibi habitaculum Sapiencia Dei Patris, ab omni malitia et Immunditia purissima fuerunt: affirmante Scriptura, quod in malevolam animam non introibit Sapiencia, neque habitabit in corpore subdito peccatis. » Hæc Fulbertus. Cujus verba videtur desumpsisse D. Thomas 3, p. q. 27, a. 4, ad probandam Virginis puritatem actualem, sed Fulbertus (ut in suis *Exceptionibus* cap. 5, notat Nierenbergius) puritatem originalem iis stabilire contendit, quod in aliis locis uberius expressit: et quod majorem vim habere videtur ad suadendam immunitatem a peccato originali, quam a veniali, dubitari non debet, cum corpus efformatum ac conceptum in peccato originali, magis sit subditum peccato, quam quod unum admittat veniale, si non contraxisset originale. Velasquez de Maria Concepta libr. 1, Dissert. 3, annot. 7, n. 4, afferens illam Ecclesiæ orationem: « Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriosæ Virginis Mariæ corpus, et animam, ut dignum Filio tuo habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante præparasti, » ait inter alia: Notanter quidem corporis et animæ Mariæ mentionem fecit, quæ Spiritus sanctus ad dignum Filii Dei habitaculum præparavit, quin dubium sit, quod de prima sui formatione Ecclesia loquatur, ne tardus præparator habitaculi Spiritus sanctus fuisse videretur, qui peregrinum hospitem, et quidem serum hostem prius habitaculum intrare, et conspurcare permiserit. Sic ille. Speciale habitaculum Dei debet speciali modo præparari. Sed B. Virgo fuit speciale habitaculum Dei tam secundum corpus, quam secundum animam. Ergo speciali modo debuit præparari. Quo autem speciali modo præparata fuisset,

et supra naturam pariens sine tactu nuptiali, cui clamamus: Gloria, Christe, virtuti tuæ.

Porta Dei clausa, per quam solus intravit Altissimus, dirige me in vias Dei, et aperi mihi salutis portas, o Deo gratissima; ad te siquidem, o Virgo, confugio, unicum præsidium generis humani.

342 Parce mihi, Christe, cum veneris gloriosus ad judicandum mundum: dissipa nebulam passionum mearum per intercessionem Genitricis tuæ, et fac me hæredem cœlestis regni tui.

Ex canone Parasceve ante Pentecostem.

Humanam naturam ex Virgine tanquam vestem suscipiens, o Verbum, propter summam misericordiam tuam, eandem tanquam firmum tegumentum ac parietem dedisti nobis semper, qui te Deum hominumque amatorem esse cognovimus.

Præter legem naturæ legis datorem parturis,

si in originali peccato fuisset concepta? Ingens profecto pondus habet oratio missæ pro Virginis conceptione, qua Ecclesia Romana usa est, ut habetur in Missali, cui titulus: « Missale ad usum Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ recens diligenti studio recognitum Lugduni anno 1545, » et in Officio Conceptionis B. Virginis per magistrum Leonardum de Nogorolis edito, et per Sixtum IV, pont. max. approbato, quam refert et in ea vim facit Ambrosius Catherinus lib. II, *Disput. pro immaculata Virginis conceptione* hunc in modum: « Audi, quæso, orationem, quam consulto et ex certa scientia recepit jam olim Ecclesia, et agnosce quam perspicue declaret quod dicimus: Deus qui per immaculatam Virginis conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparasti, » etc. Sic ille. Observanda enim est series dictionis, qua per immaculatam Mariæ conceptionem dignum a Summo Patre Filio suo præparatum habitaculum dicitur, quasi aliter non fuerit dignum. Tolle ergo immaculatam Virginis conceptionem, tolles et dignum Filii Dei habitaculum, tolles etiam et Dominicæ incarnationis sacramentum. Pone vero immaculatam Mariæ conceptionem, et videbis statim cum impolluta eum qui sanctificat universa, nam ut nunquam ante sanctissimam Mariam divinæ carnis assumptioni repertum est habitaculum, ita ubi repertum est, humanam carnem assumpsit Deus. Nisi fuisset Filius, cui dignum erat a Patre habitaculum præparandum, non fuisset immaculata Virginis conceptio, nec alia immaculatae conceptionis causa, fons, et origo, quam Dei Filius. Porro Deiparam Virginem fuisse sine originali macula conceptam, eo quod ipsa fuerit in Dei humanitatem habitaculum præparata, disertis verbis affirmavit L. Germanus patriarcha Constantinopolitanus in Menæis Græcorum die 9 Decembris et in suo *Mariali* fragm. 9, dum dixit: « Hodie in visceribus Castæ Annæ concipitur Maria Dei Filia, præparata in habitaculum universalis Regis sæculorum. » Quid enim est Mariam in visceribus S. Annæ conceptam esse Dei filiam, nisi conceptam esse in gratia, et per consequens, conceptam sine peccato originali? si enim in originali peccato concepta fuisset, non jam concepta Dei filia, sed concepta filia diaboli, et filia iræ (quod Christianæ aures audire horrent) prædicari posset. Filia autem Dei sine originali peccato concepta est, non aliam ob causam, nisi quia præparata in habitaculum universalis Regis sæculorum. Oportuit enim eam, quæ Dei singulare habitaculum futura erat, esse incontaminatissima puritate fulgentem, atque ab omni omnino labe alienissimam.

Virgo, legis umbras dissipantem, et gratiæ fulgores affundentem. Quare me lege peccati, o Virgo, qua nunc gravissime exagitor, solutum, concede vacare liberum laudando liberatori meo Domino.

Vas lucis illuminantis totum Orbem sola ostensa

Ex canone Dominicæ Pentecostes.

Salve Regina, maternitatis et virginitatis gloria, nullum quippe os, licet disertissimum ac facundissimum in dicendo, valet te pro dignitate celebrare. Hæret autem, et quodammodo vertigine laborat omnis mens in partus tui consideratione, quam-obrem te cum affectu gloriosam prædicamus.

343 *Ex canone feriæ v, post Dom. Pentec.*

Ex Spiritu sancto, casta, concepisti eum qui ante tempus resplenduit; Verbum ex Patre ingenito, et hunc per summam bonitatem incarnatum peperisti. Dei genitrix Mater Virgo.

Ex canone in Parasceve post Pentec.

Montem lucidissimum, montem umbrosissimum, montem pinguem, et incaseatum dilexit Deus, te scilicet, o Virgo sancta; salvos fac servos tuos.

Architecta mundi divina Sapientia, ex te, o puella, templum Spiritus sanctus ædificavit, salvare volens ex fidei præscripto viventes.

Spiritus sancti thalamus facta es, o Deipara, ex quo mundi Opifex Verbum Patris processit homo,

(69) De hoc vase loquens Bustus in *Mariali* serm. 8, de concept. parte 1, ait ex S. Antonino archiepiscopo Florentino: « Ordinans vas ad sacrificium altaris, conservat ipsum a maculis, hoc enim est valde decens. » Hæc ille, scilicet Antoninus. « Sed Virgo Maria (subdit Bustus) fuit vas Deitatis. Ergo deuit ut præservaretur etiam a macula originali. » Vide S. Cyprianum in Orat. de Nativitate Domini, ubi appellans B. Virginem *vas electionis* natura nobiscum communicans, non culpa: « Nec sustinebat justitia, inquit ille, ut illud vas electionis communibus laxaretur injuriis, quoniam pluribus a cæteris differens, natura communicabat, non culpa. » Quis enim hic non videat Cyprianum supposuisse puritatem originalem beatissimæ Virginis? Culpa namque communis, cui descendentes ab Adamo subjiciuntur, tantum est originalis, non vero venialis. Hanc enim aliqui, saltem infantes, non commiserunt, cum quibus si Virgo culpa non communicavit, evidens est, eam non fuisse obnoxiam originali, ac de illa potissimum intelligi debere Deiparam communibus injuriis non fuisse offensam. Sanctus etiam Chrysostomus Orat. in Annuntiat. non aliam ob causam Deiparam vocat *Vas incontaminatum*, nisi quia originalis peccati contaminationem non habuit, sed ab hac tanti mali miseria immunis fuit. Quis enim absolute appellet incontaminatum, quod aliquando, et quidem turpissime, contaminatum fuit?

(70) B. Virginem sine Originalis peccati macula fuisse conceptam, eo quod inter nos, et Deum Mediatrix futura esset, colligit Bartholomæus Pisanus, *De laud. B. V.* libr. 1, fructu 7, dum ait: « Maria Dei Mater debebat esse mediatrix inter nos et Deum, scilicet ejus Filium, et ejus Filium inter nos et Deum; ergo carere debebat quolibet vatio, et

es (69), immaculata inculpatisissima Maria Deipara. Quare, oro te, illumina obtenebratam vitæ deliciis miseram animam meam, quo, sicut in die, per vias Dei ambulem.

Ἐκ τοῦ Καρόνος τῆς Καριακῆς τῆς ἁγίας Περτηκοστῆς.

Χαίροις, Ἀνασσα, μητροπαρθένων κλέος· ἅπαν γὰρ εὐδύνατον εὐλαλον στόμα ῥητορεύσει, οὐ σθένει σε μέλπειν ἄξιως· διγγιᾶ δὲ νοῦς ἅπας σοῦ τὸν τόκον νοεῖν· ὅθεν σε συμφώνως δοξάζομεν.

B et nobiscum conversatus nunc manifestavit Trinitatis cognitionem.

Ex canone Sabbati post Pentec.

Spiritus sanctus in te purum virginitatis sacramentum descendens, effecit splendidum, et sanctissimum tabernaculum Filii excelsi, beatissima.

Incarnationis Verbi organum divinum, o veneranda, Spiritus sanctus cum obumbravit tibi, te arcam divinam, illustrem effecit, et adornavit, o Virgo benedicta, quæ Deum in carne peperisti.

Terrestre quoddam cælum apparuisti, sancta, cæleste Verbum ventre concipiens, quod in terra conversatum est.

Deum hominibus, Virgo, conciliasti mirabiliter, inter **344** Eum, et nos mediatrix interveniens (70).

macula, qua erat discordia, qua e peccato originali et omni alio. » Sic ille. Bernardinus etiam de Busto in suo *Mariali*, serm. 6, de concep. parte 1, in hunc modum loquitur: Quodcumque est inter aliquos inimicitia, pro reconciliatione convenit accipere tertium, nisi ille sit offensi amicus, multo minus autem talis mediator, debet esse particeps delicti, per quam participationem sit et ipse dolosus: nam inimici amicus, inimicus est, et ideo ei, tanquam inimico, non credendum. Virgo itaque quæ debebat mediare inter humanam naturam, et Christum venturum, non debebat esse rea et conscia delicti, alioquin esset indigna reconciliatrix, dicente Gregorio in *Moralibus*: Cum is qui displicet ad interpellandum mittitur, irati judicis animus ad iracundiam provocatur. Missa est ergo Virgo benedicta a Patribus exsilio damnata tanquam digna reconciliatrix ad Deum, quæ si non esset digna, poenam mereretur. Sed quia non est repulsa, imo iratum Deum placavit, dignissima inventa est, et per consequens, sine originali culpa. Christus ergo inter Patrem et populum mediavit, Virgo inter Filium et delinquentes; quod si ipsa peccavisset, ubi esset spes nostra? Ubi reclinatorium capitis nostri? Si Mater esset rea, quid nobis servis esset inutilibus? Desperare possemus, ubi ipsa privilegio singulari puritatis non polleret. Sic Bustus. Cui his verbis subscribit Pelbartus in *Stellario B. Virginis*, lib. iv, part. ii, a. 3: Mediatrix est Maria inter Christum, et homines, medium autem debet participare cum extremis, 5, *Phys.*; ideo congruit, ut ipsa Maria mediatrix generis humani in conceptione assimilaretur hominibus, in naturali, scilicet, propagatione communi, et hoc non obstante assimilaretur Christo capiti in hoc, ut per gratiam præservetur a peccato originali. Sic Pelbartus.

Per te enim, sanctissima, coierunt in unum quæ A prius dissidebant. Cœlestis siquidem, et divinæ hæ-

reditatis, et voluptatis misericorditer facti partici- pes sumus.

Ἐκ τοῦ Κανόνος τῆς Κυριακῆς μετὰ τὴν ἀγίαν Πεντηκοστήν, ἐν ἣ ποιεῖται ἡ μνήμη τῶν ἁγίων πάντων.

Ex canonicè Dominicæ post sanctam Pentecostem in qua celebratur memoria omnium sanctorum.

Γνώμην ἀνδρείαν αἱ παρθένοι, πάντα γνε, ἀναλα-
θοῦσαι σαφῶς, μαρτυρικοὺς ἀθλοὺς ἀκλινῶς μιμού-
μεναι, καὶ ψαλμικῶς ὀπίσω σου τῷ Υἱῷ σου, Παρθένε,
ἐνθέως συναγαλλόμεναι τῷ παμδουλοῦ προσηνέχθη-
σαν.

Virilem palam animum virgines assumentes, o- castissima, certamina martyrii fortiter subierunt, et juxta psalmum post te, Virgo, Filio tuo summo Regi latantes oblatae sunt.

Παρθενικῆς ἀπὸ γαστρὸς τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν Λόγον ἀπεγέννησας ἡμῖν, Θεομήτορ, ὃν νεάνιδες ἀγαλ-
θεοπρεπῶς ἐπόθησαν, καὶ σοῦ ὀπίσω πᾶσαι τούτῳ σαφῶς ἠκολούθησαν.

Virgineo ex ventre Deum ex Deo Verbum pro- genuisti nobis, Dei Mater, quem adolescentulæ castæ Deo digne dilexerunt, et post te palam om- nes secutæ sunt.

Νύμφη Θεοῦ γέγονας, Θεογεννήτρια τὸν γὰρ B τούτου Λόγον προαιώνιον σωματικῶς τέτοκας ἡμῖν, ἐν ᾧ καὶ γυναῖκες ἀγίως πολιτευσάμεναι, καὶ ἄλλοις παμποικίλοις διὰ σοῦ κοσμηθεῖσαι τῆς προμήτορος πτώσιν ἀνώρθωσαν.

Sponsa Dei fuisti, Dei Genitrix, ejus enim Ver- bum ante sæcula genitum corporaliter peperisti no- bis. In quo et mulieres sanctæ vita perfectæ, et variorum certaminum coronis per te ornatae, primæ parentis lapsum emendarunt.

Ἵπερθαύμαστον τόκον τὸν σὸν ἀγαπήσασαι γυναῖ-
κες πάνσεμναι, τὰ τερπνὰ τοῦ βίου εἰς οὐδὲν ἐλογί-
σαντο, πάντα γνε, τῆς αὐτοῦ καὶ μόνης ἐρωτικῶς ἐπι-
θυμοῦσαι ἀγλαίας καὶ θείας ἐλλάμψεως.

Admiratione omni superiorem partum tuum am- plexæ sanctissimæ mulieres, jucunda mundi nihil habuerunt, castissima, solam ejus adamantes spe- ciem divinis radiis illustrem.

Μητέρα παναληθῆ Θεοῦ σε πάντες γινώσκουμεν, εἰ ἦς φύσις γυναικῶν ῥωσθεῖσα, πανάμωμε, Χρι-
στοῦ ὑπερήθλησεν, ἀρετῆς τε πάσης εὐσεβῶς γέγονεν ἔμπλεως.

Veram Dei Matrem te omnes agnoscimus (71), o immaculatissima, per quam roborata natura mu- liebris pro Christo certavit usque ad mortem: vir- tuteque cumulata omni religiose vitam duxit.

(71) Qui B. Virginem agnoscunt veram Dei Ma- trem, decens etiam est, eos ipsam agnoscere ab C omni prorsus originalis peccati labe immaculatis- simam. Nam ut optime argumentatur Thomas Argentinensis, lib. iii, d. 3, q. 1, a: c Decuit Filium Dei Virginem Matrem, a macula originali præservare, quia hoc decuit Filium Dei in propria Matre observare, ad quod obligatur quilibet purus homo ex præcepto divino. Sed quicumque filius posset matrem suam præservare etiam a minori malo, quam fuerit originalis culpa, ipse ad hoc teneretur ex præcepto divino, quia alias non hono- raret Matrem, neque in maxima necessitate illi subveniret. Ergo, etc. Illud igitur quod decet ali- quem facere, et nullam habet de impotentia excu- sationem, si hoc non facit, aliquo modo pro incon- venienti sibi poterit imputari. Sed Virginem præ- servare ab omni macula Dei Filium decuit, et ipse hoc potuit. Ergo aliquo modo inconveniens esse videtur, si hoc non fecerit. Ita Argentin. Cui consonat Ambrosius Tarvisinus, sive Spiera, Serm. in Sabbatis, considerat. 2, conclus. 3, in hunc modum scribens: c Servavit Deus populum suum ab aquis maris Rubri, et per quadraginta annos eorum vestimenta et calceamenta illesa servavit, et hoc propter dignitatem populi sui: et quomodo Matrem propriam ab omni macula non præservasset propter dignitatem maternitatis suæ. c Sic ille. Sed de immunitate B. Virginis ab originali macula, ra- tione divinæ maternitatis, optime omnium Ambros. Catharinus in *Disput. de conceptione B. Virginis* ad Patres ord. Prædic. lib. ii, cap. ult. ubi ait: Dico audacter, volente Deo, quod si B. Virgo con- sideretur secundum naturæ suæ conditionem, secundum quam erat filia Adæ ex semine in se ipso odioso, vel digno odio concepta, et propagata, absque dubio ex se digna fuit intelligi sub Adæ peccato cum reliquis. Si vero consideretur ut Ma- ter Dei, et illa, quæ erat paritura Salutem mundo, pium, et pulchrum est credere, quod fuit digna

omnino eximi a tanto malo, ut Salus, quæ ab illa erat, sibi primum, et summo modo prodesset, præ- veniendo, et occurrendo ante malum potius quam postmodum vindicando. Quod si quærat ergo quis: Quo ergo modo consideranda est? Nunquid ut filia Adæ, ut sit cum peccato, an ut Mater Christi, ut ab eo sit præservata? ego quidem a Scripturis di- scens, hac parte non considerabo illam, ut Adæ filiam, sed ut Christi Matrem: Aliam enim penitus in ea geneologiam non lego in Scriptura, nisi quod Christi sit Mater. Patrem autem ejus, et matrem a Scriptura nequaquam didici. Ergo hoc plane in- nuit his, qui capere volent, et quibus est intelli- gentiæ spiritus, ut ita a nobis consideranda sit, sicut Scripturæ illam nobis præferunt, et osten- tant. Similiter enim est, quod de Melchisedech ad- vertit Paulus, quod essent in Scripturis, et pater, et mater ejus sub silentio missi, et ipse absque genea- logia, eo quod Christum significaret Dei Filium. Cum igitur non sine hujus veritatis, ac mysterii doctrina (ut certo scio, videre poterunt quibus sunt beati oculi) occultatum sit pater, et mater Domine nostræ, et solum ostensa palam nobis ut Christi Mater in Scripturis sanctis, ut agnosceremus illam, quod gratia non solum naturam superavit, sed absorbit, et ad nihilum redegit; confidenter assero quod Do- minus ab initio cum videret omnino ex rigore le- gis debuisse illam similiter cum aliis a gratia sua excidere, singulari prærogativa excipiens eam, no- luit videre hoc malum in ea, quam in Matrem in- narrabili gratia præelegerat, ut hinc omni honore dignissima censi posset. Noluit tantæ Matris statum et debitam perpetuo gratiam quovis modo mutare, aut ab unius facto adeo indigne sub discri- mine pendere, siquidem longe æquius, et divinæ sapientiæ congruentius, ut in Filio suo perpetuæ charitatis oculo respiceretur, quam in parente ali- quando sub ira quasi peccatrix agnosceretur. Hac- tenus Catharinus.

Mariam inviolatam et sanctissimam Dei genitricem adolescentulæ universæ cum affectu nunc choreas ducentes magnis vocibus exsultant, laudantes illam, quæ nobis perennis gaudii fontem produxit.

Dissidentium conciliatrix reipsa probata es. Per te **345** siquidem contubernales angelorum in cælis homines sunt. Idque testatur sanctorum omnium ordines, nunc cum ipsis celebrantes tuum partum, Virgo Deipara, canticis æternis.

Cum letitia universæ mulieres divina sapientes feliciter initiatæ in Christo, et Spiritu sancto, Virginem inviolatam veramque Dei Matrem, quæ nos ab Evæ primæ parentis maledictione redemit, religiose circumstantes, ejusdem fructum laudibus extollunt in sæcula.

Ex alio canone ejusdem Dominicæ post Pentecosten.

Currus Lucifer, et illustre habitaculum, o castissima, ipsis Cherubim sublimior facta es, dum Deum in ulnis gestasti: propterea ad te omnes clamamus, o casta, Salve, o omni benedictione cumulatissima.

Portam spiritualis Lucis te, Dei Mater, nominamus, per quam ingressus est ad nos Christus speciosus apparens splendoribus divinitatis, occultatus in stola carnis, invisibilis ut Deus, in forma autem nostra visibilis.

Maledictionem Evæ Matris omnium tuo, Virgo, partu abrogasti, quæ mundo benedictionem protulisti Christum. Quocirca te gaudentes ore, et mente Deiparam proprie confitentem, beatam prædicamus.

Universus chorus a Deo eruditorum prophetarum, mysterium ineffabilis et divinæ incarnationis ex te factæ Dei Verbi prænuntiavit, Virgo Mater. Tu enim verissimi, et antiquissimi consilii arcanum divulgasti.

Symbola partus tui tres pueri in fornace ceciderunt. Ut enim illi permanserunt in igne illæsi, permansisti et tu virgo, concepto licet in tuo ventre,

(72-74) Si dicatur *Apostolus, Protomartyr, Philosophus, Urbs*, statim per antonomasiam Paulum, Stephanum, Aristotelem, Romam intelligimus. Et si solitarie scribatur vel pronuntietur hoc epithetum *immaculata*, ut sæpissime pronuntietur a Josepho, statim intelligitur B. Virgo; hic enim titulus est illi proprius, atque antonomasticus, sed ratione præsertim immaculatæ conceptionis. Hinc auctores *Armamentarii Seraphici pro titulo Immaculatæ Conceptionis*, col. 153, observant, nunquam ab Ecclesia vel doctorum aliquo sanctorum quempiam, Christo Domino, et ejus sanctissima Matre exceptis, *immaculati* appellatione fuisse insignitum, saltem per modum cognominis, aut tituli: quamvis non desint, qui beatum Joannem Baptistam a levissimis etiam venialibus peccatis pie liberum asserant. Ex quo arguitur B. Virginem, ratione præsertim præservationis ab originali macula immaculatæ appellationem sortiri, et ex eo, quod sola fuerit in instanti suæ conceptionis a peccato originali immunis, ad hunc cognominis omnem maculam excludentis honorem ascendisse.

(75) Hæc ratio (scilicet quod B. Virgo, ex eo

A *Μαριαν την ἄχραντον, καὶ παναγίαν θεογεννητριαν αἱ νεάνιδες πᾶσαι χοροῖαν θείαν ἄμα στησάμεναι, μεγαλοφώνως Ἀγάλλου, ἐδόθησάν σοι, ἡ τῆς χαρᾶς τὴν πηγὴν ἡμῖν ἐβλύσας.*

Ὡράθης διεστῶτων συναπτικῆ· διὰ σοῦ γὰρ ἀγγέλοις ἐμόσκηνοι ἐν οὐρανοῖς ἄνθρωποι γεγονάσιν ἀληθῶς, καὶ μαρτυροῦσι τάγματα πάντων τῶν ἁγίων νῦν σὺν αὐτοῖς, ὑμνοῦντες τὸν σὸν τόκον, Παρθένε θεοτόκε, ἐν αἰωνίοις μελωδήμασι.

Μετ' εὐφροσύνης ἅπασαι γυναῖκες αἱ θεόφρονες καὶ τελειωθείσαι ἐν Χριστῷ καὶ τῷ Πνεύματι, Παρθένον τὴν ἄχραντον καὶ ἀληθῆ Μητέρα Θεοῦ, τὴν ἐκ τῆς κατάρας τῆς προμήτορος Εὔας ἡμᾶς λυτρωσάμενην, εὐλαβῶς παραστᾶται, τὸν ταύτης ἀνυμνοῦσι καρπὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

B benedicta, igne inexstinguibili, Deo videlicet Patrum nostrorum.

Quis de excessu misericordiæ tuæ non vehementer obstupescat, **246** o Verbum æternum? Propter nos egenus factus es, cum esses dives, et in utero sanctæ Virginis tanquam in tabernaculo habitasti: propterea te adorantes concinimus:

Salve virginitatis gloria, salve, Mater Dei inviolata, quam universæ creaturæ divinis canticis magnificamus.

Ex canone in Dominica Cæci, quinta post Pascha.

C Virginalem uterum tuum Dominus habitavit, o casta, per viscera misericordiarum salvare volens hominem corruptum insidiis inimici. Ipsum ergo deprecare, ut hanc civitatem ab omni expugnatione, et incursu hostili defendat.

A virginali utero Deum incarnatum peperisti, quem deprecare, o Domina sanctissima, ut nobis misereri dignetur.

Partum tuum qui fuit supra naturam (72-74), o immaculata, glorificamus, beatam te cum fide appellantes (75), o ab omni labe immunis, tanquam Dei omnium Genitricem.

quod fuerit Dei Genitrix, fuerit etiam omnimoda puritate ornata, et ab omni tam actuali quam originali labe immunis), licet alicui solum congruens videatur, pluribus tamen videtur concludens, ut in sua Theoria § 50, inquit P. Jo. Eusebius Nierembergus. Et cur, quæso, in Conceptionis Immaculatæ festo nil de Maria, nisi divinam ejus maternitatem Ecclesia in Evangelio proponit, dicens: « De qua natus est Jesus? » Quid divinæ maternitatis (inquit Celada, in *tractat. de Esthere figurata*, cap. II, § 343), ad Conceptionem purissimam dudum peractam? P. Alphonsus Salmeron, vir in omni litteratura in paucis excultissimus, tom. III, in *Evang. tract. 30*, hæc super re ita granditer scribit: *De qua natus est Jesus, etc.*, Mariæ siquidem maternitas (ut ita dicam) conceptionis illius comes fuit et administra. Quid sublimius? quid augustius quam divina maternitas, qua Virgo Deipara vero dicitur, et est vera Dei Genitrix? Vis nosse puritatem, et dignitatem immaculatæ conceptionis Deiparæ? pensita verba hujus magni doctoris: Mariæ maternitas (ut ita dicam) conceptionis illius comes fuit et administra. Ne reputes temporis divortium

Quomodo, o casta Virgo Mater, Deo charissima sine **348** virili copula peperisti? quomodo eum nutristi, qui creaturas nutrit universas? quomodo solus ipse novit, qui universi est Creator, et Deus.

Quis magnalia tua enarrare possit, o Virgo casta? Deum enim in carne supernaturali ratione peperisti; qui per te, o Virgo castissima, a peccatis mundum retrahit universis.

Post partum virgo, casta, permansisti, Deum enim genuisti, o inviolata, qui potentia sua innovavit naturas: quem supplex ora pro omnium nostrum salute.

Virgo immaculata, Deo charissima, tuum Filium deprecare assidue, ne me in die iudicii confusione perfundat; sed cum electis ovibus annumeret.

O Virgo casta quæ cœlis latior apparuisti, continuisti corporaliter Deum, qui circumscribi non potest; et eundem peperisti in redemptionem omnium qui te firmissima fide collaudant.

Ex canone in feria II, post Dominicam v Paschæ.

Luciferum vehiculum solis intellectualis vere facta es, o casta et immaculata; per quod, sedentes in tenebris lumen scientiæ viderunt, te pro debito gloriosam appellantes.

Ex canone in feria IV, post eandem Dominicam.

Dominum omnium peperisti, o Domina ab omni labe immunis (76), qui voluntariam passionem su-

inter Mariæ conceptionem, et Dei maternitatem: nam etsi conceptio quindecim annorum spatio maternitatem anteverterit in Dei mente, et mysteriorum prævisione, maternitas conceptionis est comes, nec computanda est sine maternitate conceptio: concipitur enim mox Dei Mater digne futura. Unde divina maternitas futuræ Dei Matris conceptioni adest, ut affinitatem cum peccato præpropere arceat et avertat. Nec tantum divina maternitas comes adest, sed etiam Marianæ conceptionis administra, scilicet tantus gratiæ et gloriæ nitor in Deiparæ purissima conceptione sciutillat, ut Dei maternitas, quæ est omnium Mariæ gratiarum matrix, non dedignetur puritati conceptionis velut ministrare: siquidem singulare et prælustre gratiarum omnium privilegium in conceptione Virgini præmature concessum, ex divina maternitate auguste nascitur. Gratiæ enim tunc naturam præpropere autevertit, ut digna Filii Dei Mater conciperetur. Ergo infinita dignitas, et gratia divinæ maternitatis, velut comes, et administra adest immaculatæ Virginis Deiparæ conceptioni. Hæc Celata.

* Apud Maraccium deinceps leguntur *Theotocia* ex alio codice deprompta; quæ cum eadem sint omnino cum *Theotocis* supra ex Paracletica Græcorum expressis, nobis omittenda erant, quamvis Maraccius ea ob varietates quasdam admisserit. Edit.

scepit, et ad Patrem suum ascendit, quem tamen non deseruerat, quamvis carnem suscepisset.

Beatus factus est venter tuus, o purissima, digna namque fuisti continere eum modo ineffabili; qui inferiorum **349** ventrem mirabiliter evacuavit; quem pro salute nostra dum te laudamus, exora.

Christus, qui te, o Dei Genitrix, Virginem incorruptam post partum conservavit, ascendit ad Patrem, quem non dereliquerat, licet carnem assumpsisset ex te præditam anima intellectuali, propter ineffabilem misericordiam.

Laudamus, o casta puella, conceptionem tuam; laudamus partum ineffabilem, per quem a corruptione, et perditione, ac tenebroso inferni carcere liberati sumus.

O stupore plena miracula! quomodo Deum continuisti, o Deo charissima, qui est incomprehensibilis? qui carnem ex te emendicavit, et cum plurima gloria hodie in cœlum assumptus homines deificavit?

Ecce Filius tuus, o Deipara, morte per suam crucem spoliata, resurrexit tertia die; et cum apparuisset discipulis suis, ad cœlestia emigravit; cum quo te adorantes laudamus, et glorificamus in omnia sæcula.

Lux de luce coruscans, ex te, o mundissima, exorta est; et universam infidelitatis obscuritatem dissipavit; et iis qui in nocte dormiebant, illuxit: propterea universi te pro merito beatam appellamus in æternum*.

(76) Cum esse ab omni labe immunem, sit infimum Christi omnium supremi, Christus enim cum sit justus, duo habet quæ justum hominem constituunt, scilicet declinare a malo, et facere bonum, sine peccato esse, et virtutibus abundare: quamvis enim sine peccato esse quid magnū sit, majus tamen est gratia et virtutibus abundare, et omni perfectione esse præditum. Unde angeli boni non distinguuntur inter se ex eo quod non contraxerint culpam, nam nullus eorum deliquit, sed juxta majorem, vel minorem eorum gratiam, sublimiorem, vel inferiorem locum obtinent in illa æterna beatitudine. Cum etiam Christi Mater Virgo beatissima sit supremum omnium, qui sub Christo capite vivimus, ut nemo negabit, et supremum infimi attingat infimum supremi, manifestum est quam decens sit, ut ipsa B. Virgo sit omni labe immunis, ut Christus. Christus quidem ex natura, ex privilegio tamen ejus mater, ut locus Christo in ea locando conveniret. Vide pro hac re Nierembergium in *Theoria*, § 10, non longe a principio.

ΚΑΝΩΝ ΕΙΣ ΦΟΒΟΝ ΣΕΙΣΜΟΥ (1)

Ὁ ἡ ἀκροστιχίς·

Ὁ Χριστὲ τῆς γῆς τὸν κλόνον παῦσον τάχος Ἰωσήφ.

CANON IN TERRÆ MOTUS PERICULO.

(Apud Goar. *Eucholog. Gr.* p. 785 ed. Paris; Daniel. *Thesaur. hymnol.* III, 111.)*Canticum primum. Tonus obliquus secundus. « Velat A Ὁδὴ α', ἤχος πλ. β'. « Ὁς ἐν ἡπείρῳ πεζεύσας. » in terra pedibus procedens. »*

Quam timenda ira tua est, e qua, Domine, nos exemisti, dum in terra minime statum nostrum obruisti: propterea te cum gratiarum actione laudamus.

Qui sincera nostra correptione continuo gaudes, ad instar levis folii terram omnem, in timore fideles tuo confirmaturus, coequis, Domine.

Gravi terræ motu nos omnes libera: et hereditatem tuam, te patientem Dominum plurimis iritantem offensis, ne perire permittas.

In Deiparam.

Suppliciter tibi, Mater Dei, clamamus, solitos compassionis affectus civitati, et populo, exhibito; gravissimo terræ motu, et interitu cunctos exime.

Canticum secundum. « Videte, videte. »

Terra solo tuo aspectu concussa, Rex omnium, animis nostris timorem incussisti: verum furorem tuum, misericors Dominator, remitte, et populum tuum ruinæ cuncta devastanti ne tradas.

Pro populo omnimoda debitorum verbecundia aperto, et jamjam perniciem expectante, quis te exorabit? ab ea, Christe, tua misericordia, nos exime.

Terrorem tuum nunc, aspectu tuo fundamentis terræ concussis, Christe, manifestasti: verum solitam tibi, misericors, clementiam exhibe, ne misere pereamus.

In Deiparam.

Quis solus absque te, illibata Virgo, iratum nobis Deum reconciliare potest? Hac de causa, preceare, sanctissima, ut terræ fragorem perniciem nobis minitantem sedet.

(1) Subito etiam et vehementi terræ motu concussos, et conturbatos animos, Ecclesia suis orationibus erigit et firmat. Inter cunctos vero memorandus est ille qui Theodosii Junioris tempore contigit et quo talis elades imminabat, ut Constantinopolis cives ruinam ædificiorum veriti, in campo extra urbem aliquo spatio morati fuerint. De illo D precibusque tunc actis refert Nicephorus lib. xiv, cap. 46: Συνεχεῖς δεήσεις συνάμα βασιλεῖ τῷ Θεοδοσίῳ καὶ Πρόβλῳ τῷ πατριάρχῃ προϋόμενοι, καὶ

Ὁς φοβερά ἡ ὀργὴ σου, ἐξ ἧς ἡμᾶς ἐλουτρώτω, Κύριε, μὴ συγχωρήσας ἐν τῇ γῆ ἅπαν τὸ ἀνάστημα ἡμῶν. Εὐχαρίστως σε διὸ ἀεὶ δοξάζομεν.

Χαίρων ἡμῶν καθ' ἕκαστην τῆ παντελεῖ διορθώσει, Δέσποτα, ὡσπερ φύλλον εὐτελὲς διατελεῖς ἄπισαν τὴν γῆν, εἰς τὸν φόβον σου πιστοὺς στηρίζων, Κύριε.

Ῥῦσαι σεισμοῦ βαρυτάτου πάντας ἡμᾶς, καὶ μὴ δόξης, Κύριε, ἀπολέσθαι παντελῶς τὴν κληρονομίαν σου πολλοῖς παροργίζουσιν κακοῖς σε τὸν μακρόθυμον.

Θεοτόκιον.

Ἰκετικῶς σοὶ βοῶμεν, Μῆτερ Θεοῦ, τὰ συνήθη σπλάγχνα σου ἐπὶ πόλιν καὶ λαὸν συμπαθῶς δεικνύουσα, σεισμοῦ βαρυτάτου καὶ φοβῆς πάντας ἀλλάξον.

Ὁδὴ β'. « Ἴδετε, ἴδετε. »

Σείσας προβλέπει σου πᾶσαν τὴν γῆν, παρθασιλεῦ, ἐνέβαλες εἰς φόβον ἡμῶν τὰς διανοίας. Ἄλλ' ἄνες, Δέσποτα οἰκτίρων, τὴν ὀργὴν σου, καὶ μὴ δόξης εἰς παντελεῖ ἀφανισμὸν τὸν σὸν λαόν.

Τίς δυσωπήσει σε, ὑπὲρ λαοῦ παντοδαπῶν αἰσχύνης ὀφλημάτων ἀεὶ καλυπτομένου, καὶ ἀπολέσθαι προσδοκῶντος τῇ ὀργῇ σου; ἐξ ἧς ἡμᾶς, Χριστὲ, τῷ σὺ ἐλεεῖ ἐξελοῦ.

Ἐδειξας φόβον σου νοῦν, Χριστὲ, τῇ φοβερᾷ προβλέπει σου σαλεύσας τῆς γῆς τοὺς θεμελίους· ἀλλὰ συνήθως δεῖξον πάλιν, ἐλεῆμον, τὸ ἔλεος τὸ σὸν, μὴ ἀπολλύμεθα δεινῶς.

Θεοτόκιον.

Τίς μόνος ἄνευ σου δύναται, ἀχραντε ἀγνή, Θεὸν ἀγανακτοῦντα καθ' ἡμῶν καταλλάξαι; διὸ δυσώπει, παναγία, παῦσαι τάχος τὸν κλόνον τῆς γῆς γεννῶντα διεθρον ἡμῖν.

λιτῆς ἀγομένης πάντες σύνδακρυς ἐκ βάθους τὸν ἄνωθεν ἔλεον ἐκκαλοῦμενοι: Una cum imperatore Theodosio et Proclo patriarcha continuis precibus incumbentes, et supplicatione publica celebrata omnes collacrymabantur, et ex profundo intimoque animo misericordiam supernam invocabant. In Occidente autem notissimus is fuit, qui eodem tempore, renovandæ Rogationum piæ consuetudini S. Mamerto Viennensi episcopo causam præbuit: de quo, Sidonius Apollinaris epistola prima lib. v.

ᾠδὴ γ'. « Οὐκ ἔστιν ἅγιος ὡς σὺ, Κύριε. »

Ἡ γῆ μαστιζέται ἡμῶν κακῶς διαχειμένων, καὶ ἀεὶ τὴν ὀργὴν σου συγκινούντων καθ' ἡμεῶν, οἰκτιρμον παμβασιλεῦ· ἀλλὰ φεῖσαι, Δέσποτα, τῶν δούλων σου.

